An eben demselben Ort setzet Er auch *N.* 5. diese Observation dazu: Per Consuetudinem induci potest, ut Laici de ejusmodi Decimis, sicut de Bonis patrimonialibus, possint libere disponere, & non tantum in Feudum illas concedere, sed etiam vendere & permutare, donare, in Dotem dare, inter Hæredes dividere. Er beziehet sich dabey auf GVTIERREZIVM, BARBOSAM & PIRRHINGIVM, welcher letztere speciatim anmercket, daß solche Gewohnheit in Teutschland seye, nec posse sine ingenti Animarum Damnatione, atque innumerorum Contractuum Eversione, talem Consuetudinem damnari vel rejici. Ja Er machet dabey keinen Unterschied, von wem solche zu Lehen gegeben worden, und thut gar bedencklich hinzu: Idque verum, etiamsi Laici recognoscant Decimas sibi datas in Feudum ab Ecclesia; eo quod, licet spectato alias Jure communi Vasallus non possit Res in Feudum concessas alienare, sine Consensu Domini directi, sub Pœna Amissionis Feudi, si tamen Laicus quisquam ab immemoriali Tempore, bona Fide, sine Contradictione, Decimas non solum subinfeudavit, sed etiam quovis modo libere alienavit, sine Consensu Domini directi, nempe Ecclesiæ vel Episcopi, à qua illas in Feudum recognoscit, hac sua Possessione non debeat pri-

privari, donec de contrario liquide constet. Dieses vernünfftige Raisonnement des Herrn Paters klinget gantz anders, als was man davon in der Würtzburgischen Antwort geführet, worinnen Er den gelehrten PIRRHINGIUM gefolget, ja dessen eigene Worte angeführet. Endlich so hat Er auch *Q.* 497. die Frage de Judice competente Decimarum aufgeworffen, und *N.* 3. davon also geurtheilet: Causa Decimarum datarum in Feudum Laicis, cognoscenda & discutienda est coram Judice ecclesiastico, eo quod, licet Dominium harum Decimarum, seu potius Fructuum decimalium, spectet ad Laicos, & Feudum censeatur seculare, oriatur tamen & dependeat à Jure spirituali & ecclesiastico, cum hac tamen Limitatione, dum nimirum non in perpetuum, sed limitato Tempore, vel limitatis Personis, Feudum concessum esset, ex eo, quod tunc Ecclesia non videatur Rem integre alienasse & quasi profanam fecisse. Man kan dem Herrn Pater endlich wol einraumen, daß wann der Zehenden von dem Bischoff zu Lehen gehet, auch die Erkänntniß darüber dem Bischoff als Lehen-Herrn zustehe, wann nemlich die Quæstio feudalis ist, und so beschaffen, daß sie vor den Lehen-Hof gehöret. Gleichwol wird Niemand leicht behaupten, daß solcher Streit vor die Officialey, wie andere Causæ ecclesiasticæ, gezogen werden können, zumal sich nicht findet, aus was Ursachen die Lehens-Zehenden anders als andere Krumbstabische Lehen consideriret werden solten, bevorab wann, wie in denen Stifftern gewöhnlich, ein eigener Lehen-Hof ist, welcher gewiß die streitigen Lehens-Zehenden der Officialey nicht überlassen wird. Es hat auch der Pater LEVRENIUS dieses nicht gäntzlich ablaugnen mögen, wie eines Theils seine annectirte Limitation anzeiget, andern Theils auch die prægnantissima Ratio dubitandi, quod tale Feudum censeatur seculare, bekräfftiget, welche Er mit keinem Wort ablehnet, und nur dieses pro Ratione decidendi setzet, daß das Lehen von der Kirchen dependire, welches von allen Krumbstabischen Lehen zu asseriren ist, die doch vor den Lehen-Hof gezogen werden. Dieses muß absonderlich in Teutschland, und am meisten bey denen Lehen, die von denen Bischöffen zu Lehen gehen, gelten, bevorab da bekannt ist, daß die Conditio Feudorum in Germania weit freyer in regard der Vasallen ist, als wol vor dem und bey denen Longobarden gewesen, dahero saget auch ROSENTHAL *de Feud. c. 4. concl. 28. in not. lit. d.* Reperio Laicos Decimas possidentes, plerumque de iis, sicut aliis Rebus disponere & disposuisse, idque sine discrimine, cujus sint Religionis. Wann

De Judice harum Decimarum.

dieses nun wahr ist und seine Richtigkeit hat, so können die Layen-Zehenden die Qualitatem ecclesiasticam eben so wenig, als die veräusserte und denen Leyen in Lehen gereichte Güter behalten, und also nicht weiter zu denen Oneribus Bonorum ecclesiasticorum gezogen werden.

GUDELINI Lehre hievon.

Der vormalige Professor zu Löven GUDELINUS *de Jure noviss. lib.* 6. *c.* 13. hat keine andere Meinung davon. Anfänglich saget Er gar recht, daß die Zehenden von GOtt im Alten Testament dem Jüdischen Volck aufgeleget worden, setzet aber gleich dabey: Hæc quidem (Lex divina) post Christi Adventum Vim amisit, *c. translato. de Constit.* alioquin nec Privilegiis, nec Desuetudine longave Possessione, circa Decimarum Præstationem, uti nunc cernimus, mutari quicquam potuisset. Nach einigen Worten schliesset Er ferner also: Verum Obligatio solvendarum Decimarum Tempore Novi Testamenti, primorum Ecclesiæ Patrum Constitutioni Censuique Christianorum, qui Exemplum à Lege Mosaica sumsere, tribuenda. At fuere Decimæ Principio institutæ pro Presbyteris, qui Parœcias regunt, ut essent eorum Alimenta; licet videamus modo multas à Religiosis & Canonicis possideri, nimirum Donatione, Usucapione, vel simili aliquo Jure. Imo nonnullas etiam à Nobilibus aliisque Laicis, sive quia olim Majoribus ipsorum, quod Ecclesiam Populumque Christianum adversus Religionis Hostes propugnassent, donatæ fuerunt; aut quia in Feudum eo Ritu, quo Fundi aliæque Res Ecclesiarum, ab illis acceptæ. Quin etiam quæ à Laicis tenentur Decimæ, videmus has non secus, quam cetera ipsorum Bona vendi, permutari, ad ipsorum Hæredes transire. Quod satis arguit, eas non esse Res penitus sacras, & quales dixi esse divini Juris, & Patrimoniis Commerciisque Hominum exemtas. Zwar will Er dabey vermeinen, sanctius quoddam Possessionis Genus esse Decimas, und müßte darin von andern Kirchen-Gütern unterschieden werden, daß sie peculialiter zu Unterhaltung der Geistlichen eingeführet worden. Allein nachdem die Kirchen-Güter überhaupt zu denen Beneficiis Jure perpetuo geschlagen sind, als welches bekannter massen allen Beneficiis gleichsam essentiel ist, so ist der Unterschied eben so wenig gegründet, als die andern Kirchen-Güter dadurch, daß sie Jure perpetuo bey einem gewissen Amt geleget, kein sanctius Possessionis Genus geworden sind.

Ob Layen-Zehenden vom Bischoff kön-

Diese Observation giebet auch den Schlüssel zu einer andern Decision, wenn nemlich gefraget wird: Ob ein Bischoff, der Collecten oder Exactiones von allen Kirchen-Gütern ausschreibet, auch die Decimas,

cimas, so die Laici besitzen, als Kirchen-Gut colleċtiren könne? Welches mit Recht geläugnet wird, weil sie nicht mehr zum Kirchen-Gut gehören, wann sie gleich von der Kirchen zu Lehen gehen. JO. GARS. *de Expens. & Melior. c.9. n.99.* FRANC. GALLUS *de Fruct. disp.40. n.50.*

nen collectirt werden?

Endlich so ist auch eine bekannte Sache, daß die Zehenden heute zu Tag mehrentheils als Accessoria und Pertinentien der Adelichen Ritter-Güter zu Lehen gereichet werden, und dahero kan es geschehen, daß, wenn das Ritter-Gut Krumbstabisches Lehen ist, sowol dasselbe, als auch die Zehenden dem Bischoffe anheim fallen, in welchem Fall dem Bischoff erlaubet ist, dieses Gut mit allen seinen Juribus, tanquam Rem ab antiquo infeudari solitam, andern von neuem zu Lehen reichen, so gar, daß Er dazu durch die Capitulationes und Leges Provinciales mannichmal verbunden ist. Von diesem Casu schreibet CAROLUS MOLINÆUS *ad Consuet. Parisiens. tit. 1. de Feud.* §. 68. *n.* 24. *p.*731. also: Si Feudum decimale transit vel revertitur ad Ecclesiam non per se, sed cum Universitate Castri vel alterius Rei temporalis, cui annexum est, & à quo dependet, semper retinet Naturam Feudi & Rei profanæ, sicut & ipsum Principale, cui accedit. Hoc enim Casu Ecclesia sive Prælatus non fruitur hac Decima tanquam Ecclesia, vel tanquam Prælatus ecclesiasticus simpliciter, sed tanquam Domina vel Dominus Loci temporalis, à quo Feudum decimale dependet. *Conf.* VALLENSIS *ad tit. de Decim.* §. 2. *n.* 3. Die meisten Ritter-Güter in Teutschland sind vor dem allodial gewesen, und aus vielen Ursachen andern zu Lehen aufgetragen. Man weiß mehr als zu wol, daß die Vorfahren sich daraus ein sonderlich Meritum gemachet, wann sie ihre Güter mit allen Pertinentien denen Bischöffen und andern Prælaten zu Lehen aufgetragen haben, zumal wol nicht glaublich, daß die grossen Ritter-Güter der Kirchen jemals eigen seyn sollen, dahero die Krumbstabischen Lehen in Dubio pro oblatis gehalten werden. ALTESERRA *de Origine Feudorum*, *c.* 4. HERTIUS *de Feud. Obl. p.* 1. *§.* 5. Wann nun auf diese Weise die Zehenden mit denen Gütern, der Kirchen zu Lehen aufgetragen sind, so ist ja offenbahr, daß solche Zehenden vorher mere allodiales, und secularisiret gewesen, mithin nach Art der andern Güter besessen sind. Ja es ist auch über dem ausgemacht, daß die Bischöffe in Teutschland, Hertzogthümer, Grafschafften, Land und Leute besitzen, von welchen die alten Lehen mit denen Pertinentien und Zehenden dependiren, dergestalt, daß solche z. E. bey dem Bischoff zu Würtzburg als Hertzogen zu Francken zu Lehen

Die Zehenden der Ritter-Güter sind weltlich.

gerei-

gereichet werden. Wären nun die gegenseitige Principia richtig, so müßten auch die Zehenden ob Jus spirituale, quod Ecclesia in eas retinet, mit zum Beytrag beym Kirchen-bauen gezogen werden, welches wol kein vernünfftiger Mensch statuiren wird.

Die Zehenden der Herren von Adelsheim dependiren von der Grafschafft Ryneck.

Ich habe dieses letzte noch insbesondere mit beyfügen wollen, weil hieraus ein gantz neues Argument entspringet, so insbesondere denen Herren von Adelsheim, und andern, die auf gleiche Weise und Art die Zehenden besitzen, zu statten kommt, obwol die vorhergehenden viele Gründe, so allgemein sind, allein genug seyn können. Es ist öffters Erinnerung geschehen, daß die Herren von Adelsheim ihren Zehenden zu Gerchsheim von Sr. Chur-Fürstl. Gnaden zu Maynts, und zwar als Besitzern der Grafschafft Ryneck, zu Lehen tragen, zumal die Grafen von Ryneck denen Vorfahren der Herren von Adelsheim solchen verliehen. Dieses bezeuget ein alter Lehen-Brieff von Anno 1472. am Donnerstag nach Allerheiligen datiret, welcher also lautet:

Wir Philipps Graffe zu Ryneck der Eltere bekennen und thun kund mit diesem Brieff/ daß wir dem Vesten Simon von Alezheim unsern lieben Getreuen/ zu rechten Mann-Lehen gelichen haben und leyhen Ihm mit Krafft dieses Briefs den Zehenden zu Gerchsheim klein und groß mit seinem Zugehörde/ der denn von Uns und unserer Grafschafft zu Lehn rühret/ 2c.

Es erhellet also hieraus, daß der quæstionirte Zehenden von denen Grafen Ryneck zu Lehen gerühret, und von denselben sub Qualitate mere seculari, unter welcher auch der gedachte Graf das Dominium directum gehabt, denen Herren von Adelsheim gereichet worden. Ob nun wol die Grafschafft Ryneck von Chur-Mayntz zu Lehen gegangen, so wird doch Jedermann leicht mit mir darin eins seyn, daß gedachte Grafschafft mit allen Recht und Gerechtigkeiten primordialiter nicht von dem Hoch-Stifft aus denen Kirchen-Gütern fundiret, sondern vielmehr solche denen Grafen Jure allodiali vormals zugehöret, und nach dem Exempel der meisten Procerum & Nobilium Germaniæ gedachtem Hoch-Stifft nachgehends in Feudum offeriret sey, dergestalt, daß diese Grafschafft mit allen Juribus ante Oblatio-

So auf Chur-Mayntz gefallen.

nem

nem ein Patrimonium mere seculare gewesen, und solches auch post Oblationem geblieben, mithin der von denen Grafen zu Ryneck gehende Zehenden, von gleichen Calibre geachtet werden müssen. Als nun Anno 1559. Philipp Graf zu Ryneck, der letzte seines Geschlechts, verstorben, ist die Graffschafft an Chur-Mayntz gefallen, und dahero auch die Belehnung dieses Zehenden seit der Zeit à Sede Moguntina geschehen. NICOLAVS SERARIVS *l. 5. Rerum Mogunt. c. 16. apud* JOANNEM *vol. 1. Rer. Mogunt. p.* 880.

Zu fernerer Illustrirung dieser Sache, will ich nur folgende Passage aus des letzt-verstorbenen höchstsel. Chur-Fürsten LOTHARII FRANCISCI de Anno 1721. den 18. Sept. datirten Lehen-Brieffe anführen, welche eben anzeiget, daß höchst-gedachter Chur-Fürst quà Possessor der Graffschafft Ryneck solchen nach wie vor verliehen, wie folgende Worte anzeigen:

Welcher quà Possessor Comitatus die Lehen giebet.

> **Nemlich den Zehenden zu Gerchsheim rc. welcher von Uns und unserer Graffschafft Rieneck zu rechten Mann-Lehen rühren/ und empfänglich hergebracht worden/ und der obgenannt Johann Christoph von Adelsheim hat/ auch anjetzo von Uns unserm Ertz-Stifft/ als Innhabern und Eigenthums-Herrn obgedachter Graffschafft solche Lehen empfangen.**

Wer wolte nun bey dieser besondern Beschaffenheit der jetzt gedachten Zehenden sagen, daß er noch ein Kirchen-Zehend sey, seine vorige Spiritualitatem noch behalte, von der Kirchen dependire, und pro Re profana nicht zu achten? Vielmehr schicket sich auf diesen Zehenden mit besserm Recht, was vorhin aus dem VALLENSI und MOLINÆO angeführet worden, daß also allein dieses genug wäre, die Herren von Adelsheim ins besondere gegen den Anspruch des Geistlichen Raths zu Würtzburg zu schützen, als welcher diesen irrigen Thesin voraus setzet, daß wenn ein Zehenden von Geistlichen Chur-Fürsten und Prælaten zu Lehen gehet, alsdann das Dominium bey der Kirche sey, und solcher nicht von denenselben, als Landes-Herren dependire. **Se. Chur-Fürstl. Gnaden** bekennen das Gegentheil, und die Qualitatem secularem des quæstionirten Zehenden Selbsten in denen jetzt angeführten Worten des Lehen-Brieffes, und asseriren, daß Sie von wegen der Graffschafft Ryneck, welche zum Territorio gehöret, ja

Welches ferner illustriret wird.

als secularis Possessor Comitatus diesen Zehenden verliehen. Noch klärer hat sich in Anno 1580. diese Qualitas secularis & profana bey dem quæst. Zehenden ereignet, als in gedachtem Jahr der Pfarrer zu Gerchsheim, Peter Heußler, dem damahligen Possessori Decimarum, Siegmunden von Adelsheim, die Decimas novalium disputirlich zu machen, und die Caplaney-Aecker für Zehend-frey zu halten sich angemasset, worüber sich der gedachte Possessor Decimarum am Chur-Fürstl. Lehen-Hof beschwehret, und es dahin gebracht, daß der damalige Chur-Fürst Daniel, zu Hinlegung dieser Streitigkeit zwey Amt-Leute, als Hanß Conrad Manbrotten und Friedrich Ruppeln, zu Commissarien verordnet, und vor dieser weltlichen Commission die Sache beylegen lassen, nicht aber solche Sache, wie man sonsten gerne statuiren will, vor die geistliche Gerichte verwiesen. Durch diese Commissarien ist jetztgedachter Streit endlich beygeleget und dergestalt entschieden, das die Caplaney-Aecker künfftighin Zehend-frey geachtet, im Gegentheil alle und jede Neugereuth oder Novalien auf gantzer Gerchsheimer Marckung, so allbereit gemacht und hinfürters künfftiger Zeit gemachet werden mögen, ohne Unterscheid dem vorgenannten von Adelsheim und seinen Lehens-Erben, ohne einigen Eintrag oder Verhinderung des Pfarrers oder seiner Nachkommen, und sonsten allermänniglichs, allein gebühren und zustehen sollen, in welchem Vergleich höchst-gedachter Chur-Fürst, als **Lands- und Eigenthums-Herr** (in regard des Dominii directi) gewilliget, und solchen in Dero Cantzley ausfertigen lassen, wie die eigentliche Worte des Vergleichs am Ende lauten, und dadurch offenbahr anzeigen, daß der gedachte Chur-Fürst von denen Principiis des Geistlichen Raths zu Würtzburg gantz entfernet gewesen, und auch das Dominium directum an den Zehenden als weltlicher Besitzer der Graffschafft Ryneck sich asseriret, welches auch der Beschaffenheit der Sachen gantz conform und gemäß gewesen.

So erhellet hieraus allenthalben so viel, daß ein Possessor Decimarum laicus, und absonderlich Augustanæ Confessionis, der mit dem Zehenden in einem fremden Catholischen Dorffe, darinn Er nicht eingepfarret, beliehen ist, zu denen Bau-Kosten der Pfarr-Kirchen und andern Pfarr-Gebäuden desselbigen Orts, wo der Zehende gezogen wird, zu concurriren, oder von dem Zehenden darzu etwas beyzutragen nicht schuldig sey. Von Rechtswegen.

Zu

Zu dessen Urkund ist dieses Rechtliche Gutachten abgefasset, unterschrieben und untersiegelt. Halle, den 1. Maji 1729.

Salvo rectius Sentientium Judicio,

(L.S.)

JUSTUS HENNINGIUS Böhmer,
JC. Potent. Regi Borussiæ à Consil. intim. & Prof. Jur. ordin. in Regia Eridericiana.

(L.S.)

Daß dieses aufgesetzte Rechtliche Bedencken im versammleten Collegio mit allen Umständen vorgetragen und erwogen, auch denen Geistlich- und Weltlichen Rechten durchgehends gemäß befunden worden; Solches bezeugen Wir Ordinarius, Decanus und andere Doctores der Juristen-Facultät auf der Königl. Preußischen Universität Halle mit unserm hierneben gedruckten Innsiegel.

M. Majo, 1729.

DISPVTATIO XXVI.

DE

INSIGNIORIBVS

IMPERIORVM ET REGNORVM

EVROPÆ

REVOLVTIONIBVS

ET

MVTATIONIBVS,

QVÆ PER ELAPSVM SECVLVM XVII.
ET PAVLO POST IN PLERISQVE EVROPÆ
REGNIS CONTIGERE,

JOHANN GEORGII SCHMID,
Biberac.

hab. d. 14. Maji. M DCC X.

SUMMARIA.

De Portugallia Regno. th. I. II. De Regno Hispaniæ. th. III-V. De Regno Galliæ. th. VI. De Regno Angliæ. th. VII. De Regno Daniæ. th. VIII. De Regno Sueciæ. th. IX. De Imperio Romano-Germanico. th. X-XIV. De Regno Poloniæ. th. XV. De Regno Moscoviæ. th. XVI. De Regno Hungariæ & Bohemiæ. De Regno Borussiæ. th. XVII. Corollaria.

 I. N. J.

I. N. J.

DAri divinam in rebus humanis providentiam, tam certum eſt, quam eſſe Deum, cujus haud vulgaria, nec ſpernenda quoque in Rerumpublicarum mutationibus veſtigia deprehendimus, unde communiter etiam Imperia, Regna & Reſpubl. ſua habere fata ſuasque periodos, dicere ſolemus, quod egregie confirmat Conringius *Diſp. de mutat. Rerumpubl.* §. 71. ſcribens: *Fatale quid in ruinis civitatum interdum reperiri, non credimus diffitendum, modo Fati vox aut caſtigetur, aut ex Chriſtiana fidei conſuetudine explicetur.* Explicationem autem vide ap. Daniel. Wülferum in ſeinem vertheidigten GOttes-Geſchick und vernichteten Heyden-Glück. Saltem enim ex oraculis Hebræorum Prophetarum abunde conſtat, mutationibus Rerumpubl. diviniquid ſubeſſe; imo vero usque adeo manifeſtum eſt, ut non tantum omnes totius terræ populi hic cumprimis divinam providentiam agnoverint, ſed etiam ipſimet parci alioquin religionis cultores præter humani vim conſilii arcanam aliquam fortunam ſibi tamen conſtantem & quaſi coactricem adacti ſint profiteri. Nam ut homines certos ætatis ſuæ terminos habent, pueritiam, adoleſcentiam, robur, ſenectam, mortem, ita & Imperia fixos ſuos habere ortus, ſua incrementa, ſtatus, converſiones, & occaſus fixos, negari nequit. *Cujusque enim,* ut ait Polybius *lib. 6. Corporis & Reip. auctio quadam eſt ſecundum naturam, deinde vigor, poſtea diminutio.* add. Daniel. *c.* 5. *v.* 21. 26. Act. Apoſt. *c.* 17. *v.* 26. Etſi autem nonnulli plerumque annum triceſimum, ut Keckermannus *lib.* 1. *Syſtem. Polit. c.* 16. alii quingenteſimum, alii ſeptingenteſimum, alii centeſimum annum Regnis & Imperiis fatalem eſſe, iisque inſignem mutationem afferre exiſtimant, quomodo hæc periodus Salomonis, Nabonaſſaris Aſſyrii, Auguſti, Caroli M. Henrici Aucupis & aliorum poſteritati finem, & ut fit, cum Imperia transferuntur, notabiles mutationes attulit. Jungatur Gregorius Tholoſ. *l.* 21. *de Rep. c.* 5. ubi refert, quod *ſingulis centenariis contigere in Imperiis mutationes usque ad ſeculum decimum quintum*, cui Chockier addidit eam, quæ ſeculo decimo ſexto obſervata eſt mutatio inter Potentiſſimos Europæ Reges Hiſpaniæ ac Galliæ. Vix tamen eſt, ut unus cunctis Imperiis, Rebuspublicis aut Civitatibus communis fatalis terminus con-

constitui aut assignari possit vel debeat. Nam apparet quidem ex veterum monumentis plurima Regna, plurimas Respubl. iis annorum intervallis memorabiles mutationes sustinuisse, & eversas fuisse; Evincunt tamen quoque eorundem annales satis superque, & nostri temporis experientia, plurimas civitates, plurima Imperia dictas periodos superasse, longius stetisse, imo & quam plurima infra easdem concidisse, interiisse. Adeoque res non omnimodo certa est, nec omnibus Imperiis eadem intervalla, eædem periodi attribui possunt. vid. Cunæus *in Orat. de annis climacter.* & Bosius *in Introd. ad Respubl. p. 2. c. 7. §. 5.* Quando ergo conversionis cujusque momenta futura sint, certa regula definiri nequit, perinde ut certo terminare nemo potest, quem sibi ultimum futurum speret diem. Præstiterit proinde fortassis hujusmodi in rebus sobrie dubitare, quam audacter quicquam asserere. Ignorare nos voluit, ut nostri ipsorum, ita & Rerumpublicarum sancitos secretius fines ille, qui sanxit, ut scite non minus quam rite loquitur Keckermannus *Curs. Phil. Disp. 35. probl. 1.* Discessurus hinc specimen aliquod navatæ hactenus diligentiæ edere jussus, cum penuria temporis haud permiserit, aliud Thema pro dignitate materiæ elaborare, non male me facturum ratus sum, si *insigniores Imperiorum & Regnorum Europæ revolutiones & mutationes, quæ per elapsum Seculum XVII. in plerisque Europæ Regnis contigere*, paucis referrem, quod tanti majoris erit momenti ac pretii, quantum Resp. membris singulis Civitatis antistat.

THESIS I.

Consideraturi itaque & in memoriam paucis pro temporis angustia revocaturi insigniores in Statu Imperiorum & Regnorum Europæ revolutiones & mutationes, quæ per proximum seculum in plerisque ejus Regnis, Rebusque publicis contigerunt, & tot tantæque sunt, ut vix ullum à Christo nato seculum reperiamus, in quo tot subinde notabiles in Regnorum ac Rerumpublicarum statu circa ipsam Regiminis formam aut modum administrandi Rempublicam factas mutationes, totque insignes revolutiones à rerum gestarum Scriptoribus annotatas observemus, quot in proxime elapsum seculum omnibus fere in Regnis inciderunt. Ordiemur à Portugalliæ Regno, quod ab Alphonso Anno 1139. primo creato Portugalliæ Rege ad Henricum Anno 1580.

De Portugalliæ Regno.

1580. eadem die & hora, qua ante annos 68. in lucem editus, absque liberis defunctum, per quatuor secula & ultra, propriis suis paruit Regibus, quorum stirps mascula extincta in laudato Henrico, qui, postquam Sebastianus, Emanuelis, Portugalliæ Regis 1521. defuncti ex filio Johanne 1554. denato nepos, juvenili ausu, spretis Prudentiorum consiliis, in Africam exercitum trajecit, ut Maroccenum Regem Mohamedem à Patruo Meliki auxiliis Turcicis pulsum in Regnum armis restitueret, sed acie prope Alcazar in Africa anno 1578. victus, captus, interfectus tristem sui memoriam & exemplum temeritatis reliquit, (Pseudo-Sebastiani autem anno 1601. se Patriæ & avito solio restitutum fingentis historiam refert Thuanus *lib. 126. circa fin.*) exuto Cardinalis habitu Rex Portugalliæ factus, decimo septimo vero mense post susceptum regnum d. anno 1580. improlis decessit. Hinc per publicatas testamenti tabulas, quibus, imprudenter sane, successio illi delata, qui causa in jure disceptata vinceret, turbis & factionibus porta aperta est. Disceptarunt enim inde de successione (1.) Philippus II. Rex Hispaniarum, ex Isabella, Henrici sorore & Emanuelis natu majore filia natus. (2.) Philibertus Emanuel, Dux Sabaudiæ, ex Beatrice altera Emanuelis filia & Henrici sorore prognatus. (3.) Rainutius Farnesius, Parmæ Dux, ex Eduardi, qui sextus Emanuelis filius, Henrici Regis frater minimus erat, natu majore filia, Maria, genitus. (4.) Catharina, altera modò dicti Eduardi filia, quæ Johanni III. Bragantiæ Duci nupserat. (5.) Antonius, Crati Prior, à Ludovico, alio Emanuelis filio, ast non ex legitimo matrimonio, verum ex contubernio Jolandæ, quam quidam Judæam fuisse dixerunt, susceptus. (6.) Catharina Medicæa, Galliæ Regina, Henrici II. olim uxor, vasti animi fœmina, cui, ut erat futuri anxia, cum à Mathematicis prædictum esset, ut omnes filios Reges videret, externa Regna ac Principatus indies somniabat. Origine autem longius petita jus suum referebat ad Robertum Alphonsi III. ex Mathilde, Bononiæ Comite, natum, à quo ipsa genus ducebat, cæteros autem Alphonsi liberos ex Beatrice Gusmana Mathilde superstite prognatos illegitimos dicebat, qua re non solum injuriam tot Alphonsi Successoribus Regibus faciebat, sed ipsius Henrici Jus in dubium vocabat, hinc merito & Reginæ & eorum, qui circa ipsam erant, Prudentia ea in re à plerisque desiderata. (7.) addunt nonnulli Gregorium XIII. Pontificem maximum, partim quod Portugallia ab Alphonsi I. temporibus adhuc esset tributaria; partim quia proxime defunctus Rex

Rex Henricus fuisset Cardinalis, cujus hereditatem adipisceretur Papa. (8.) Ordines Portugalliæ, qui Regiam Lineam morte extinctam esse, adeoque ipsis jus novum Regem eligendi competere asserebant. Philippus II. Hispaniæ Rex vero, quia ex majore filia oriundus jure Sabaudum ex minore filia genitum superare censebatur. Pariter Catharina Bragantina Rainutium Farnesium, cujus mater jam decesserat, quod gradu esset proximior, omnium judicio excludebat. Lis ergo potissimum erat inter Philippum Hisp. & Catharinam Bragantii Ducis Conjugem, acerrimeque disputatum: utrum fratris filia Johannis Bragantii Uxor, vel sororis filius, Hispaniæ Rex, ex Jure & Lege succedere ac præferri deberet? quæ controversia multum exercuit acutissimorum JCtorum Hispanorum & Italicorum ingenia. vid. Besold. *part. I. Consil.* Sed ut fieri solet, potentior Philippus jus armis sibi præripuit & Antonio Crati Priore, Ludovici, Henrici fratris, notho, qui regnum invaserat, plebis magis, quam Nobilium auspiciis, Rex declaratus, ad Alcantaram oppresso, Hispaniæ Regnis Portugallicum conjunxit, idque ad filium Philippum III. Hic iterum ad Philippum IV. transmisit.

II.

At inclinantis seculi anno quadragesimo, cum primum Catalauni ob nimias exactiones, libertatesque populi eversas, ab Hispanis defecissent, à Galliæ Rege in fidem & patrocinium recepti, horum exemplo animati Portugalli, mox & ipsi iisdem ex causis ob insolentias Comitis de Olivarez inprimis, cujus consilio Portugallia in Provinciam Regni Hispaniæ redigi debebat, maturatam jam diu defectionem, interfecto Vasconcellio, Status Secretario & Regiarum partium primario Ministro, attentarunt, felicissimeque Johanne IV. Duce Bragantiæ, cujus avia cum Philippo de successione certaverat, Rege sibi constituto, Servitutis jugum anno 1641. excusserunt. De hac defectione Cajetanus Passarellus *lib. 1. Belli Lusitani.* & Theatr. Europ. *Tom. 4. fol. 459. seqq.* Diar. Europ. *Contin. I. p. 109. seqq.* ubi Manifestum Regis Portugalliæ, qua ratione ipsi corona cum universali applausu & consensu trium Satuum Nobilium, Ecclesiasticorum & Populi sit restituta, cum dehortatoriis Hispan. Regis & Responsoriis Regis Portugall. Dubius diu hæsit laudatus modo Johannes IV. Bragantiæ Dux, an oblatam à Primoribus coronam periculoso bello firmandam & asserendam acceptare,

vel respuere deberet, sed à Conjuge Louysa Francisca de Guzman nata Ducissa de Medina Sidonia, virilis animi fœmina, ignavum esse dicente, sponte oblatum regnum respuere, quod alii tot ultro provocatis periculis quæsitum iverint, ad acceptationem illius exstimulatus, consilio ipsius non modo delatum sibi diadema suscepit, fortiterque defendit, sed & in posteros suos transmisit. Res miranda, tam amplum Regnum in tot dissitas Provincias & transmarinas divisum ac descriptum, ita conspirare potuisse, ut nemo fuerit, qui id prodiderit Hispanis, tanto odio universi erga Dominationem illorum flagrarunt. Neque defuere, qui exosam jam diu Hispanicam potentiam his defectionibus imminui gavisi sint, maxime Galli, Hollandique, qui submisso liberaliter bellico apparatu atque omni armorum genere Catalonios Lusitanosque instruxere. Quibus auxiliis illi innixi adversus Hispanos se fortiter defenderunt, sæpe præliorum victores, nec infelices urbium expugnatores. Licet vero Hispani cum Belgis anno 1648. in Westphalia, dein cum Gallis 1659. ad Pyrenæos montes pace facta, omnem belli molem in Lusitanos contulerint, tantum tamen abfuit, ut ad obsequium redacti fuerint, ut graviori etiam damno Hispanos affecerint, præliis ad oppidum Estremos anno 1661. & post biennium ad Villam Vitiosam superiores, in quorum altero cæsi quatuor millia, capti sex millia Hispanorum cum omnibus impedimentis, in altero totus exercitus fusus fugatusque fuit. vid. Theatr. Europ. *Tom.* 9. *pag.* 1067. *& Tom.* 10. *pag.* 80. Eodem tempore, anno nempe 1665. Philippus IV. ex hac vita migravit, relicto quadrimo filio Carolo II. nuper anno 1700. defuncto Hispaniæ Rege, cujus mater Ferdinandi II. Imperatoris filia impar bello prosequendo, cui jam Gallicum novum in Belgis accesserat, pacisci maluit cum Portugallis, eosque liberos confiteri, quam geminum Martis uno tempore periculum subire. Sic igitur Portugallia ejecto Hispanorum Imperio rediit ad pristinum Regni liberi statum, atque per Pacem mense Martio anno 1668. conclusam ab ipsa Hispania pro absoluto & libero Regno agnita est, vid. Theatr. Europ. *Tom.* 10. *pag.* 900. conditiones vide ap. Gastel. *de Statu Publ. Europ. l.* 10. *pag.* 444. in quo Johanni IV. anno 1656. defuncto successit primogenitus ipsius filius Alphonsus VI. eodem anno in Regem coronatus. Sed quia adhuc impubes erat, Mater regnum administravit, donec adolesceret & regnum Matri ereptum occuparet, quod factum anno 1666. ubi è

Gallia

Gallia simul petiit & accepit sponsam Mariam Franciscam Elisabetham, Caroli Amadæi Ducis de Nemours filiam, communiter Ducissam Aumaliæ dictam, è domo Sabaudica, dote splendidissima instructam, sed anno seq. à subditis malæ administrationis, à Conjuge impotentiæ ac attentati lenocinii, (dum conquesta, quod se ex amicis cuidam prostituere voluerit, ut herede suscepto Regnum sibi in perpetuum firmaret,) accusatus cogitur deponere coronam, Regnoque præficitur ipsius Frater Petrus II. 26. April. anno 1648. natus, ita vero ut fratris loco id administraret, & ne motuum occasio esset, suasu Procerum in Insulam Terceram, inter Asores insulas maris Atlantici primariam, Alphonsus deportatus, post quindecim annos in Portugalliam reductus in arce Cintra, quam custodiæ sedem habebat sex à Lisbona milliaribus, 12. Dec. 1683. exspiravit. Petrus Pontifice Clemente IX. permittente anno 1667. uxorem fratris Alphonsi ipso vivo duxit. vid. Diar. Europ. *Cont.* 18. eaq; 17. Dec. 1683. mortua, anno 1687. Principem Neoburgicam Mariam Sophiam Elisabetham, Philippi Wilhelmi Electoris ac Comitis Palatini filiam, Heidelbergæ sibi solenniter per Emanuelem Tellesium Sylvium Comitem de Villa major desponsari ac copulari fecit, quæ anno 1699. splendori ac vanitatibus hujus mundi valedixit, cui usque ad 10. Dec. 1706. Rex adhuc supervixit, ubi demortuo successit filius Primogenitus, Johannes Franciscus Antonius d. $\frac{14}{24}$. Octobr. 1689. natus, cui in manum convenit Maria Anna Antonia, Leopoldi Imp. Rom. Germ. filia.

III.

De Regno Hispaniæ.

Regnum Hispaniarum superiori ævo tam amplum ac potens fuit, ut terror mundi fuerit, & ab orbe condito nulli Imperatorum, Regum vel Principum majus Imperium contigerit eo, quo Philippus II. Indiarum & Hispaniarum Rex potitus, maxime cum Lusitaniæ s. Portugalliæ Regnum ipsi adjectum esset. Certe enim amplissimas Europæ Provincias, nobilissimasque Asiæ, Africæque regiones regimine suo complectebatur, novum denique orbem, qui Europa, Africaque latius patet, absque corrivali pacifice ad tempus possidebat. In Europa scil., Boteri verbis, Hispaniam tenebat, quæ 800. abhinc annis nulli tota quam ipsius Philippi Imperio paruerat. Tenebat Belgium, quod mille, eodem Authore teste, milliaribus ambitur. Regnum Neapolitanum tenebat, quod mille & qua-

quadraginta milliaria circumeunt. Insubriam tenebat, cujus ambitus est trecentorum milliarium. Majoricam & Minoricam & Evisam Insulas tenebat, quarum prima trecentis, altera centum quinquaginta, tertia octo milliaribus in orbem porrigitur. Siciliam tenebat, cujus circuitus septingentorum milliarium, & Sardiniam, quæ quingentis & sexaginta duobus milliaribus (milliaria autem ubique Italica intellige, quorum quinque unum Germanicum efficiunt) patere dicitur. Plures ergo tenuit ditiones, quam Romani Impp. unquam possederunt, etiam cum Imperium eorum amplissimum & florentissimum fuit. In universum quatuordecim regna hæc, quæ possedit, constituere, ex quibus quinque inprimis avorum nostrorum memoria inclaruere, nempe Castiliæ, quod omnium amplissimum, Arragoniæ, sub qua Catolonia, Valentia, & Baleares Insulæ comprehensæ, Portugalliæ, quæ Algarbiam complexa, Navarræ denique & Legionis Regnum. Quemadmodum vero Portugallia, quæ quotannis magnam pecuniæ vim Fisco Regio intulit, anno 1640. electo ac creato sibi Rege è Ducibus Bragantiæ, à Regno Hispaniæ defecit, jugumq; Hispanicum excussit; sic & grave idem sensit damnum ex Belgarum defectione. Cujus causa fuit vis Sacris & religioni illata, initorum Pactorum violatio, Comitiorum, ceu quæ Juri Regis adversa videbantur, abrogatio, aliorumque juste quæsitorum Jurium ademptio, cum plurimorum plebejorum non tantum variis exactionibus exhaustorum, & intolerandis injuriis ad tumultus excitatorum, sed Nobilium, & Procerum quoque internecione conjuncta, uno verbo insatiabilis fastus & tyrannis à Ferdinando Alvarez Toletano, Duce Albæ, qui quinque annis, quibus Belgio præfuit, XVIII. hominum millia carnificis ministerio se sustulisse jactare solitus, exercita. His enim aliisque causis permotæ VII. nobilissimæ Belgii Provinciæ, Geldria nempe, Hollandia, Seelandia, Frisia Occidentalis, Provincia Ultrajectina, Transisalana, & Gröningensis ditio, fœdus Trajecti anno 1581. pro religionis & Patriæ libertate inierunt, & Philippo II. Hispaniarum Regi omne obsequium renunciarunt, eumque pro hoste perpetuo declararunt, hincque enatum auspiciis Wilhelmi Principis Auriaci 1568. cœptum Bellum Belgicum initio quidem lenius, sed post acerrime gestum, atque per 80. annos sub Philippo III. & IV. continuatum, duodecennalibus tantum induciis Antvverpiæ 18. Calend. Maji. 1609. promulgatis, quarum capita refert Mart. Mejerus *in Londorp. suppleto & continuato*

Tom.

Tom. I. l. 2. *pag.* 541. *seqq.* add. Domin. Baudii *tr. de Induciis Belgic.* Emanuel Meteranus *Hist. Belg. lib.* 28. *ad ann.* 1609. *pag.* 507. in quas Belgæ fœderati non ante consentire voluerunt, quam Rex Hispan. ipsis promitteret, se cum iis tanquam cum libero populo, suis legibus, moribus atque institutis vivente, in quem nihil juris sibi arroget, acturum, interruptum, quod deinde anno 1648. in perpetuam, cumque solenniori omnis in Provincias Belgii fœderatas juris abdicatione conjunctam Pacem desiit, cujus capita exhibet Londorp. *in Actis suis Tom. VI. lib.* 3. *c.* 218. *p. m.* 331. *seqq.* & Leo ab Aizema *in Historia Pacis hujus pag.* 687. *seqq.* Per quam Pacificationem exuerunt VII. Provinciæ uniti Belgii (quibus Philippus IV. Hispaniarum Rex præterea iis concessit Majoratum Sylvæ Ducensis cum omnibus dependentiis, Marchionatum Bergozomensem, Urbem & Baronatum Bredanum, Comitatum Vronhovium, Urbem Graviam & ditionem Cuykiam, Hulstum cum Balliviatu & Ambachtia Hulstensi, nec non Ambachtiam Axeliensem, omnia denique fortalitia & loca munita in ditione Wasensi cum pluribus oppidis & fortalitiis in Brabantia & Flandria, quæ initæ Pacis tempore ipsæ tenebant. *Tract. Pac. Hispano-Belg. art.* 3.) simul omne obsequium Imperio nostro debitum, quatenus sub Circulo Burgundico ante continebantur, & sic in liberam sui juris Rempubl. transierunt, quæ viribus adeo jam crevit, ut potentissimi Reges ejus ambiant amicitiam, expetant cum ea inire fœdera & Societates. Hinc ab eo tempore quoque non admiserunt amplius Ordines Generales Belgii à Cæsare sibi dari titulum Dilectorum fidelium, quin Imperator & Imperium, non minus ac cæteri Reges Europæi, eos tanquam à nemine nisi à DEO dependentes coluerunt, & adhuc colunt, fœdera & pacta cum ipsis tanquam cum liberis populis inierunt, amicitiam eorum magni æstimantes, certo indicio, nihil juris in septem illas provincias, quibus eorum constat Respubl. Imperio amplius superesse, quod frusta negat Kipping. *lib.* 2. *methodi Jur. Publ. cap.* 5. *num.* 27. Quanquam enim præscriptionis tacitæque derelictionis obtentu, quo post Grotium *in Batavia antiqua* in hac causa potissimum nititur Janus Dusa *V. Annal.* & Baudius *lib.* 1. *de Induciis Belgicis. pag.* 40. *p.* 41. minus valide suam à Germanicæ Reip. corpore exemptionem tueri queant, sicut à Bœclero *ad Grotium* 2. 4. 14. *pag.* 147. & aliis ostensum, sufficit tamen, si alio titulo civilem libertatem, summique Imperii jura consecuti fuerint. vid. *d. Tract. Pac. Hisp. Belg. art.* 53.

IV.

Reliquæ X. Belgii Provinciæ autem in fide Imperii permanserunt, earumque ratione Rex Hispaniæ se Vasallum Imp. lubens & posthæc agnovit, vi Transactionis Burgundicæ comm. dictæ inter Carolum V. Imp. & Status Imp. anno 1548. Augustæ Vindelicorum initæ, cujus tenorem tam Germanico quam Latino idiomate exhibet Limn. *l. 5. J. P. c. 2. num. 50. & tom. 2. addit. ad d. l.* Quæ transactio omnium Imperii Jurium in eas Provincias superstitum fundamentum est, eâque placuit, ut Provinciæ Belgii essent sub protectione, tutela & conservatione Imperii instar aliorum Statuum, ad omnes Conventus & Comitia vocarentur, & eo nomine Archi-Duces Austriæ voto & sessione ibi gauderent, constituto peculiari Circulo, sub quo comprehenderentur, ad onera Imper. ordinaria etiam quantum duo Electores, ad expeditiones vero Turcicas quantum tres contribuere cogerentur. De cætero omnes in illis degentes subditi à Jurisdictione Imp. sint immunes, nec Ordinationibus, Constitutionibus aut Recessibus Imp. teneantur, (ob quam illorum exemptionem à Jurisdictione Imper. limis semper oculis transactionem hanc Status Imp. aspexisse constat ex iis, quæ refert Limn. *Tom. I. addit. ad l. 5. c. 2. num.* 50.) Sint tamen Provinciæ istæ feuda Imperii. Hinc cum Instrum. Pac. Westphal. Cæsareo-Gallic. art. 3. insereretur clausula hæc: *Circulus quidem Burgundicus sit maneatque membrum Imperii, post controversias inter Galliam Hispaniamque sopitas hac Pacificatione comprehensas. Bellis tamen in eo jam vertentibus, nec Imper. nec ullus Imperii Status se immisceat.* Contra hunc art. 3. ibique expressas conditiones Regi Catholico damnosas, Legatus Circuli Burgundici solennem interposuit protestationem, ut videre est ap. Londorp. *Tom. VI. l. 4. cap. 8. pag. 425. add. cap. 11. p. 431. seq.* & cum anno 1667. Rex Hisp. Imperium Rom. de suppetiis adversus Gallicas Circuli Burgundici invasiones sibi ferendis sollicitaret, subinde hoc usus est argumento, quod potissima Belgicarum ditionum pars nexu feudali Imperio obnoxia & subjecta, ac proinde vel hoc solo titulo defendi ab Imperio debeat. vid. Londorp. *Tom. IX. l. 10. cap. 159. p. m. 551. seqq.* Ahasver. Fritsch. *in addit. ad Limn. in annot. ad Instrum. Pac. Cæsar. Gall. art. 3. pag. 632. seqq.* Atque inde in Comitiis Imp. anno 1674. die 31. August. decretum fuit: Wie dem H. R. Reich an *Conservation* des Burgundischen Crayses mercklich gelegen, also auch dem-

demselben als einem *Membro Imperii* die begehrte *Guarantie* von Reichs-wegen nach Innhalt des *Instrumenti Pacis* und Reichs-*Constitution cum effectu* zu *præstiren:* id quod 16. Maji 1676. renovatum, daß dieses vornehme Reichs-Glied wieder die fürbrechende feindliche Gewalt kräfftig geschützet und gerettet werde. Ast uti Rex Galliarum Lud. XIV. primum per Pacem Pyrenæam in Insula Phasianorum anno 1659. conclusam, quæ extat ap. Lond. *Tom. 8. lib. 8. cap. 478. pag. 639. seqq.* & *Part. 4. Tractat. & codicill. publ. ad Brachelii & Thuldeni Historiam pertinentium. pag. 23. seqq.* avulsit in Comitatu Artesiensi urbes Atrebatium, Hesdinum, Bapalmam, Bethunam, Lilerium, Lendium cum præfecturis suis omnibus, Basseam una cum Balliviatibus, adeoque totam pene Artesiam: in Provincia & Comitatu Flandrensi Grevelingam, Fortalitium Philippinum, Slusam & Halovinam, Burburgum, Fanum Divi Venantii cum omnibus dominiis & pertinentiis, quibus adjecta est anno 1662. Dunckerka à Rege Angliæ redempta; In Comitatu Hannoniæ Landrecejum & Quercetum, Avennamque, Mariæburgum, Philippopolin cum suis Præfecturis; in Ducatu Lutzelburgensi Theonis villam, Mommedium, Damvillerium cum suis pertinentiis, Præfecturam Ivosii, Castrum Chaventii, Castellionum cum sua Præfectura, Stationem Marvillii cum Præfectura, quæ omnia ab Hispanis ita cessa sunt Gallo in perpetuum, ut nullo modo à Rege Catholico & successoribus suis, aut alio Principe de sua domo aut alio quocunque turbari debeat in earum possessione vi *art.* 41. Ita cum anno 1667. Caroli II. Regis Hispan. adhucdum impuberis Provincias Belgicas invaderet, licet per Legatos suos Madriti Archi-Episcopum Ambronensem & Regis matrem Regentem certiores fecisset, tanto minus se petiturum Flandriam, quanto magis ipse obstrictus sit Pupillo Regio auxiliatrices ferre manus ad suum conservandum, sub inani prætextu Juris devolutionis (vid. Deductio, qua clarissimis argumentis probatur, contra Gallos non locum esse Juri devolutionis in Ducatu Brabantiæ, nec in aliis Belgii Provinciis ratione Principum, extans *in Part. V. Tract. Historico Polit. pro elucidatione Historiæ Universalis* ab Henrico Brevvero *continuata pag.* 188.) Charleroy, Lisle, Tournay, Dovay, Courtray, Oudenarde & alia loca occupavit, Comitatum Burgundicum expugnavit, & plura fortalitia munitionibus suis exuit. Anno seq. 1668. Aquisgrani conclusa Pace, quæ exhibetur *d. Part. V. tractat. illorum, pag.* 203. *seqq. art.* 3. & 4. obtinuit, ut, restituto Comitatu Burgundico, in

 Bel-

Belgio præter prædicta fortalitia, Urbes & Præfecturas, cum suis dependentiis, porro Civitates Binch, Aeth, Berg, Fort d'Escarpe, Armentiers, & Furne cum omnibus pertinentiis acceperit. Sed anno 1679. Cortryck, Oudenarde, Aeth & Charleroy per Pacem Noviomagensem restituit, è contra tamen per eandem recepit Comitatum Burgundicum sive Franche Comte, & in Belgio Civitates Valenciennes, Condet, Bouchain, Cambray, Aire, St. Omer, Vpern, Warvvick, Warneton, Poperingen, Bailleul, Cassel, Bauvois, Maubeuge & Menin cum Balliviatibus, Castellaniis omnibusque pertinentiis. vid. Pax Noviomag. inter Galliarum & Hispaniarum Reges ap. Londorp. *Tom.* 10. *l.* 11. *pag.* 685. *seqq. art.* 11. *seqq.* & post hanc Pacem nomine dependentiarum etiam Verton, Arlon, Comitatum Chinay, Charlemont, Cortryk & Dixmuden sibi vindicavit, sicque has Belgii Hispanici Provincias Ludovicus XIV. Galliarum Rex per continua fere bella insigniter diripuit ac diminuit. Imo tandem firmata Pace Rysvvicensi ipse ex insatiabili dominandi libidine haud veritus est, Magnæ Britanniæ Regem Wilhelmum, Belgiique uniti Proceres inducere, ut secum pactum omni jure improbatum & illicitum super hereditate viventis, sed continua adversa valetudine laborantis, & hinc viribus exhausti proleque carentis Caroli II. Hispaniarum Regis inirent, quo non malo quidem hi consilio, at exemplo neutiquam probando & hactenus inaudito absque ipsius Caroli II. consensu ditiones Hispanicas eâ ratione diviserunt, qua id rebus suis tranquillitatique Europæ quam maxime expedire rati sunt, nempe ut Ludovicus, Delphinus Galliæ, hereditatis ad filios proferendæ jure haberet Regnum Neapolitanum & Siculum, Finalium urbem cum circumjacenti territorio, item quæ Hetruriam versus spectant, Fanum Stephani, Portum Herculis, Orbitellum, Telamonem, Portum longum, Plumbinum cum Insulis vicinis. Hæc in Italia. In finibus Hispaniæ idem obtineret Guipuscoiam Provinciam, nominatimque Fontarabiam urbem & Fanum Sebastiani cum portu, ea tamen lege, ut quæcunque loca sint ultra montes Pyrenæos aut montes Navarræ, Alavæ & Biscajæ posita, ea perpetuò Hispanici juris essent, quæ cis, Gallici; ipsi vero montes & accessus seu Claustra in duas partes æqualiter dividerentur & pars citerior Delphino attribueretur, ulterior Hisp. Regi futuro. Præterea Delphinus acciperet Ducatum Lotharingiæ territorio Mediolanensi ita permutandum, ut solus comitatus Bitschensis Principi Vaudemontio secundum Pacificationem Rysvvicensem assignare-

naretur. Vero nomine autem Rex Hiſpaniæ eſſet Carolus Archi-Dux Auſtriæ, Filius Imp. Auguſtiſſimi Leopoldi, isque reliquas omnes terras Hiſpanicas, ſeu continentem hac propria appellatione dictam, ſeu inſulas, ſeu quicquid usquam eſt, haberet atque poſſideret; vid. der Vergleich, welcher zwiſchen dem Aller-Chriſtlichſten König von Franckreich, dem König von Groß-Britannien und denen Herrn. General-Staaten der vereinigten Niederlanden wegen der Spanniſchen Succeſſion und dero Länder-Theilung Anno 1700. iſt abgehandelt und aufgerichtet worden. Quo animo verò Carolus Hiſp. Rex hanc Regnorum & ditionum ſuarum, ſe quidem vivente, ſine tamen illius requiſito conſenſu, adeoque nulliter factam diviſionem exceperit, conjectura quilibet facile aſſequi poteſt, cui humani ingenii non prorſus ignota eſt conditio, pluribusque id recenſet Author der Hiſtoriſchen Relation Spanniſcher Staats-Affairen das Succeſſions-Werck der Spanniſchen Königreiche und die von Franckreich Engel- und Holland gemachte Zertheilung ſelbiger Monarchie betreffend. Tota Inclyta Familia Auſtriaca contra illam expreſſe eſt proteſtata, & eam ut iniquam palàm repudiavit. Paciſcentes & imprimis Galli contra illam defendere, omnique ſtudio, ut alios quoque Principes & Reſp. ad eam probandam pellicerent, ſed fruſtrà, anniſi ſunt.

V.

Cum igitur pactum hoc repudiaretur, callidusque Galliarum Rex agnoſceret jam pridem rationes Succeſſionis ab inteſtato ex perſona renunciantis Matris Annæ Mauritiæ & Conjugis Mariæ Thereſiæ eſſe refutatas, eliſas & exploſas, ab agonizante & mente ferè jam deſtituto Hiſp. Rege Carolo per Cardinalem Portocarerum Regis Pœnitentiarium ad id pretio conductum aut coëmptum, vi metuque, falſis & doloſis perſuaſionibus, Sacramentorum denegatione, aliisque ejus generis artibus ac fraudibus teſtamentum extorſit, quo nepos ejus Philippus Dux Andegavenſis, filius Delphini ſecundus, heres Regnorum, Provinciarum, Feudorum univerſalis inſtitutus. Et hoc jam eſt Succeſſionis fundamentum, quo ambabus manibus arrepto Ludovicus XIV. à turpi de hereditate viventis pacto & prætenſione Succeſſionis ab inteſtato omnimodo receſſit, legitimos heredes, quos Ordo Succeſſionis contigit, callida præventione arreptæ poſſeſſionis antevertit, & per fas nefasque pleraque Regna & ditiones Imperii Hiſpanici, quas Regimine ſuo Carolus complexus pro nepote occupavit.

 Aſt

Aſt multis modis irritum & invalidum hoc eſſe teſtamentum, quivis facile perſpicit. Quis enim quæſo ſeriam, integram & liberam voluntatem inſtituendi ſtirpis Borbonicæ Principem in Carolo Hiſp. Rege præſumere poterit, cum conſiderat, quod Carolus Rex non potuerit non alieno valde à Gente Borbonica eſſe animo, ſive bella continua Gallos inter & Hiſpanos geſta, ſive Gallorum Conſilia ad Hiſpan. Monarchiam labefactandam, Sereniſſimamque Gentem Auſtriacam opprimendam unice tendentia, ſive denique ultimum iſtud pactum de Monarchia Hiſpanica dividenda cum ſumma defuncti Regis ignominia atque contemptu conjunctum & à Carolo Rege rejectum ſpectes? Quis credet, hæc omnia Regem Hiſpaniæ tam facile concoquere potuiſſe, & ea Gente, quæ non tantum communem cum eo originem agnoſcit, & quæ nunquam fere non eosdem & amicos & inimicos cum Hiſpan. Regibus habuit, amicitiam etiam cum defuncto Rege ad extremum vitæ Spiritum ſancte coluit, præteritâ præferre ei voluerit Gentem, quæ in his omnibus aliter ſe geſſit, hincque ſemper inviſa fuit? Judicent de eo, quorum vacuus præjudicatarum opinionum eſt animus. Quis non invalidum ipſoque jure irritum pronunciabit teſtamentum, verba ſunt Clariſſimi Dn. Joh. Franc. Buddei *de Teſtament. ſummor. Imperant. ſpeciatim Caroli Hiſpan. Regis cap.* 2. §. 5. quo ex Lege fundamentali Hiſpanica heres eſſe prohibitus, adeoque plane incapax & inhabilis inſtitutus, quoque alteri jus ita quæſitum, ut nullo modo ei ſinè injuria auferri queat, eripitur? Nam ſi cui jam in Regnum aliquod jus quæſitum eſt, id teſtamento Principis illi auferri poſſe nemo ſuſtinebit, niſi quem tanta ceperit dementia, ut rationi ipſi apertum indicere bellum haud dubitet. Succeſſionem vero in Regnum Hiſpaniæ, omnesque ditiones ei annexas Sereniſſimæ Genti Auſtriacæ tam firmo jure deberi, ut nullo teſtamento, alioque modo hoc ei eripi potuerit, demonſtratu facile. Nam manifeſtum eſt, & lippis ferè tonſoribusque notum, duos fuiſſe Philippi I. Hiſpanicarum pariter perductam Johannam Ferdinandi I. Catholici Regis Hiſpan. filiam & Auſtriacarum ditionum Domini & heredis filios, Carolum atque Ferdinandum, illum Hiſpanicæ in Philipp. II. III. IV. ad Carolum II. ultimo defunctum continuatæ & in hoc extinctæ, hunc Auſtriacæ lineæ per Maxim. II. Rudolphum I. Ferdinandum II. III. Leopoldum propagatæ, & in Joſepho Imp. & Carolo III. Hiſpan. Rege adhuc florentis authorem & propagatorem. Manifeſtum porro & ex natura Succeſſionis clarum, ſi legitimi heredes in poſteritate

Caroli

Caroli deficiant, non posse non Successionem deferri posteris Ferdinandi, eo ordine, quem Successio linealis, & quidem Cognatica etiam, requirit. Concedamus enim tantisper in Hispania obtinere Successionem linealem cognaticam, quod Author Schediasmatis, quod prodiit sub titulo: *Excerpta Historico-Politica de natura Successionis in Monarchiam Hispaniæ*, operose ex Ludovico Molina, Hugone Grotio & aliis probare satagit. Author ejus fuit J. U. Obrechtus, Prætor Regius Argent. Videatur autem post Chiffletium *in Vindic. Hispan.* Spenerus *O. H. l.* 1. *cap.* 38. *n.* 8. Nam & juxta hanc Successio non in Gentem Borbonicam, sed Austriacam delata. Constat quippe, Philippum IV. Hispaniarum Regem præter Carolum II. duas reliquisse filias Mariam Theresiam atque Margaretham, quarum illa Ludovico XIV. Galliæ Regi, hæc invictissimo Imperatori nostro Leopoldo gloriosiss. memor. nupsit. Cum verò Maria Theresia jure suo ob bis repetitam solennem juratamque renunciationem pro se & omni sua posteritate, Pace Pyrenæica expresse confirmatam & ab ipso Rege Christianissimo ratihabitam ac jurisjurandi religione corroboratam, ab utriusque Regni Hispaniæ & Galliæ Statibus & Proceribus insuper approbatam, penitus exciderit, & ipsamet se, liberosque & descendentes suos omnes ex matrimonio cum Ludovico XIV. Rege Galliæ ineundo nascituros plane inhabiles, & exclusos absolute citra ullum personarum, graduum, sexus aut temporis respectum, ab omni jure ac spe succedendi in Regna Provinciasque Hispaniæ declaraverit, ita, ut nunc sicut tunc cessa atque translata reputentur jura illa Successionis in eum, qui gradu proximus reperiatur, ordo ratioque Successionis linealis cognaticæ exigit, ut ad Margaretham Leopoldi Conjugem ejusque posteros relicta Regna & Dominia deferantur. Cum vero Margaretha unicam tantum reliquerit filiam, Mariam Antoniam, Serenissimi Electoris Bavariæ Maximiliani Emanuelis Conjugem, filiusque ex ea progenitus ætatis 6. annor. 3. mens. & 10. dier. mortuus d. 6. Febr. 1699. & ipsa quoque mater præmaturo obitu rebus mortalium erepta sit, hæc quidem ita exspiravit linea. Postulat ergò iterum ratio Successionis linealis, ut retrocedatur ad liberos Philippi III. Hic præter Philippum IV. Hispaniæ Regem Successorem suum itidem duas filias suscepit, Annam atque Mariam, quarum illa Ludovico XIII. Galliæ Regi, hæc Ferdinando III. Imp. in matrimonium data. Sed de Anna Ludovici XIII. Gall. Regis Conjuge itidem constat, quod solenni ritu Successioni in Regnum Hispaniæ, omnibusque in id juribus

juribus suis renunciaverit pro se & heredum utriusque sexus infinita serie, quæ renunciatio pactis conjugialibus præsente Legato Pontificio conventis inserta, post consummatum matrimonium jurisjurandi religione ab utroque conjuge confirmata, nec non inter sempiternas Hispaniæ (extat hæc lex *in Nova Recap. seu Novo Corpore LL. Hispan. anno* 1640. *Madriti impress. lib.* 5. *tit.* 7. *leg.* 12.) & Galliæ Leges relata. Suo ergo jure cum illa per eandem ita etiam exciderit, in censum non venit. Ex Maria autem Annæ sorore natus est Leopoldus Imperator, quem adeò juxta naturam Successionis linealis cognaticæ ordo succedendi tangit. Quod si verò ne hoc quidem titulo juris gauderet, recurrendum tandem ad primos utriusque lineæ conditores esset. Cumque in Hispanica nemo superstes sit, qui ulla Juris specie Successionem sibi vindicare queat, præter gentem istam Borbonicam, quæ tamen jure suo prorsus excidit, nihil aliud relinqueretur, quam ut ex successionis linealis indole ad lineam Austriacam successio perveniret. Ac dum hîc non de hereditate privata, sed de successione Regnorum agatur, in quibus contra Leges Regni fundamentales, contra jus proximioribus agnatis vel cognatis quæsitum, dispositio testamentaria nullum reperiat locum, patet à tali nulliter scripto herede possessionem non nisi injuste & violenter apprehendi potuisse. Stupendum ergò est spolium, quo forte nullum unquam majus commissum, per quod Gens Borbonica, cujus caput Ludovicus XIV. Galliarum Rex, ex insatiabili regnandi libidine, injustissimè Genti Austriacæ XIV. Regna eripere tentavit, ad quod armis vindicandum, aususque & progressus Gallorum merito suspectissimos cohibendos, impediendumque, ne nimia caperent incrementa Gallorum superbi & intolerabiles conatus, justissime se opposuit Leopoldus, Augustissimus Imper. legitimus & proximus, tam agnationis quam cognationis jure simul munitus, hincque merito omnibus præferendus in Regnis & Provinciis Hispanicis Successor, qui jus sibi quæsitum una cum Rege Roman. Josepho solenniter cessit Carolo III. moderno Hispan. Regi die 12. Sept. 1703. vid. Europ. Staats-Cantzley *p.* 8. *cap.* 8. & ad injuste à Galliæ Rege ac ejus nepote, Duce Andegavensi, occupata Hispanica Regna cum provinciis iis annexis eo facilius & felicius recuperanda arma sociavit cum Britannis, Belgis & aliis. Vid. Europ. Staats-Cantzley *part.* 6. *cap.* 7. *N. IX. pag.* 434. *seqq.* Nec conatibus æquissimis Deus defuit, sed auxilio suo ita direxit arma Augustissimi Imper., Serenissimorumque & Potentissimorum

rum

rum Fœderatorum, ut ſæpius victricia fuerint, & ſtupendas hoſti intulerint clades, isque tota Italia fere jam pulſus, & coactus quoque ſit, pedem ex Imperio noſtro referre, ac loca, quæ hic cum ſocio Bavaro occupaverat, relinquere, fugaque militem ſalvare; quin & in Belgio ac Hiſpania ei jam tum inſignes terrarum tractus, urbes, arces egregiæ ereptæ. Speramusque, Deum clementiſſimè largiturum, ut tandem Cæſaris noſtri Auguſtiſſimi & Fœderatorum cauſa triumphet, & fœdifragus hoſtis cogatur omnia injuſte occupata reſtituere.

VI.

In Gallia Rex Henricus nominis hujus IV., qui virtute & animi magnitudine, quam par felicitas, ſi vitæ demas exitum, ſecuta, Magni nomen meritus, & extincta in Henrico III. ſcelere Jacobi Clementis, Dominicani Monachi, perpetuâ Sacri Ordinis infamiâ, deteſtandâ audaciâ, proditorie venenato cultro confoſſo, Valeſiorum linea, primus ex florente hodienum linea Borbonica regnum adiit, ſimili iniquo fato verò, ut prædeceſſor ejus, ſicarii nempe Franciſci Ravaillaci manu 14. Maji anno 1610. peremptus impuberi filio Ludovico vix novem annos nato ampliſſimum regnum reliquit, cujus curam cum filii novennis tutela (de hac tutela extant Commentarii, quibus hiſtoria tutelæ ab ipſa adminiſtratæ habetur, juſſu Richelii Cardinalis compoſiti, ſub titulo: *Memoires de la Regence de la Reine Marie de Medicis.*) Mater Maria Medicea in ſe ſuſcepit, donec filius adolevit, propriisque auſpiciis ſub nomine Regis Ludovici XIII. rem gerere cœpit, (refertur autem inter res ab ipſo præclare geſtas, quod Rupellam expugnaverit, Pacem Chieraſcenſem relatam Theatr. Europ. *Tom. 2. pag.* 504. fecerit, firmatâ Nivernio Mantuæ & Montisferrati poſſeſſione, Pignerolum à Sabaudo emerit, Rhetis auxilio ſubvenerit, ne in Hiſpanorum poteſtatem terra venerit) matre Bleſas relegata, quæ ſubinde revocata cum prævalentibus apud Regem aliis ſperneretur, Bruxellas in exilium ſponte conceſſit, tandemque anno 1642. Coloniæ pie, atque ut decebat Chriſtianam Principem, deceſſit. Reginæ Cardinalis Richelius, qui ejus potentiæ maxime obſtabat, haud diu ſuperſtes fuit, eodem quippe anno 1642. exeunte, quarto nempe menſis Decembris, Lutetiæ Pariſiorum diem ſupremum obiit. Is validiſſimus in animo Regis fuit, & maximorum negotiorum primarius Miniſter, quo nemo ea ætate magis regnandi artibus aut Prudentiæ Politicæ fama excelluiſſe creditus eſt, ut proinde etiam-

De Regno Galliæ.

num ex præscripto consiliorum ipsius res Gallicanas administrari multi suspicentur. Hujus Cardinalis Richelii originem, incrementa, res gestas summatim recenset Priolus *lib. 1. num. 2. & 9.* Matrem & Cardinalem Rex Ludovicus XIII. mense Majo anno insequente fatali morte secutus est, eodem plane die, quo ante annos tres & triginta Patrem ejus Henricum IV. Sicarius interfecerat, relicto filio quinque annorum puero, è matrimonio per 23. annos sterili 5. Sept. anno 1638. nato, Ludovico nimirum XIV. moderno Galliarum Rege, Principe Magnanimo, qui octennio sub matris & Patrui Ducis Aurelianensis tulela transacto, ipse regimen suscepit, idque ductu Cardinalis Mazarini, qui Cardinali Richelio in Regiorum Consiliorum arcana successit, intimus Richelii, & studio ipsius ad maxima quævis provectus, (qui moribundus inter alia hoc Regi monitum reliquit, ut Regni munia ipse obiret, nec quenquam Reip. summæ præficeret aut se ei crederet,) ita gessit, ut in sui forma maximam subierit mutationem. Jecit jam tum quidem majoris liberiorisque Regiæ potestatis fundamenta Ludov. XI. omnium Galliæ Regum callidissimus, Tiberioque in simulandi & dissimulandi artibus simillimus, frangendo & minuendo Procerum potentiam & authoritatem, dum sustulit Pares Franciæ, penes quos, ceu Status Regni, olim omnis stabat potestas, hodie autem ipsis nil nisi tituli memoria superest, potestate omni adempta, deinde Parlamenta Galliæ, in quibus, Parisiensi præsertim, de gravissimis negotiis statum & tranquillitatem Regni, Regis authoritatem & potentiam, Coronæ majestatem, & alia publica Regni commoda concernentibus, deliberatum & statutum, Edicta, Pacta Regum Christianissimorum ratihaberi & confirmari oportuit, adeoque maximam authoritatem quondam habuerunt, in eam conditionem redegit, ut nil aliud jam sint, quam supremæ Justitiæ Curiæ, inter litigantes nomine Regis jus dicentes. Quod autem Ludovicus XI. cœpit & intendit, Ludovicus XIII. & XIV. seculo XVII. opera Cardinalium Richelii & Mazarini felicissime perfecerunt. Statu enim Reip. mixto, in quo potior pars sumæ potestatis penes Ordines erat, sensim eliminato, absolutū Principatum, in quo omnia à solo Regis dependent arbitrio, induxerunt, plenamque & absolutam Monarchiam, Procerum authoritate plane suppressa, abolitisque in totum annuis Regni Comitiis, quibus Mensis Majus olim dicatus fuit, unde Maji Campus conventus iste publicus audiit, ita firmarunt, adque eam, in qua hodie est, perfectionem quoad omnia Jura Majestatica perduxerunt, ut recte Dn. de Ver-

Verdier *de vero Statu Franciæ l.* 1. *c.* 1. concludat: *Regem Galliæ pure Monarcham esse, & quidem talem, ut in orbe Christiano vix absolutior haberi possit.* Cujus rei certissimum indicium est, quod Rex nulla amplius habeat Comitia, (quæ omnibus modis fugiunt Reges Monarchiam intendentes, amat econtra mixtus Reip. Status, quippe qui eo liberior, quo major vis Comitiorum est,) sed omnia pro liberrimo suo faciat arbitrio, Solus etenim (1.) Gubernatores urbium & Provinciarum constituit, Principales Ministros Coronæ creat, militares æque ac Justitiarios, proque lubitu iterum illos removet. (2.) Solus census, tributa & collectas indicit, & absolute de illis disponit. (3.) Solus monetam cudit, auream æque ac argenteam, proque lubitu valorem ei imponit, auget ac minuit. (4.) Solus nobilitat, Ducatus, Pariatus, Comitatus erigit, instituit. (5.) Solus leges condit, figit, interpretatur, abolet & refigit. (6.) Solus jus vitæ & necis indiscriminatim habet, idque per Parlamenta exercet. Siquidem & Parium capita læsa Regia Majestas securi subjicit, quod fortissimus ille Heros, Henricus Dux Montmorantiæ, unus Parium, ultimus familiæ, anno 1642. sub Ludov. XIII. tristi suo docuit exemplo, de quo Autor der Beschreibung des Königreichs Franckreich *p.* 605. *sub Montmorancy.* Gallos insuper Regem habere, qui absolute regat, cujusque potestas non sit limitata, patet ex eo, quod (7.) Solus Rex det salvam Guardiam. (8.) Ipsius Regis nomine Edicta & mandata publicentur. (9.) Solus Episcopatus, Abbatias & reliqua Beneficia vacantia conferat. (10.) Solus jus habeat erigendi Collegia & Universitates. (11.) Solus jus belli & pacis habeat, quod satis testantur varia à Lud. XIV. gesta bella. (12.) Solus militem conscribat, proque arbitrio militare stipendium imponat. (13.) in casu necessitatis censum & ipsis Clericis imponere possit. (14.) Exercitium religionis concedere & firmare vel prohibere, synodos instituere & concilia convocare ac authoritate propria regulas Ecclesiæ Gallicanæ præscribere queat, de quo evidenter testantur *Acta congregationis Cleri Gallicani anno* 1685. *Declaratio & Edicta Regis tum publicata.* (15.) Solus fœdera cum exteris inire, Solusque Legatos extra Franciam mittere possit, Verbo: Solus Rex Galliæ exercet omnes independentis & absolutæ potestatis actus. Hinc Legatus Portæ Ottomannicæ anno 1644. Regem Galliæ blandiens ita allocutus est: *L'Empereur de France, Possesseur de plusieurs Royaumes, l'Arbitre universel, & le premier des Princes de la troupe du Messie*; *&* anno 1669. *Au plus haut & Majestueux Monarque de la*

croyance de Jesus; le choix d'entre les Princes glorieux de la Religion du Messie, l'Arbitre de toutes les Nations Chrestiennes, Seigneur de Majesté & d'honneur; Patron de gloire & de loüange; l'Empereur des Francois: Loüis: Que la fin de ses jours soit scellée de bonheur. vid. Histoire de Loüis XIV. par Mr. de Rabutin. Hæc ergo admodum notabilis hoc seculo facta Status mutatio est in Regno Galliæ.

VII.

De Regno Angliæ.

Sed transeundum nunc est in Angliam, ubi Elisabethæ anno 1603. extinctæ Jacobus VI. Scotiæ Rex successit, utroque Regno Magnæ Britanniæ nomine, absque sui tamen unione, conjuncto, ne discordia ex alterutrius præposito titulo nasceretur. Ut ergo Henricus VII. Rosas (h. e. ferales factiones rosæ albæ & rubræ in Eboracensi & Lancastrensi familiis, quarum hæc albam, illa rubram habuerunt rosam, enatas, ducta Elisabetha, Edvvardi IV. filia, unica ex Eboracensi factione superstite fœmina, cum ipse Lancastrensium caput esset, feliciter extinxit, Rosam albam & rubram per initum matrimonium ita conjungens) sic junxit Regna Jacobus VI. qui tertio regiminis sui anno fausto magnum evasit periculum, reperto machinali pulvere in subterraneam sub Basilica cellam illato, quo Rex & Soboles Regia & Procerum optimi quique tollerentur. Tristiora fata Jacobi anno 1625. defuncti filius & Successor Carolus Stuartus, Rex omnium, quotquot unquam in Anglia non modo, verum etiam in universo terrarum orbe sceptra tenuere, infelicissimus, expertus. Is enim inusitato atque ex eo tempore, è quo Regium in Orbe nomen gubernandis populis natum, notumque fuit, ad hæc usque tempora plane inaudito posterisque horrendo exemplo mediis in turbis, Angliæque totius motibus, capitis damnatus, deinde carnificis manu ferali pegmati impositus, publico populi sui spectaculo expositus, securi tandem percussus fuit. Invaluerat nimirum gravis inter Regem & Regni Senatum discordia, quæ robur accepit à factione Puritanorum, qui & Presbyteriani dicebantur, quod sublatis Episcopis de Presbyterii sententia Ecclesiarum jus exerceri jubebant, sic demum illas à Papatus reliquiis vere purgari persuasi, inde Puritanorum nomen. Prima vero discordiæ causa orta est ex conjugio cum Principe religione & moribus diversa, Henrica Maria, Henrici IV. Regis Galliarum filia, Ludovici XIII. Galliarum Regis sorore, contracto, non potuit non inde magna corruptio derivari

rivari

rivari in aulam & totum regnum, præprimis ubi inter conditiones matrimoniales potissima hæc esset, ut Reginæ Ministrisque ipsius & omnibus ex iis nascituris liberum Catholicæ religionis exercitium, sacellum præterea ritu Catholico ornatum, cœmiterium pro suis separatum, tum 28. Sacerdotes, quos qualesve illos Rex Galliæ legisset, permitterentur, una cum Episcopo, cui subessent, quique in eos à Magistratu Politico immunes, juxta Juris Canonici sanctiones Jurisdictionem exerceret, adhæc ut neque Rex, neque Dux Walliæ, ulla ratione inducere conarentur Reginam, ut à religione Catholica deficeret, idque Jurejurando affirmarent. Hinc, hinc scil. magnæ Puritanorum turbæ, qui effecerunt, ut in Synodo Glasganensi 1638. Episcopalis gubernatio pro insigni Anti-Christi nota sit declarata, cui cum se opponeret Rex Anglorum, ad Parlamentum res delata. In eo Episcopi inaudita causa dignitate exuti, Parlamento excedere jussi. Thomas Wentvvort, Comes Staffordiæ, ac Hiberniæ Prorex, ad supplicium capitis condemnatus, Rege ad subscriptionem sententiæ coacto, cujus secuta executio Hibernos in extremam convertit rabiem, ita ut ultra triginta mille Reformatos intra biennium furori suo immolarint. Posthæc ad apertiora paulatim dissidia deventum est, & Rex omnia ex arbitrio Parlamenti sine ullo authoritatis suæ respectu agi videns, Londino in securiora loca excessit. Exarsere hinc acerrimæ de Regis & Parlamentorum potentia disputationes, ab his paulatim res inter Regem & Parlamentarios devenit ad apertum bellum & certamen publicum, in quo profligati Regii locum hostibus cessere, peditum plerique cæsi aut capti, tormenta, machinæ atque omne bellicum instrumentum in potestatem vincentium pervenit, Rex tamen cum suis salvus Oxoniam evasit, sed quia nec ibi securum satis perfugium habuit, Scotorum exercitui tuendum se commisit, ab eodem verò accepta pecunia Anglicanæ militiæ Primoribus traditus, ea lege, ut honestis cum illo conditionibus transigerent, eumque in Regnum & Dignitatem reponerent. Ast Rex à Fairfaxio contra pacta in Vectem Insulam abductus, & inde Londinum retractus, coram 150. Judicibus, cum ex aliis, tum ex Tribunis militum lectis, tanquam neglectarum Regni Legum, belli adversus Ordines suscepti, oppressionis & calamitatum in Anglia & Hibernia concitatarum, ac Ceremoniarum in Ecclesia mutatarum reus causam dicere jussus, frustraque excipiens contra Processum, anno seculi 49. ultimo Januarii capitis damnatus

securim subiit, Regina, (quæ mariti fato annos 20. superstes) & liberis in Galliam antea elapsis. Sic Rex trium Regnorum manu larvati carnificis ante Regium Palatium, tota Urbe inspectante, decollatus est, inter tragicæ fortunæ detestanda exempla omnibus retro seculis memorandus. Hinc damnato Statu Monarchico Viris 40. sub nomine Custodum libertatis Anglicanæ summa potestas Reip. gubernandæ commissa est, filio Regis Carolo II. omni spe Regni recuperandi Edicto publico præclusa. Appellarunt Collegium istud 40. Virorum Consilium Status, cujus caput Olivarius Cromvvellus in Exercitu Anglicano Legatus Farfaxii, incomparabilis hujus seculi Statista, & simulandi dissimulandique artifex, qui inde sub Protectoris libertatis nomine sibi tam impotentem stabilivit & exercuit in Populum Anglicanum Dominatum, ut vix ullus Regum ab aliquot seculis tam impotenter Angliæ dominatus fuerit, quam ipse, statum Britanniæ Democraticum igitur mox ipse callidis artibus in Despoticum convertit Imperium. Protector libertatis audire voluit, qui tamen fuit supplantator severissimus. Pacis cupidissimus audire voluit, qui tamen minimis circa Regnum orientibus favillis oleum semper pro aqua suffudit. Videri voluit religionis studiosissimus, qui tamen religionem inter firmandi dominatus instrumenta connumeravit, à Parlamento rogatus, ut Regis titulum assumeret, id honoris Tiberii accismum imitatus deprecatus, Protectoris titulo contentus esse voluit, sub Protectoris tamen nomine plus quam regie imperitavit, satis id probante Instrumento Protectorio 16. Decembr. 1651. Londini publicato, expertusq; suo damno Populus Anglicanus, se haud recuperasse libertatem, sed potius in summam servitutem esse redactum, quare pertæsus Cromvvelliani regiminis priscum cœpit anhelare statum, maxime cum obiisset 3. Sept. an. 1658. filiusque Richardus in Protectoris nomen & dignitatem successisset, oneri tamen sustinendo impar esset. Convenit igitur in eo tandem plurimorum consensus, ut Richardus Protector, ejusque frater Henricus, Hiberniæ gubernator, ad privatam vitam juberentur redire, sed nondum in eo concordarunt, utrum Regis filium revocarent regni formam restauraturum, an liberam ad Batavorum exemplum formarent Rempublicam. Prævaluit tamen Monckius, Scotorum gubernator, quo auspice Rex Carolus II. ex Batavia redux anno 1660. solenniter inauguratus fuit. Hic pristinam Regnorum formam restituit, Episcopis confirmatis, & utroque Parlamenti Sena-

tu

tu ad antiquum morem revocato, idque maxime laboravit, ut mercatura nervus Reip. in suis regnis & provinciis augeretur. Huic anno 1685. fataliter sublato Frater Jacobus II. successit, permultis ob Pontificiam religionem suspectus, qui Caroli nothum Monmuthium Ducem præferri postularunt. Plena utriusque fortuna periculis fuit, sed Jacobi valentior, qui ob excitatam seditionem, in prælio ad Bridvvaderum vicit, cepit, securi percussit Monmuthium. Ast cum Regni gubernaculis admotus, in Civilibus pariter ac Sacris Angliæ Ordinum libertatem multis modis attentasset ac violasset, contraque Regni Leges Romano-Catholica Sacra passim introduxisset, & plura alia fecisset, eaque in posteros firmaturus, Puerum, ut constans fama tulit, subdidisset quasi susceptum ex Regina, Guilhelmus, Arausiorum Princeps, Gener illius ab Ordinibus expetitus est, ut jus uxoris & communem libertatem stabiliret. Hic igitur lapsas Anglorum res restituturus 29. Octobr. 1688. terra solvit, cum ingenti sexcentarum & triginta quinque navium classe, ad tuenda Ordinum, totiusque Anglicanæ Nationis jura ac privilegia, ut & Sacra Protestantium in libertatem asserenda, feliciter, nemine resistente, in Anglia appulit, magna populi & militum gratulatione exceptus, cujus partes cum omnes certatim amplecterentur, Regina Angliæ cum putatitio Walliæ Principe, tandem & ipse Rex in Galliam aufugit. d. 23. Febr. anni seq. 1689. Wilhelmus, Princeps Arausionensis ac Sereniss. ipsius Conjux, Maria, communi Superioris & Inferioris Curiæ Ordinum consensu, Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Rex ac Regina publice consalutati, per Præcones proclamati, & sub finem mensis Aprilis solenni apparatu inaugurati sunt, quod seq. mense Majo in Scotiæ regno quoque factum, ea Successionis lege constituta, ut post utriusque Conjugis obitum ad liberos illorum posterosque, iis autem deficientibus, ad Annam, Georgii Daniæ Principis Conjugem, ejusque sobolem, & post hos demum ad Principis Auriaci, ex alia forte Conjuge susceptos, liberos Regnum utrumque transire deberet. Tentata quidem à Jacobo II. qui usque ad 16. Sept. 1701. supervixit in Gallia, sæpius, sed frustra, regnorum horum recuperatio, variæque conspirationes contra Wilhelmum initæ, sed favente cœlo detectæ & repressæ, cujus thronus Regalis postea per Pacem Risvvicensem firmatus ac stabilitus est. Et die $\frac{8}{19}$. Martii 1702. defuncto successit Anna, Georgii Daniæ Principis Conjux, Jacobi II. Regis altera filia, Seculi nostri

ſtri Ornamentum, quæ magna gloria, parique felicitate bellum contra Ludovicum Magnum Galliæ Regem, & Ducem Andegavenſem pro Rege Hiſpaniæ ſe gerentem, conjunctis cum Cæſare & Batavis viribus hactenus fortiter geſſit, nec prius arma deponere, Pacemque inire cupit, quam Philippus Andegavenſis, injuſtus Regiæ Dignitatis Uſurpator de throno Regali dejectus, & Carolus III. ex Patris & Fratris ceſſione legitimus Caroli II. Regnorum Statuumque Hiſpanicorum Succeſſor, ut ab aliis, ſic & ab ipſis hoſtibus ſuis agnitus ſit. In quo laudabili propoſito ut perſeveret, DEusque vitam & vires ad perſequendum ac ad felicem effectum perducendum ei clementer largiatur, hoc eſt, quod ſerio vovemus ac optamus.

VIII.

De Regno Daniæ.

Tangamus adhuc paucis ingentem, quæ noſtra ætate contigit, mutationem in Regno Daniæ & Norvvegiæ. Qui Regno Daniæ hodie præſunt, ortum ſuum trahunt à Comitibus Oldenburgicis. Poſt obitum enim Chriſtophori hujus nominis III. Dani liberrimo arbitrio Regem ſibi elegerunt Chriſtianum I. qui fuit Comes Oldenburgicus & Delmenhorſti ex ſtirpe Wittekindi oriundus, per quem Regnum ad Oldenburgicam familiam tranſiit, & penes eam in hunc usque diem permanſit. Huic enim ſuffectus eſt Johannes, filius, quem rurſus excepit filius ejus Chriſtianus II. qui propter tyrannidem regno exutus, vitam in carcere terminavit, in ejus locum electus eſt Rex Fridericus I. Dux Holſatiæ, Chriſtiani I. filius ſecundogenitus, Chriſtiani II. patruus, qui Lutheri religionem amplexus, Nobilitatem Danicam inſignibus immunitatibus ornavit. Eum ſecutus eſt filius Chriſtianus III. ſub quo religio Lutherana in Daniam, Norvvegiamque publica authoritate introducta, hic fatis concedens, Succeſſorem reliquit filium, Fridericum II. qui primus rebelles Ditmarſos ſubegit, poſt bellum Erico Regi Sueciæ terra marique intulit, ipſum anno 1565. devicit, exin pacatum regnum tenuit, & in eadem tranquillitate res Danica ſub ejus filio, Chriſtiano IV. aliquandiu ſtetit. Cum vero poſtea turbis Germanicis ſeſe immiſceret, & caput unitorum Statuum eſſe vellet contra Imperatorem & Regem Hiſpaniæ, ingenti ad Lutream clade accepta, non ſolum è Germania excedere coactus eſt, ſed Holſatiam & Ingriam quoque Cæſariani infeſto cum exercitu ingreſſi ſunt. Ultimum econ-

econtra prælium navale præsens cum Suecis fortiter gessit, paulo post vita cum Imperio functus nempe anno 1648. in Regno Successorem habuit filium, Frideric. III. qui Carolum Gustavum, Regem Suecorum, bello Polonico distractum, armis adortum commovit, ut induciis cum Polono pactis totius belli molem in ipsum converterit, & Cimbricam Chersonesum occupaverit, unde 1658. immani hyeme armatus in glacie iter fecit, & per Fioniam aliasque vicinas insulas (nempe Tassing, Langeland, Laland, Falstern) in Selandiam irrupit, vid. *Memoires* de Mr. Terlon. *P.* 1. *p.* 196. Danumque subitaneo accessu coëgit, ut Rothschildi pacem ad Sueciæ Regis arbitrium iniret, & omnem Scaniam, Bleckingam, Halandiam, & in Norvvegia Bahus & Nitrosiam, ex Insulis Bornholmam & Huenam Suecorum Regno concederet. Quibus tradendis cum mora intervenisset, interpretatus Rex Sueciæ, non stari pactis, Croneburgum expugnavit, & Haffniam anno 1658. obsidione cinxit, quam solvit ultro, postquam incerta victoria (quam utraque pars sibi vindicabat) cum Batavorum classe auxilium Danis ferente, in freto Danico pugnasset. Sueciæ Rex autem iterum ex hyeme consilium capiens, mense Februario 1659. per glaciem adducto milite quinq; nocturnis horis Haffniam assultu oppugnavit, magna vero clade affectus, inde discessionem fecit. Nec felicior in Fionia erat, quatuor enim millibus cæsis, & Neuburgo, quo victi se receperant, à Batavorum classe coacto, ut, qui inerant Sueci, arbitrio Sociorum, Cæsareorum nempe, Danorum, Brandenburgicorum, qui acie victores Neuburgum, elapsorum ex prælio recaptaculum, terra, Batavi verò mari oppugnabant, se permitterent. Quæ damna reparaturus Rex Sueciæ, cum conventum Gothenburgi egit, febre correptus 1660. ex hac vita migravit. Hinc Pacificatio Rothschildi cœpta, Haffniæ $\frac{6}{27}$ $\frac{\text{Junii}}{\text{Maji}}$ 1660. ad finem perducta, firmatis omnibus, quæ Rothschildi concessa fuerant, præter Nitrosiam Norvvegiæ & Bornholmensem Insulam, quæ ad Danos redierunt. Prout hæc omnia latius referuntur in Theatr. Europ. *T.* 8. *pag.* 735. *seqq.* 897. 913. 1248. 1271. *seqq.* Tractatus Pacis Rothschildensis exhibetur *in Part. III. tract. Polit. ad Historiam Brachelii & Thuldeni pertinentium*, & Haffniensis in *Part.* 4. *pag.* 153. Bellis hisce sic finitis ac compositis, Fridericus III. Rex Daniæ & Norvvegiæ, in Comitiis Regni ab Ordinibus jus hereditarium in ipsum Daniæ & Norvvegiæ Regnum,

 quod

quod hactenus electitium fuerat, cum infinita omnibusque numeris absoluta potestate nactus est, sicque immensa Nobilitatis commoda & privilegia, quibus hactenus gavisi, perierunt, & nova Reip. forma introducta est, ut in futurum ab unius Regis nutu & arbitrio omnia penderent. Obstrictus quondam fuit Rex Daniæ Regni sui Senatoribus & Nobilibus, nec absque consensu Statuum ullum magni momenti negotium expedire solus potuit. Cum autem anno 1658. 59. gravi Dania bello affligeretur à Carolo Gustavo, Sueciæ Rege, cujus vero calamitatis causa præcipue Senatoribus Regni & Nobilibus adscriberetur, iique infeliciter Remp. administrasse arguerentur, hinc magnam partem ut authoritatis suæ, ita & bonorum Regni perdidissent, populus reliquus insurrexit, Regique suo tot malis belli ac domi defuncto absolutius detulit Imperium, transiit quoque Regnum hactenus Electitium in Hereditarium, & Friderico III. optimo Regi Generique ejus, & tam muliebris, quam virilis sexus liberis, in perpetuum jus succedendi hereditarium sine prævia electione concessum confirmatumque est, Cui eapropter Academia Haffniensis pyramidem honoris & memoriæ causa posuit, hac inscriptione ornatam: *Adeste Reges, accurrite Principes, DEI spectate providentiam admirabilem, Exemplum sine Exemplo: Fridericus III. Daniæ Rex, inter maxima belli discrimina quovis Rege victus infelicior, & inter maxima pericula quovis Rege constantior, posteaquam cum adversa fortuna diu colluctatus esset, meliorem non forte sed virtute adeptus est, nam vigilias, laborem prudentiamque fortissimi Principis diu admiratus Dania populus, quem Regem pridem, Dominumque elegerat, nunc titulo novo appellat Monarcham, hoc deesse felicitati suæ existimans, ut Romanos imitatus omne suum jus, omnemque potestatem in hunc solum conferret, Romanosque supergressus inter tanti Principis hereditaria regna patriam quoque numeraret suam, sic tandem Fridericus III. quovis Rege Daniæ felicior, qui post exantlatum bellum atrocissimum tanta hereditate auctus est, sic Fridericus III. quovis Daniæ Rege major atque augustior factus est, quippe virtuti ejus nepotes debent, quod non fiant Reges, sed nascantur. Vivat Fridericus III. primus Daniæ heres, ac tantas opes feliciter ad posteros transmittat, favete animis Reges, plausum clarum date Principes.* Ex hac itaque nova mutatione omnis electio in Dania fuit abolita, ita ut Successio jam sit hereditaria, tam in Daniæ, quam Norvvegiæ Regno, authoritas vero Senatorum Regni admodum exigua, imo non major, quam qualem Rex vult esse. Inde porro utroque in Regno obtinet Status Monarchicus abso-

abſolutus. Rex enim abſolutum in Danos, quod dudum acquiſiverat in Norvvegos, in nova iſthac Reip. mutatione accipit Imperium, ita, ut Nobiles omnem, qua pollebant ante, poteſtatem prorſus amiſerint. Quare cum antea Regi vix quicquam eſſet authoritatis, illa jam ſatis ſit magna, cum antehac Epiſcopi & urbes ab omni Reip. cura excluſæ, hodie quidem cum Epiſcopis & Archi-Epiſcopis communicatur, Nobilitatis vero nulla habetur ratio, cum antehac Regibus non eſſet poteſtas ſuſcipiendi peregrinos ad Regni officia, liberæ hodie voluntati Regis id eſt relictum. Et vero qui plurimum hodie valent in Rep. illa ſunt peregrini & Germani. Hi contra antiquas Regni leges ad officia Regni admoventur. Maxime vero ad dignitates præcipuas advocantur Holſati, qui revera Germani, ut ſic omnino jam pateat, Regnum Daniæ eſſe Monarchicum, inque hoc à priſca plurimum id deſciviſſe forma. Friderico III. anno 1670. decedenti hereditario jure primum ſucceſſit Chriſtianus V. qui, fœdere cum Imper. & Batavis inito, grave cum Carolo XI. Rege Seciæ, geſſit bellum, ſucceſſu felici usque ad ann. 1676. ubi Rex Suecorum ex improviſo univerſum Danorum exercitum cruento prælio vicit, fugavit, caſtriſque omnibus exuit; cæterum eo bello mari ſuperior fuit Danus. Lites, quas cum Affine ſuo Chriſtiano Alberto Duce Holſat. Gottorpienſi aliquoties habuit, breviter recenſet Magn. Dn. Præſ. in *Introd. Part. Gen. c. 4. n. 26.* Thucelius in *Elect. Jur. Publ. curioſ. p. 2. c. 4. per tot. & part. 3. c. 1.* Poſt hujus fata anno 1699. thronum regalem conſcendit ejus filius Frid. IV. hodie feliciter regnans.

IX.

Similis Status mutatio, per quam Rex Sueciæ omnimodam & abſolutam poteſtatem in Regnis ſuis accepit cum facultate pro ſuo arbitrio exercendi jura Imperii, ſuppreſſa Senatorum Regni authoritate, qua ipſi hucusque polluerunt, contigit anno 1682. in Regno Sueciæ, quod ex Regnis Septentrionalibus fere antiquiſſimum eſt, à cujus Regibus tum Danorum, tum Norvvegianorum Regum familiæ ortum ſuum duxiſſe creduntur. Sicut autem poſt longam Suecicorum Regum ſeriem è Waſorum familia communi Ordinum Regni ſuffragio anno 1523. Guſtavus Ericſonius, genus ab Erico Rege per lineam maternam ducens, Sueciæ Rex creatus, tertio Regiminis ſui anno religionem Evangelicam à Luthero repurgatam in Regnum primus introduxit, nec in coronationem ſui ante conſen-

De Regno Sueciæ.

 tire

sentire voluit, quam Episcopi Romano-Catholici amoverentur, ipsorumque reditus cum oppidis & arcibus ab illis possessis Regno applicarentur, unde tredecim millia prædiorum, quæ Episcopi & Ecclesiastici tenuerant, ad Coronam & Ordinem Equestrem redierunt; ita & Ipse vere prima modernæ potentiæ Suecicæ fundamenta jecit, ac cum videret, illam creandi Regis libertatem, qua populus hactenus usus, paci publicæ valde noxiam esse, ab Ordinibus anno 1544. impetravit, ut Suecia ex regno Electitio Successivum fieret, & familiæ suæ, quantum ad lineam masculinam, hereditarium esset. Quod privilegium postea sub ejus Nepote, Gustavo Adolpho, prole masculina carente, etiam ad fœminas fuit extensum. Successit igitur ipsi primum jure hereditario filius primogenitus, Ericus VI. Princeps ingenii corporisque dotibus laudatissimus. Ast cum non tantum per bella vicinorum omnium, sed per exercitam sævitiam suorum etiam odia in se concitasset, Regni Proceres, eo exauctorato, Johannem III. fratrem ejus, Finnlandiæ Ducem, communi applausu ad sceptrum promoverunt, qui grave bellum cum Dano, Polono atque Magno Moscoviæ Duce aliquandiu gessit, eoque Livoniam his subtraxit, & Regni fines ad 40. ferme milliaria dilatavit, ei anno 1592. emortuo successit filius Sigismundus, à matre in Pontificia Religione educatus, & quoniam maternum genus ex Jagellonica Poloniæ Regum stirpe duxit, Maximiliano Austriaco in electione Regis Poloniæ prælatus, atque hac conditione, ut Livoniam Regno Poloniæ in perpetuum uniret, Rex Poloniæ anno 1587. creatus, cui certis legibus Regnum Sueciæ quoque delatum, cum vero his non satisfaceret, sed imo contraveniret, omnia ad arbitrium dispositurus, hoc ei rursus abrogatum, & Carolus IX. Dux Sudermanniæ, Sigismundi patruus, Rex Sueciæ declaratus est. Carolo huic, qui gravia & perpetua contra Russos, Polonos & Danos, bella gesserat, ac Gentem suam quotidiano armorum exercitio ad bellum Germaniæ quasi præparaverat, successit anno 1611. filius, Gustavus Adolphus, Princeps magni animi, quem inter ipsos Catholicos Ambrosius Spinola, post victoriam Pragensem anno 1620. solum inter Protestantes residuum judicavit, qui non irritari deberet. In armis enim quasi natus, & jam puer, in bello à Patre cum Polono & Dano gesto, paternis auspiciis militavit, ac miræ fortitudinis signa dedit. Parente defuncto, aleam trium difficillimorum bellorum adver-

adversus Danos, Polonos & Russos subiit. Cum Danis altero Regni anno in Pacis conditiones descendit, omnique exercitu in Careliam traducto, variis victoriis tandem Russos eo adegit, ut Careliam atque Ingriam cum munitissimis arcibus pacto irrevocabili sibi cederent, suoque in Livoniam juri renunciarent. Hinc ut & Polonos ad æquas Pacis conditiones pertraheret, in Livoniam & Curlandiam signis infestis impetum fecit, præcipua Provinciarum illarum loca, & alia quævis sibi obvia incredibili celeritate in obsequium suum traxit, hæcque belli alea eo usque jactata, donec anno 1629. induciæ sex annorum pactæ. Quibus stabilitis anno 1630. Germaniæ expeditionem suscepit, eodemque, Junii die 25. nempe, quo centum abhinc annis Confessionis Augustanæ articuli Carolo V. Imper. solenniter exhibiti sunt, fines Imperii attigit, expositis publicæ ejus rei causis in der *Deductions*-Schrifft des Königs in Schweden wegen seiner *Expedition* ins Reich *de anno* 1630. apud Londorp. *T.* 4. *l.* 1. *c.* 19. add. *c.* 25. Occupata igitur Insula Rugia, Pomeraniâ è faucibus hostium ereptâ, in Marchiam, inde in Saxoniam, Misniam, Thuringiam, Franconiam, Palatinatum, Bavariam, atque ad Alpes ipsas & extremas Germaniæ oras progressus, victricia ubique circumtulit signa, & omnia armorum suorum terrore implevit. Tandem heros incomparabilis, ut Saxoniam à nova copiarum Cæsarearum irruptione liberaret, pedem ex superiori Germania retrahens in pugna Luzensi contra Ducem Fridlandiæ, Albertum Wallensteinium, anno 1632. die 6. Novembr. gregarii militis partes agens, victor gloriosa morte, ictu globuli transfixus, incertum à quo, occubuit. Res ejus in hoc bello præclare gestas egregie descripsit Pufendorffius. Quia autem sine prole mascula decessit, Christina, ex Maria Eleonora, Johannis Sigismundi Electoris Brandenburgici filia, ei nata; in patrium Regnum successit, ita ut dum undecim prioribus Regni annis quinque Tutores è Regni Senatoribus, & inter illos inprimis Regni Archi-Cancellarius, Axelius Oxenstirn, cui Rex directionem Consiliorum pacis & belli per Germaniam commisit, rerum curam in se susceperint, ipsa eo ardore in studium literarum, linguarum & omnium Regiarum artium incubuerit, ut sexum superarit, & evaserit Princeps literarum gloria & literatorum amore clarissima, merito inter maximas, quæ unquam extiterunt, Heroinas numeranda, quæ per tot insignes reportatas victorias, per tot peractos triumphos, per tot ipsi erecta trophæa, meruit, ut cum tricennale bellum Osnabrugis compo-

 neretur,

neretur, ipsi pro arcium & urbium, passim per Imperium occupatarum, restitutione, militumque abductione, non tantum quinque myriades Imperialium à septem circulis Imper. tribus terminis solvendæ promitterentur, sed & Archi-Episcopatus Bremensis, Episcopatus Verdensis, sub titulo Ducatuum, Pomerania citerior cum Stetino, & nonnullis aliis Pomeraniæ ulterioris oppidis, ut & Wismaria in Mecklenburgico Ducatu cum votis & sessione in Comitiis Imper. in satisfactionem cederentur. vid. Magnific. Dn. Præses *in Introductione in Jus Publ. Parte General. cap. IV. §. 47.* Cum per aliquot annos Regno præfuisset, Carolum Gustavum Comitem Palatinum Rheni, Patris ex sorore nepotem, hereditarium Sueciæ Principem & Successorem anno 1650. declaravit, in quam declarationem Ordines Regni submisse consenserunt, & decreto suo jus Regni hereditarium in Carolum Gustavum, ejusque prolem masculam legitimam, translatum ipsi confirmarunt, abhinc anno 1654. die 16. Junii Regno se prorsus abdicavit Christina, & Ordinum Regni consensu Sceptrum in Caroli Gustavi manus resignavit, 200000. Imperialium annuatim è certis fundis non alienandis sibi reservans. Totum abdicationis actum late describit clarissimus Pufend. *Hist. Suec. l. 26. §. 19. seqq.* Proximo mense Junio Hamburgum petiit, indeque per Westphalos ad Belgas contendit, hinc in Italiam penetrans, in medio itinere Oeniponti publice Romano-Catholicam religionem suscepit, assumpto ab Alexandro VII. Pontifice Christinæ Alexandrinæ nomine, non quidem sine indignatione Ordinum Sueciæ, at è contrario Catholicorum summo cum applausu. Res sane mira, ultro fœminam aut cœlibatus amore, aut religionis studio, aut secessus desiderio renunciasse diademati, & quidem fœminam ætate florentem, scientia excultam, rebus ad nutum fluentibus, & suorum benevolentia securam. Reliquum vitæ tempus Romæ transegit, ubi anno 1689. die 19. Aprilis obiit. Christinæ Reginæ Historiam Italico Idiomate exposuit Galeazzus Gualdus, Romæ, 1656. Carolus Gustavus itaque à Regina Christina declaratus hereditarius Sueciæ Princeps, regnandi onus Upsaliæ solennibus adhibitis publice humeris suis imponi passus est, in coronatione ejus nummorum tum notata inscriptio: *à Deo & Christina.* Summopere autem offensus fuit ob factam à Polonico Legato contra inaugurationem protestationem, seq. propterea anno Comitem Wittenbergium cum exercitu in Poloniam majorem misit, qui primo statim ingressu plures Palatinatus obsequentes habuit, secutus

cum

cum Rex præter alia loca Cracoviam quoque cepit, per quod in Polonia universalis fere rebellio orta, donec tandem Cracovia Cæsareis, Polonis in subsidium venientibus, dedita, nec Ragotzius in auxilium Suecorum vocatus, res lapsas restituere valuit, & Brandenburgicus itidem ad amicitiam Polonorum rediit. Cum Danis quoque magna & ardua gessit bella, Hafniam obsedit, & acris ejus oppugnatio facta anno 1659. sed cum Anglorum classis auxilio missa, iterum liberata. Anno seq. Rex mortuus hoc unum doluisse perhibetur, quod morbo occumberet, non ferro, uti decebat tam Martiæ indolis virum tum ex Vespasiani Cæsaris dicto Imperatorem verum. Successit ei Carolus XI. ex Heduiga Eleonora Holsata anno 1655. 24. Nov. natus, sub matris & Senatus tutela, ac postquam inter gymnasinata togata ac militaria vero Rege digna adolevit, atque ad justam ætatem pervenit, regimen ipse anno 1673. suscepit. Cujus quidem duro admodum initio usus est, quippe cum bello, quod Galli Germanis intulerant, sese involvi passus esset, & partium Gallicarum adjutor fuisset, omnes fere ditiones in Germania per Pacificationem Osnabrugensem Regno Sueciæ concessas amisit, quas Rex Daniæ, Elector Brandenburg. nec non Duces Brunsvigo-Luneburgenses societate armorum inita occupaverunt. Recuperavit tamen omnia paucissimis exceptis per Pacem Neomagensem. In Comitiis denique Regni anno 1680. Holmiæ habitis, auspiciis Nobilitatis absoluto Imperio auctus est, Senatorum vero Regni authoritas certis limitibus ac cancellis circumscripta, sancitumque fuit, ut in posterum Rex libera & illibata potestate polleat, præterea si contingeret, eum improlem in lethalem incidere morbum, facultatem habeat, designandi sibi Successorem, quemcunque velit, nec amplius teneatur, Senatum aut quinque supremos Regni Ministros in consilium vocare, aut eorum assensum requirere. Decessit anno 1697. relicto filio Carolo XII. moderno Rege Sueciæ 24. Junii 1682. nato, cui defunctus Pater in regimine Regni Aviam cum quinque Regni Senatoribus adjunxit, & per ejus mediationem Pax Rysvvicensis conclusa est, atque ipse 14. Decembr. anno 1697. coronatus, egregia animi Regii & virtutis specimina statim demonstravit in sustinendis Regni Suecici Juribus atque in auxiliis Duci Holsato-Gottorpiensi contra Regem Daniæ latis, & majora in bello cum Rege Poloniæ & Magno Moscoviæ Duce hactenus gesto.

X.

X.

De Imperio Romano Germanico.

In Imperio nostro Romano-Germanico cruentum & ferale bellum tricennale, quodque pro hoc sopiendo confectum est Instrumentum Pacis Westphalicæ, multis tam circa Statum Reipublicæ, quam in Jure ejus Publico circa Statum & gubernationem illius occupato factis innovationibus ac mutationibus causam dedisse nemo, nisi qui plane hospes est in historia patria, negare poterit. Ut vero hîc pluribus in funestissimi illius belli, quo Patria nostra Germania extreme devastata, causas, principia & occasiones inquiramus, utque omnia, quæ in eo contigere, & à partibus belligerantibus gesta sunt, sigillatim recenseamus, nec instituti, nec temporis ratio, nec chartæ hujus, quæ non integro scribendo libro, sed brevi tantum Discursui pro Specimine Academico exhibendo dicata & consecrata est, angustia permittit, nec ulla etiam exposcit necessitas, quia hanc operam satis jam præoccuparunt alii, inprimis *Author Historiæ Pacis Osnabrugo-Monasteriensis* florido stylo & decora fide ac libertate editæ, qui fuit Tobias Pfannerus, Serenissimæ Domus Saxo-Gothanæ Secretarius, post Consiliarius. *Author Arcanorum Pacis Westphalicæ* caute legendus ob odium, quod corde gessit contra August. Confess. addictos & Reformatos, eorumque religionem, nec in stylo tegere potuit, cui similis Everhardus Wassenbergius *in Floro suo Germanico seu Commentario de bello Germanico inter Ferdinandum II. & III. eorumque hostes ab anno* 1617. *usque ad ann.* 1647. Majori pretio æstimanda est Bogislai Philippi Chemnitii Beschreibung des Schwedischen Kriegs in Teutschland, quæ ex multis monumentis publicis desumpta. Adolphi Brachelii *Historia nostri temporis, in qua potiora memorabilia ab anno* 1618. *usque ad ann.* 1651. *descripsit.* Eandemque Historiam belli Germanici describunt *Theatri Europæi priores sex Tomi ab anno* 1617. *ad ann.* 1648. ex quibus tamen duo priores tomi, ceu ex fide dignis monumentis, archivis & Ministrorum communicatione collecti, majori diligentia scripti sunt ac reliqui quatuor & hos sequentes septem, qui hinc inde studio partium laborant, ceu ex variis relationibus desumpti, & in quibus ipsi, qui interfuerunt rebus gestis, Duces atque Præfecti militiæ & ministri acta sua sæpius vix intellexerunt tanquam secus scripta, ex quorum relictis manuscriptis Theatrum Europæum in multis emendari posset. Edidit & Joh. Baptista Burgus *Martem Sueco-Germanicum seu rerum à Gustavo Adolpho gestarum libros III. Coloniæ*

nia 1644. in quibus usque ad mortem Regis progressus est. Omnium optimam vero & accuratissimam totius hujus belli seriem & historiam persecutus Samuel Pufendorffius *in editis suis Commentariorum de rebus Suecicis libris XXVI. ab Expeditione Gustavi Adolphi in Germaniam usque ad abdicationem Christinæ.* Nam etsi quandoque e.gr. in eo, quod veras Regis in suscipienda expeditione Germanica rationes reticeat, Suecorum partibus faveat, in ipsa tamen expeditione describenda justus est & accuratus, ut Burckardus Gotth. Struvius *in selecta Bibliotheca Historica cap.* 17. §. 10. tradit ac judicat, quæ ultimis 8. annis gesta actaque sunt, eadem fide, gravitate ac prudentia recenset *in Commentariis suis de rebus gestis Friderici Wilhelmi M. Electoris Brandenburgici Berolini* 1695. *editis.* Sufficiat ergo nobis vel verbo dixisse, quod prima & præcipua causa ac origo belli tricennalis ex religione & lite inde circa bona Ecclesiastica exorta fuerit, eique accesserit Ferdinandi II. vivo Matthia Imper. jam designati Regis Bohemiæ post dicti Imperatoris mortem à Bohemici Regni Statibus facta rejectio, & Coronæ Bohemicæ à Friderico V. Comite & Electore Ralatino, anno 1619. 16. August. die suo natali in Regem Bohemiæ electo, infelix acceptatio, quam Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ sibi oblatam prudentissime recusaverat, & Palatino quoque, ne acceptaret, fidelissime dissuaserat, uti & totum Collegium Electorale idem fecerat, quemadmodum videre est *ex literis dissuasoriis exhibitis* im Durchleuchtigen *Archiv. p.* 1. *num.* 135. 136. quod consilium tamen Fridericus, tam à Conjuge Elisabetha, Jacobi VI. Britanniæ Regis filia, *ignarum ac indecorum esse* dicente, *ultro velut cœlitus oblatum sceptrum repudiari ab eo, qui Regis filiam in thorum assumere ausus sit,* quam à quibusdam suorum Consiliariorum in spes inanes pronis & è novis rebus suarum fortunarum incrementa aucupantibus, quos inter Ludovicus Camerarius præcipuus habebatur, exstimulatus, neglexit, ac Ipse 4. Novembr. vel 25. Octobr. st. v. d. anno 1619. una cum Conjuge Pragæ solenni ritu coronam sibi imponi passus est, in cujus actus memoriam cudi fecit monetam, auf deren einen Seit in einem Lorbeer-Crantz geschrieben: *Fridericus Elector Bohemiæ Rex coronatur die* 4. *Nov.* 1619. auf der andern halten 5. Hände eine Cron empor, welche oben von der Sonne bestrahlet wird, mit der Umschrifft: *Dante Deo & Ordinum Concordia.* Hinc mox utrinque, nempe à Ferdinando regnum suum hereditarium sibi ereptum vindicaturo, & Friderico regnum à Statibus sibi sponte oblatum asserturo, ad arma provocatum, cui

 negotio

negotio cum & alii sese immiscerent, enatum est cruentum illud bellum, quod ut ignis in flammam erumpens indies latius serpit, tandemque totam Germaniam involvit, imo & exteri plerique Reges arma sua in Patriæ nostræ damnum & devastationem associarunt, ut hinc non immerito Bellum universale dici posset. Quanto animorum fervore, quantoque cruore effuso gestum sit, vel inde colligi potest, quod intra 17. annos ab adventu Regis Sueciæ in Germaniam septies præliis ingentibus, ter & decies minoribus quidem sed & ipsis acerrimis, decertatum sit. Breviter ea recenset Joh. Micrælius *in Syntagmate Hist. Polit. l. 2. Sect. 5. pag. 574. seq.* Postquam per annos 12. in propria sua viscera sævierat Germania, per divinam gratiam de Pace universali suscepta quidem est cogitatio, & tentata primum, sed frustra, compositio Francofurti anno 1631. vid. Londorp. *Tom. IV. pag. 226. seqq.* Dein ab Imper. & Saxoniæ Electore 1635. condita est Pax Pragensis, cujus Historia descripta est à Sam. Pufendorff. *lib. 7. rer. Suecic. §. 43.* Galeatio Gualdo *Histor. Ferdinandi III. part. 1. l. 9. p. 545.* Adolpho Brachelio *lib. 5. Histor. pag. 19.* De illa vero Pace non eadem omnium fuere judicia. Publicorum Germaniæ Jurium gnari non potuerunt concipere, qua ratione, quaque authoritate Solus Elector Saxoniæ eam sibi sumeret facultatem, universi Imperii causa cum Imperatore pacisci, cum indubium sit, jus Pacis nomine Imp. pangendæ penes Imperat. & omnes Imp. Status residere. Nec mirum igitur videri poterit, quod de ea judicarit Justus Asterius (sub quo nomine latere creditur Grotius, Hornio *in orbe Politico* & Placcio *in Catalogo Pseudonymorum*) in scripto, cui titulus: *Deploratio Pacis Germanicæ seu Dissertatio de Pace Pragensi tam infauste, quam injuste inita Praga Bohemorum edita Paris,* 1639. *Pacem Pragensem non solum vitiis pluribus infectam, sed nihil eadem actum esse, quod ullum alium, multo autem minus Universi Imperii cives devincire vel obligare queat.* Et frustraneus sane videtur esse conatus Authoris Vindiciarum, qui eam variis tegumentorum generibus defendere sategit, quæ Vindiciæ prodierunt sub titulo: *Vindiciæ Pacificationis Pragensis,* aufgelegt durch einen getreuen Chur-Sächsischen *Patrioten* 1635. nec non alius scripti, quod anno seq. editum sub titulo: gegründete Ablehnung etlicher wider den Pragischen Friedens-Schluß *movirten Dubiorum* von einem Liebhaber des Friedens. 1636. Atque hinc etiam Pace hac inita non cessarunt belli procellæ, sed potius graviores bellorum fluctus intentatam & putative obtentam per illam tranquillitatem exceperunt. Pax Pragensis ergo quia non arrisit

arrisit Coronis adversariis, nec omnibus Imperii Statibus, universali conficiendæ Paci Rex Angliæ & Rex Daniæ suam obtulerunt operam. Urbanus VII. Pontifex etiam inter Cæsarem, Domum Austriacam, Reges, Magnates & Proceres Catholicos generalem perpetuamque exoptavit quietem, suamque in ea procuranda auctoritatem spospondit, magno Catholicorum plausu, tandemque anno 1641. Mediatore Rege Daniæ Christiano IV. laudatiss. memoriæ, cujus literæ adhortatoriæ ad Pacem pangendam extant *in Theatr. Europ. ad an.* 1641. *pag.* 15. 19. 20. & apud Londorp. *Tom. IV. pag.* 792. 810. Hamburgi Pacificationis præambulum institutum est, ubi placuit, ut plenissima cum Suecis agendi ratio Osnabrugis, cum Gallo Monasterii propagaretur. Imperatoris Legatus ibi fuit Conradus à Luzovv, Galliæ Regis Claudius de Mêmes, Suecorum Joh. Adler Salvius. Secessere itaque magno numero Regum, Principum, Rerumpublicarum, Comitum, liberarum civitatum Legati primum Monasterium, ibique cum Gallorum Rege de Pace Universali convenerunt. Postea maxima pars Legatorum discessit Osnabrugum, ibique cum Suecis de Pace tractarunt. Vid. *Arcana Pac. Westph. pag.* 402. *seqq.* Ipsa proinde Pacis Conventio hic locorum tractata & conclusa, nempe Osnabrugis cum Suecis, & Monasterii Westphalorum cum Gallis. Hinc Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum, & Cæsareo-Gallicum. Quam morosi vero fuerint tractatus Pacis hujus, & quam nociva Patriæ extiterit mora, indicant Statuum Imper. querelæ *in literis notificatoriis ad Cæsarem die* 7. *Novembr. Monast.* 1648. ubi Status lang-geführte überschwehre und mühsame tractaten vocant apud Londorp. *Tom. VI. lib.* 3. *cap.* 15. *pag.* 435. *In literis ad Electorem Palatinum die* 18. *Novembr.* 1648. Kostspildige und mühsame Tractaten appellitant. Londorp. *d. l. c.* 23. *p.* 443. Ex Theatro Europ. *Tom.* 6. & Viri Illustris ac Incomparabilis Dn. Christophori Forstneri, Cancellarii Montispeligard. *Epistolis de hoc negotio Pacis conscriptis* petere licet illius moræ causas, qualisque in illo conventu animorum habitus, fines, consilia, commoda, vota, spes metusque secreti magis, quam professi extiterint, quod breviter ex iis adducit Oldenburger *ad Instr. Pac. p.* 1. *Disc.* 2. Conclusa autem salutaris hæc Pax d. $\frac{14}{24}$. Octobr. 1948. & à S. R. I. Deputatorum Extraordinariorum & aliorum Electorum, Principum & Statuum Legatis Plenipotentiariis subscripta sigillisque munita ac d. $\frac{15}{25}$. Ejusd. solenniter publicata. Londorp. *Tom. VI. l.* 3. *c.* 3. *p.* 421.

p. 421. D. $\frac{13}{23}$. Dec. Ratificationes Cæsareæ & Suecicæ ab hora matutina 9. ad 4tam pomeridianam invicem collatæ, circa quas fere novæ enatæ sunt difficultates. Londorp. *c. l. c.* 38. *pag.* 453. Permutatio ratificationum postea subsecuta d. 8. Februar. 1649. ipso die Concordiæ. Londorp. *d. l. c.* 59. *p.* 467. Obstitit quidem obnixe, nihilque clam palamve ob aliquot Archi-Episcopatuum & Episcopatuum Secularisationem non egit Curia Romana, cui tum præfuit Innocentius X. Pontifex, per Nuntium suum Fabium Chisium, ne Pax in Imperio ita coalesceret, & cum jam Divino favente Numine coaluisset, horrendo fulmine in eandem detonuit, sævissimaque Bulla illam damnavit, ac quantum in ipso fuit, proscripsit. Vid. Londorp. *d. l. c.* 6. *pag.* 423. Quam, quod mirandum est, ipse Cæsar Ferdinandus III. permisit per Nuntium Pontificis Viennæ valvis Templorum publicis affigi. Qui vero illam ex Nostratibus & Reformatis perstrinxerint, notavit Magn. Dn. Præses in *Disp. de Constant. & perpet. Pac. Relig. th.* 35. Illud Instrumentum Pacis Westph. præ cæteris LL. Imperii fundamentalibus antiquioribus studiose legendum, cum id ipsum multa circa Statum & regimen publicum innovarit & mutaverit, multa definiverit, quæ antea dubia & incerta erant, licet sit obscurum & intellectu difficillimum. Hæ enim difficultates quomodo superandæ, & qua ratione iisdem occurrendum sit, signanter tradit Magn. Dn. Præses *d. Disp. th. ult.*

XI.

Occurrit hic inprimis silentio haud prætereunda notabilis mutatio in Ter-Inclyto Collegio Electorum Sac. Rom. Imp. quod Statum Reipublicæ nostræ maxime respicit, & ipsum Cardinem Imperii tenet, volvitque. Constitit Augustissimum hoc Collegium à prima sui origine, quæ incidit in diuturnum illud interregnum, quod excepit fata Frider. II. Imper., usque ad hoc bellum tricennale & Pacem Westphalicam, ex septem Electoribus, qui Septem-Virorum nomen inde tulerunt, & numerus hic septenarius adeo stricte & sancte servandus ipsis visus fuit, ut nullo modo octavum Collegam admittere voluerint. Hinc cum Maximilianus I. Imper. Archi-Duces Austriæ in numerum Electorum cooptari vellet, impetrare id à Collegio Electorali non potuit, referente Hartm. Mauro *de Coronatione Caroli V. Imp.* ap. Goldast. *Polit. Imp. Part.* 3. *p.* 247. Schardium *rer. German. Tom.* 2. *p. m.* 26. Sed an id factum ob prætextam Septenarii numeri

ri ſanctitatem & Caroli IV. *in A. B. proœm. & tit.* 4 præſcriptam normam, ut nonnulli contendunt, an quod fortaſſe noluerint, authoritatem Domus Auſtriacæ jam tum ſpe Regni Bohemiæ turgentis majora incrementa capere, in medio relinquimus. Pariter repulſam tuliſſe fertur Bethlehem Gabor, Princeps Tranſylvaniæ, honorem hunc ambiens, ut ex Cancellaria Secreta Anhaltina refert Goldaſt. *de Regn. Bohem. l. 3. c. 5. n. 5.* At poſtquam Fridericus V. Palatinus ob id, quod motuum Bohemicorum Ducem ſe adverſus Ferdinandum II. Cæſarem præbuiſſet, per bannum Electorali dignitate una cum Feudis Imp. exutus, atque Electoratus ejus in Maximilianum Bavariæ Ducem translatus eſſet, qui d. 15/25. Febr. 1623. ſolenniter Ratisbonæ de eo inveſtitus, cujus actus deſcriptionem habet Londorp. *Tom. II. l. 6. c.* 177. 178. *p.* 674. *ſeq.* Inſtrumentum Inveſtituræ autem exhibet *cap.* 231. *pag.* 795. & iſte illi deinde etiam poſt longa & prolixa certamina, (quorum contextum & ſeriem explicavit *Author Pac. Weſtph. l.* 3. *num.* 82. 91. *l.* 4. *num.* 14. 15. 31.) per Inſtr. Pac. Weſtph. *art.* 4. cum omnibus Regalibus, officiis, præcedentiis, juribus ad eum ſpectantibus ut & ſuperiori Palatinatu & Comitatu Cham, omnium Imp. Statuum conſenſu accedente confirmaretur, in gratiam Palatini novus & octavus Electoratus introductus eſt; anno 1646. in ipſis Tractatibus Pacis haben die proteſtirende Stände zwar keinen achten Churfürſten admittiren wollen, ſondern begehrt, daß die Chur Abwechslungs-weiß Bayern und Pfaltz zugleich, die Lande aber dem Pfaltz-Grafen reſtituirt werden ſolten. Sed Imperator ſe hic oppoſuit, quia hoc medium alternationis non practicabile, optimum vero eſſe cenſuit conſilium, ſi octavus introduceretur Electoratus, in quem conſenſum Statuum requiſivit, ap. Londorp. *Tom. VI. l.* 3. *c.* 160. *p.* 253. quo interveniente, conſtitutum, quod Dn. Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, ejusque heredes & agnati totius lineæ Rudolphinæ juxta ordinem ſuccedendi in A.B. expreſſum noviter inſtituto octavo Electoratu frui debeant, duraturo quousque Bavarica ſeu Wilhelmina in maſculis duraverit linea, ea autem extincta, octavo quoque Electoratu extincto, Comes Palatinus priſtinum locum, dignitatem ac jura recipiat. *Inſtr. Pac. art.* 4. §. 9. Henr. Henning. *in notis ad Becker. lib.* 2. *c.* 3. Pacificatione Weſtphal. ſtatutum eſſe tradit, quod ſi contingat quandoque, unam alteramve harum Domuum lineam extingui, lex vetus revocari & ad numerum ſeptenarium A. B. ſolennem rediri debeat. Quem errorem quoque

erravit *Author* des in seinem Haupt und Gliedern Durchleuchtigen Teutschlands. *p.* 3. *c.* 5. *p.* 233. in *d. art.* 4. enim de hoc nihil habetur, quod Rudolphina exarescente perire quoque debeat octavus Electoratus. Hunc octavum Electoratum in Conventu Osnabrugo-Monasteriensi introductum & communi placito in Comitiis Ratisbon. 1654. confirmatum frustra convellere nititur *Author scripti* sub titulo: *Status Germaniæ deplorandus, anno* 1664. *editi*. Ea de causa, quod Innocentius X. Pontifex, Pacificationem Osnabrugo-Monasteriensem & consequenter hanc Electorum auctionem solenni bulla nullam declaraverit, hac addita ratione, quod numerus Electorum Septenarius olim authoritate Apostolica præfinitus sine sedis præfatæ consensu haud augeri, nec octavus Electoratus in favorem Caroli Ludovici, Comitis Palatini, institui possit, ac frustraneum plane Consilium Mich. Lonigi Gregorio XV. Pontifici anno 1623. exhibitum de adhortando Maximilianum, Ducem Bavariæ, ad petendam dignitatis Electoralis nuper obtentæ confirmationem à Sede Apostolica. Quid enim juris sibi Pontifex in Sacro nostro Imperio Romano-Germanico vindicare potest? vid. *Constitutio Ludovici Bavari de anno* 1339. ap. Goldast. *Tom.* 1. *Const. Imp. fol.* 335. *Edict. Guntheri Schvvarzburgici* apud eundem, *Tom.* 2. *Const. Imp. pag.* 414. Excrevit numerus Electorum porro anno 1692. in nonarium, dum Augustiss. Imp. Leopoldus Reverendissimum & Serenissimum Principem, Ernestum Augustum, Episcopum Osnabrugensem & Ducem Brunsuigo-Luneburg. Hannoveranum & ejus descendentes cum consensu majoris partis Collegii Elect. in Dignitatem Electoralem evexit, & de ea d. 19. Decembr. d. anno 1692. solenniter investivit. Licet vero multi ex Collegio Principum, tam Catholici, quam Evangelici, novo huic Electoratui ob neglectum consensum Collegii Principum, des Fürsten-Raths, aperte contradixerint, edita quoque contra investituram istam declaratione nullitatis, & ob hanc causam introductio novi Electoris ad ferendum votum in Collegio Electorali per plures annos suspensa manserit, attamen postquam extincta linea Zellensi Hannoverana Domus cum Guelferbytana in gratiam rediit, & Sacratiss. Imp. Josephus Principibus cavit, collationem hujus dignitatis à Gloriosiss. Imp. Leopoldo factam ipsis sine præjudicio fore, nec ulli amplius sine prævio ipsorum consensu dignitatem hanc conferendam, hocque futuro Recessui expresse in forma Pragmaticæ Sanctionis inserendum, à contradictione cessarunt, & moder-

dernus Sereniss. Elector per conclusum trium Collegiorum d. 30. Junii 1708. & Decretum Cæsaris d. 6. Sept. 1708. actu die seq. 7. Sept. d. ann. ad votum & sessionem capiendam in Collegium Electorale introductus est, una cum Rege Bohemiæ, qui per simile Conclusum & Decretum Cæsaris simul rursus admissus est ad votum & sessionem in omnibus tam universalibus quam particularibus Conventibus Imper. receptusque in protectionem Imperii, sub conditione conferendi ad necessitates publicas Imp., quantum Electores alias conferre consueverunt, nempe 60. equites, & 277. pedites aut 1828. flor. ut & ad sustentationem Cameræ Imp. 300. florenos Camerales. vid. *Acta & Conclusa huc pertinentia* in der Europäischen Staats-Cantzley *part. XIII. c. 9. pag.* 411. *seqq.* Monendum porro hic quoque venit, in novo hoc, quo jam vivimus, seculo, Domum Bavaricam eadem fata expertam esse, quæ superiori seculo Palatinæ obtigerunt. Postquam enim à Galliarum Rege, nescio, qua vana spe vel quo vindictæ studio induci se passus est Maximilianus Emanuel, Maximiliani, qui anno 1623. à Ferdinando II. de Electoratu Bavariæ primum fuit investitus, nepos, ut una cum fratre, Josepho Clemente, Archi-Episcopo & Electore Coloniensi, in partes Regis Galliæ, Imperatoris & Imperii hostis publice declarati, transierit, arctius fœdus cum illo in damnum & pernitiem Imperatoris & Imperii inierit, hostiles copias in ipsa viscera Imperii induxerit, iisque suas conjunxerit, & cum conjunctis ita copiis contra Imperatorem & Imperium hostiliter egerit, sicque non tantum Pacem Publicam manifeste fregerit, sed criminis perduellionis reum se quoque fecerit, per gloriosam victoriam Hochstettensem anno 1704. ditionibus & Germania pulsus, tandem d. 29. Aprilis 1706. consentientibus Electoribus solenni ritu in Bannum Imperii declaratus, ac una cum fratre dignitatibus, honoribus & bonis omnibus ab Imperio possessis exutus est. De quo vid. Europ. Staats-Cantzley *part. XI. cap.* 11. *pag.* 608. Quo facto Elector Palatinus pristinum locum, pristinam dignitatem, & huic adhærentia Jura ac officia cum Palatinatu Superiori & Comitatu Cham repetiit, ac tandem à Josepho Imper. assentientibus Collegiis obtinuit, vid. Europ. Staats-Cantzley *part. XIII. cap.* 10. *pag.* 436. *seqq.* Elector Brunsuigo-Luneburgensis Hannoveranus autem de officio Archi-Thesaurarii d. 12. April. hujus anni nuper solennissimè investitus est.

XII.

XII.

Per Pacem hanc Westphalicam haud pauca Imperii bona in Alsatia, Suntgovia, Brisgovia, Lotharingia sita, sacro Imperio nostro subduxit Galliarum Rex, quæ ipsum vigore Instrumenti Pacis Cæsareo-Gallici feudali titulo ab Imperio recognoscere nonnemo tradit. At refragantur huic asserto manifestissime Pacis illius Tabulæ, ipsaque rerum gestarum fides. Consultatum quidem fuit in Conventu Osnabrugensi, utrum è re Imperii foret, hæc feudali vinculo adstricta Galliarum Regi conferre, ut Imperatoris & Imperii Majestatem ipse eorum intuitu agnosceret, an potius omni feudi nexu, quo Imperio devincta, soluta supremi Dominii jure cedenda essent: Aliis prius Imperio conducibilius esse arbitratis, aliis posterius utilius eidem censentibus. Cujus consultationis seriem & rationes, quibus quælibet pars suam sententiam stabilire sategit, recenset Illustris Forstnerus *in Epistol. Pac. Osnabr. concern. scripta pridie Calend. Oct.* 1646. *p.* 46. *seqq.* & prolixius Pfanner *in Hist. Pac. VVestphal. l.* 5. *n.* 99. *seqq.* Pufendorff. *Hist. Suec. l.* 20. *§.* 175. *seqq.* Ipsa vero Statuum ea de re Declaratio videri potest ap. Pufend. *d. l. §.* 190. Londorp. *Tom. VI. lib.* 3. *cap.* 255. *pag.* 375. & de eventu testatur ipsum *Instrumentum Pacis Cæsareo-Gallicum, §.* 79. Similis Consultatio instituta fuit, cum anno 1668. Idem Rex Christianissimus ratione terrarum in Belgio Hispan. ad se, ut prætendebat, devolutarum in numerum & consortium Statuum Imperii cooptari vellet, quam contrariis utrinque rationibus disceptatam una cum literis Regiis eo nomine ad Status Imperii perscriptis exhibet Fritsch. *Elect. Jur. Publ. cap.* 12. jung. Author *Omin. rer. ser. p.* 1. *§.* 95. Joh. Wolffg. Textor *de rat. Stat. Germ. c.* 4. *p.* 105. Quæ Rex Sueciæ per eandem Pacem *art.* 10. obtinuerit, dicere antevertimus, cum autem ipse ea acceperit, ita, ut in feudum ab Imperio recognoscat, finibus Imperii hæc excidisse dici nequeunt, sed manserunt in obsequio Imperii, & illorum intuitu Rex Sueciæ tanquam Vasallus & Princeps Imperii voto & sessione in Comitiis & Conventibus Imperii gaudet. *Instrum. Pacis art.* 10. *§.* 9. Et cum ea Imperii facies ac conditio sit, ut absque exterorum ope & auxilio vix salvum esse possit, negat *è re Imperii esse, ut Sueci ex eodem penitus ejiciantur*, Samuel Rachelius *in Dedicatione Introduct. in Jus Publicum.* Sane in Conventu Osnabrugensi Suecos Imperatori & Imperio in beneficium imputasse, quod Suecorum Rex, qui Rempublicam contra Turcas ope, consiliis & milite adjuvare posset, Imperii

perii Civis esse non detrectaret, *ex Historia Pacis VVestphalicæ libro 2. n. 59.* discimus. Et quis negabit, quod Suecorum nec non Daniæ Regis patrocinium fulciendæ roborandæque Protestantium Imperii Statuum libertati & potentiæ, eademque opera subruendæ Catholicorum præeminentiæ quandoque valuerit, & hodienum valere possit. Testantur id abunde *Tractatus Pacis VVestphalicæ*, & manifestum documentum præbent *Articuli Conventionis inter Sacram Cæsaream Majestatem & Serenissimum Potentissimumque Regem Sueciæ d.* $\frac{21}{1}$. Aug./Sept. *anno* 1707. *in castris Regiis Ranstadii inita & consummata.* vid. Europ. Staats-Cantzley *part. XII. cap.* 1. Per eandem Pacem Westphal. Archi-Episcopatus & Episcopatus nonnulli qualitatem Ecclesiasticam exuerunt, & in Ducatus vel Principatus per successionem in heredes transmittendos transierunt. Sic Regi Sueciæ Archi-Episcopatus Bremensis, & Episcopatus Verdensis Ducatus & Principatus titulo *art.* 10. §. 7. junct. §. 3. *Histor. Pacis VVestphal. lib.* 4. §. 8. Londorp. *Tom. VI. lib.* 3. *cap.* 161. Electori Brandenburgico in compensationem cessæ Pomeraniæ Episcopatus Halberstadiensis & Mindensis, item Caminensis, & in casum mortis Augusti Saxoniæ Ducis, quæ insecuta est 4. Junii 1680. Archi-Episcopatus Magdeburgicus Ducatus nomine, sicut priores Principatus titulo, collatus *artic. XI.* §. 1. 4. 5. 6. junct. 11. *in fin.* Author des *Europ.* Heroldes. 2. Absatz. 4. *punct. pag.* 272. ubi refert, *lites exortas ratione occupatæ Sessionis in Scamno Seculari post Bavarum ante Comitem Palat. Lautereccensem.* Duci Megapolitano Suerinensis lineæ Episcopatus Suerinensis & Ratzeburgensis *art. XII.* §. 1. 3. Landgravio Hassiæ Cassellano Abbatia Hirsfeldensis Principatus titulo cessit *art. XV.* §. 2. 3. De aliis per Pacem hanc inductis innovationibus, & Juribus ad Statum vel Ecclesiasticum vel Politicum pertinentibus vel noviter constitutis aut definitis, vel ad futura Comitia pro decisione illic impetranda remissis, videantur *ipsi articuli Pacis & ibi Interpretes ac Commentatores*, cum illa omnia hic discuti nequeant.

XIII.

Vix autem per 15. aut 18. annos stetit Pax hæc illibata ac inviolata, jam tum enim sub fine anni 1661. Rex Galliarum contra Instrum. Pac. Westph. à X. Civitatibus Imperialibus Alsatiæ, quibus tamen immedietas & libertas sua, qua per plura secula ante Pac.

Westph. jam gavisæ, expresse d. Pace reservata erat, homagium seu juramentum fidelitatis & obedientiæ exegit, ab aliquibus etiam extorsit, & easdem Consilio vel Judicio Regio Supremo Ensishemii erecto, ejusque Jurisdictioni Criminali æque ac Civili, ad instar aliorum locorum à Rege acquisitorum, per Edictum subjecit, licet in Pace Monasteriensi omni ulteriori prætensioni Superioritatis Regiæ in illas, quam in Tractatibus pro satisfactione sua prætenderat, diserte renunciasset. §. *Teneatur &c.* 87. & immedietatem libertatemque Imperialem earundem Civitatum per Tractatus Executionis Noribergensis, per evacuationem & restitutionem subsecutam, nec non consensu expresso tacitove in Exercitium variorum actuum immedietatis libertatisque Imperialis, verbi gratia, sessionis votique Comitialis, Jurisdictionis Territorialis, Contributionum tum Imperialium tum Circularium, provocationis ad suprema Imperii Judicia, à tempore conditæ Pacis Westphal. huc usque sponte agnovisset; Neque in iis tantum res substitit, sed Gallica ambitio ulterius progressa sibi in iisdem etiam anno 1664. porro vindicavit (1.) Concurrentiam Jurisdictionis Cameræ Præfectorialis cum summis Imperii Tribunalibus. (2.) Directorium in constituendis Magistratibus, Consulibus & Senatoribus, ac Præfecti Superioris in Senatum liberum aditum. (3.) Dispositionem in Ecclesiasticis & militaribus. (4.) Jus viæ seu transitus copiarum Regiarum illarumque in Civitatibus hospitationes & alia jura, additis minis, ni in omnibus Regi debitum obsequium præstarent. Cum igitur Civitates illæ X. Imperiales conjunctim hæc sua gravamina & imminentia inde sibi pericula, ad Comitia Imperii detulissent, conquererentur passim & alii Imperii Status, Nobiles & subditi vicini, ob feuda, quæ recognoscant à Metensi, Tullensi & Verodunensi Episcopatibus, extra tamen eorum districtus sita, varia gravamina & impedimenta contra jura immedietatis tam sibi, quam Imperio à Rege Galliæ intentari, & sub nomine Supremi Dominii in dictos Episcopatus per Pacem Monast. concessi, eo modo, quo ipsi eorumque jura spectabant ad Imperium, Regiam jurisdictionem ultra Episcopatuum dictorum fines, & ultra casus jure communi feudali determinatos, extendi. Referrentque, quomodo ineunte anno 1662. jam citati Edicto Regio ad comparendum coram Curia Metensi & ad respondendum supra Procuratoris Generalis Regii conclusionibus, desuper sibi inhibitum, ne (in manifestum Sac. Rom. Imp. præjudicium) alium recognoscant Domi-

Dominum Supremum, quam Regem Chriſtianiſſimum, nec aliud Tribunal, quam dictæ Curiæ Metenſis, ſub pœna criminis læſæ Majeſt. & confiſcationis ſuorum Feudorum; ſimul etiam injunctum Regio Pfalzburgenſi Præfecto aliisve in ea Provincia in præſentiarum, vel poſthac, cum Imperio militari exiſtentibus, ut ad exequendum hoc Edictummanus auxiliares ferant. Controverſia inter Imperium & Coronam Galliæ de ceſſo huic per *Inſtrumentum Pac. Caſ. Gall.* §. 70. 73. 74. jure enata, Imperio noſtro contendente, Vaſallos extra diſtrictum ceſſorum *in* §. 70. trium Epiſcopatuum ſitos neutiquam ceſſione illa comprehenſos per §. 87. & in Alſatia nil aliud translatum, ceſſumque §. 73. 74., quam quod ad Domum Auſtriacam ſpectaſſet, adeoque in partes ceſſione comprehenſas, quibus immedietas Inſtrumento Pacis diſerte reſervata, ſibi ſupremum jus integrum illibatumque manſiſſe, vid. Londorp. *Tom. VI. lib.* 3. *cap.* 255. *&* 261. Gallia vero ſibi in quæcunque ab iſtis Epiſcopatibus ullo modo dependentia feuda jus, ac in Alſatia in omnia loca atque ditiones ceſſione expreſſas ſupremum dominium ab Imperio conceſſum affirmante, ad quam diſcutiendam & componendam utrinq; arbitri ſunt conſtituti, à parte nempe Imperii Elector Saxon. Aichſtadienſis & Conſtantienſis Epiſcopi & Civitas Ratisbonenſis, à parte Regis Galliæ Electores Moguntin. Colonienſis, Rex Sueciæ & Domus Haſſiaca, coram quorum ſubdelegatis miniſtris cauſa in Comitiis Ratisbonenſibus ab anno 1667. ad 1671. usque ventilata. Scripta utriusque Partis non ſolum *Diar. Europ. appendicibus ſuis* ſparſim exhibet, ſed & Fritſchius *annot. ſuis ad Inſtr. Pac.* conjunctim ſubjecit. Pars eorum etiam legitur apud Gaſtelium *de Statu Europ. publ. cap.* 6. *num.* 22. Poſtquam autem Germania novo bello cum Gallis anno 1672. involuta, res abrupta eſt. Bello vero iſti cauſam potiſſimum dedit Triplex illud fœdus, die Tripelallianz, à Batavis cum Anglis & Suecis anno 1668. ad cohibendos effrenes conatus Regis Galliæ, & depellendum grave ſibi ex continua Provinciarum Belgii Hiſpan. invaſione & direptione imminens periculum, initum, quo ſuæ ſecuritati proſpicere voluerunt, cujus tenorem refert Londorp. *Tom. IX. lib.* 10. *cap.* 179. *&* 182. *pag.* 648. *ſeqq.* Quod fœdus, quia Regi Galliæ ſudes in oculis erat, variis artibus, multoque auro illud diſrumpere ſtuduit, utrumque Regem Angliæ & Sueciæ in partes ſuas trahendo. Quo facto, Ipſe Rex Galliæ anno 1672. arma ſua vertit contra Hollandos, talem hoſtilem invaſionem minime cogitantes,

atque ad bellum sustinendum plane imparatos, & intra mensis spatium tres integras uniti Belgii Provincias in suam redegit potestatem. Ut vero semper dubia Martis alea, ita junctis Cæsaris, Imperii, Hispanorum atque Danorum viribus, mox Gallicis victoriis obex positus est. Hostis posteà Germaniæ & Belgii Hispanici terras invadens depopulando ac misere devastando maxima damna intulit. Tandem de pace restituenda cogitatum fuit, & conventus de ea tractanda & concludenda primum quidem Coloniæ Agrippinæ, postea Noviomagi instituti. Ubi Respublica Belgica prima fuit, quæ separatim sine consensu Confœderatorum 10. August. 1678. pacem cum Rege Galliæ iniit. Dein Imperator & Imperium die 5. Februarii 1679. cum Eodem Pacem Noviomagensem condidit, quam *notis & observationibus Historico-Politico-Juridicis* illustrarunt Ahasverus Fritschius & Adamus Cortrejus.

XIV.

Vix autem aliquot menses præteriere, quod Rex Galliæ Pacem Noviomagensem quam plurimis novis & injustissimis contraventionibus violare ausus est, quemadmodum fere innumerabilia Statuum Imperii gravamina & querelæ Punicam Gallorum fidem aperte docent. vid. Joh. Christ. Lunig. *in Sylloge actor. publ. p. 675. seqq. 759. seqq.* Fuit igitur Pax hæc Noviomagensis novi statim belli cum Gallis initium, ex causis strictim deductis ab Ahasvero Fritschio *in notis subitaneis ad Instrumentum Pac. Noviomag.* quas è primis principiis eruit Auctor Anonymus *Statera Belli & Pacis, edita Bruxellis* 1684. Non autem armis hoc bellum cœptum, sed omnia ex insidiis acta sunt. Justitiæ tegumento omnis iniquitas involuta. Tria in tribus Provinciis à Germania avulsis recuperatoria Judicia (Reunions-Cammern, Chambres Royales) instituit Galliarum Rex, unum Vesontii, alterum Brisaci, tertium Metis. Istic Burgundiæ, illic Alsatiæ, hic Austrasiæ limites, partim vetustate obrutos, partim pactis solennissimis mutatos, sibi in judiciis illis asseruit, ubi idem & Actorem & Judicem egit, ut scil. forensis Processus faceret epitomen. Non egerat tam cito Regis Advocatus, quam Judices pro Rege judicarunt. Ita infinita Imperii Civium ac subditorum multitudo, aut Regionibus spoliata, aut in Galliæ Regis obsequium redacta est. vid. *Recueil des arrets de la Chambre Royale établie à Mez pour la Reunion des dependences de trois Eveschez de Metz, Toull & Verdun, & autres endroits*

endroits à obeissance du Roy, en consequences de Traites de Paix, de Munster, des Pyrenes & Nimegue, à Paris 1681. Ad motas desuper in Aula Regis tam ab Imperatore, quam à Statibus Imperii querelas responsum fuit, daß Seine Königliche Majestät erbietig, gewisse *Deputatos* zu ernennen, und selbige in eine im Römischen Reich gelegene Stadt, als Speyr, Worms, Mayntz oder Franckfurt, wohin man sich hierüber vergleichen würde, zuschicken, welche mit denen Kayserlichen über ein- und andere Strittigkeiten sich zu vernehmen Vollmacht haben würden, auch von dem Tage an biß zu Außgang der Zusammenkunfft mit aller Thätlichkeit innen zu halten. Convenerunt ergo Anno 1681. Francofurti Imperatoris, Galliarum Regis, & Statuum Imperii Legati, ubi dum de Ceremoniis & aliis disceptarunt, Galliarum Rex Argentoratum mense Septembr. 1681. contra datam fidem intercepit. Quo nuntio ad Nostros perlato, ipsi noluerunt ante congressus instituere cum Gallicis Legatis, quam hæc aliaque in integrum restituta essent. vid. Pufendorff. *Rer. Brandenburg. lib.* 18. §. 68. Hinc Dissolutus Conventus Francofurtanus die 1. Decembr. 1682. vid. *Fasciculus Act. Publ.* qui de hac Deputatione Francofurtana prodiit, sub hac epigraphe: Wahrhaffter Teutscher Friedens-Rath, welcher in der Conferenz zu Franckfurt eröffnet und publicirt worden, edit. in 4to. Tractandæ pacis argumentum autem Francofurto Ratisbonam migravit. Interea vero anno 1683. contra omnem spem Turca pactas inducias fregit & magno exercitu Viennam adortus, etsi vero hæc felicissime liberata, hoste fugato ac cæso, attamen quia Turcicis armis vires Imperatoris & Imperii distractæ fuerunt, nec utrique hosti, Gallo nempe & Turcæ, profligando sufficiebant, è re communi visum fuit, in Armistitium à Rege Galliæ propositum 15. August. 1684. consentire, ne per arma Gallorum hactenus felicia contra Turcas consociata Christianorum arma impedirentur. Capta Buda Hungariæ & icto fœdere Augustano inter Imper. & Electores, ac Status nonnullos Imperii Rex Galliæ desideravit, ut Armistitium vicennale in perpetuam Pacem commutaretur, & huic gravissimo negotio perbreve temporis spatium definivit. Cum vero Imperator per Legatum suum tam impossibilitatem quam iniquitatem rei Regi Galliæ repræsentasset, ille tandem acquievit, & Armistitium inviolabiliter servare promisit. vid. Fritsch. *ad Armistitium Cæsareo-Gallicum pag.* 77. 78. *seqq.* sed vix quadriennium elapsum, ubi Rex Galliæ Armistitium iterum perfide fregit, nam die 3. Octobris 1688. per Legatum,

gatum, Comitem de Crecy, in Comitiis Ratisbonensibus præsentem, Imperatori & Imperio bellum denunciat, quibus ex prætextibus videre est apud Adamum Cortrej. *in Observationibus ad Pacificationem Cæsareo-Gallicam Rysvvicensem, in proœmio num.* 17. 18. Ferale igitur & atrox iterum bellum in Imperio aliisque Regnis ac Provinciis Christianis exarsit d. anno 1688. Quod tandem sopitum per Pacem Rysvvicensem anno 1697. die 30. Octobr. vid. Cortrej. *ad d. Pac. proœm.* Cujus Pacis *art.* 4. summa cum æquitate sublatæ & abolitæ sunt pleræque reuniones Gallicæ, nunquam resuscitandæ.

XV.

De Regno Poloniæ.

Polonia tot tantisque semper mutationibus fuit obnoxia, ut in proverbium abierit: Poloniam confusione regi. Causa ejus rei est, quod Regnum sit Electitium; Ex discordi ergo electione maximæ sæpe oriuntur dissensiones & disceptationes. Sic Stephano Batori Rege Poloniæ anno 1586. mortuo ordines Poloniæ in diversas partes distracti, concurrentibus variis Regni competitoribus. Magnus Cham & ipse Regiam Dignitatem ambiit, ridicule contendens; *potentem se esse, & posse Myriades aliquot equitum educere ex suis terris Polonia vel augenda vel tuenda, frugalem & continentem se esse, ac sine ullis ciborum deliciis sola equina in fame contentum; quod religionem concernat, Tuus*, inquit, *Pontifex meus Pontifex esto; tuus Lutherus meus Lutherus esto.* Ast repulsam ipse tulit. Multorum animi inclinarunt in Maximilianum Archi-Ducem Austriæ, Rudolphi II. fratrem, alii tamen Sigismundum, Johannis Sueciæ Regis filium, (cujus mater erat Catharina, Sigismundi Augusti soror, adeoque ex stirpe Jagellonica maternum genus ducebat, quod magnam gratiam ei apud populum conciliabat, elegerunt: & hæc factio, cujus caput Johannes Zamoiscius, Regni Cancellarius, prævaluit, frustra Maximiliano Cracoviam ad Regnum sibi firmandum obsidente. Zamoiscius enim Eum fugavit, & ad Biciniam acie fusum cœpit, arcique Crasnostavensi inclusit, ex qua biennio exacto ad intercessionem Cæsaris & Pontificis, postquam titulo Regis Poloniæ renunciasset, dimissus fuit. Sigismundus III. Rex Poloniæ, Johanne Sueciæ Rege Parente suo anno 1592. mortuo, profectus in Sueciam, Regia & ibi suscepit insignia. Verum cum partem Livoniæ à Patrio Regno ad Polonos transferre, Religionemque Catholicam in Sueciam reducere conaretur, conquesti Ordines Sue-

Sueciæ violata ab illo Juramenta & Pacta, ac cum indies novis injuriis exacerbarentur animi, tandem Sigismundo Regnum Sueciæ publice abrogatum, illudque in Carolum Sudermanniæ Ducem, illius Patruum, anno 1599. translatum. Quâ occasione diuturna illa inter Polonos & Suecos exorta fuerunt bella, quæ induciis quidem ad tempus composita sunt, sed translato hinc in Livoniam bello, Sigismundus urbes plures ipsam quoque Rigam dicto Carolo violenter abstulit. Aliàs plurima bella fortiter gessit, inprimis verò contra Turcas, quos parva militum manu repulit, postque tot Turcis infaustos conflictus, pacem petere Barbaros adegit; Turcæ enim in oppugnationibus castrorum Polonicorum supra sexaginta hominum millia, in reditu vero majorem desiderarunt numerum. Tandem anno 1632. Varsaviæ expiravit, Princeps prudens & magnanimus, succedente ei filio primogenito Uladislao IV. renitentibus licet Ecclesiasticis. vid. Pufendorff. *Hist. Suec. l.* 4. *§.*67. Hic primo regni aditu, insignem de Russis Smolensko urbem circumsedentibus victoriam retulit. Credebatur proditione Hermanni Scheinii supremi militiæ Russicæ Ducis clades ista accidisse, unde & ille redux capitali supplicio affectus fuit. Olearius *Itiner. pag.* 131. Præter Smolensko Severiam, Czernichoviam armis vindicavit. Turcas quoque Polonum avertere ab hostibus conantes fortiter repulit, ita ut Turcæ de incursione satisfacerent, Bassa, qui eas copias duxerat, strangulato. Cosaccorum rebellionem fortissime etsi cum ruina multorum egregiorum virorum oppressit; sed ita, ut cum Poloni Cosaccos nimis acerbe tractarent, hi desperatione adacti Reipubl. Polonicæ valedixerint, & plurimi in M. Ducis Moscoviæ verba jurarint, alii Turcæ sese aggregarint & bellum Turcicum contra Polonos concitarint. Inducias cum Suecis expirantes in annos 26. Stumsdorffii in Borussia prorogavit, locis, quæ in Borussia Suecus tenebat, Polono traditis. De tractatibus istis vid. Pufendorff. *Rer. Suec. l.* 7. *§.* 126. *seq.* Inter hæc demortuum Uladislaum anno 1648. Johannes Casimirus II. frater excepit, qui primum anno 1643. Jesuita, deinde anno 1646. Cardinalis, & denique Rex factus adversus rebelles Cosaccos Tartaris junctos, quorum exercitus ad 300. armatorum millia ascendisse dicitur, quantumvis impari manu cinctus ita pugnavit, semel iterumque, ut ingenti suorum strage perculsi barbari deseruerint infaustam aggressionem. Sed paulò post non tantum superatus à denuo rebellanti-

lantibus & se Mosco dedentibus Cosaccis, qui prædas agendo, cædendo, agros exurendo, conjuges liberosque violando, ingentes Poloniæ clades intulerunt, verum & in ultimum prope exitium præcipitatus. Rebus sic pessum euntibus anno 1655. nova tempestas Poloniæ incubuit. Carolus Gustavus Rex Sueciæ enim eam ingressus, Poloniam utramque, omnem ferme Prussiam, & Masoviam cum Regni sede Cracovia suæ fecit ditionis, à quo atroci prælio victus Joh. Casimirus Augustiss. Imper. Leopoldi opem implorare coactus est. Qua accepta resumpsit mox animum & Suecum hostem insolentius se gerentem cæcidit & amissas ditiones revindicavit. Inde propriis nixus viribus signa cum Moscis & Cosaccis contulit. Demum verò motuum intestinorum ac turbarum pertæsus regno sese abdicavit anno 1668. in Galliam se conferens, in Abbatia (ut vulgo vocant) S. Germani, ætatem exegit, ibique post quatuor annos morte decessit. Acta resignationis ex Chvvalcovio descripta habes apud Hartknoch. *de Rep. Polon. l. 2. cap.* 1. §. 5. Inde Jurejurando regio quoque caput adjectum est, ne Regi renunciare suscepto semel Regno liceat; Quod tamen caput remissum est Joh. III. notante Hartknochio *l.c.* Quum jam nemo ex regia Poloniæ stirpe superstes esset, complures extranei regnum prensare instíterunt. Competitores scil. erant Carolus Dux Lotharingiæ; Ludovicus Duc de Condé, Magnus Dux Moscoviæ; & Tartarus Han; quorum spes irrita reddita est. Ambierat quoque eo tempore Regnum Dux Neoburgicus, & constat, Senatores plerosque ejus partibus addictos fuisse, verum eum inferioris nobilitatis suffragia expetere neglexisse, id illa in contumeliam suam fieri interpretata magno numero coiit, & Piastum quendam Michaelem Wiesnovizkium Regem constituit, mortem minata, si quis contradicere auderet. Hic breve, sed intestinis turbis perpetuò exercitatum regnum gessit, nec enim concoquere poterant Senatorum plerique, Regem se invitis ab Equestri ordine creatum fuisse, inde Archi-Episcopus Gnesnensis, & summus militiæ Præfectus Johannes Sobieskius, atque alii ex Procerum Ordine Imperium ejus detrectarunt, jamque res eo pervenit, ut palam conditiones has illi proponerent, si quidem sponte Regno cederet, se illi galerum Cardinalitium impetraturos & 1000000. fl. Polonicorum soluturos, Reginæ vero de alio provisuros esse marito. Verum hæc consilia Equestris Ordinis fides & constantia in Regem discussit. Interea vitam cum subitaneâ morte commutavit Rex anno 1673. quem veneno interemptum haud

haud pauci suspicati. Becmann. *Hist. orb. Terr. Civ. c. 8. pag.* 683. In ejus locum suffectus est Johannes Sobieskius. Hic Rex ipse, cum Turcæ anno 1683. Viennam in Austria arctissima cinxissent obsidione cum exercitu 200. mille militum, allatis secum viginti, & quod excedit, virorum millibus, ad solvendam obsidionem accelerabat, idque etiam adcurrentibus simul ad ferendam opem Electoribus duobus, Saxoniæ & Bavariæ, ac Duce Lotharingiæ, fortiter & generose perficiebat. Hinc in laudem ejus hæc inscriptio facta erat: *Tota Europa nuper excidio proxima, nunc periculo exempta, debitis & festis plausibus, indesinentibus cujuscunque ætatis, sexus, nationis, vocibus, Christo fatente, & Fide jubente procumbens acclamat: Inter natos mulierum non surrexit major Johanne.* Tandem solvit debitum naturæ Rex fortissimus anno 1696. & lege sancita, ne Piastus eligeretur, Successorem nactus est, mutatis sacris, Fridericum Augustum, Electorem Saxoniæ, qui ex competitoribus, quos inter Princeps Conty Galliarum Regis Ludovici XIV. suffultus mediis, non parvam de consequendo Regno sibi spem faciebat, prævaluit, & prævia legitima electione à Vice-Primate Episcopo Cujaviensi 15. Septembr. 1697. coronatus est. Primum, quo fruitur Polonia, beneficium erat, quod Regno Polonico Turcæ Caminiecum, una cum omnibus locis, quæ in Ukraina & Podolia Turcæ Polonis subtraxerant, reddiderint; quod evenit anno 1699. in pace, quæ Carlovizii cum Turcis inita est. Postea fœdere cum Magno Duce Moscoviæ inito bellum cum Suecis infeliciter gerens, pace cum Suecis confectâ, Regnum Stanislao Comiti de Leczinski cedere coactus est. Nunc autem ab Ordinibus Poloniæ denuò revocatus Poloniam petiit. vid. Neueröffneter Welt- und Staats-Spiegel, *Part. 1. pag. 61. seqq. pag. 127. seqq. Part. 2. pag.* 179. *Part. 5. pag.* 487. *Part. 6. pag.* 518. *seq.* qualisnam vero futurus totius belli exitus, dies docebit.

XVI.

De Regno Moscoviæ.

Superest Moscovia, quæ & Russia Alba vel Major dicitur, gaudetque illi imperans Magni Ducis titulo, quo primum usus Johannes Basilides, mortuus anno 1492. Ipsi Magno Duci & Czarii titulus tribuitur, quem assumpsit Basilius, dicti Joh. Basilidis filius, postquam Smolenscensem Principatum & quicquid Siberiensis ditionis supererat, Imperio suo adjecit. Hujus Successor Johannes Basilides II. Cassanense & Astracanense Regnum quoque in suam potestatem re-

redegit, ac fere omni Mari Caspio sui juris facto Imperium in Persiam usque protulit, multis aliis præclare, non tamen sine crudelitatis infamia, gestis. Thuan. *lib.* 21. Hujus filio & Successore Fœdore Joannovviz sive Theodoro sine prole 1591. mortuo, seu potius veneno sublato, Principatum malis artibus occupavit Borissius Gudenovius, illius affinis; Nam vivo adhuc Theodoro fratrem ejus Demetrium fraude interemit, ac naturali obiisse morte finxit, & sic Principatum in se, quod intenderat, astute transtulit; sed successu non admodum læto, maxime, cum de Imperio contendere cum eo Pseudo-Demetrius cœpisset. Hic à Jesuitis, Livonis atque Polonis, ipsoque Pontifice, Sigismundo Regi Pol. commendatus, mascula oratione ab eodem gratiam & militem ad recuperandum Ducatum obtinuit. Borissius interea anno 1605. repentina morte decessit. Ejus filius, Theodorus seu Fœdor Borissovitius Magnus quidem Dux creatus est: sed, vix semestri exacto, deficientibus Russis ad Pseudo-Demetrium, à Secretario Pseudo-Demetrii una cum matre ejus, Maria, captus & strangulatus fuit, adeoque Moscovia omnis ultro sub Imperium Demetrii veniens eum in Magnum Ducem coronavit. Hic Mariam Gorgonam, Georgii Minisxekii, Palatini Sendomiriensis, filiam in uxorem sibi despondit. Mosci vero supposititium eum esse suspicantes, id occultarunt, donec sponsa Polonica advenisset. Cum ergo nuptiæ ingenti magnificentiæ apparatu celebrarentur, anno 1606. Russi, excitata seditione, impetum in arcem faciunt, Demetrium, qui custodia Germanorum, qua Moscos offenderat, dimissa, tueri se non poterat, multis vulneribus interemerunt, cadaver ludibriis affectum in cœnum abjecerunt, sponsam omni gaza spoliatam in Poloniam remiserunt. Vid. Meteran. *Histor. lib.* 25. *ad ann.* 1605. *pag.* 326. *seqq.* Thuanus *lib.* 135. Exin Basilius Zuiskius Magnus Dux appellatur, qui corpus Demetrii projici in foro, gratum populo spectaculum fore ratus, jussit. Verum vulneribus deformatus vultus haud agnoscebatur, ideoque rumor in vulgus increbuit, Demetrium fuga salutem quæsivisse: & sane mox prodiit in lucem, qui Demetrii & nomen & personam præ se ferebat, quem etiam Poloni pro vero agnoscebant, eique auxilium ferebant, sed cum gravissimis à Polonis cladibus sit affectus Zuiskius, & in eorum manus venerit, Pseudo-Demetrio interfecto, Princeps Poloniæ, Uladislaus nomine, Magnus Moscoviæ Dux anno 1610. creatus fuit. vid. Stanisl. Kobierzicki *Histor. Uladislai Princip. Polon. lib.* 2. 4. & 5. ubi ipsum

Diploma

Diploma electionis refert *pag.* 301. *seqq.* Sed Sigismundus Rex Poloniæ persuaderi sibi passus, ut conditiones à Moscis præscriptas repudiaret, satiusque esse putaret, vi armisque Moscoviam subigi, Russi, cognito Polonorum consilio & proposito, ab Uladislao alacrius deficiunt, & ad Michaelem Fœdorovitzium (quem ex Johannis Basilidis filia Theodorus Mikitovizius, Patriarcha, genuerat,) Imperium Moscoviæ anno 1613. deferunt. Is, ceu Princeps pietate, Pacis amore ac Clementia celebris, composita cum Suecis & Polonis pace, rem Russicam intestinis prolapsam turbis restituens diem supremum, postquam 33. annos laudabiliter regnasset, obiit 12. Julii anno 1645. Excepit eum filius Alexius, à patre, ut moris est, Michaelovitzius, hoc est, Michaelides cognominatus, qui pace cum Suecis facta, omnia, quæ in Livonia ceperat, illis restituit, & inducias 13. annorum cum Polonis pactus. Bello gravi à Turcis quoque petitus est, propterea quod à Cosaccis multi in fidem Magni Ducis concesserant. Quo in bello Mosci fortuna non admodum secunda usi sunt. Demoriens anno 1676. Principatum filio Fœdori Alexovitzio, infirma valetudine laboranti, reliquit. Qui contra Turcas arma movit, eosque anno 1678. urbis Czechrin obsidionem solvere magna iis illatâ clade coëgit, induciis in viginti annos factis anno 1682. è vivis excessit. Post obitum ejus uterque fratrum Ivan & Petrus Alexiovvitz pari potestate Imperio præfecti sunt, qui cum Gloriosissimo Imper. Leopoldo & Johanne, Poloniæ Rege, fœdus contra Turcas inierunt, copiasque suas in Crimensem Tartariam miserunt, sed summus eorum militiæ Dux proditionis & conjurationis adversus Petrum accusatus in exilium abiit, Sophia quoque Principum soror ceu tuba periculosorum in Moscovia tumultuum, in Monasterium detrusa est. Ivan Alexovvitzius, quietis amore omnem Imp. administrationem fratri suo Petro ex integro ultro cessit, titulo contentus & otio, in quo etiam non ita multo post exstinctus est. Quo animo politiorum artium humanitatem, multorum seculorum pertinacia ex Moscovia proscriptam modernus Czaar Petrus Alexiovvitzius reducere laboraverit, facile ex eo colligi potest, quod capaciores Primatum filios in diversas Europæ regiones, in Germaniam, Italiam, Angliam & Hollandiam emiserit, imo rarissimo exemplo ipse in propria persona cum ingenti Comitatu has omnes Provincias, excepta Italia, à qua propter ortam in suo Imperio rebellionem impediebatur, permeare, & in primariis locis, ut Viennæ, Londini, Berolini,

Dresdæ ac Lipsiæ, Hagæ Comitum aliquandiu subsistere dignatus fuerit, Imperatori, Angliæ Regi, Electori Saxon. & Brandenburg. nec non Ordinibus Belgii amicitiam & benevolentiam suam offerens, à quibus contrà Regiis honoribus & deliciis exceptus est. Ex Conjuge sua è familia Lubochiniana filium suscepit Alexium Petrovvitzium anno 1690. 3. Octobr. natum, egregia indole, virtutibusque ingenuis inclytum Principem, in quo spes Patris & fortuna Moscoviæ recumbit. Bellum, quod cum Turcis habuit, anno 1699. Pace facta compositum, qua Magnus Moscoviæ Dux loca Turcis erepta retinuit, hæcque Pax nuperrimè renovata est, & hactenus satis grave, quod initio quidem infelix, bellum cum Sueciæ Rege gessit, ast ut belli alea anceps est, ita in ultimâ pugnâ prope Pultovvam die 27. Jun. 1707. fortuna se plane vertit, totusque exercitus Suecicus fusus ac profligatus est. vid. Neu-eröffneter Welt- und Staats-Spiegel, *Part. 1. pag. 129. seq.* Quis totius belli eventus futurus sit, dies docebit.

XVII.

De Regno Hungariæ & Bohem.

Cum materia sub manibus in tot excreverit pagellas, prohibemur quidquam amplius addere de Regnis Hungariæ & Bohemiæ Serenissimæ Domus Austriacæ hereditariis, ac proinde per eosdem, qui ex Inclyta hac Familia per integrum hoc Seculum XVII. Sacro Romano-Germanico Imperio sub Augustissimo Imperatorum & Regum Romano-Germanicorum titulo præfuerunt, nempe per Rudolphum II. Matthiam, Ferdinandum II. III. IV. Leopoldum I. & Josephum I. hodie gloriosissimè ac felicissimè Imperantem, moderatis, & veniam ea in re nos tanto facilius impetraturos speramus, quia in iis nil nisi varii motus, ex quibus Bohemicorum supra in *Th.* 10. *&* 11. sub Imperio Romano-Germanico paucis jam facta mentio, variaque bella cum Turcis ac aliis variâ fortunâ, plerumque tamen feliciter gesta fuerunt, imprimis sub Sacratissimo Imperatore Leopoldo M. qui omnes suos gloriosissimos Antecessores armorum felicitate & famosissimis contra Turcam victoriis immensum superavit, confirmat hoc Turcarum infelix tentamen, cum *anno* 1683. fracta perfidè Pace, & devastatis Provinciis, arcibus & oppidis, Viennam Austriæ, numerosissimo ad 200000. exercitu adducto, obsidione gravissima presserint, tandem tamen cæsis 30000. & in fugam conjectis reliquis omnibus, 12. *Sept. d. ann.* obsidionem sol-

ſolvere, & Kara Muſtapha, magnus Vezierius, turpi fuga ſibi conſulere coactus fuit. Auget gloriam Imperatoris, quod eodem anno 20. Octobris prope Barcanum, in prælio 7000. cæſis, inſuper Strigonium expugnatum ſit; quod *anno* 1684. 9. *Julii* apud Waizam denuo maxima clade Turcæ affecti ſint, interemptis eorum multis millibus; quod *anno* 1685. Neovarinum armata manu expugnatum recuperatumque ſit, nec non *anno* 1686. 23. *Sept.* Buda Hungariæ Metropolis, Segedinum, & Quinque-Eccleſiæ pari modo & Heroica virtute in Imperatoris poteſtatem redactæ ſint; quod *anno* 1687. 12. *Auguſti* prope Mohatz memorabilem Cæſar victoriam contra Turcas obtinuerit, cæſis eorum 5000. captiſque omnibus tormentis & rebus ad bellum neceſſariis, nec non expugnato inſuper Eſſesko, Boſſega, Slavoniæ Metropoli, Erla, aliisq; præclaris locis; quod *anno* 1688. expugnata Alba Julia, Lippa, Illock & Petrovvardinum, & 28. *Auguſti* Belgradum armata manu receptum; quod *anno* 1689. conſiderabile illud fortalitium Sigeth, ad cujus mœnia olim *anno* 1566. Solimannus occubuit, recuperatum, & 24. *Sept.* parva Chriſtianorum manu ad 16000. quinquaginta millia Turcarum ingenti clade prope Niſſam proſtrati, eorumque ad 10000. internecione deleti ac inſuper ipſa Niſſa & Scopia Cæſari vindicata, in quibus oris ſpatio centum & plurium annorum exercitus Chriſtianus non viſus eſt; quod *anno* 1690. 10. *Martii* expugnata Caniſcha; quod *anno* 1691. 19. *Auguſti* ſub Principe Ludovico Wilhelmo Badenſi famoſa illa ad Salankemen victoria à Turcis reportata, in quo ſanguinolento prælio Turcæ omnia tormenta bellica cum toto hoſtico amiſerunt, & 24000. periere; quod *anno* 1692. 26. *Maji* Varadinum, & *anno* 1693. Jeno, nec non *anno* 1694. Guyla feliciter recuperata. Complet has omnes victorias Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Ottomannicum 26. *Januarii anno* 1699. Carlovvici in Sirmio confectum; In ipſa regiminis forma autem mutatio in his Regnis nulla facta. Nec niſi obiter, quia ſeculum noſtrum tranſcendit, mentionem facimus enati nuper Regni Boruſſiæ, quod Fridericus III. Elector Brandenburgicus cum ineunte novo ſeculo erexit vel reſtauravit, cum intuitu Boruſſiæ, quam Sereniſſimus Parens, Fridericus Wilhelmus, Regno Poloniæ certis conditionibus exemerat, & pro ſe ac omnibus è familia Electorali recta ſerie deſcendentibus maſculis, ut ſupremus Boruſſiæ Dux per Pacta Welavienſia Bydgoſtæ confirmata *anno* 1657. 19. *Sept.* (quæ extant apud Londorp.

De Regno Boruſſiæ.

Tom. VIII. lib. 8. *c.* 101. *pag.* 170 *seqq.* Pufftendorff. *Histor. Brandenburg. l.* 6. *pag.* 381. *seqq.*) acceperat, communi Imperatoris & exterorum Regum ac Principum applausu Regis assumpsit titulum, solenniter in Regem Borussiæ *die* 18. *Januarii* 1701. coronatus Regiomonti Borussorum, qui Regem & Regnum Poloniæ data assecuratione tam antea, quam postea, plenè securum fecit, ipsis nullo modo hanc tituli Regii assumptionem præjudicio fore, aut damnosam futuram, sicut eam exhibet Joh. Christ. Lunig. *in Syllog. negot. Publ. Supplement. ad ann.* 1700. *pag.* 295. & *ad ann.* 1701. *pag.* 332. Idem exhibet quoque *pag.* 414. inanem Protestationem Pontificis contra assumptum titulum Regium ratione Borussiæ, contra quem & Ordinis Teutonici, (cui non potuit non invisa esse hæc nova in Prussia Majestas) Gravamen in Comitiis Ratisbonens. eapropter interpositum. Vindicatur tamen ille egregiè scriptis, quibus titulus: Päbstlicher Unfug wider die Crone Preussen, welchen Clemens XI. in Einem den 16. *April* 1701. ausgestreueten Brevi begangen, quod & prodiit sub inscriptione: *Nænia Pontificis de Jure Reges appellandi, authore Joh. Franc. Albani.* Vertheidigtes Preussen wider den vermeynten Anspruch des Teutschen Ordens. Et hisce Dissertationi nostræ imponitur

FINIS.

Corollaria.

I.

HOspitale Civitatis Imperialis N. mixtæ religionis, in pago, cujus incolæ omnes Romano-Catholicæ religioni addicti, quoad dominium utile ad Perillustrem Dn. Baronem de N. quoad directum autem ad Sereniss. Domum Austriacam spectante, sine ulla controversia Jure decimandi gaudet. Quia igitur Hospitale utrique religioni addictis commune, decimas suas à longissimo tempore per Civem Romano-Catholicum & alium August. Confessioni addictum collegit, postquam autem ad fructus recondendos proprium extruxit horreum, sicque & alias antehac vendi solitas decimas per conductos ad id homines exigi mandavit, numerus eorum, quo-

quorum opera decimæ collectæ, abinde ad octo crevit, quos inter duo vel tres August. Confessioni addicti fuere. Cum verò præterito anno horum unus defunctus, Præfectus Hospitalis Rom. Catholicus substituit Romano-Catholicum, quod postquam Præfectus Hospitalis August. Confessioni addictus rescivit, mox ipse alium Evangelicum constituit, atque ad quasi possessionem manutenendam eundem cæteris associavit. Ast Dn. Baro de N. contra hunc ipsum protestatus est, dicens, se non obstrictum, admittere August. Confessioni addictum in suo pago ad colligendas decimas, quin & mulctam vel carcerem ipsi interminatus, si veniat officio hoc persuncturus. Quas minas quoque postea executus est, quando ipse cum cæteris in messe jussu Præfecti Hospitalis August. Confess. addicti ad exigendas & colligendas decimas comparuit, carceri ipsum includendo. Quod num jure factum? & an causæ hujus cognitio ad Curiam Feudalem vel summum Imperii Judicium v. g. Aulam Cæsaream pertineat? quæritur. Et respondetur ad prius, quod non. Quia cuilibet jure decimandi gaudenti libera competit facultas, cujus opera & ministerio uti velit in colligendis decimis, & ab ipso electum omninò admittere tenetur is, qui decimas persolvere obstrictus est, nec proprios suos subditos illi invito obtrudere potest, nec quisquam intuitu religionis diversæ à munere hoc arceri potest, sub pœna fractæ Pacis religiosæ. *Instrum. Pac. VVestphal. art. V. §. 35* Ad posterius autem respondetur, quod causæ hujus cognitio minime spectet ad Curiam Feudalem, sed omnino pertineat ad summum Imperii Tribunal.

II. Civitates Imperiales sunt Status Imperii, & Jus Territorii, sive Superioritatem Territorialem habent.

III. Vicarii Imperii de Feudis majoribus cognoscendi & judicandi facultatem habent.

DIS-

DISPUTATIO XXVII.

DE

ELECTIONE IMPERATORIS.

CONTINENS

HABILITATEM PERSONÆ ELIGENDÆ.

DISSERTATIO POLITICO-JURIDICA

JOHANNIS BERNHARDI GAUPP,
Esslingensis.

hab. d. Jun. M DCC XII.

SUMMARIA.

IN Persona in Imperatorem eligenda requiritur maxime Idoneitas seu Habilitas. th. I. Ratione Sexus Imperator sit Mas, non fœmina. th. II. Ratione patriæ sit Germanus. th. III. Ratione ætatis in Imperatore futuro requiritur perfecta ætas. th. IV. Ratione Natalium sit Persona Illustris. th. V. Porro ratione Generis & prosapiæ sit legitime natus. th. VI. Ratione Status sit Laicus, non Clericus. th. VII. Ratione Bonorum fortunæ eligatur persona dives ac potens. th. VIII. Ratione Religionis sit Christianus, non infidelis vel hæreticus. th. IX. In novissima Electione Imperatoria merito rursus prælata est Familia Austriaca. th. X.

PROOE-

PROOEMIUM.

Iam annus est, L. B. quùm in Alma Argentoratensium Universitate, ubi Studiorum causâ per aliquot annos versatus, sub auspiciis *Viri Amplissimi & Consultissimi, Dn. Felzii, (Patroni, Mecænatis ac Fautoris mei, devoto venerationis cultu æternùm prosequendi,)* conflictum aliquem disputatorium publicè atque solenniter subire gestirem; verùm, nescio quæ rerum mearum vicissitudo istud quidem propositum tum interruperit, atque ab inchoato jam opere manum abstrahere, mentem aliò vertere, atque Musis istius loci inopinatò jusserit valedicere. Monuit autem abitum parantem, *Vir ille Doctiss.* ut ergo, quod Argentorati ipsius suasu ac auctoritate firmiter quidem mecum constitueram, per temporis verò angustiam perficere impediebar, id in Tubingensi, quò tendebam, Athenæo præstare, meliorique otio effectui dare propius adlaborarem. Sedit hucusque animo monitum, neque imminuta etiamnum est, quæ me olim tenuit honesti propositi cupiditas. Quin imò, ex quo indè in hanc Studiorum Universitatem fui translatus, eadem aucta est cupiditas, tantoque ardentius idem cœpi desiderare, quantò optatior in illustri hâc Eberhardinâ, quæ ob Doctorum suorum famam dudùm undiquaque inclaruit, discendi, cumque Doctis Sermones miscendi datur occasio. Ne igitur priorem mentem penitùs viderer abjecisse, utque tandem satisfacerem expectationi jussisque Patronorum, quorum mandato meritò mihi sanctius nihil esse debet, paginas quasdam in formam Dissertationis alicujus Academicæ conscribere tentavi. Et cogitanti quidem de themate aliquo ex Jure Publico desumendo, mutato animo, circa prius, quod quondam Argentinæ libuerat argumentum, placuit nunc ante alias potiùs Materia de *Electione Imperatoris*, utpote quam præteriti modò temporis, rerumque Germanicarum Statûs ratio suppeditabat, ob suamque & elegantiam, & dignitatem, quàm maximè commendabat. Cùm autem isthæc materia satis lata & adeò prolixa sit, ut exindè non unicum tantùm, sed quàm plurima argumenta depromere liceat, neque verò mihi illam in universum tractare, sed partem duntaxat aliquam nobiliorem ex ea

ſeligere, atque exercitii gratiâ per modum ſpeciminis alicujus Academici proponere animus ſit, hinc arriſit porrò præ aliis potiſſimùm materia illa nobiliſſima, quæ agit de *Habilitate ſeu Requiſitis Imperatoris eligendi.* Ad quod quidem thema evolvendum, quantum pro ingenioli mei modulo fieri poterit, operam dabo, ut ſingula Requiſita poſitionibus quàm breviſſimis, eo ferè, quo apud Limnæum occurrunt, ordine ſiſtantur, in earumque deinceps ſubjuncta evolutione 1.) eadem ex generalioribus Politices principiis paulò altiùs repetantur, 2.) Leges & fundamenta, quibus nituntur, ex Jure Publ. Rom. Germ. adducantur. 3.) Ex Hiſtoria nec non Juris Univerſalis quandoque & privati applicatione convenienti paſſim illuſtrentur, & denique 4.) breviter ſub calcem indigitetur, quomodo iſta Requiſita, in *Carolo Glorioſiſſimo Imperatore noviſſimè electo*, egregiâ atque excellentiori quadam ratione conſpirent ac deprehendantur. Cùm autem materiæ hujus gravitas & præſtantia haudquaquam me lateat, probèque imbecillitatis meæ conſcius, lubens agnoſcam, eam præſentibus pagellis à me pro dignitate ſua non explicari poſſe, propterea à Te B. L. enixè contendo, velis tuo favore atque benevolentia, quam, ſi candidus es, facilè mihi promitto, conata mea qualiacunque, honeſta tamen, adjuvare, errores, & quæ minùs appoſitè vel accuratè dicta, æquo judicio excuſare, defectus denique quosvis, qui ob argumenti ſublimitatem, mearumque virium immaturitatem irrepſêre, tuâ eruditione ſupplere, & dum facultatum mearum tenuitas intra ſimplices conatus me jubet conſiſtere, ſaltim cogitare, *quod in magnis & voluiſſe ſat ſit.* Tu intereà Benigniſſime DEUS *Da facilem curſum atque audacibus annue cœptis!*

DIS-

DISSERTATIO POLITICO-JURIDICA, DE ELECTIONE IMPERATORIS, CONTINENS HABILITATEM PERSONÆ ELIGENDÆ.

THES. I.

In Persona in Imperatorem eligenda requiritur maximè Idoneitas seu Habilitas.

Concinnioris methodi gratia hancce generalem Thesin præmittimus, utpote ex qua reliquæ omnes tanquam ex suo fonte descendunt ac derivantur, & ad quam singulæ iterum etiam tanquam communem originem recurrunt ac referuntur. Dicimus autem in Persona in Imperatorem eligenda requiri maximè *Habilitatem* seu *Idoneitatem*: Nimirum nihil tam aptum est, *ait Cicero*, ad jus conditionemque naturæ, quàm *Imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.* Et quam impossibile sit, ut ullum Regnum, ullave Respublica sine summa potestate, tanquam capite à quo totum corpus animatur, diu stare possit, docent egregiè *Tholosan. de Rep. L.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. *Bodinus de Rep. Lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 15.

Neque verò hoc tantum opus est, sed & id præprimis quam maximè naturale & necessarium est, ut is, cui Reip. & rerum gerendarum summa, atque adeò totius populi salus committatur, *idoneus satisque habilis* sit. *v. Bodin. Lib.* 6. *cap.* 4. Quis enim non cupiat Reip. suæ, cui consulit, præfici eum, quem scit à natura & arte ad frena Reip. capessenda bene instructum? Nemo certè tyroni & bel-

lorum inexperti exercitum; nemo oceani fluctuumque ignaro navem; vel valetudinem curationum nescio; nemo in quacunque arte artis imperito se suaque prudens committit; peritissimos semper aptissimosque sapiens eligit, quibus res suas credat. Unde absurdum videbatur Socrati, cum nemo quisquam scrinium faciendum locet ei, qui rudis sit ejus opificii, ad publicos tamen Magistratus & Sceptra admitti, qui non instructi sunt necessariis requisitis. Hinc etiam Alexander M. moribundus, Consiliariis atque Amicis suis interrogantibus, cuinam Regnum relinqueret? respondit: dignissimo vel aptissimo. Et quis non videt, quàm necessarium etiam sit, quantumque referat, ut in Electione, ad *capacitatem* & *idoneitatem* illius, qui aliis imperare, qui in Reip. usum & decus erigi debet, quique urbes, provincias, regna administret, omni diligentiâ respiciatur; cùm summus Imperans imago & exemplar DEI in terris sit, rerum moderator & arbiter; in cujus manu positæ opes, dignitas, vita & prosperitas subditorum sunt; ex cujus virtutibus, vel vitiis & defectibus, cuncta, sive bona, sive mala, in Remp. redundant, & breviter, ex cujus persona totius Reip. salus & felicitas, incrementum vel decrementum, interitus vel conservatio, plurimùm dependet. Videndum verò ante omnia est, quid hîc cujusque Reipublicæ ferant Leges & consuetudo, in populo recepta, & quid commodi & securitatis civibus indè provenire possit. *v. Puffend. de O. H. & C. Lib. 2. cap. 9.* Tantò enim utilior omninò Princeps censetur esse Reip. quantò magis is iis qualitatibus & ingenii dotibus instructus est, quas Leges & mores populi requirunt; neque aliud medium ad Statum aliquem conservandum efficacius creditur. Hinc etiam ferè usu venit, ut Eligentes certas habeant Leges, secundum quas non promiscuè cuilibet, sed certis quibusdam qualitatibus præditis personis summam Reip. potestatem deferant. *v. Schœnborn. Polit. Lib. 2. cap. 3. Puffend. Lib. VII. c. 7. §. 6.* Atque ita ergò in nostro quoque Rom. Germ. Imperio, sicut in aliis Rebusp. omninò necesse est, ut non solùm persona aliqua sit, quæ summam habeat potestatem, summumque regnandi Imperium, sed & quæ ut habeat, satis digna certisque modis idonea sit. Nam etiamsi vacante fortè solio Imperiali, vel per spontaneam Imperatoris resignationem, vel exauctorationem seu depositionem, vel mortem, statim Imperii Proceres Imperio Rom. Germ. alio capite rursus prospicere soleant, moxque alius solenni Electionis actu ab Illis, nomine totius Imperii, constituatur; tamen,

men, ut effectum operetur, seu vim ac jus imperandi tribuat novo Cæsari electio, *legitima* sit oportet, sive secundùm Leges Imperii fundamentales, tàm expressas, quàm tacitas, instituta atque peracta. Id quod intelligendum, tum ratione personarum *eligentium*, tum *forma seu modi* electionis, tum etiam potissimùm ratione *subjecti eligendi*, *vid. Kulpis diss. de Imp. & Reg. Rom. th.* 8. Et posterioris quidem articuli intuitu, de quo solummodò nunc pro ratione instituti pauca disserere animus nobis est, initio statim observamus, generali etiam expressione hunc in finem, in Lege publ. constitutum esse, ut non eligatur, nisi *qui ad hoc habilis existat & idoneus. Aur. Bull. cap.* 2. *v.* 2. ubi ad hoc præstandum juramento adstringuntur Electores. *add. A. B. cap.* 19. *v. Kulpis. d. l. Limn. Lib.* 2. *cap.* 2. quis verò speciatim talis sit, sive quid sub voce *idoneus* porrò speciatim & propriè intelligi debeat, itidem ulterius ipsis Legibus publ. expressis partim & scriptis, partim verò non scriptis, Consuetudine scil. & Observantia Imperii, vel etiam Regulis Prudentiæ & ratione Statûs æstimandum ac determinandum venit.

Dijudicatur verò *Habilitas* illa Imp. vel ex *Requisitis* generalioribus & *communibus*, vel specialibus & *propriis*. Ex illorum genere sunt *Virtutes*, quales in omni Principe commendant Politici, *v. Lips. Polit. Lib.* 2. *cap.* 10. *seqq.* quasque Leges nostræ ita speciatim exprimunt, ut sit *homo justus, bonus & utilis pro salute populi Christiani. A. B. cap.* 2. *§.* 1. *& ibi Limn. Obs.* 9. 10. *it. I. P.* 2. 2. 91. *seqq.* Hæc verò ex Statu vel *publico* vel *privato* ejus, *qui eligi debet*, desumuntur. Cujus respectu etiam propiùs *Idoneitas* sive *Habilitas* Imp. aliàs dividitur in naturalem & acquisitam. Naturalis iterum est vel principalis, vel minùs principalis. Principalis est partim ratione sexûs, partim ratione Patriæ: Minus principalis consistit in bonis corporis & fortunæ. Bona corporis sunt ætas & corporis statura ac figura: Bona fortunæ sunt natales sive familia, vitæ genus, opes sive potentia. Acquisita aptitudo in virtutibus consistit, quæ vel ad DEUM referuntur, ut Religio, vel ad se ipsum, vel ad alios, ut sunt reliquæ virtutes: Justitia, Clementia, Liberalitas &c. neque verò etiam ista omnia & singula divisionis capita pertractare, verùm, ob brevitatis studium, ea tantùm, quæ potiora & specialiora, quæque aliàs pro præcipuis Imperatoris Requisitis ap. Dd. J. P. habentur, delibare constituimus. De quibus jam separatim in Thesibus sequentibus:

II.

Ratione Sexûs Imperator sit Mas non fœmina.

Pro Gynæcocratia seu Imperio mulierum acriter quidam ex Politicis pugnant, eamque admitti debere autumant, quod, cùm imperandi potestas ex virtute pendere debeat, ea tàm fœminis quàm maribus competat: Nulli enim, ajunt, præclusam esse viam ad virtutem, omnes admitti, nec censum, nec sexum eligi, ut ait *Seneca.* Esse etenim multas fœminas, qui virilibus curis fœminarum vitia exuerint, imò longè ipsos Viros superent. *v. Henric. Cornel. Agrippa in libello, de præcellentia fœminei sexûs & ejusdem supra virilem eminentiâ.* Addunt his peculiarem quarundam gentium consuetudinem, quâ fœminis olim licuit, atque adhuc hodiè licet, fascibus Imperii uti. *v. Joh. Cas. in Sph. Civ. Lib. 1. cap. 3. Lips. 2. Doct. Civ. cap. 3. Petr. Tholosan. lib. 7. de Rep. 11. Dan. Otto de Jur. Publ. cap. 17. & ex Jct. Bocer. Class. 5. Disp. 8. Bronch. cent. 2.* Verùm enim verò istis tamen non adducimur, ut credamus, pari ratione fœminas ad Imperium admittendas, quâ mares, seu Reip. satis esse prospectum, si fœminis ea committatur. Omnis quæstio est aut de Regno successivo, aut de electivo. In successivo, si consuetudo est, succedere fœminas, ferendum est, mulierem mascula virtute præditam gubernationi rerum præfici, suffragante etiam ratione Juris Civilis, quo fœmina pari jure ad successionem vocatur, sublato veteri inter masculos & fœminas quoad successionem discrimine. *§. 15. Inst. de hared. qua ab intest. Nov. 118. cap. 1. & 3.* Et mos ille antiquus instar legis habendus est, nec ab eo recedendum. Quod si verò consuetudo regionis hoc non ferat, qualiter e. g. in Gallia fieri solet, nullo modo ad successionem regni admittenda erit mulier. Multo minùs si quæstio sit de Regno Electivo, quale est Imperium Rom. Germ. Nam & Romanis dedecorosa visa est Gynæcocratia, quod innuit *Tac. 13. annal. 1. cùm de Agrippina his verbis disserit: Quin & legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus, ascendere suggestum Imperatoris & præsidere simul parabat, nisi cæteris pavore defixis Seneca admonuisset, venienti matri occurreretur. Ita specie pietatis obviam itum dedecori.* De cætero verò si paulò altiori indagine inquirere velimus in rationes, ob quas veteres Germani exemplo aliorum populorum, ad Habilitatem Regis præcisè requisiverint, ut sit Mas, hoc absque dubio ideò factum esse videtur: quia nimirum fœminæ naturâ non ad imperandum,

dum, sed ad parendum nascuntur; ita enim naturalis fert ordo, ut serviant fœminæ Viris. *Aug.* 153. *in Gen.* quia sunt prudentiæ expertes, & consilii; debile enim & imbecille esse consilium mulierum, tenue judicium, intellectum planè exilem, latissimè demonstrant *Tiraquell. Lib.* 1. *connub. num.* 70. *& seqq. & Lib.* 9. *num.* 228. *Panorm. in Consf.* 65. *num.* 13. *Cagnol. in L.* 2. *num.* 3. *de Reg. Jur.* Et plerumque muliebre consilium in deterius abit. *Tacit.* 15. *Annal. quod illa* apud Euripid. in Medea fatetur ingenuè: *Mulieres sumus ad omnia bona consilia ineptissimæ, malorum autem omnium artifices sapientissimæ.* Quin imò consilium earum plerumque adversus propria commoda tendit. *L. si pater. in fin. C. de sponsal.* Quam ob causam olim etiam in perpetua tutela constitutæ fuerunt. *Cic. in Orat. pro Murena. Cujac.* 7. *Obs.* 11. Præterea constat, naturam fœminis vim, robur, constantiam, gravitatem, fortitudinem & celeritatem in conficiendis negotiis, imò omnes penè virtutes & requisita imperantibus necessaria denegasse. *Liebenth. Coll. Pol. Exerc. VI. quæst.* 5. Hinc ut plurimùm fragilitate & infirmitate, inconstantiâ, timiditate, tarditate & contemtu laborant, & è contrario in omnia ferè vitia, quæ imperantes velut scopulos evitare debent, inclinant. *vid. Schœnborn. Polit. Lib.* 2. *cap.* 12. *& Liebenth. d. l.* Et sanè si aliàs absolutè pronunciandum est, non dissimulari potest, plurima pericula comitari Gynæcocratiam. *vid. Puffend. Lib. VIII. cap.* 7. §. 11. estque intolerabilis servitus & signum Reip. mox interituræ, & rarissimè fœminea Imperia exitum felicem habuere. Sic Isaias Propheta magnam partem calamitatum, in Regno Judaico mulierum dominio adscribit, *Isaia cap.* 3. *v.* 13. Undè facetè etiam *Aventinus Lib.* 1. *inquit:* **So bald die Weiber regieren, bedeut es nichts Guts, man schaue nur darauff, es gehet an ein Verderben**; & paulò ante de Ægypti Regno: **Es war schon von GOtt zuvor beschlossen, daß es zerbrochen solte werden, darum mußt es zuletzt auf ein Weibs-Bild fallen.** Divus etiam Apostolus Paulus dominium fœminis planè denegat, 1. *Tim.* 2. *v.* 11. Et omnes ferè gentes fœminas, quamvis proximiores, ad Imperii gubernacula non admittere voluerunt: ut de Assyriis, Persis, Hebræis, Ægyptiis, Græcis, Romanis, Abyssinis, Pœnis, Turcis, Tartaris, Moscovitis, testatur *Besold. de Reg. Succ. Lib.* 1. *diss.* 11. *num.* 12. *pag.* 130. Atque de Gallis, quod per Leg. Salicam fœminas Imperii Sceptris prohibuerint, tradit *Hotomannus in Franco-Gall. cap.* 9. *&* 10. *add. Bachov. part.* 1. *disp.* 8. *th.* 2. *lit. a. fol.* 306. *Limn. Notit. Regn. Franc. l.* 2. *cap.* 8. *lit.*

lit. ee. Conring. de O. I. G. cap. 7. *Besold. d. diss.* 11. *num.* 2. *cum seqq. Eberhard à VVeihe tractat. d. Success. & elect. prærogat. L.* 1. *& plures à Besold. d. l. citati.* Quando verò exempla objiciuntur quarundam virtute præditarum mulierum, ad constituendum muliebre fastigium ea non sufficiunt, quandoquidem rara ista fortitudinis muliebris exempla deprehendimus; & quod à communi naturæ Lege seu cursu exorbitat, non trahendum ad consequentiam, *v. Schænb. l. c. Limn. L.* 2. *cap.* 2. *num.* 49. Proindè in Imperio etiam omnibus temporibus fœminæ à Regimine fuerunt exclusæ, & semper potius solis viris relicta fuit hùc usque gubernandi provincia: nam quidquid masculum, naturâ magis factum ad imperandum fœmineo. *Aristot.* 1. *Pol.* 8. & genius Germanorum Imperium muliebre nunquam tulit. *v. Horn. J. P. cap.* 17. §. 8. nec deceret tot tantosque Principes de industria supra se fœminam tanquam dominam atque caput constituere, cùm penes ipsos sit, eligere masculum. *vid. Auth.* des Reichs-Staats *p. m.* 77. Et licet olim quidem Augustæ in consortium Imperii assumtæ legantur, sub Imperatoribus tàm Francicis quàm Saxonicis, ubi scil. tam lauta conditio Augustarum ferè erat, ut in curiis judicialibus sedes iis assignatæ proximè ab Imperatore, & in consortium curarum publicarum admissæ sint. *v. Goldast. Tom.* 3. *Const. Imp. f.* 292. item qui causas suasorias attigit, *Jac. Brunnem. in J. P. Prud. Diss. IV.* §. 25. *conf. Rhez. J. P. L.* 1. *Tit.* 2. §. 40. *& seqq.* Illud tamen fiebat non ex jure alicujus successionis vel electionis, sed tantum per modum alicujus privilegii, quod inter alia jura Imperatrix cùm in Augustam renunciaretur, obtinebat. *vid. Schilter. J. P. L.* 1. *T.* 16. §. 1. Idque hodiè adeò plane mutatum est, ut præter splendorem & *reverentiam* summam *personalem*, ob connubii vinculum *illa* cancellos privatarum & *subditarum* Maritorum suorum non egrediantur. Licet etiam hodiè Imperatoris Coniux coronari soleat, tamen illa coronatio non arguit aliquod Imperium, quod Imperatrici competat, sed significandæ saltem & confirmandæ summæ *existimationi & felicitati*, quâ eadem gaudet, instituitur, ac simul earum continuatio à DEO expetitur. *conf. Titius in Spec. J. P. L.* 5. *cap.* 2. §. 20. Requisiti autem hujus necessitas ex famosa illa Lege Salica deducitur. *vid. Kulpis. ad Monzamb. cap.* 1. §. 3. 4. quæ antiquis & fundamentalibus Francorum Legibus annumerari consuevit; ex undecim opinionibus, quas refert *Limn. Lib.* 2. *J. P. cap.* 2. *add. Funcc. Orb. Imper. part.* 2. *cap.* 3. *Erotem.* 72. Hujus enim Legis celebris quidam articulus est, qui fœmellas ab

ab universa Regni hæreditate excludit, omnemque successionem ad solos masculos restringit: Verba Legis, deducta *ex Tit. 62. de Alod. Leg. Sal. §. 6.* hæc sunt: De Terra Salica, nulla portio hæreditatis mulieri veniat, sed ad virilem sexum tota terræ hæreditas perveniat. *vid. Gold. Tom. 3. Const. Imp. p. 16. & Guilelm. Postel en son Livre de la Loy salique chap. 14. pag. 33. & Bellegard. dans l'art de plaire dans la conversation p. m. 121.* Quo ipso fundamento etiamnum hodiè Agnatica Successio in Gallia itemque Ducatu Sabaudiæ maximè niti putatur. *vid. Funccius in Brev. Orb. Imp. Tom. 1. p. m. 428. & Tom. 2. pag. 48.* At verò hujus Legis autoritas, si non sufficere videatur, usus & Observantia Imperii in subsidium erit vocanda. *vid. Conring. de Orig. Jur. Germ. cap. 7. p. 35.* plura enim, potissimum in Imperatoris Electione, consuetudine atque Observantia recepta sunt. *vid. A. B. passim. Carpz. Dogm. 3. ad discuss. Voti Septemvir. num. 12. & seqq. Vitriar. L. 1. J. P. T. 5. §. 3. & Kulpis pecul. diss. de Observantia Imperii §. 7. 17. & seqq.*

Jam autem quod primum hocce Requisitum attinet, de eo quidem, tanquam re luce meridiana clariori, utrum *Carolo nostro* conveniat, vel non nemini unquam sana mente prædito, vel minimam dubitationem subvenire posse existimo. Neque verò *Ille* ratione nudi Sexûs solummodò, sed & omnium omninò, quæ Viris aliàs communiter & ut plurimùm conveniunt, Virtutum ac qualitatum, in masculorum numerum est referendus. Fateri hoc coguntur vel ipsi hostes *Ejus*, ut qui pridem experti, ipsis hactenus non cum fœmina, sed Viro, non muliere, sed Heroe invictissimo rem fuisse. Testari etiam imprimis præsenti bello potest Hispania de *Caroli nostri* circumspecta in rebus gerendis Prudentia, de magno in aggrediendis arduis quibusvis animi robore; de excelsissima pariter in adeundis & perferendis laboribus, variisque terrâ marique periculis, fortitudine; de invictissima in omnibus, Justitiæ & universæ Germaniæ, imò totius Europæ utilitatis gratia, semel susceptis negotiis, Constantiâ; & aliis denique heroicis & Viris propriis virtutibus, quibus re ipsa hostibus suis sese ad hunc usque diem *masculè* opposuit, *masculè* omnia tentavit, *masculè* omnia adhucdum sustinet & perficit, usque adeò, ut propterea *Carolum* ad Regna atque Sceptra omninò natum factumque esse clarissimè appareat.

III.

Ratione Patriæ Imperator ſit Germanus.

Multis ea animis infixa eſt opinio, etiam exteris patere debere aditum ad moderanda frena Reipublicæ, quod hoc modo videatur tolli æmulationis ſtudium inter cives, tum quod vires illius Reipublicæ, ad quam gubernandam exterus ſuam adjungit potentiam, augeri poſſint: tum denique, quod illuſtria hujus rei paſſim extent illuſtrium Rerumpublicarum documenta. Ex alienigenis enim accerſitos fuiſſe legimus Reges aliquot, & Principes. Verùm quantascunque illi rationes, quæcunque exempla adduxerint, nunquam tamen cum iis faciemus, ut ſtatuamus, extraneos in Rempublicam facilè admittendos: Originarii enim melius Patriæ affectu quàm exteri ducuntur, qui talem affectionem erga ſubditos non ſuæ gentis fovere haud cenſentur, neque etiam tam promptè ſubditorum animos ſibi devovere, ac ſi indigenæ eſſent: nimirum propter linguarum morumque diverſitatem ac diſcrepantiam, ſanè diſſenſionum occaſiones in Imperio facilè exoriri poſſent. Nec tam laudabiliter etiam regere præſumitur extraneus Princeps, quia mores & ingenia ſubditorum extraneorum difficulter perſpecta & cognita habebit. *vid. VVurmſer. Ex. I. quæſt.* 1. Quare etiam verè *Lipſius: Ut in quam domum veſpillones veniunt, ſignum eſt funeris; ſic Reipublicæ labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini. Sunt enim fere πλεονέκται, qui ſibi ſuiſque tantum proſpiciunt, parum ſoliciti, quid de Regni & Reipublicæ viribus fiat.* Quin etiam Principis externi jugum moleſtiſſimè ferunt ſubditi, & nèmo adeò patiens eſt, ut ejus Reipublicæ, in qua natus & educatus eſt, curam alienigenæ commiſſam ferat. Fatentur hoc Scythæ *apud Curt. Lib. VII.* coram Alexandro Magno: *Nam ut fortior ſis, inquiunt, quàm quiſquam, tamen alienigenam dominum nemo pati vult.* Et *Lycurgus* apud Lacedæmones omninò prohibuit, ne peregrini in urbem, multò minùs ad rerum gubernacula admitterentur. Narſes natione Græcus, Romanis aliàs feliciter imperans, nulla alia ratione accuſatus eſt ab iis, & imperatoria poteſtate dejectus, quàm quod exteri hominis imperium ferre nollent. *Anton. Guevara in Horolog. Princip. Lib.* 1. *cap.* 16. Neque etiam poterit peregrinus Princeps à periculis tutus eſſe, niſi validiſſimo præſidio ſe ipſum imprimis, deindè arces munierit. *Bodin. 6. de Rep. cap.* 5. Illa verò externa præſidia plurimum Reipublicæ

blicæ detrimenti inferunt. Taceo, quod sæpiùs regnum defertur extraneo, illudque repudiatur; quæ res novos excitat tumultus interim dum interregnum est, atque adeò illa recusatio cum dedecore ejus regni, quod obtulit conjuncta est. Alias rationes, quæ ne extraneus eligatur, persuadent, adducit *Tholosan. de Republ. Lib.* 7. *cap.* 4. *per tot. Keckermann n. Syst. Pol. Lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. *item Reink. L.* 1. *Cl.* 3. *cap.* 4. *Zevecot. in not. pol. ad Flor. L.* 2. *cap.* 2. *p.* 247. *Jan. Gruter. in not. pol. ad Liv. L.* 1. *c.* 2. Quanquam fateamur, in quibusdam regionibus Imperii habenas exteris quoque communicari, idque plerumque fit ex singulari quadam ratione, ubi necessitas vel salus publ. quæ in politicis semper suprema lex esse debet, aliud expostulat. *Reinh. Kœnig. ap. Gold. Pol. Imp. p.* 14. *p. m.* 655. *Keckerm. d. l. Schœnborn. Pol. L.* 2. *cap.* 5. Et in nostro quoque Imperio R. G. olim exteros admissos fuisse, constat ex *Bodin. de Rep. Lib.* 6. *cap.* 5. *p. m.* 1177. Id quod verò hodiè prorsus mutatum, atque optimè jam inde à multis seculis est introductum, ut qui Imperio Rom. Germ. per electionem præficiendus est, sit Germanus. Et hinc quidem, quod etiam alius quam Germanus Imperator eligi possit, rectè negant *Buxtorff. ad A. B. Concl.* 31. *lit. d. Arumæus vol.* 1. *Disc.* 6. *d. J. P. Thuan. L.* 2. *Histor. Strauchius Ex.* 4. *thes.* 4. aliique, provocantes ad Legem aliquam prohibitivam scriptam. Alii è contrario putant, nulla planè Lege cautum esse, ut Germaniæ stirpis duntaxat in Imperatorem eligatur, exemplo Richardi Ducis Cornubiæ, Alphonsi Castellæ Regis, Eduardi III. Regis Angliæ, Hacquini Regis Norvvegiæ; ita tamen, ut non nisi extremâ necessitate cogente, ad electionem peregrini perveniatur: quia Electio peregrini præpotentis plerumque periculo non caret. At verò, sicuti ut Germanus Princeps in Imperatorem præcisè eligatur, nullam hodiè expressam & genuinam Constitutionem, nec in A. B. quidquam sancitum reperire licet, ita quoque, nulla planè Lege prohibitum esse, extraneum eligere, exempla allegari solita non probant. Utut fortè, extremo necessitatis telo urgente, Electores tandem ad peregrinum pervenire posse concedi queat. Cæterùm nos illorum sententiæ subscribimus, qui rectiùs id Requisitum à longa & immemoriali, sanctè hactenùs in Imperio conservata consuetudine, vel inveterata *observantia* deduci statuunt. *vid. Herm. Herm. cap.* 8. *quæst.* 10. *Kulpis de Observantia Imperii §.* 17. *& seqq.* Observantiæ autem istius veritatem ex affectu Germanorum repetere licebit: Nam sicut omnes ingenii erectioris gentes,

ob innatam sui ipsius æstimationem, externam dominationem aversantur, ita Germanos quoque eam aliqua lege exclusisse, adeoque morem eligendi hactenùs adhibitum, in terminis indifferentis alicujus placiti non substitisse, sed in Legem abiisse existimandum est. *conf. Kulp. de Observant. Imp. thes.* 17. *& Obrecht. de Elect. Imp. th.* 4. Neque etiam desunt rationes specialiores, & quidem urgentes laudabilis hujus Observantiæ, quod jam per tot secula nullus alius quàm Germanus stirpe & sanguine solium Cæsareum conscenderit, utque etiam imposterùm nonnisi ex Germanorum Gente ortus debeat admitti. Nam constat, decus & dignitatem Imperii à Græcis in Personam Caroli M. ob virtutem ejus & fortitudinem translatum esse, sicque ad Germanos pervenisse. *Cap. Venerabilem. extr. d. Elect. Reink. d. Reg. Sec. & Eccles. Lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. Ne igitur decus hoc Imperii ad exteros Principes transferretur, neve Imperium in servitutem eorum redigeretur; saluberrimus & inveteratus Imperii mos sic invaluit, ut non alius nisi Germanus Imperator eligatur. Quam rationem ut prægnantem quoque Moguntinus Elector, cùm, ne Trevirensis Archiepiscopus pro Francisco I. Galliarum Rege votum daret suum, vereretur, ponderavit & prætendit: tandemque etiam obtinuit, ut non Galliarum Rex, sed Carolus V. electus fuerit. *Sleid. L.* 1. *Comment.* Quam etiam Observantiam, & quod indignum foret, aliundè quærere Regem, & dignitatem semel à Germanis virtute & fortitudine acquisitam ad exteras transferre nationes, probat *Schweinfurdia Productum de an.* 1532. Carolo V. à Statibus traditum, ubi inter alia: Daß auch keiner zu der Hoheit eines Römischen Königs und zukünfftigen Kaysers erwählet soll werden, er sey dann von einem Fürsten Teutscher Nation gebohren. *Goldast.* in Politischen Reichs-Händeln *part.* 2. *p. m.* 144. Et præterea si is demum eligendus est, qui est *idoneus, A. B. d. cap.* 2. nullum sanè magis *idoneum* inveniri posse puto, quàm qui ex Germanorum familiâ descendit, quoniam horum res gestas universus terrarum orbis immortali laude decantat; & certè Germaniæ Principes nisi aliis Principibus majores, semper tamen pares fuêre. *Limn. J. P. Lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 82. Denique etiam absentiam Imperatoris, quam infert electio peregrini, non patitur Imperii salus, & præsens rerum Status. *Reink. d. R. S. & E. L.* 1. *Cl.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. *Carol.* von *Hagen J. P. L.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. quis enim tam stupidus, ut sua curare non malit, quàm aliena; quis autem populus Legatorum imperia patienter laturus esset? ut ex *Bodin.*

ait

ait Reink. l. c. Georg. Obrecht. d. Jurisd. Lib. 2. cap. 2. num. 13. Rumelin. diss. ad A. B. p. 1. diss. 4. in Corollar. Dan. Otto d. J. P. cap. 8. pag. 115. Hinc Status in Comitiis Esslingensibus de Caroli V. in rebus Imperii turbatis absentiâ valdè conquesti sunt Recess. Imper. *d. an.* 1526. §. Und nachdem Kayserl. Majest. &c. ibi: Daß Ihro Kayserl. Majest. so es müglich wäre, auf solcher Versammlung in eigener Person erscheinen, in Betrachtung, daß solches gantzer Christenheit dem Römischen Reich, und sonderlich Teutscher Nation, zu viel gutem reichen, und in schwerer sorglicher Last, darinn die Teutsche Nation jetzund stehet, nicht ein geringer Trost seyn würde. Ut ergo rectè omninò dicatur, peregrinos ad dignitatem hanc Imperatoriam admitti non posse nec debere. Germanorum tamen affectui & hinc ortæ Observantiæ satis fit, dummodò eligatur Imperator, *Germano sanguine cretus*; ut autem præcisè *in Germania natus sit*, id non requiritur; nam Germanus dicendus & is, qui patre vel avo Germano, licet extra Germaniam natus sit; filius enim originem patris sequitur: *l. assumtio 6. §. 1. ff. ad Municipal. etiam in munerib. & honorib. capessendis. l. filios. 3. Cod. d. Municip. & origin. l. cùm satis 23. pr. C. agric. censit. &c. vid. VVurmf. Exerc. Acad. J. P. II. qu. 2.* Exemplum reperire licet in Ferdinando I. qui Medinæ in Castilia, lucem aspexit, patre Philippo I. Hispan. Rege, avo verò Maximiliano I. Imper. German. Non minùs exemplum quoque in Friderico II. occurrit: hic enim licet in Sicilia Panormi natus, tamen quoniam patrem habuit Germanum, nimirum Henricum VI. Imperatorem, natione Germanum, ad Imperialem dignitatem evectus fuit. *vid. Arum. vol. 1. disc. 6.* ubi latissimè hoc argumentum persequitur. *add. Herm. Herm. cap. 8. qu. 11. & seqq. Peucer. L. 5. Chron. in vita Friderici II. Henning. Gœden. Consil. 1. num. 3. Petr. Heig. part. 1. qu. 6. num. 44. Ant. Coler. d. Jur. Imp. Germ. Sect. 25. Rumelin. ad A. B. part. 1. diss. 4. in Coroll. circa fin.*

Quid autem nunc circa hocce Requisitum dicendum? Sanè historiam simulatque Tabulas Genealogicas paulò penitiùs inspicientes, deprehendimus, *Carolum* non tantùm à Parente vel Avo Germano, verùm insuper longè à Majoribus per plusquàm quadringentos & quinquaginta annos, & ex vetustissima Gente Teutonica ortum suum sanguinemque trahere. Descendit etenim à Rudolpho illo I. Comite Habspurgico, communi Austriacorum stipite, ex cujus Descendentibus jam jam quatuordecim præter Carolum nostrum Imperium Rom. Germ. vidit Imperatores, eosdemque omnes om-

 nino

ninò Germanos, qui etiam quò usque quàmque verè tales essent, hoc ipsum nullo non, tàm belli quàm pacis tempore, evidentissimè demonstrarunt, sesèque reapse Germanos seu quod idem est, Heroes fortes ac generosos semper præstiterunt, pugnando videlicet tam fortiter, toties quoties occasio & necessitas poscebat, pro Germaniæ suæ nunc libertate, nunc utilitate, eandemque ab omnibus quorumvis hostium insultibus ac injuriis defendendo atque acerrimè vindicando. Ut adeò certissima tantoque uberior spes maneat, fore, ut *Carolus noster*, qui in illo ipso solo, ad quod regendum modò accessit, satus natusque, imò & educatus, omnibusque virtutibus à teneris imbutus est, Augustissimorum Majorum suorum vestigia pressurus, suamque Germaniam, idem verè Germanus, haud minori laude, eòque magis sit recturus, quod ipsemet res patriæ, provincias, mores, animos & ingenia subditorum suorum, non ut extraneus aliquis incognita, sed maximè perspecta penitùsque dudùm cognita habet, quique ob id ipsum autoritate apud suos non mediocri valebit; quem etiam universi orbes populi Imperio Rom. G. non solùm optimum Imperatorem, sed & brevi forsitan, (quod faxit DEUS!) pristini Germaniæ splendoris, patriæque felicitatis Restauratorem quàm felicissimum suspicient ac mirabuntur.

IV.

Ratione ætatis in Imperatore futuro requiritur perfecta ætas.

Inspecto Jure Civili deprehendimus, quod communiter juvenibus ante 25. ætatis annum honores publ. & Reipubl. administratio non conferantur. *L. 8. ff. de Muneribus & Honorib. L. 6. & 11. ff. de Decurionibus. L. 2. ff. d. Jur. Immun. L. 2. ff. d. R. J.* Juvenile enim vitium est, *inquit Seneca in Troade, regere non posse imperium.* Et idem in *Octav. Juvenilis ardor impetu furit: languescit idem facilè nec durat diu.* Et juvenibus nec animus rebus gerendis concalluit, nec ætas usum dedit bene suadendi. *Cic.* Quippe ingenita est illi ætati imperitia, utpote rerum omnium inexpertæ, atque ideò Homerus imperitos *νηπίους* & pueros appellare consuevit. Qua etiam de causa legimus, quod Solon juvenem quemcunque etsi senilis sit sapientiæ, ab aditu sui Senatûs arcendum putârit, ne scil. quæ huic ætati propria est, incon-

inconſiderantiâ Remp. & quæ pro hâc capiuntur conſilia perdat. *Stob. Serm.* 114. Num igitur in Electione ætatis ſive juvenilis, ſive ſenilis habenda ſit ratio, vel an juvenes Senioribus, an verò Seniores juvenibus ſint præferendi, acriter iterum à politicis diſputatur, in utramque partem probabiles afferentibus rationes. *vid. Melch. Jun. qu.* 14. *Keckerm. ex Cic. L.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. *& Loccen. in Loc. Pol. cap.* 14. *Schœnb. Pol. L.* 2. *cap.* 7. Noſtra ſententia breviter hæc eſt: quod, quamvis Seniores apud Veteres adeò venerabiles fuerint, ut eundem honorem, quem Magiſtratibus exhibuerint, tamen Seniores junioribus abſolutè & indifferenter in Regni adminiſtratione non ſint præferendi, niſi virtute & Prudentiâ illis antecellant. *Arniſ. Doctr. Pol. cap.* 12. Nam qui annis tantùm abundant, prudentiâ verò deſtituti, honorem non merentur; cùm Senatus laudabilis exiſtat, non ob annorum numerum, ſed morum gravitatem & Sapientiæ cumulum. *Guazz. d. Civil. Converſ. L.* 2. Hinc Indi nullam Senibus prærogativam tribuerunt, niſi prudentiâ præcellentibus. *Arniſ. ex Strabone Doctr. Pol. d. l.* Nec deſunt exempla, maximis etiam Imperiis & regnis fuiſſe præfectos adoleſcentulos: Salomon duodecennis Regno potitus, dijudicavit controverſiam illam inter duas mulieres, 3. *Reg.* 3. *Ignatius Martyr. ep. ad Magneſianos.* Manaſſes annorum erat 12. Joſias & Joachim octo. 4. *Reg.* 22. Sic apud Scythas duo Regii Juvenes Ylinas & Scolopitus regnavêre. *Juſtin. Hiſt. L.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. In Macedonia Philippus, mortuo Antigono tutore eodemque Vitrico, annorum quatuordecim Regnum ſuſcepit. In Aſia interfecto Seleuco impubes adhùc Rex Antiochus conſtitutus eſt. Ariathi puerò admodùm pater ipſe tradiderat Cappadociæ Regnum. *Juſtin. d. l.* Theodoſium juniorem adhùc in cunis vagientem pater appellavit Auguſtum. De Alexandro Severo *Herodian. L.* 6. *in fin.* Milites Alexandrum Imperatorem conſalutatum in Aulam Palatinam deduxerunt, adoleſcentulum admodùm & adhùc aviæ præceptis obtemperantem. Ladislaus Rex Hungariæ duodecennis adminiſtrationem Regni ſibi uſurpavit. In Regno Portugalliæ, Rex ſi modò decimum annum attigerit, ad Imperium admittitur. *Thuan. L.* 65. *hiſt.* Et quamvis ſimiliter Lege Francorum cautum fuerit, ne quis promoveretur in Regem, priusquàm quartum atque vigeſimum compleviſſet annum ætatis, teſte *Gold. Conſt. Imp. Tom.* 1. *p.* 4. Nihilominus tamen in Imperio Rom. Germ. ratione ætatis nullam expreſſam habemus Legem, vel etiam conſuetudinem. *Limn. I. P. L.* 2. *cap.* 2. *num.*

num. 74. *Schüz. J. P. Vol.* 1. *th.* 9. *lit. f. Otto I. P. Cap.* 8. *Spreng. J. P. p. m.* 137. *Liebenthal. Coll. Pol. Disp.* 8. *th.* 18. *Buxtorff. ad A. B. Concl.* 31. *lit. c. Carol.* von *Hagen. J. P. L.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. In Imperatoribus enim nullam fere ætatem esse observatam testantur undique historiæ. Ita namque varia exempla Imperatorum in minori ætate, & quidem variis ætatis gradibus constitutorum reperiuntur: Otto tertius admodùm puer anno ætat. 6. Henricus III. anno æt. 12. Henric. IV. 8. Frideric. II. 20. Carol. V. 19. Wenceslaus 15. Ferdinandus IV. 20. Leopold. 18. & nuperrimè defunctus Josephus glor. mem. anno ætatis $\frac{12}{11}$. Rex Romanorum electus est. Cautum tamen Capitulatione Ejusdem *art.* 47. fuit, ne casu existente, ante 18. annum completum, in præjudicium Vicariorum Imperii, ejusdem suscipere possit regimen. Nec tamen ista definitio in d. C. Josephi pro *universali* ac Electoribus *immutabili* Lege haberi potest. Quamvis intereà utique non repudianda videatur *Limnæi* opinio, *J. P. II.* 2. *num.* 75. quæ à proportione Electoralis ætatis argumentum ducit, ita tamen ut Electorum examini insuper res relinquatur. *Limn. ad A. B. cap.* 2. *§.* 2. *Obs.* 19. *Rhet. J. P. L.* 1. *T.* 4. *§.* 31. melius enim omninò est, si Imperator sit ætate provectior, quia ex ætate imperfecta imperantis multa sæpius pericula surgunt, & multa in Rempubl. incommoda redundant.

De *Caroli* autem *nostri* idoneitate ratione ætatis suæ nihil quoque jam dubii adest. Constat enim, Eum jamjam annum 26. complevisse & egressum esse, *vid. Hübner. Genealog. Impp.* Habetque ita ætatem illam perfectam & in exsuperantia, quâ quis aliàs communiter ad Reipublicæ administrationem & negotia pública idoneus & habilis censetur *L.* 8. *ff. d. Munerib. & Honorib. L.* 6. *&* 11. *ff. d. Decur. l.* 2. *ff. d. Jur. Immun. L.* 2. *ff. d. R. I.* Et quid opus est in *Caroli* ætatem inquirere? Jure quippe merito dicere possumus, Eum jam diu antequàm pervenisset ad annos istos, & qùum adhùc multò minoris esset ætatis, maximè idoneum & ad summa Regnorum gubernacula subeunda dudùm quàm capacissimum fuisse. Nam si, uti verè est, vitam non tempus metitur, sed usus; animi, non anni ætatem faciunt; si etiam, quando mores adsunt, in omni ætate senes sumus, & majores ætate, si majora molimur, & perficimus; *v. Val. Max.* 9. 12. *pr.* Si denique omnis vita, ubi rem ad rectæ rationis normam exigimus, non annorum numero, sed actionibus computanda

tanda

tanda & æstimanda; *conf. Curt. Lib. 9. cap. 6. §. 19.* (quam ob rem etiam non videbatur Tacito parùm vixisse Agricola, *quanquàm medio in spatio integra ætatis ereptus: nam quantum ad gloriam, longissimum ævum jam peregerat.*) Tunc sanè quoque de *Carolo* aliter pronunciare nemo poterit, quàm Eum pridem jam superioribus primæ ætatis temporibus, non tàm numero annorum, quàm potius animi & rerum gestarum magnitudine & virtutum præstantiâ metiendum fuisse. Sive enim spectemus in *Illo*, generosissimæ indolis dotes, sive actionum ipsius momenta, uberrima ubique sese exhibet judicii maturitas, perspicacissima agendi sagacitas, & summa rerum gerendarum prudentia ac aptitudo. Demonstrare hoc itidem possunt bellicæ, quas hodienum contra hostes suos facit, expeditiones; arma, quæ tractat; victoriæ, quas cumulavit; castrorum & itinerum terrâ marique incommoda, quæ incredibili labore, ingentique animo hâctenùs sustinuit; totque heroica facta, quæ publica quotidiè fama nos docet, longâ verò serie hîc commemorare nostri instituti ratio prohibet. Ex quibus utique satis superque apparet, perfectissima *Caroli* ætas, nec non exquisitissima ad magna omnia capacitas, quæ uti sese jam in primo Juventutis flore tam præclare exseruit, ita incredibile ferè est, quanta media & quanta denique ultima vita de tanto Heroe nobis promittat. Quandoquidem id quod *ap. Corn. Nep.* de Magno illo Atheniensium Duce Milthiade legitur, verissimè etiam, imò longè majori ratione in *Carolum* nostrum quadret, *quod scil. cùm & antiquitate generis, & gloriâ Majorum, & sua virtute, unus omnium maximè floreat, eâ quoque sit ætate, ut non jam solùm de Eo bene sperare, sed etiam confidere cives possint sui, talem futurum, qualem cognitum jam judicârunt.*

V.

Ratione Natalium Imperator sit Persona Illustris.

Nobilis apud Politicos dicitur tribus modis: Primo loco collocantur ii, qui & suâ & Majorum virtute nobiles sunt, armis vel literis claritatem adepti. Secundo gradu sunt ii, qui tantùm sua virtute sunt nobiles, accedente beneficio Principis, nobilitatis jura concedentis. Tertio loco sunt, qui tantùm Majorum crepant

imagines, propriæ virtutis egentes. In quos quadrat iſtud *Juven. Sat.* 8.

> *Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo*
> *Sanguine cenſeri, pictosque oſtendere vultûs*
> *Majorum & ſtantes in curribus Æmilianos?*
> *Quis fructus generis tabulâ jactare capaci*
> *Famoſos equitum cum dictatore magiſtros,*
> *Si coram Lepidis malè vivitur?*
> *Et illud Ovid. ad Piſon.*
> *Perit omnis in illo*
> *Gentis Honos, cujus laus eſt in origine ſolâ.*

Non immeritò ergo quæritur, quinam ex iis alteri in ordine & dignitate ſive electione ſit præferendus? Et quidem quod attinet Nobiles genere vel virtute tantùm, quamvis alii varias rationes adferre ſoleant pro Nobili facto; alii verò contrarium verius putantes, pro Nobilitatis antiquitate pronuncient; tamen nos cum *Dn. Liebenthel. Coll. Pol. Ex. X. qu.* 6. quæſtionem hanc ſequenti diſtinctione concludimus: nempè ſi nobilis genere à parentum virtute defecerit, & ſic ſuapte culpa & genere ceciderit, & genus ingenuum improbarit, quod tunc Nobilis virtute commendabilior ſit, & ob id Nobili genere præferendus. Ubi conſiderandum venit illud: *Non eſt nobilis, qui de nobiliori genere, niſi & ipſe bonis polleat moribus*, quos urget *Salic. in l. providendum C. de poſtuland.* Contra verò quod & genere & virtute ſimul, utrique iſtorum omninò ſit præferendus, quia is demùm perfectiſſimam poſſidet nobilitatem. *Arniſ. Doctrin. Pol. c.* 12. *Guazz. d. Converſ. Civ. L.* 2. *p. m.* 163. *vid. Bald. in l. nobiliores. in fin. C. d. Comm. & mercat. L. nemini. in fin. d. advoc. div. judic.* Hoc igitur poſteriori modo Imperatorem Roman. German. gente & mente nobilem eſſe requirunt, idque in ſenſu excellentiori, quatenus Principes, Duces, Comites, generali appellatione Nobilium comprehenduntur. *Buxtorff. ad A. B. Concl.* 31. *lit. a. Sprenger. J. P. cap.* 3. Eſt autem nobis hoc in loco præcipuè ſermo de Nobilitate generis, nam quid de altera, quæ virtute conſtare dicitur, & in quovis Imperante neceſſariò requiritur, ſtatuamus, illud ſupra in Theſ. I. innuimus. Sit ergo eligendus ex familia illuſtri & genere nobili progenitus, non verò obſcuro loco natus, vel infimæ conditionis. *Limn. J. P. L.* 2. *c.* 2. *num.* 79. *Otto. J. P. c.* 8. *p.* 161. *Sprenger. J. P. c.* 4. *Schüz. v.* 1. *diſp.* 2. *th.* 9. *lit. G. Melchior.*

Jun.

Jun. qu. 16. *Buxtorff. ad A. B. d. l. Carol.* von *Hagen. J. P. L.* 2. *c.* 1. *n.* 12. Tum quia dignitatis & familiæ ſplendor majorem autoritatem, benevolentiam & reverentiam Imperanti conciliat. *Limn. J. P. d. l.* Tum etiam propter ſpem, quam de illis concipimus, qui ex præclaris parentibus ſunt prognati, uti tradit *Speculat. in Tit. de Feud.* 8. *quoniam ſuper. verſ.* 5. *vid. Liebenth. Coll. Pol. Ex. X. quæſt.* 6. Et quo quisque nobiliori ſtemmate prognatus eſt, eo clariori judicio & ingenii rectitudine præfulgere cenſendus eſt, uti dicit *Imp. Juſtin. in l. inter claras. C. de S. S. Trinit. eumque ſecuti Dd. in l. d. & alii: Tiraquell. de Nobilit. cap.* 20. *n.* 21. ubi plures alios allegat. *Maſcard. de Probat. vol.* 3. *Concl.* 1094. *n.* 4. *Menoch. L.* 5. *præſumpt.* 4. *n.* 6. *& L.* 6. *præſ.* 59. *Chaſſan. in Conſuet. Burgund. rubr.* 4. *§.* 25. *verſ. contre gens nobles &c.* Et denique illi, qui ex nobili familia nati, præſumuntur etiam habere majora virtutis ſemina, & eſſe procliviores ad impetus heroicos, ſecundùm mentem *Keckermanni Syſt. Pol. L.* 1. *c.* 2. *num.* 4. *Saved. Symb.* 17. *p. m.* 120. *& ſeqq.* His accedit, quod humili loco orti & ad faſtigium honoris evecti, plerumque impotenter ſe gerant, priſtinæ ſuæ ſortis ac conditionis immemores, de quibus *Claudian. L.* 1. *in Eutrop.*

Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum. &c.

Hinc etiam receſſum eſt in Imperio noſtro R. G. à moribus aliarum gentium, quæ nonnunquam ex infimæ plebis fæce ſibi Reges elegerunt, cujus rei exempla *v. ap. Schœnborn. Pol. L.* 2. *c.* 4. nec in aliis tantùm Regnis hæc talia acciderunt, ſed in antiquo Imperio Romano quoque, nonnullorum Imperatorum exempla reperiuntur, qui ad ſumma honoris faſtigia ab infimæ conditionis ſtatu ſunt evecti. Verùm tamen hodiè, uti diximus, res planè aliter ſeſe habet, adeò ut hodiè, non quidem ex lege aliqua ſcripta, attamen uſu inveterato & conſuetudine, nunquam hactenùs per aliquot ſecula, interrupta, nullus niſi qui ex illuſtri familia natus eſt, ad Imperii gubernacula evehi poſſit. *vid. Limn. J. P.* 2. 2. 80. *& Tom. I. addit. p.* 206. *Kulpis de Obſervant. Imp. §.* 22.

Sub illuſtribus autem familiis comprehendimus quoque ſtemmata eminentium Comitum. Et quidem quoad Comites eò minùs id negandum putamus, quo plura prioribus temporibus exempla proſtant: ita enim ex illorum claſſe ad Imperium evectos legimus Wilhelmum, Rudolphum, Adolphum & Güntherum. *vid. Limn. J.*

P. d. l. Otto J. P. d. l. Sprenger J. P. cap. 4. *num.* 138. *Becker Synops. J. P. cap.* 2. *num.* 3. Quamvis hodiè quidem, cùm Imperator Romanus necessariò opulentus ac potens esse debeat, istiusmodi electio in Comite, respectu utilitatis seu ratione statûs hodierni, haud facilè expectanda vel speranda sit; interim tamen, si casus contingeret, & fortè Comes Imperii sufficientia bona haberet, ad sustinendam Imperii Majestatem, illum optimo jure eligi posse existimamus. *vid. Vitriar. J. P. cap. V.* §. 2. & talis in Imperatorem electus, haud dubiè non minùs pro Summo Imperii capite venerandus atque respiciendus foret, ac si originem ex illustrissima Principis alicujus familia duceret.

Quodsi autem nunc etiam ratione hujus Requisiti, *Caroli* ad Imperium idoneitatem inspiciamus, scimus, *Eum* ex Austriacæ Gentis prosapia originem suam trahere, quam vel nominasse tantùm sufficere potest; usque adeò enim planè ignotum nemini est, residere penes Eam, quàm eminentissimè, omnem, & antiquissimi & illustrissimi generis dignitatem ac splendorem; *quæ dudùm in amplissimo Majestatis culmine locata, solùm ad sydera spectat:* quod de Augusti progenie scribit *Messala Corvinus ad Octavian. August. in Lib. de progenie sua. princ.* Hæc etenim Jovia Austriadum familia sola est, ex qua plures Impp. & Reges, quàm ex equo Trojano Principes prodierunt; dedit namque illustrissima hæc familia indè ab Alberto II. continuâ serie duodecim Imperatores, non tàm in Imperatorii Rom. quàm totius Orbis Christiani decus; & in universum à Rudolpho I. quindecim nunc Imperatores numerantur; quod nulli alii familiæ unquam contigit, nedum apud Vetustiores Romanos, nec Germanos, quanquam apud Saxones Imperii fasces per 117. annos; Francos per 102. Suevos per 110. annos fuerint. *Dn. Schütz. d. Stat. Rom. vol.* 1. *Disp.* 2. *th.* 5. *Lit. a.* Ut proindè de hac familia *Doctor Jessenius Eques Ungarus*, in descriptione Coronationis Matthiæ in Regem Ungariæ, in præfat. idem, quod de Julia prosapia Horatius modulatus est, verè pronuntiarit:

Micat inter omnes
AUSTRIUM Sydus, velut inter ignes
Luna minores.

Quemadmodum verò felix quidem ille est, qui de avitis virtutibus,

tibus, ſtirpisque inſignibus gloriari poteſt, ſed felicior, qui de ſuis, & is demùm verè illuſtris cenſendus, qui Majorum virtutibus non cedit; ignobiles enim verè illi Nobiles, qui nihil lucis habent, niſi à luce Majorum, ſecundùm illud Poëtæ:

Et genus & proavos & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra putes.

Ita & *Carolus*, non in ſolo fortunæ paratu, aut ſtemmatis imagine, & longa ſerie avorum gloriatur, ſed nec ipſe deſtitutus eſt iis, quæ verè nobilitant & illuſtrant, propriâ ſcil. virtute, animo, & præclaris ſago togâque meritis, quæ demùm vera ſunt heroicarum & illuſtrium animarum ſigna. Ita nimirum *Carolus* avitæ ſublimitatis æmulus atque ſucceſſor eſt, ut omninò perſuaſus videatur, gentis claritudinem ſibi in aliud nihil valere, quàm ut ſub ejus præſidio eò ardentius factis propriis Generis ſplendorem, & gloriam à Majoribus acceptam augere atque amplificare nitatur, faciatque, ut non magis Majorum, quàm propriæ virtutis & gloriæ famâ inclareſcat *Nomen Carolinum*, ſic nempe

Fortes creantur fortibus & bonis:
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

VI.

Porrò ratione Generis & proſapiæ Imperator ſit legitimè natus.

In Regnis Succeſſionem ſimpliciter hæreditariam à privatarum hæreditatum Succeſſionibus præter alia in hoc ferè etiam ſalus civitatis diſcedere jubet, ne ſcil. ſuccedant, niſi qui legitimè nati ſunt & ſecundùm Leges patriæ. *vid. Puffendorff. L.* 7. *cap.* 7. §. 12. *Grot. L.* 2. *cap.* 7. §. 16. Quâ ratione excluduntur naturales ſeu nothi, & ſpurii, ut ut pater fortè non minore affectu ipſos fuerit amplexus. Nam ſaltem inter generoſas nationes ad contemtum patent, quorum matrem pater juſto matrimonio dignatus non fuit, & pro inſtrumento magis deſultoriæ libidinis, quàm ſociâ vitæ habuit. Quin & ob defectum fidei & perpetuæ cohabitationis, non adeò

liquidò de talium patribus constat. Ast in Regnis quàm maximè expedit, personam Regis venerabilem, simulque quàm minimum controversiarum circa eandem posse moveri. Et spurii cum patrem non habere intelligantur, *L. 23. ff. d. stat. hom. arg. L. 5. d. in jus voc.* §. 12. *Inst. de nupt.* nullam etiam in bonis patris successionem obtinere possunt; quod si ergo hoc in privatorum bonis sanctè custoditur, quantò magis in publicis? Memorabile est hanc in rem exemplum *ap. Martinium Histor. Sin. L. 6. cap. 1. p. m. 202. add. Livius. L. 39. cap. 53. Etsi minore ætate, quàm Perseus, esset Demetrius, hunc tamen justa matrefamilias, illum pellice ortum esse: illum ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere: hunc insignem Philippi similitudinem præ se ferre.* add. quoque, quæ de Ferdinando Rege Neapolitano refert *Jovianus Pontanus Hist. Neapol. L. 2.* Inde etiam apud Suecos, Gothos & Norvvegos vix Spuriis licuit in honestorum virorum versari consortio. *Joh. Magnus L. 18. cap. 6.* Eosque ipsa etiam divina sanctio à civili societate repellit. *Deut. 23. v. 2.* Et Solonis Lex erat, ut Spurius publicum esset civitatis mancipium, *Auctor Horolog. princ.* Aimundus Gothorum & Suecorum Regis nothus, etiamsi per subsequens matrimonium legitimatus, & aliàs satis probum se præstiterit, imò ab ipso patre hæres Regni constitutus fuerit, à subditis tamen plenarium favorem ac obedientiam nunquam potuit impetrare. *Joh. Magn. L. 18. cap. 6.* Gallus Spurius cùm Scotiæ regnum violenter occupare præsumeretur, à subditis morte mulctatus. *Buchn. L. 4.* Nec autoritas Margarithæ Comitissæ Flandriæ, aliàs magna satis, tantum obtinuit virium, ut illa etiam frequenter solicitando potuerit à subditis illud suffragii nancisci, ut Balduinus Spurius in comitatu successor designaretur. *Paul. Æmil. L. 7.* Ita Alpizius ex concubina natus succedere non potuit. *Rivan. in Chron.* Et Matthiæ Regis Hung. filius naturalis, cùm vi sibi vindicaret regnum, prælio victus & occisus est. *Dubravius L. 1. Hist. Bohem. add. Tuberonem L. 1. Comment. de rebus suis. p. 30. 31.* ubi subjicit non justo matrimonio natos jure gentium ad nullam paternæ fortunæ sortem admitti. Alphonsus Ferrariæ Dux ultimus, frustra Cæsari, filio notho, quærebat Successionem apud Pontificem. *Anton. Possevin. L. 8. hist. Gonzagar. post A. 1592.* add. de Antonio Ludovici Lusitani filio, sed ex contubernio Jolandæ nato, *Thuan. L. 65. hist. ad A. 1578.* Hùc etiam spectat, quod in quibusdam regnis v. g. Galliæ, Angliæ, aperto in Conclavi, in præsentia Procerum & regii sanguinis Principum, Reginæ pariant, ne partus fingi

fingi & supponi credatur. *vid. Piasecium Chron. gestor. singular. ad A.* 1601. *Lancrium in Tabul. Constant. lib.* 4. *Disc.* 1. *num.* 2. *Petr. Matthæi in Histor. Henrici IV. tom.* 2. *lib.* 4. *pag.* 70. Sic hodie quoque apud Helvetios non admittitur ad Reipubl. gubernationem Spurius, *Simlerus de Republ. Helvetior.* & in plerisque Germaniæ Civitatibus, nec ad communicationem tribuum, multò minùs ad clavum Reip. *Schœnb. Pol. L.* 2. *cap.* 10. Eò etiam tendit, quod tantùm legitimè nati ad dignitatem Assessoratûs in Cam. Imper. admittantur. *Ord. Cameral. p.* 1. *T.* 3. §. Deßgleichen sollen ꝛc. *vid. Mynsing.* 4. *Obs.* 31. *& Blum. Proc. Cam. T.* 7. *num.* 31. Sic etiam illegitimi non admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas sine consensu Pontificis. *vid. Curt. Cons.* 13. Quemadmodum igitur omnes ferè populi in regnis successivis illegitime natos aversati sunt, & ad eorum receptionem difficulter admodùm moveri potuerunt; ita meritò etiam & multò magis in istis regnis, ubi libera obtinet electio, à limine dignitatis regiæ arcendi sunt; siquidem in omni electione vel maximè ad id respiciendum, quod decentius, perfectius & melius est, atque Reipubl. magis expedire videtur. Ita enim *Plato de Republ. gerend. inquit: decet Imperantem ab omni labe esse alienum*; id quod intimius adhuc tangit *Vellej. Patercul. in hist. Rom.* quando ita vult vitam regnantium debere esse affectam, ut ne quidem levissima hæreat suspicio, illos ad malum proclives futuros. Quo absque dubio *Basil. Moscoviæ* Dux respexit, dum filium successorem sibi designare noluit, quod suspicionem susceperat, eum ex Anastasiæ uxoris adulterio fuisse natum. *Sigism. Bar. in Comm. Moscov.* Nam Princeps Magnificus esse debet, ut autoritatem apud suos obtineat; quàm verò contemtui obnoxii sint, qui non legitimè sunt nati, palàm est. Quid quod Spuriorum fides valdè lubrica sit; metuuntur enim in iis paterni criminis exempla. *arg. l. quisquis. C. ad L. Juliam Majest.* quò pertinet, quod *Sap.* 3. in eos dicitur: Filii adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur &c. *vid. Schœnb. Pol. L.* 2. *cap.* 10. Et quod præterea multa passim ex Imperio illegitimorum pullulare soleant pericula, certissimum est. *vid. Liebenthal. Coll. Polit. Ex.* 6. *quæst.* 7. Cumque etiam minora munera & viliora opificia malè natum adversentur, multò magis ergò ad solium Imperiale non nisi legitimè natum admitti debere existimandum est. Et propterea etiam Germanos Legem hîc tulisse, Electoribus necessariò observandam, vel ex communi hominum affectu concludere fas erit; quandoquidem id & ratio & dignitas tanti fastigii,

fastigii, uti & observantia omninò postulat. *vid. Vitriar. J. P. L.* 1. *T.* 5. *§.* 2. *Titius Spec. J. P. L.* 5. *cap.* 1. *§.* 4. *Horn. J. P. Cap.* 17. *§.* 9. Atque hinc notabili exemplo Friderico II. Imperat. antequam electus, necesse fuisse ferunt, in publicis Comitiis Merseburgi habitis, postulantibus Imperii Principibus, fidem natalium suorum vindicare, idoneis ad hoc prolatis documentis. *Conf. Spangenb. in Chron. Sax. cap.* 247. *Heig. p.* 1. *qu.* 21. *num.* 60. *sed vid. Pfeffinger ad Vitriar. lib.* 1. *tit.* 5. *§.* 2. *lit. b.*

Quod autem jam hoc quoque Requisitum ratione natalium & legitimæ nativitatis attinet, illud etiam in Carolo nostro quam felicissimè & adeò verè deprehenditur, ut de eo dubitare velle penè nefas sit. Ita enim *Illum* natum esse novimus ex Leopoldo M. glor. mem. & Eleonora Magdalena Theresia, Serenissimi Electoris Philippi Wilhelmi Palatini & Sereniss. Elisabethæ Amaliæ Magdalenæ, Georgii II. Landgravii Hasso-Darmstadiensis filiâ, Conjuge ipsius tertiâ, quam Majestas sua Cæsarea in thalamum recepit *d.* 14. *Decemb.* 1676. Ex quorum Augustissimorum Parentum Suorum thoro *Carolus* susceptus est *d.* 1. *Octob. anni* 1685.

VII.

Ratione Status Imperator sit Laicus, non Clericus.

Duo potissimùm sunt Imperia, quibus mundus regitur: Ecclesiasticum nimirum & Seculare. Illud ad Sacerdotum & Clericorum ordinem refertur. Seculare verò Imperatori, Regibus, Principibus & Magistratibus Politicis competit. Illud consistit in ministerio; hoc verò in dominio: Episcopus sive Sacerdos est minister Ecclesiæ, cujus officium consistit in orando, monendo, docendo, spiritualem vindictam inferendo, animas ligando & solvendo; Rex sive Princeps dominium habet in populum suum, cujus officium consistit propriè in jubendo, imperando, cogendo, puniendo &c. *Apolog. Bellarmin. pro Jur. Princip. in præf. apud Goldast. Monarch. Rom. Imp. Vol.* 3. *pag.* 659. *Apologia Ludovici IV. ap. Goldast. Constit. Imp. Tom.* 3. *pag.* 409. *seq. Philotenus Achillin. de Jurisdict. Reg. & Sacerd. L.* 1. *num.* 20. *ap. Goldast. Monarch. Imp. Tom.* 1. *de Potest. Imp. & Pap. part.* 1. *cap.* 28. *p. m.* 58. Quia verò Imperium nostrum Rom. Germ. est Seculare, igitur necesse est quoque, Imperaturum etiam esse Laicum. *Limn.* 2. *cap.* 2. *num.* 89.

Sprenger.

Sprenger. J. P. cap. 4. Schüz. J. P. v. 1. disp. 2. th. 9. lit. g. Buxtorff. ad A. B. Concl. 31. *lit. b. Matth. Stephan. de Jurisd. L.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. Quod & Moguntinus & reliqui Electores omnes juramento confirmare tenentur, dum temporale caput in Imperatorem se eligere velle affirmant. *A. B. Tit.* 2. *§.* 2. Et quamvis Ecclesiasticum Imperium sine seculari vix consistere queat, hocque sine illo difficulter admodùm conservetur, manent tamen separata & diversa. *Carpz. ad L. Reg. Germ. cap.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Quam diversitatem antiqui Canones quoque amplectuntur: Sic enim Sacro ministerio addicti, nulla alia cura ac labore quotidiano inde abstrahi debent, *juxta Can.* 1. *x. ne Clerici vel Monachi.* Qua de causa & *Sextus Can. Apost.* constituit, ne Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, seculares curas administret; *Octuagesimus*, ne publicis se administrationibus immittat. Et inter *Africanos Canones decimus sextus*, ne procurationem rerum alienarum suscipiat, aut causarum patrocinium. *vid. Epist. Hieronymi ad Nepotianum.* Sic eosdem Tutores constitui nefas judicat Cyprianus, *in epist.* ad presbyteros, diaconos & plebem Furnis consistentem. *Add. L.* 37. *C. de Episcop. & Cler.* Pari modo in Consuetudinibus antiquissimis Ecclesiæ, quæ quo augustiori nomine commendabiliores essent, Canones Apostolici vulgò appellabantur, *Can.* 82. edicitur: *Ne quis Episcopus, Presbyter ac Diaconus militiæ vacet, & utrumque retineat officium Romanum & functionem Sacerdotalem;* quæ enim Cæsaris Cæsari, quæ DEI DEO. *vid. Grot. L.* 1. *cap.* 2. *§.* 10. *num.* 9. *& seqq. Liebenth. Coll. Pol. Ex.* 4. *qu.* 6. *Arnis. Doctr. Pol. cap.* 12. Similiter *L.* 17. *C. de Episcop. & Cler.* à publicis actionibus & ad curiam pertinentibus Clerici removentur, imò contra facientes tanquam beneficio isto indigni judicantur. *Constit. Leon.* 86. Nam desiit esse miles Christi, qui incipit esse miles Seculi. Hincque etiam est, quod Sigismundus Rex Poloniæ prohibuerit, ne Ecclesiastici Secularibus judiciis sese immisceant, nisi specialiter veniam impetraverint. *Arnis. Doctr. Pol. cap.* 12. *Reinking.* Biblische Policey *lib.* 1. *Axiom.* 34. Jus divinum quoque si inspiciamus, idem inde colligere licebit. *vid. Luc.* 22. *v.* 25. *& seqq.* Ubi ad Discipulos Christus: Reges gentium dominantur, vos autem non sic. Quod & Tholos. intellexit: *qui ait: Nemo DEO militans debet se implicare negotiis secularibus, ne personæ Ecclesiasticæ functionibus spiritualibus subtrahantur, neve relictis illis serviant corporalibus armis, maximè personaliter. L.* 3. *cap.* 7. *n.* 23. Et quàm minimè conveniat Clerico bellum, & quantum inter se pugnent, Episcopum esse, & simul militem,

pluribus exponit *Claudius Espencaus in* 1. *Ep. ad Timoth. L.* 2. *digress. c.* 6. Et DEus ipse officia Ecclesiæ commisit tribui Leviticæ, *Num.* 16. *v.* 8. 9. 10. Sceptrum verò politicum Judæ, *Gen.* 49. *v.* 10. Quamvis fateamur, ante adventum Christi fuisse aliquando Reges eosdem qui & sacerdotes. *vid. Tholos. ex Gratiano de Rep. explicat. L.* 8. *c.* 2. *n.* 8. *Bedæus de jur. Reg. ad Gold. Monarch. Imp. vol.* 2. *cap.* 3. *n.* 60. *p.* 811. *Vitriar. Illust. L.* 1. *Tit.* 4. §. 1. *lit. a. & Dn. Becmann. Notit. dignit. Diss. XIII. c.* 1. §. 2. Apud Romanos quoque qui Reges erant, Pontificis munere functi sunt. *vid. Tholos. d. l.* Verùm in primitiva Ecclesia vix aliqua potestate seculari usi sunt, quos professio Clericos fecerat. *Reink. de R. S. & E. L.* 1. *Cl.* 4. *c.* 9. *n.* 5. *Arnis. Doct. Pol. c.* 15. Interim quidem etiam jam diu est, cùm id quoque in desuetudinem abiit, contra Ecclesiæ primitivæ instituta, & tractare arma cœperunt Episcopi, notati proindè *Baronio Cardinali* sub anno 888. *num.* 2. *videri poterit*, inquit ille, *planè monstrosum, quod tàm Episcopi quàm Abbates, ad arma procederent, in hostes irruerent, caderent ipsos, & caderentur ab ipsis, tanquam Sacrorum Canonum Violatores, & muneris pastoralis & nominis desectores detestandi. Ziegler ad Grot. L.* 1. *c.* 2. §. 10. *n.* 9. Et sicut aliarum rerum initia sunt minima, ita & paulatim ad personas Ecclesiasticas transiit ferè omne id, quod seculare est, statu primitivæ Ecclesiæ plurimùm immutato. *Arum. ad A. B. disc.* 3. *Concl.* 8. *p.* 127. Nam hodiè in Imperio nostro R. G. Principis personam etiam personæ Ecclesiasticæ sustinent. Textus est in *A. B. Tit.* 29. §. *Porro &c.* Quæ omnibus privilegiis, juribus & honoribus in Imperio R. G. quibus cæteri Principes Seculares perfruuntur. *Arum. ad A. B. disc.* 3. *th.* 8. *Reink. d. R. S. & E. d. l. num.* 1. Et hi quamvis regali dignitate sint præditi, & sessionem ac votum in Comitiis habeant. *Reink. d. l.* manent tamen separata munera, Sacerdotium & Imperium, nec propterea Sacerdotali munere privantur; nam idem homo diverso respectu duplicem personam repræsentare potest, atque ob id ratione videlicet diversarum suarum qualitatum, diverso jure censeri. *Gail.* 1. *Obs.* 30. *n.* 4. Sic Episcopi & Principes Ecclesiastici ratione Episcopatus tenentur comparere ad Synodum: ratione verò Feudi, illis ab Imperatore concessi, tenentur interesse Comitiis Imperii. *Arum. ad A. B. disc.* 3. *th.* 8. *Carpz. ad L. R. Germ. cap.* 2. *num.* 6. *Reink. d. l. num.* 24. Potestatem dominandi habent, quia æquè ut seculares cum superioritate territoriali sunt investiti; Sacerdotium verò expediunt, non jure Superioritatis territ. sed potius ex mandato DEI

& jure

& jure ministerii. *v. Liebenth. Coll. Pol. Ex.* 9. *quæst.* 6. Et ita in Spiritualibus & Ecclesiasticis Pontificem venerantur, in temporalibus autem & Regalibus Imperatorem. Ast quamvis ita, uti diximus, principalis dignitas cum potestate Ecclesiastica in una eademque persona sæpè conjuncta fuerit & unita, hodieque etiam sæpiùs conjungatur; nullum tamen exemplum prostat, quo probari possit, Clericum ad Imperatoriam Celsitudinem fuisse unquam evectum; quin & Constitutione Imperii id prohibente fieri non potuit. *vid. A. B. T.* 2. §. 2. Ex isto enim loco Doctores J. P. communiter colligunt, Imperatorem eligendum debere esse *Laicum*, non *Clericum*. Ibidem enim hoc habetur, Imperatorem eligi *in Caput temporale*, populo Christiano, cui ex hypothesi istorum temporum & Catholicorum, Pontifex, tanquam caput *spirituale*, in hoc mundo præest. Etsi verò exindè non nemo haud colligi posse credat, quod Clericus non possit eligi, cùm & ille, dimisso habitu clericali, temporale caput fieri, sicque tanquam Laicus Imperio præesse queat: videtur tamen hactenùs omninò pro communi sententia, quod Laicus eligendus sit, illud pugnare, quod in conclavi non nisi seculares spondeant, se jurejurando firmare, & servare velle Capitulationem, si fuerint electi. *vid. Horn. J. P. cap.* 17. §. 11. *& Londorp. Tom.* 4. *Lib.* 3. *cap.* 7. *pag.* 609.

Quidquid verò tandem de hac controversia sit, sive in Imperatoris persona, præcisè antè, sive verò demùm post Electionem requiramus qualitatem Laicalem, nihil tamen intereà obstat, quò minus ratione quoque hujus Requisiti, *Carolum nostrum* ad Imperii gubernacula tenenda etiam atque etiam *idoneum* sine omni dubio æstimemus. Illum etenim à baptismate & teneris statim annis, non Clero, sed Seculo à Parentibus suis Augustissimis destinatum fuisse, atque etiam ad hunc usque diem addictum mansisse, nec quidquam aliud, quàm quod seculo præcipuam operam navet, & actionibus & toto vitæ suæ genere hactenùs unquam præ se tulisse, notius est, quàm ut prolixè dici debeat. Quin quemadmodum *Carolus* Secularibus Principibus citra dubium est adnumerandus, ita Illorum omnium, quotquot in Imperio Rom. Germ. sunt, haud immeritò audit Corona & maximum decus. Persuasi autem omninò esse possumus de Eodem, Ipsum nihilominùs, præter Imperium suum Seculare, etiam Sacerdotium & Statum Ecclesiasticum, curæ cordique omnimodè imposterùm habiturum esse, exemplo omni laude dignissimo Gloriosissimi Imperatoris Justiniani, qui in *Nov.* 6. inquit: *Maxima*

in hominibus sunt dona DEI à superna collata Clementia, Sacerdotium & Imperium: & illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis præsidens ac diligentiam exhibens: ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam. Ideòque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut Sacerdotum honestas: cùm utique & pro illis ipsi semper DEO supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique, & apud DEUM fiducia plenum: Imperium autem rectè & competenter exornet traditam sibi Rempubl. erit consonantia quadam bona, omne quidquid utile est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa vera DEI dogmata, & circa Sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis bona dabuntur à DEO, & ea quæ sunt, firma habebimus: & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus &c.

VIII.

Ratione Bonorum fortunæ eligatur persona dives ac potens.

Potentia nobis hoc loco potissimùm est ditionum amplitudo, quibus imperat ille, qui sceptra Imperii suscipere debet: Nam Princeps quo plus Regnorum ac populorum sub ditione sua habet, eò potentior existimatur. Requiritur autem in Imperaturo potentia, quia media illa, quibus Respubl. conservatur, consistunt in potentia, quæ à Botero von Anordnung guter Policey *L. 7. cap.* 1. & Carol. Melch. Grotniz, Teutsch-gekleideter Regiments-Rath, von Befestigung eines Regiments. *cap.* 16. Prudentiæ ac fortitudinis Instrumenta nominantur. Suntque hæc ferè quintuplicia: 1. Opes, sine quibus nihil fit quod opus. 2. Arma, quibus & servatur & augetur potentia. 3. Consilia, quibus & arma & omnes Resp. reguntur. 4. Fœdera, quorum effectus est itidem aucta potentia. 5. Fortuna, *vid. Lips. L. 4. Pol. cap. 9. num.* 49. Ex his Instrumentis, quo plura possidet Princeps, eò potentior censendus est, & quo potentior, eò magis ad imperandum aptus. Nam potentia directa & regia ad solidam autoritatem via est; si cætera omnia adsunt, si hæc absit, quid juvabunt? *Lips. ex Liv. Pol. d. l.* qui communi ore parùm tutam Majestatem sine viribus esse affirmant. Quoniam ex potentia divitiæ, cæteraque omnia profluunt, & qui sub se habet multa Regna ac territoria, multas quoque opes possidere videtur.

detur. *Boterus l. c.* Est tamen hæc res ita temperanda, ut mediocritas ubique servetur; nec hæ rationes semper ad omnem Statum applicari possunt, sed ad id quod utile est maximè attendendum. Ad quod & *Keckerm. Syst. Pol. d. l.* inclinat: in Aristocratico statu, inquiens, respiciendum est ad divitias & ad censum: In Monarchico verò, ubi reditus omnes Regni ad Principem perveniunt, etiam persona non adeò divitiis superabundans eligi potest. Nostrum verò Statum in Imperio Rom. Germ. hodiernum quando consideramus, non alium nisi præpotentem & divitem eligere utilitatis ratio suadet. *vid. Georg. Sabin. de Carol. V. Electione apud Goldast. Pol. Imper. part. 1. p. m.* 129. adeò planè, ut omninò non sola virtus, sed divitiæ & patrimonium ejus, qui eligatur, ante omnia respici debeant; & hinc verè utique dicat *L' Auteur du discours sur l' Election d' un Empereur, au recueil des discours politiques, p.* 87. *num.* 2. *Nous ne sommes plus, dit il, au temps, que les moindres Princes, ou Seigneurs, relevés de leur seule vertu, étoient capables de la Couronne de l' Empire, comme il a paru, principalement aux Elections de Rudolphe de Habspurg, & d' Adolphe de Nassau: & il faut aujourduy quelque chose de plus que le merite, même quand il y seroit tout entier, pour parvenir à cette dignité. Il n' est plus besoin d' y mettre en consideration ceux, qui eûssent pû approcher autre fois, par la recommendation de leur Noblesse & de leur vertu, s' ils n' y sont porté, quand & quand, de leur propre poids, & par l' entremise & consideration de leur propre grandeur. Comme si cette Couronne ètoit si pesante d' orénnavant, qu' elle ne peut reposer, que sur des tetes deja couronnées, & ne se laissoit prendre, par droit electif, que de ceux, qui en ont de toutes acquises par succession.* Quamvis olim ante tempora Friderici Barbarossæ adhuc aliud obtinuerit. *vid. Schneidevv. ad Instit. L.* 3. *tit.* 1. §. *Successione Fisci. num.* 5. *Arum. ad A. B. disc.* 3. *th.* 43. *pag.* 170. Hodiè enim reditus Imperii adeò exigui sunt, ut Imperator nisi de propriis contribuat, tantum habere nequeat, ut se suamque Aulam pro dignitate exhibere queat, nedum ut Imperialem & in tantò fastigio necessariam pompam tueatur: omnibus fisci bonis jam in privatam Principum possessionem redactis. *vid. Goldast. Const. Imper. à Carol. V. ad Rudolph.* 2. *Tom.* 2. *vol.* 2. *p.*24. *Arum. ad A. B. disc.* 5. *th.*7. *& disc.* 3. *th.*43. *Hippol. à Lap. ex Granvellano de Rat. Stat. part.*3. *cap.* 3. *Sect.* 2. *Limn. L.*2. *cap.* 10. *num.* 13. *& seqq. ibique addit. & ad Capit. Carol. V. art.* 9. *verb.* Dasjenige so darvon kommen. *pag.* 167. *Dn. Præses de Domanio Sacri Roman. German. Imperii.* Quod quomodo contigerit explicant. *Onuph. Panvin. apud Goldast. Pol. Imper.*

 part.

part. 1. cap. 9. num. 1. & 7. & cap. 12. num. 3. & seqq. Caspar. Ens. ap. Gold. Pol. Imp. p. 1. cap. 14. Schneidevv. d. l. Hipp. à Lap. ex Hartmann. Schedel. de Rat. Stat. l. c. Bodin. de Rep. L. 6. cap. 5. Dn. Præses d. l. Atque hoc ipsum inter præcipuas causas refertur, quod à tempore Alberti Secundi, in sola familia *Austriaca* continuata est Electio Imperatoria, quia nimirùm semper etiam ob potentiam & divitias *idonei* fuerunt deprehensi. *Limn. J. P. L. 2. cap. 3. num. 2. Carol.* von *Hagen. J. P. L. 2. cap. 1. num. 12.* Quod & ipse Imperator Carolus V. declarat, fratrem Ferdinandum Regem Roman. his verbis designans: *Qui sit,* inquit, *magis ad eam provinciam idoneus, fratre meo, Ferdinando, qui Bohemia, Ungariaque Rex, nullum habet, qui eum potentiâ antecedat. add. Sleidan. Comment. de Stat. Relig. L. 1. p. m. 15.* Et certè si quis cum Sereniss. Electoribus Moguntino & Saxone, *apud eund. Sleidan. l. c.* in Imperatore potentiam desideret, en! Invictissima totque Coronis & Sceptris potentissima *Domus Austriaca*, quæ, quod jam dudùm Polonus Warsevvic. *in Orat. ad Rudolph. II. Imper. Praga d. 2. Mart. A.* 1588. habita professus est, alterâ manu Orientem, alterâ Occidentem tenet. *vid. Cuspinian. in Austria. Goldast. Pol. Imp. part. 1. Limn. J. P. L. 2. cap. 3. num. 6. & L. 5. cap. 2. Schüz. de Stat. R. Rom. Vol. 1. disp. 8. th. 6. lit. b. Carpz. de L. R. G. cap. 11. sect. 2. num. 20. & seqq.* ut itaque verissimè omnium de Austriaca familia dici possit, quod Güntherus Ligurinus ait:

O verè famosa Domus, cui totus ab ortu
Solis ad occiduas mundus substernitur undas,
Quam qui novit amat, qui non novêre verentur;
Cujus in auditu confusis mentibus hostes
Tabescunt, contraque nihil se posse fatentur.

IX.

Ratione Religionis Imperator sit Christianus, non infidelis vel hæreticus.

Religio Magistratûs & Reipublicæ cujuslibet *Totum* est, tantumque una habet momenti, ut vel sola felicitatem consummet, nec alia in rationem bonorum verè veniant, nisi quatenùs Religioni, quæ supra cæteras virtutes caput effert, famulantur. Hæc licet multis impiis non nisi merum inventum politicum videatur, ad copulandos animos,

animos, virtutum tamen omnium basis est & fundamentum. Pauci enim eximia virtutis specie caperentur, nisi stricto hoc Religionis vinculo, & Numinis divini reverentiâ & metu se paterentur obligari, quæ indita etiam maximè impio barbaro, actiones hominis componit. Hinc etiam non immeritò dicitur: ultimum & firmissimum societatis humanæ vinculum; præcipuum Reipubl. columen; catena, quâ utrique tam qui imperant, quàm qui parent, arctissimè inter se devincti, maximum Imperio robur & fulcrum addunt; Circea enim quasi illa Virga est, quâ tacti homines, mitescunt, & naturâ inquieti, discordes, turbidi, leniter rediguntur sub unitatis & concordiæ jugum; & certè ruere omnia necesse est, ubi non hoc firmamentum; imò in criminum & scelerum ire licentiam, ubi non hoc repagulum; hinc verè *Silius Italicus:*

Heu prima scelerum causa mortalibus agris,
Naturam nescire DEUM.
Dî multa neglecti dedêre
Hesperiæ mala luctuosa,
Canit Horatius & Seneca:
Ubi non pudor,
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

Cùm autem Religio Regni vel Reipubl. alicujus columen, propugnaculum & tutamen præcipuum sit, & verò Religiones, quas homines profitentur admodùm multifariæ & diversæ dentur, hinc quæstio porrò oritur, quænam ergò ex iis sit optima, & cujus finis & usus præ reliquis se tam ad Status alicujus spiritualem & æternam, quàm etiam beatitudinem civilem seu secularem maximè porrigat? Et licet nullus sit populus, qui quidem Religionem suam non judicet veram atque optimam; item controversia illa, quæ vera & optima Religio, adhuc indecisa sit, & quia solius DEI opus est, quamdiu hæc mundi machina durat, inter Gentes indecisa manebit; nos tamen absque dubio asserere audemus, esse solam Religionem Christianam omnium omninò optimam, Regnis, Rebuspubl. atque Statui cuivis præ aliis valdè proficuam, & ad finem commodè obtinendum aptissimam, præsertim si non perfunctoriè & superstitiosè, sed exactè & verè colatur. Quandoquidem illa non tantùm optimè rectum de DEO sensum & cultum, sed & istiusmodi principia & regulas

gulas tradit atque inculcat, quæ nobis Legem naturæ, jam penè in mentibus hominum per peccatum obliteratam, multò evidentiorem & conspectiorem reddunt. Et præcepta ejus non modò societati humanæ minimè contraria, verùm etiam eidem & cuivis Statui Civili quàm maximè convenientia atque utilia sunt, dum videlicet animos tam Imperantium quàm parentium, eorumque actiones & voluntates optimè continet, dirigit ac moderatur, & denique felicitatem status præ omnibus aliis quàm efficacissimè procurare & conservare potest. Conf. omninò hanc in rem *Hug. Grotius de Veritate Religionis Christianæ, ubi per tot. Lib. II. pluribus elegantissimè demonstrat, quod Christiana Religio præstet utique aliis omnibus ; cùm scil. nulla ex omnibus seculis ac nationibus proferri possit, aut præmiis excellentior, aut præceptis perfectior, aut modo, quo propagari jussa est admirabilior, aut societati humanæ convenientior.* Undè etiam admodùm egregiè *Puffendorfius L. 8. cap. 9. §. 4. In Rebusp. Christianis,* ait, *plurimùm confert ipsa Religio Christiana, sincera illa, & ab humanis commentis purgata, per pios & cordatos ministros doctrinâ & exemplo inculcata; quippe quæ præter dogmata ad salutem æternam facientia, continet perfectissima præcepta moralia, queis cumprimis ad bene tolerandam vitam civilem animi mortalium disponuntur, & quæ eadem tamen Legibus Civilibus ita commodè sanciri non possunt &c.* quod & pluribus demonstravit *in Diss. de Concordia vitæ Politicæ cum Religione Christiana. add. Jac. Thomasii Dissert. Religione Christianâ non minui virtutem bellicam.* Nec minus attendi hîc meretur *Dn. Barbeyracii* in Editione Gallica eximia ad hunc locum Puffend. adducta annotatio *de Mr. Montagne*, qui ait : *Il ne faut pas oublier icy cette reflexion de Montagne, qui dit : La Religion Chrestienne a toutes les marques d' extreme justice & utilité, mais nulle plus apparente que l' exacte recommendation de l' obeissance au Magistrat & manutention des Polices &c. Essais Liv. 1. Chap. XXII. vid. porrò Puffend. de Habitu Relig. Christ. ad vitam Civilem. it. Hect. Gothofred. Masius in tr. de Interesse Principum circa Religionem Evangelicam, præcip. cap. 2. & 4. add. quoque* Europäischer Herold *pag. 552.* Hæc igitur cum ita se habeant, & absque dubio Religio Christiana omnium optima, Reipubl. utilissima atque ideò etiam dignissima sit, quæ in Regnum & Statum aliquem non solùm introducatur, sed & ubi semel introducta, omni nisu atque operâ conservetur, protegatur ac propagetur ; id verò utique melius fieri non possit, quàm si & ipse Princeps illam sectetur & profiteatur, utpote qui, sicut in omni virtute, populo præire debet, ita & in hac maximè, quæ princeps est & caput omnium

omnium Virtutum. *Lipſ. Doctr. Pol. L.* 4. *cap.* 2. *num.* 5. *add. Eccleſ. cap.* 10. *v.* 2. quoniam nimirùm Princeps membrum primarium Civitatis eſt, & ad exemplum Imperantis totius populi mores conformantur; de quo ſic deinceps eò tutiùs etiam & certiùs ſperare licet, illum quoque quod ejus officii eſt, cum debito tantoque majori Zelo, tutorem atque defenſorem Sacrorum Religionis Chriſtianæ, queîs & ipſe addictus eſt, futurum eſſe. Hinc ergo facilè jam apparet, quare etiam Legibus Imperii noſtri Rom. Germ. expreſsè conſtitutum ſit, ut Imperator eligendus, nulli alii quàm Chriſtianæ Religioni addictus eſſe debeat. Licet enim quidem Magiſtratus à Religione Chriſtiana alienus, etiam legitimus eſſe poſſit, tamen ubi res in arbitrio & libera electione populi vel Reipubl. poſita eſt, ex prædictis rationibus omninò ſuadendum ac dicendum erit, nullum alium eligendum eſſe, quàm qui Religionis Chriſtianæ eſt. Idque tantò magis in Imperio Rom. Germ. obſervandum, quoniam ibidem non ſolùm inde à tot Seculis Religio Chriſtiana, maximo DEI beneficio, firmiſſimè eſt ſtabilita, ſed & ejusdem Numinis gratiâ in vigore ac flore hactenùs fuit conſervata. Undè & *Imperium Roman. Chriſtianum* memorabili diſcrimine, ſi tempora ſub paganis Imperatoribus conſiderentur, ob Religionem jam ſignatum eſt. *Goldaſt. Tom.* 3. *Conſtit. pag.* 383. & ſtylo publico jam dudum etiam receptum eſt, elogium iſtud, quo inter alios ſolennes titulos Imper. Rom. Germ. excellentiori quadam notâ vocatur **Sacrum.** Ita enim non absque ratione ſemper planè perſuaſum fuit pleriſque etiam exteris, Imperio & Imperatori Romano inprimis à DEO attributum eſſe munus & curam tuendæ & adverſus inimicos Chriſtiani nominis defendendæ Eccleſiæ. Cujus non ſine ſingulari divinâ providentiâ attributæ Imperio R. G. appellationis ſignificationem *vid. latiſſimè ap. Bœcler. in Diſſ. de S. R. I.* Atque ita proptereà ad qualitates Imperatoris futuri requiritur procul dubio, ut Chriſtiana Religione ſit imbutus, cùm Caput ſeu primarius Princeps populi Chriſtiani eſſe debeat; & ut Regnum verè Chriſtianum dici poſſit, Rex oportet, ut ſit Chriſtianus. *vid. Grot. L.* 2. *c.* 9. *ſ.* 8. Nam etſi, uti diximus, infidelis Princeps Chriſtianis utique etiam præeſſe poſſit, ex A. B. tamen *pr. & Cap. II.* §. 4. 5. ſatis apparet, illius conditores caput *Chriſtianum Chriſtianis* & fidelibus voluiſſe, nec infidelem nec hæreticum. *vid. Vitriar. J. P. L.* 1. *Tit.* 5. §. 3. *Hornius J. P. cap.* 17. *ſ.* 13. Proindè adhucdum hodiè quoque in Electione orare jubentur Electores, ut divina ope eligere

valeant *idoneum Cæsarem pro salute populi Christiani, & caput populo Christiano*, quemadmodum in jurejurando eorum amplius continetur. A. B. *Tit.* 2. Quod & requirit *Spec. Suev. ap. Gold. part.* 1. Der Deutschen Reichs-Satzungen, *L.* 1. *c.*21. §. 3. ibi: Einen lahmen Meuchelsichtigen Mann, und der in dem Bann oder in der Acht, oder ein Ketzer ist, den sollen die Fürsten nicht zum König kiesen. Kiesen sie aber diesen, die andern Fürsten verwerffen ihn wohl mit Recht, an der Statt da ein Hoff heimgesprochen wird, ob man ihn der Dinge eins überkommt, als recht ist. In multis quoque Imperii Recessibus Imperatori nostro R. G. talia attribuuntur nomina, quæ non nisi Christiano competere possunt: scilicet quod sit der heiligen Christlichen Kirchen rechter Vogt, Schutz- und Schirm-Herr. R. J. *d. an.* 1518. §. Erstlich. R. I. 1530. §. 9. item in R. J. *d. an.* 1541. §. Aber Churfürsten dicitur Advocatus Ecclesiæ, ibi: und als Advocaten und Beschirmern der Christlichen Kirchen. *Henric. Bebel. Apolog. disc.* 2. *ap. Gold. Pol. Imp. part.* 11. *p. m.* 594. Et de anno 1524. *sub tit. Constitution* wider die Wiedertäuffer, §. 1. ibi: Als Römischer Käyser, Oberster Vogt und Beschirmer unsers heiligen Christlichen Glaubens. *vid. Carpz. ad Leg. R. G. cap.* 2. *sect.* 1. *n.* 23. Quare etiam Lutherus ad Cæsarem Carol. V. scribens, sese confugere, inquit, ad ipsum velut ad aram præsidiumque Legum, & rogare, ut Doctrinæ Christianæ tutelam suscipiat, exemplo Athanasii. *Sleidan. d. stat. Relig. L.* 2. *p. m.* 25. *Carpz. ad Leg. R. G. c.* 2. *sect.* 1. *n.* 27.

Cùm autem in Imperio nostro Christiana Religio non sit uniformis, sed in varias divisa sectas, quæstio porrò agitari cœpit: An etiam alius, quàm Cathol. Roman. Religioni addictus, Lutheranus nempè vel Reformatus, in Imperatorem eligi possit? Equidem Romano-Catholici hoc in dubium vocare solent: inter quos *Caninius disc. ad A. B. p.* 115. *Author discursûs sur l' Election d' un Empereur. pag.* 88. & alius, qui primo loco legitur in libello Gallico, cui Titulus: *Recueil de quelques discours politiques de l' an* 1632. *p.* 12. *Joh. Kieffer de Elect. Orig. & potest. qu.* 31. quorum rationibus satisfecit *Carpz.* vel potius *Joh. Jac. Panzerus quæst.* 2. *disp. feudali secunda Carpzovii subjecta*, ubi affirmativam propugnat, cum *Buxtorffio ad A. B. Concl.* 30. *lit. d.* quorum omninò sententia plus veritatis habet, quàm istorum; cùm nec A. B. nec ulla alia Constitutio Imp. vel Conventio prohibitiva adsit, quæ Protestantes à dignitate Imperatoria excludat; imò hoc tantò magis hodiè asserendum est, postquam eodem jure, quo Ro-

mano-

mano-Catholici gaudere debent, & Proteſtantium Religio in Imperio expreſſè confirmata eſt. *R. I. de* 1555. *Inſtrum. Pac. art.* 5. §. 1. & Capitulationibus Imperatorum. Neque etiam res adeò omni planè tempore factu impoſſibilis fuit, ut ex Proteſtantibus aliquis in Imperatorem eligi potuiſſet, ceu multi perperàm putant. Ita enim Joh. Georg. I. Elector Sax. præ Ferdinando III. diadema Cæſareum facili negotio adepturus fuiſſe creditur, niſi iſtud ipſemet recuſaſſet. *vid. Auth.* des Teutſchen *Monzamb. Cap.* 4. *p. m.* 305. *in not.* Scimus etiam, quantum ſpei prioribus temporibus Principes Proteſtantes habuerint, pluralitatem votorum in Collegio Electorali conſequendi, iſtaque mediante Imperatorem ex ipſorum medio eligendi: id quod ex turbis Colonienſibus *anno* 1583. itemque Bohemicis 1620. videre licet. Poſtquam verò egregias iſtas atque opportunas admodùm occaſiones præterlabi paſſi ſunt, vix ſperandum hactenùs videtur, ut Proteſtantibus tam ampla temporis rerumque opportunitas, jure ſuo in effectu utendi, tam facilè rurſus ſit obventura; eò minùs, quod nuperrimè demùm in futurum, tam ratione Novemviratûs, quàm etiam proſcriptionis, in quam Bavarus prolapſus eſt, præcautiones ſatis ſolicitæ ex parte Catholicorum adhibitæ ſint, ne ſcilicet poteſtas Imperatoria aliquando ad Principem ex Proteſtantibus perveniat; uti paſſim *Annales publici* nos docent. *vid. Thucel. Electa Jur. publ. curioſ. & Miſcell. jur. publ. de Novemviratu, num.* 12. *&* 14. adeoque ut, cùm exiſtimandum non ſit, quod Catholici Electores, pluralitatem votorum hodiè conficientes, Evangelico vel Reformato ſuffragia ſint daturi, rebus ſic ſtantibus, omnis ferè ſpes perveniendi ad Imperium Proteſtantibus præcluſa videatur, niſi prius magnos difficultatum obices vis cœleſtis removerit. *conf. Limn. J. P. T.* 2. *addit. ad L.* 2. *cap.* 2. *num.* 88. *in fin.*

Cæterùm quod & hoc jam concernit Requiſitum, illud ſanè pari modo præclarè atque ita ſibi vindicat *Carolus*, ut vel ob id ſolum Princeps dignitate Imperatoria digniſſimus judicari poſſit; quippe qui Chriſtianam Religionem materno cum lacte, & ab ipſis incunabulis jam pridem imbibit, quique in ea educatus & inſtitutus eſt, quam etiam ſolam, progreſſu ætatis, ſanctè amare, colere, venerari, & in hunc usque diem publicè profiteri non deſiit. Quin idem eſt, cujus Majores eò dudùm gloriæ proceſſerunt, in tuenda Religione & fide Chriſtiana, contra quorumvis Chriſtiani nominis inimicorum inſultus ac impetus, ut laudabilius nihil quidquam excogitari poſſit.

Versatur adhuc ob omnium oculos imago Augustissimi Leopoldi M. gloriosiss. mem. qui equidem à Religione Christiana veram petiit Magnitudinem; qui summum ei semper tribuit honorem; qui summo ab Ea vicissim cumulatus est splendore; Eadem enim ipsa victorem Eum præstitit super hostes suos, suis inservit triumphis, & laudibus condecoravit immortalibus. Et quis ignorat, quomodo duobus superioribus seculis se commoverit Austriacorum Cæsarum virtus, reque Christiana præclarè gesta, non exiguum Turcis terrorem incusserit. Neque enim Cæsarum istis temporibus ferè quisquam fuit, qui adversus Turcas non pro salute Christiana strenuè contenderit. Quid quod verè Imperatoria Domus Austriaca longè latèque pro re Christiana semper excubuit, magnamque vim pecuniarum, militum, munimentorum, apud fines & pro finibus Imperii, perpetuâ munificentiâ providentiâque, adversus capitalem Christianitatis inimicum dispensavit. *Bœcler in diss. d. Imp. R. G. p. m.* 413. *conf. Ger. d. Roo Hist. Aust.* Ut ita dubii nihil supersit, quin in Carolo nostro Imperatore ejusdem Religionis Christianæ à Majoribus suis Ipsi transmissæ, quàm studiosissimum quoque habituri simus propugnatorem & protectorem, & quin universa Ecclesia Christiana sub Ipsius tutela atque Advocatia, omni securitate nec non incrementis optatissimis indies magis magisque sit gavisura, sicque omnis etiam posteritas sit prædicatura facta *Caroli* non minùs Christiana quàm illustria, perpetuò duratura in gloriam Austriacorum, bello semper Magnorum, pace Majorum, Religione Christianâ Maximorum.

THES. X.

In novissimâ Electione Imperatoriâ meritò rursus prælata est Familia Austriaca.

Postquam scilicet in antecedentibus præcipua ad *Habilitatem* Imperatoris eligendi Requisita, partim secundùm Imperii R. G. Leges fundamentales, partim verò generalia Politicorum principia inspeximus, nec non quomodo ea omnia & singula eximia atque excellentiori quadam ratione, in *Carolo* gloriosissimo jamjam Imperatore occurrant, atque egregiè admodum conveniant, breviter pro ratione instituti indigitavimus; nunc tandem ultimam adhuc hancce Thesin,

Thesin, tanquam Coronidis loco adjicimus, simulatque eâ ipsâ dissertationem nostram finimus. Arridet autem nobis hîc sententia *Simancæ*, qui *in Libro suo* 5. *c.* 3. *de Rep.* docet, quod, ut facilis sit gubernatio publica, requirantur tria: *Sapientia* scil. ne erretur in gubernando, *Potentia*, ut quæ decernuntur, in actum producantur; & *Familia*, ut contemtus tollatur, & adsit autoritas. Et quidem *Familiam* quod attinet, multæ nationes anxiè observarunt, ne Magistratus nisi ex certis familiis eligeretur. *vid. Aristot. Polit. L.* 2. *c.* 10. *Diodor. Sicul. Bibliothec. L.* 11. *Keckerm. de Rep. Spartan. L.* 2. *c.* 2. *§.* 2. *Alex. ab Alex. L.* 4. *c.* 23. *p. m.* 238. *lit. b. Cromer. L.* 2. *Rer. Polon. Philipp. Honor. in diss. de Interregn. Polon.* Verum enim est, quod *Arist. Polit. L.* 2. *c.* 11. *ait: Satius esse, Reges non ex quovis & fortè fortunâ oblato genere esse, sed ex aliquo præstante sumi.* Nam dignitas & splendor familiæ magnam tum autoritatem tum benevolentiam conciliant, inquit *Claud. Seysell. L.* 2. *de Rep. Gall. p.* 287. Et gratiora semper sunt eorum Imperia, quos longâ patientiâ ferre didicimus; & inveteratis stirpibus putatur inesse nescio quid Religionis & Majestatis. *Arnis. d. Rep. L.* 2. *c.* 2. *sect.* 5. *n.* 11. Hinc etiam vota Electionis intra eandem familiam optimè contineri, si in ea semper digni Imperio inveniantur, docet Politicus consummatissimus *Boxhorn. Instit. Pol. L.* 2. *c.* 2. §. 8. Et ergò optimâ etiam ratione egerunt hactenùs Serenissimi Electores Imperii, quod *haud mutatoria per novas familias, communis salutis gubernacula tradiderint*, dicente Plinio Secundo *in Panegyric. Maximian. & Constantin. p. m.* 110. Sed Genus Austriacum, *ad felicitatem Reip. Germ. divinitùs constitutum*, ut de Divi Claudii genere ait *Trebellius Pollio*, *in vit. Div. Claud. p. m.* 358. in Electione Imperatoria reliquis Imperii Romani familiis hactenùs prætulerint. Postquam enim Electio Imperatorum per constitutos Electores, jam inde per aliquot Secula invaluit, in eandem quoque ad certam aliquam familiam quasi restringere cœperunt, necessitate veluti quadam adacti; quippè ut Electio in certâ familiâ hodiè instituatur, Imperii R. G. quàm maximè interest, quandoquidem hic eligendi modus ad præcavendas turbas & factiones, & ad tranquillandum Imperium omnium optimus videtur; ita enim cordatiores observant Politici, quod sicuti veteris Germaniæ moribus apprimè commoda fuerit, illa ex successione hæreditaria & libera electione mixta constituendorum Regum ratio; ita optimè contigerit Germaniæ, ut à ducentis jam amplius annis, cognita illa successio vetus ex parte ab

Electoribus rursus observaretur. Quod nisi factum fuisset, forte ne umbra quidem Imperii Germ. jam superesset. *v. Conring. de Germ. Imp. Rom. cap. 9. Funccius in Brev. Orb. Imp. c. 1. qu. 79. p. m. 67.* atque arcanum Collegii Electoralis non paucis apparet, unanimiter & constanter in Serenissima Domo Austriaca præprimis, huc usque continuasse, atque hodienum continuare electionem Imperatoriam. *v. Funcc. l. c. qu. 81.* Causas hujus ipsius rei, cur nimirum jam ultra ducentos & septuaginta annos non interruptâ serie ex unâ hâc Archiducali familiâ Imperatores Regesque Romano-Germanici electi atque creati sint, adducit non nullas pro cætera sua sagacitate *Monzambanus de Stat. Imp. c. 2. §. 4.* Quod videlicet vix ulla sit præter illam in Germania domus, quæ par sit ferendis sumptibus, quos Majestas Imperialis requirit, quæve Cæsarei fastigii splendorem propriis reditibus sustinere queat. Præterea in casu præteritionis, Austriaci opes suas ita disposuerint, ut nullo negotio peculiarem Rempublicam constituere possent. Nec inter leviores causas est, quod non solùm nulla alia præter ipsam Austriacam familiam, facilè obicem ponere Turcicæ possit potentiæ. *v. Limn. L. 2. c. 3. n. 6.* Sed & quod deprehendatur tam commodus situs nonnullarum provinciarum Austriacarum versus Italiam, & indè quidquid Cæsari autoritatis atque Juris est in Italiam validè suffulciendi ac vindicandi facultas, Imperatoribus ex alia domo non adeò in promptu futura; utut quidem machinationibus Pontificiis usus juris ac prætensionum Imperii in Italiam aliasque provincias satis exiguus etiam sub Austriacorum regimine per aliquot secula fuerit; nisi quod ob nuperrima Cæsaris & Imperii arma victricia in Italia reviviscere inceperint *effectus Dominii directi*, quod Imperio nostro in Regnum *Longobardicum, Patrimonium Petri, Liguriam, Hetruriam*, & tantùm non omnes Italicas provincias competit. *vid. Conring. Tr. de Finibus Imperii. Simon Henr. Musæus de Juribus in Parma & Placentia Ducatus à Pontif. male pratens. vel usurpat. pag. 106. seq.* Quemadmodum & superioribus annis suscepta proscriptio *Ducis Mantuani* novum suppeditavit documentum. Atque has modò dictas rationes adeò planè prægnantes nonnulli existimant, ut etiam non quidem abs re ambigant: *Cuinam, si aliquando deficeret proles masculina in Domo Austriaca, postea Dignitas Augusta imprimis accessura esset?* Et sanè si curiositati & conjecturis privatis locus, casu contingente, (quod ut Deus avertat commune votum est.) quia Austriaca Regna & Provinciæ ad Fœminas etiam devolvuntur, & deficientibus

entibus etiam his ab ultimo possessore quovis modo alienari possunt. *conf. Monz. de. Stat. Imp. c.* 2. §. 4. hactenùs bene forsitan persuasi esse possumus, quod *pluralitas votorum Electoralium* erga illum Principem, qui vel hæres tantorum bonorum, vel qui connubio cum Archiducissa contracto, simul vi tanti matrimonii Dominus evasurus esset, ob rationes supra tactas, procul dubio aliquando inclinatura sit, præsertim cum machinationes Gallicanæ, ob vires præsenti bello indies decrescentes, contra Archiducalem Domum non adeò imposterum extimescendæ videantur, uti tempore *Electionis Leopoldi* erant. *conf. Puffend. Hist. Frid. Wilhelm. Elect. Brand. lib.* 7. §. 31. *seqq.*

Accedit his omnibus, quod una Domus Austriaca sit, quæ satis utiliter & feliciter hucusque tenuit Imperium R. G. & jure merito suspicienda veniant præclara in Rempublicam merita, quibus sanè omnibus Belli Pacisque temporibus Austriaci supereminent, & ob quæ etiam totum Imperium ad omnimodum obsequii atque gratitudinis genus jam pridem sibi reddidêre quàm devinctissimum. Ut itaque non sine gravissimis rationum momentis Serenissimi Electores commoti, intra eandem Domum Austriacam in moderna Electione Imperatoria rursus substiterint, & Carolum, ex familiâ Austriacâ Principem unicè hodiè adhuc superstitem, unanimi consensu ritè declaraverint Imperatorem, utpote quem non gloriosa Majorum memoria solùm, sed & propriæ virtutes & qualitates supradictæ omnibus commendabant, & ad fasces Imperii suscipiendos undiquaque maximè *idoneum* atque ita omnimodò *habilem* probabant, ut anteferendum huic neminem omninò arbitrati sint. Neque verò id factum putemus sine cœlestis providentiæ ductu atque instinctu, à quâ omnis est Majestas. Quin, sicuti olim Athenienses Delphos deliberatum miserunt, qui consulerent Apollinem, *quo potissimùm Duce uterentur?* & his consulentibus nominatim Oraculum, responsi loco, præcepit, *ut Milthiadem sibi Imperatorem sumerent.* Id si fecissent, incœpta prospera futura. *Cornel. Nep. in Milth. c.* 1. Ita quoque, non quidem istud Diaboli Oraculum s. ludibrium, sed imò ipsummet Sanctissimum Cœli Numen, uti credere fas est, piis istis, quas antequam ad Electionem procedant, pro felici ejusdem successu peragere solent Serenissimi Imperii Proceres, precibus aures præbuit propitias, benignissimè respondit, & animis deliberantium, quid statuerent, suggessit, & velut *nominatim* etiam præcepit, ut non nisi

Caro-

Carolum sibi Imperatorem sumerent. Fecerunt, in eoque Principe suffragia Electorum singula, mirabili quadam consonantiâ ac harmoniâ, unanimiter & citra omnem factionem vel discordiam, fausto sanè omine, convenerunt. Quantò magis ergò nos quoque, *prospera omnia nunc futura*, nobisque ex Imperio *Caroli* felicia quævis eventura, sine omni dubio speremus? Etenim hoc ut faciamus non abs re est. Id verò nunc præcipuè nobis incumbit, ut referamus videlicet DEO Ter Optimo Maximo pro sua in nos benignitate gratias immortales, juxtaque hoc inserviamus Gloriæ Principis Summi, eo quo par est, obsequii & devotionis ardore; utque nihil desideremus ad summam felicitatem, tranquillitatem, atque firmam Germaniæ pacem futuram, DEUM solicitemus, &, quod publicâ acclamatione & applausu modò fecimus, intimis perpetuò repetamus votis ac suspiriis, ut scilicet Europæ diu, diu Germaniæ, vivat, valeat, Familia Austriaca, vivat semper invictus, semper Augustus, Imperator noster

CAROLUS SEXTUS!

FINIS.

DIS-

DISPVTATIO XXVIII.

DE FELONIA DOMINI,

INAVGVRALIS

PAVLI BVRCKHARD HOSER,

Stutg.

hab. ad d. Maji. MDCCXIII.

SUMMARIA.

F*Elonia vox unde? eam tam Dominus quam Vasallus committere dicitur. th. I. an aque proprie, an vero improprie saltim & abusive? th. II. III.* Feloniæ Domini *Definitio. th. IV. Felonia Domini eadem fere ratio, qua felonia Vasalli. th. V. Felonia quando directo in personam Vasalli committendo patretur? th. VI. Quando per indirectum & consequentiam? th. VII. Quando omittendo? th. VIII. IX. Circa res vel ipsum feudum Dominus quando feloniam committat? th. X. Dominus ob feloniam non ipso jure, sed per sententiam judicis, non declaratoriam saltim, sed privatoriam, jure suo dominico exuitur. An & in Imperatore & Rege hac locum habeant? An in Papa & Ecclesia Pralatis? th. XI. Ad quem proprietas seu directum Dominium ob feloniam Domini devolvatur.*

Q. D. B. V.

EXantlatis feliciter Divini Numinis Gratia consuetis iis subeundis Examinibus, qui ad summos in utroque Jure adspirant honores, ac impetratâ ab Amplissimo JCtorum Ordine licentiâ conscribendi Disputationem Inauguralem, non diu hæsitavi, quodnam potissimum seligerem Argumentum illi aptum, mox enim mentem subiit Thema à Perillustri Domino NICOLAO CHRISTOPHORO S. R. I. Lib. Barone de LYNCKER, Equestris Ordinis Rhenani Immediato, Hereditario Flurstetti & Ketschau, Augustissimi Imperatoris Consiliario Aulico Splendidissimo, Mæcenate ac Patrono Maximo ad cineres usque Venerando, Viennæ mihi commendatum, de FELONIA nempe DOMINI. Animum igitur illicò induxi, materiam istam plenius excutere, eòque lubentius hoc fecissem, quo argumentum hoc eam Jurisprudentiæ contingat partem, quâ Respublica tantò minus carere potest, quantò majus ei periculum ex controversiis feudalibus indecisis accrescere potest, quippe quibus non de stillicidio, non de glande legenda, aut de cloaca Titii aut Mevii, sed de Regnis, Ducatibus, Principatibus, Comitatibus aliisque rebus summi sæpe pretii in feudum concessis agitur, cujus proinde dignitas ex objecti dignitate se satis superque prodit, sed quia id hac vice exequi temporis ratio & ingenii imbecillitas non permisit, positiones quasdam saltem exinde proponam. Tu autem ô Summe & Sancte DEUS, gratia tua mihi largiter assiste, ut faustum sit initium, felix medium, & prosperrimus finis, omniaque, quæ Te Duce ac Rectore propositurus sum, juri sint consentanea, studiisque meis profutura.

I.

Feloniæ vox unde?

DE FELONIA DOMINI itaque acturi paucis notamus, vocem Longobardicam FELONIÆ ab aliis à verbo fallere deduci, & hinc Falloniam vocari; alii originem ejus à græco φήλωσις seu φήλωμα, quod fraudem, imposturam, deceptionem, improbitatem, culpam significat,

car, derivant; alii probabilius à Germanorum fehlen, quod eſt errare, delinquere, dolo vel culpa contra officium agere; vel à verbo fallen, labi, nonnulli quoque à vocabulo Fälligkeit, quod caducitatem denotat, deducunt. vid. Spiegel. Calvin. *in Lexic.* Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. XV. aph.* 8. Eyben. *Elect. Jur. Feud. cap.* 2. *in corollar.* & Feloniam quidem tam Dominus, quam Vaſallus committere dicitur, quoties dolo vel culpa contra mutuam, quam ipſi ſibi invicem debent, fidem ac officium agit, wann der Lehen-Herr oder der Lehen-Mann die Treue bricht, die einer dem andern zu erweisen schuldig ist. vid. Jus Feud. Alemann. *cap.* 69. 2. *F.* 6. 2. *F.* 26. §. *Domino.* 2. *F.* 47. qui textus cardinales ſunt, in quibus de hoc themate noſtro principaliter agitur in Jure feudali Longobardico, Corpori Juris noſtri ab Hugolino de la Fontana JCto Bononienſi Seculo XII. adjuncto, quod in vim Juris communis in cauſis feudalibus in Germania noſtra deinde Seculo XV. unà cum Jure Civili in cauſis civilibus, receptum, & ut tale allegatur, atque in controverſiis feudalibus decidendis in inclyto Judicio Aulico ac Camerali Præſides & Aſſeſſores reſpicere jubentur, in Kayserl. Landfrid. *de Anno* 1548. *tit.* 3. §. 2. Receſſ. Erfurt. *de Anno.* 1567. §. 30. Capitulat. Leopold. *art.* 4. *art.* 30. *art.* 39. Capitul. Joſeph. *art.* 4. *art.* 29. *art.* 38. Carolo VI. *art.* 11. *art.* 26. Ordinat. Camer. *P.* 1. *tit.* 57. verb. deß Reichs gemeine Rechten. Ordinat. Judic. Aul. *tit.* 7. §. 21. voc. gemeine beschriebene Rechten, qua ratione nullum aliud jus, quocunque veniat nomine, unquam in tota Germania noſtra in vim Juris Communis receptum fuiſſe, nobis conſtat.

eam tam Dominus quam Vaſallus committere dicitur.

II.

Num autem vocabulum Feloniæ æquè proprie perſonæ Domini fidei ſuæ & officio contravenientis applicetur, atque Vaſallo fidem ſuam vaſalliticam violanti, an verò in perſona Domini ſaltim impropriè & abuſivè uſurpetur? non fruſtra quæſiveris; Et non minus propriè illi, quam huic applicari exiſtimamus, quamvis enim contrarium colligi poſſe videatur ex verbis parentheſi incluſis, *ut ita dicam*, in textu 2. *F.* 26. §. *Domino*, cum JCtus Feudiſta ibi ait: *Domino committente feloniam (ut ita dicam) per quam Vaſallus amitteret feudum, ſi eam committeret, quid obtinere debeat? de conſuetudine quæritur: & reſpondetur, proprietatem feudi ad Vaſallum pertinere, ſive peccaverit in Vaſallum, ſive alium.* Attamen verba iſta, *ut ita dicam*, non id, ſed

an æque proprie, an vero impropriè ſaltim & abuſive?

 hoc

hoc saltim insinuant, quod vocabulum istud, sive de Domini, sive de Vasalli culpa accipiatur, non satis tersum ac latinum, sed barbarum aut peregrinum, aut ut Cujacius 2. *F.* 1. loquitur, militare sit, quo sensu quoque in Cujaciana Editione in textu 2. *F.* 24. *§.* 2. *vers. porrò*, verbis: *Si Dominum assalierit*, eadem his formalibus, *ut ita loquar*, subjiciuntur. Jacob. Alvorottus *ad d. text.* 2. *F.* 24. *§. porrò. &* 2. *F.* 26. *§. Domino.* Bitsch. *ad d. text.* 2. *F.* 26. Indubium etenim est feudi constituti formam essentialem in hoc consistere, quod rei in feudum concessæ Dominium directum penes concedentem remaneat, utile verò ad accipientem Vasallum transeat, ita, ut alter alteri ejus ratione ad fidem præstandam obligatus sit, juxta illud Germanorum, getreuer Herr, getreuer Knecht. 2. *F.* 6. Mutua & reciproca ergo Domini & Vasalli fides sibi invicem ratione illius rei in accipientem quoad utile dominium, retento penes se directo, translatæ præstanda, feudi constituti forma essentialis est, ex communi Doctorum sententia per 2. *F.* 3. 6. 2. *F.* 23. 2. *F.* 47. *cap.* 14. *x. de jurejur.* hincque Vasallus Dominum in Conjugem, h. e. communi & reciproco fidei vinculo sibi conjunctum habere dicitur. 2. *F.* 58. *pr.* nec admittenda illorum sententia, qui fidem dominicam non ingredi feudi essentiam, sed eam modò consequi statuunt. vid. Struv. *S. J. F. c.* 2. *th.* 5. Rosenthal. *cap.* 1. *concl.* 2. *num.* 9. æquo enim animo perpendimus, mutuam seu reciprocam fidem à Domino & Vasallo omninò ad Essentiam feudi exigi. *dd. text.* & relata esse Senioris seu Domini ac Vasalli fidem individuo nexu conjuncta, quorum ea est natura & indoles, ut posito & debito uno, ponatur ac debeatur statim qq. alterum, eaque ex causa neutrum sine altero prius posteriusve oriri, vivere, mori; Quicquid igitur vel ab hoc, vel ab illo contra illam mutuam sibi intuitu rei in feudum datæ ac acceptæ invicem debitam fidem fit, omneque ei, tam à Domino, quam à Vasallo admissum, contrarium factum jure feudali Longob. FELONIÆ appellatione venit, quod proinde nomen æquè proprié de Domino, quàm Vasallo, fidei suæ alteri debitæ contraveniente prædicatur, & eo respectu ambo quoad feloniam ad paria judicari dicuntur. 2. *F.* 47.

III.

Ac licet fides Dominica & Vasallatica pluribus modis differant, primò nempe quoad causam efficientem propinquam, ceu quæ ratione

one illius eſt ipſum Jus feudale. 2. *F.* 26. *§. Domino.* 47. *&* 58. Knipſchild. *de oblig. Domini & Vaſalli p.* 1. *qu.* 1. *n.* 49. ratione hujus factum hominis, five pactum, quo Vaſallus ſeſe Domino fidelem fore regulariter quidem juratò promittit, & id recuſans feudum haud accipit, 2. *F.* 3. 4. 5. *ſeqq.* 2. *F.* 24. *pr.* quod Dominus econtrà Vaſallo non facit. Rittershus. *part.* 1. *cap.* 10. *qu.* 12. Roſenthal. *cap.* 6. *concl.* 86. *num.* 1. Gothofred. Antoni *diſp. feud.* 7. *th.* 1. *lit. b.* Jacobus Alvarottus *ad* 2. *F.* 6. *num.* 7. Knipſchild. *d. l. num.* 48. *ſeqq.* qui omnes teſtantur, Dominum feudi de generali conſuetudine Vaſallo minimè jurare fidelitatem. Cui aſſerto quamvis contradicat Gloſſa *ad* 2. *F.* 55. *§.* 2. *verſic. illud. ſub fin.* illudque certo modo limitet Jo. Petrus Fontanellus *de pactis nuptial. clauſul.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 1. *num.* 35. nim. quod dominus nihilominus de tuendis & conſervandis privilegiis, juribus, uſibus & conſuetudinibus Vaſallorum præſtare teneatur, quemadmodum Imperator noſter de confirmandis & cuſtodiendis Statuum juribus & privilegiis ſe obligat in jurata ſua Capitulatione, ut videre eſt ex Capitul. Leopoldi & Joſephi *art.* 3. Caroli VI. *art.* 1. attamen Gloſſæ illius contradictio nullius eſt momenti, & Fontanelli limitatio planè aliena, nec de regula eſt. Contra nihil obſtat aut impedimento eſt, quominus ut pacto, ſic & conſuetudine induci poſſit, ut nec Vaſallus fidem jurare cogatur, nihilominus ad eam tamen perinde obligetur, ac ſi illam ſolenniter juraſſet. 2. *F.* 3. 24. 40. 76. arg. *cap.* 14. *X. de jurejur.* Roſenthal. *cap.* 2. *concl.* 60. 66. Kohl. *de ſervit. cap.* 3. *num.* 51. ibique allegati. Secundo materia ſeu capitibus fidelitatis, alii nomine formæ efferre ſolent. 2. *F.* 6. *de forma fidelit. &* 7. *de nova forma fidelit.* Et quanquam ad eadem ſex capita vaſallo 2. *F.* 6. (qui textus canonizatus eſt. *c.* 18. *c.* 22. *q.* 5.) præſcripta, e contra quoque Dominum Vaſallo teneri velint Frider. Schenck Lib. Baro de Tautenberg, aliique interpretes ad *d. text.* Afflict. *dec.* 265. *num.* 3. 4. Knipſchild. *d. qu.* 1. *num.* 50. Attamen ſine dubio nimis generalis eſt hæc aſſertio & doctrina, judice Eybenio in Elect. Jur. Feud. *c.* 11. *n.* 10. & ſaltem reverentia & obſequii vinculis Dominus eximendus. Knipſchild. *d. l. n.* 54. Tertiò Effectu. Fidei enim obligatio ex parte Domini tam ſtricta & arcta non eſt, quam ex parte Vaſalli 2. *F.* 6. *§. Dominus.* ex cujus poſtremis verbis ita colligit Joh. Andræ *ad c.* 1. *X. de Feud.* Vaſallus offendens Dominum dicitur perfidus, i. e. proditor perjurus, treuloß, meinaydig, Dominus

minus autem Vasallum offendens non dicitur proditor, nec perjurus, sed malæ fidei, untreu, unbeständig, quia non servat id, quod tacite censetur promisisse, Knipschild. *d. l. num.* 60. 61. Et communis fere Feudistarum conclusio est, laxiorem esse Domini obligationem erga Vasallum, quam Vasalli erga Dominum. Knipschild. *d. l. n.* 64. Ex his tamen differentiis nequaquam conficitur, personæ Domini fidei suæ contravenienti impropriè & abusivè tantum feloniæ commissionem imputari, sed factum Domini ipsius obligationi ac fidei contrarium rectè & proprie Felonia perinde appellatur, ac factum tale à Vasallo admissum.

IV.

Feloniæ Domini Definitio.

Dicimus hinc hanc Feloniam Domini esse delictum feudale; quo Dominus Vasallum & personas ei intimè conjunctas dolo aut lata culpa contra fidem ex tenore Juris Feudalis debitam lædit & offendit, ac propterea regulariter dominii sui directi jacturam patitur. Diximus *delictum feudale*: Sic enim potius, quam per crimen cum Schradero *p. 2. Part. 9. princip. sect. 6. qu.* 17. *n.* 33. definire voluimus, cum crimen tunc saltem appellari possit propriè, si in id incidat, quod de jure civili communi est crimen, puta in adulterium, homicidium; si Dominus Vasallum intra annum & diem, investituræ renovationem instantius petentem malitiosè & sine justa causa investire differat, si feudum dissipet aut aliter abutatur suo jure proprietatis, non potest crimen proprie dici. Rosenthal. *cap.* 10. *pr. in fin.* Diximus porrò: *Dolo aut lata culpa* delictum hoc admitti, ita enim 2. *F.* 24. *§.* 2. expresè hæc verba reperiuntur: *dolo vel negligentia sua vel fraude celaverit*, & 1. *F.* 7. *culpa* quoque mentio fit, cujus nomine ibi culpam latam intelligimus. *l.* 213. *§.* 2. *& l.* 226. *ff. de V. S.* sicut & 2. *F.* 55. *pr.* circa fin. per *incuriam* vel *negligentiam*, in petenda intra annum & diem investituræ renovatione admissam, ob quam Vasallus ibi feudi jure cadere dicitur, etsi minor sit 25. annis, modo 14. annis maior existat. Nullique inde dubitamus, Feloniam tam à parte Domini, quàm à parte Vasalli etiam lata culpa, non verò levi, multò minus levissima committi, Rosenthal. *cap.* 10. *concl.* 12. Niellius *Disp. Feud.* 8. *th.* 1. *lit. D.* unde passim in jure feudali Felonia & culpa synonimice usurpantur. 1. *F.* 17. 21. 22. 2. *F.* 26. *§. feudum.* 2. *F.* 78. hincque actionem inde proficisci tantùm civilem, non verò criminalem, argumento eorum, quæ tradit Schrader *p. 2. part. 9. princip. sect.* 12. ex assignata ex Baldo *in c.* 1. ratio-

ratione, quia non agitur ad proprietatem fisco, sed parti agenti applicandam, ubi verò quis non publicum, sed privatum suum interesse prosequitur, & quod actione institutâ petit, parti, non fisco adjudicatur, evidens id & indubitatum indicium est, actionem intentatam non criminalem, sed civilem esse. §. 10. *J. de injur. l.* 28. *§.* 15. *ff. de pœn.* B. D. Frommann. *Disp. de divis. act. cap.* 10. *§.* 2. *& cap.* 11. *num.* 2. Et propterea quoque Dominum feudi ob feloniam ut talem commissam non infamem fieri, nisi causa propter quam condemnatur talis sit, quæ infamiam post se trahat. *l.* 22. *ff. de his qui notant. infam.* Reliqua definitionis verba ex subsequentibus lucem fœnerabuntur.

V.

Feloniæ Domini eadem fere ratio, quæ feloniæ Vasalli.

Ut autem certâ regulâ comprehendi aut definiri vix potest, quot modis à Vasallo felonia perpetretur, dum sicuti omne jus, ita quoque hoc quoad feloniam commissam, in causa, h. e. circumstantiis factum comitantibus positum est, *arg. l.* 52. *§.* 2. *ad L. Aquil.* 2. *F.* 24. *§.* 2. nec omnes ab eo committendæ feloniæ species, sed quædam tantùm Jure Feudali expressæ *d. text.* ad quas prudens Judex, pro dexteritate & solertia sua, alias emergentes æstimare ac metiri possit, *arg. l.* 12. *ff. de LL. j.* 1. *F.* 17. ibi: *Vel similes culpas commiserint.* Duaren. *de feud. c.* 14. *n.* 25. Communiter tamen à Vasallo dupliciter felonia perpetrari dicitur, vel committendo nim., vel omittendo, & utraque concernit vel personam, vel rem, Personam vel Domini vel extranei, Domini rursus aut directo, aut per indirectum & consequentiam. Ita pariter se res habet cum felonia Domini, hæc quibus ex causis inducatur, specialiter jure feudali non est determinatum, nec omnes ejus species vel causæ certa aliqua lege comprehensæ ac definitæ, sed 2. *F.* 26. *§. Domino &c.* modò generalis hæc traditur regula: quod Dominus Feloniæ reus fiat, si id agit contra Vasallum, quod, si Vasallus in se ageret, Felonia esset, & ex quibus causis Vasallus jus feudi, sive dominium suum utile, quod in re jure feudi sibi concessa nactus est, amittit, ex iisdem (fere) etiam causis Dominus feloniæ reus factus proprietatem vel directum rei feudalis dominium, (quod Cujac. dominationem feudi, Hottomannus Jus Patronatus, Zasius dominium superius appellant, ac in vernacula das obere oder mehrere Eigenthum audit) amittat, idque Vasallo accedat. Cum quo textu concordat alter principalis locus 2.

F. 47.

F. 47. ubi librorum Feud. Compilator insinuat, magnam olim inter Prudentes ea de re fuisse controversiam, aliosque statuisse ex omni felonia Dominum perinde proprietate sua privandum esse, quâ Vasallus feudo suo cadit; alios autem id tantum in magna felonia admisisse; alios denique in nulla id concedere voluisse, sibi verò priorem placuisse, quod nimirum ex omni felonia, ex qua Vasallus feudo ac utili suo dominio privatur, privetur etiam Dominus directo suo dominio, idque sive Domino fidelitas à Vasallo jurata sit, sive non. Unde nihil prohibet, feloniam hanc Domini eodem modo dividere, quod vel in committendo vel in omittendo consistat; & vel personam Vasalli, aut directò, aut per consequentiam, si nim. in personis potestati vel affectui ipsius subjectis offendatur, vel extraneum ipsi non conjunctum respiciat, aut ipsum prædium vel territorium in feudum concessum attingat.

VI.

Felonia quando directo in personam Vasalli committendo patretur.

Directo in personam Vasalli felonia committendo patratur, si Dominus ipsum Vasallum suum armis, vel veneno, vel quocunque alio modo occiderit, aut insidias vitæ ejus struxerit, imò etiamsi eum tantum aggressus fuerit, vulneraverit vel pulsaverit, & sive per se id fecerit, sive per alium. arg. 2. *F.* 24. *vers. Porro.* 2. *F.* 51. *§. Si voluerit.* junct. 2. *F.* 6. 7. 10. arg. *l.* 1. *§.* 12. *ff. de vi armat. l.* 11. *pr. §.* 3. *ff. de injur.* Rosenthal. *c.* 11. *concl.* 19. *n.* 4. Rittershus. *l.* 2. *c.* 7. *q.* 2. Ast si eum ob tutelam propriæ salutis, illi parcere, aliterque periculum effugere non valens, occiderit, vel in adulterio uxoris suæ deprehensum interemerit, jure excusatus erit, nec ob id dominio suo directo privari poterit. *l.* 3. *ff. de justit. & jur. l.* 3. *C. ad L. Corn. de sic. l.* 45. §. 4. *ff. ad Leg. Aquil.* arg. *l.* 38. §. 8. *ff. ad Leg. Jul. de adult.* Et eam in rem claram habemus Constitutionem Ottonis I. Imperatoris ap. Goldastum *Tom.* 3. *Constit. Imp. pag.* 304. ubi ita: *Vasallus si interficit Dominum suum, in vita, honore & bonis, cum quibus ab ipso fuerit infeudatus, condemnetur. Idem etiam de Domino censendum est, si occidat Vasallum. Et superior Dominus sic occisi Vasalli natos ad prædictum Dominum cum investitura dicti feudi dirigere non valebit, ut sibi servitio adstringantur, nisi forte id ignoranter, vel causa necessaria defensionis accidisse, prout juris fuerit, super mortuum comprobetur.* Cum qua consonat Jus Prov. Saxon. *lib.* 3. *art.* 83. ibi: Dasselbig verwirckt auch der Herr, ob er seinen Mann tödtet. & *art.* 78. ducto inde argumento à

to à majori ad minus, verb: Wundet ein Mann seinen Herrn, oder schlägt ihn zu tode in Nothwehr seines Leibes, er thut daran wider seine Treue nicht, ob die Nothwehr mit Recht bewiesen wird. rc. Idem porrò contingit, si Dominus Vasallo suo graves, atroces & inhonestas injurias re, scriptis vel verbis intulerit. Vultej. *de feud. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 105. Bocer. *de jure Domini & Vasalli lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 14. sicque se consultum respondisse testatur Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 19. *n.* 4. Si ipsum in acie, pugna vel alio vitæ discrimine constitutum à morte non liberaverit, cum saluti ipsius succurrere potuisset. 1. *F.* 5. 21. 2. *F.* 24. *junct.* 2. *F.* 26. *§. Domino &c. &* 2. *F.* 47. Bocer. *d. l. n.* 8. 9. Si Dominus Vasalli securitatem non procuraverit, sed secreta ipsius fidei suæ concredita, non ex simplicitate vel inadvertentia saltem, verum malitiose in damnum & pernitiem Vasalli detexerit, & aliis revelaverit, licet intentioni eventus non responderit, nec quicquam damni ei exinde acciderit. 1. *F.* 17. 2. *F.* 5. 6. 7. junct. 2. *F.* 26. §. *Domino.* 2. *F.* 47. Vultej. *d. c.* 11. *n.* 105. Bocer. *d. l. n.* 10. Knipschild. *d. q.* 2. *n.* 14. Si Dominus Vasallum de capitali crimine, etsi vero, excepto nefando perduellionis crimine, detulerit, vel accusaverit, aut testimonium in causa tali contra eum sponte dixerit. 2. *F.* 24. *§.* 2. *vers. item si delator &c.* 2. *F.* 31. *§.* 1. *vers. Similiter &c.* junct. *d.* 2. *F.* 26. *§. Domino &c. &* 2. *F.* 47. Knipschild. *d. l. num.* 9. 11. Si amicitiam cum inimicis Vasalli in pernitiem & noxam ejus inierit, aut hostibus ejus quocunque modo subsidia præstiterit. 2. *F.* 7. *vers. & si scivero &c.* 2. *F.* 57. *j.* 2. *F.* 26. *§. Domino.* 2. *F.* 47. Vultej. *d. l.* Wehner. *Conf. Francon.* 29. *n.* 3. Knipschild. *d. l. n.* 23. 24. Rosenthal. *c.* 10. *concl.* 19. *n.* 1. *& concl.* 37. *n.* 30. Schrader. *p.* 9. *c.* 5. *n.* 32. 33. Si Dominus Vasallum feudi possessione propria authoritate sine causæ cognitione spoliaverit. Rittershus. *l.* 2. *c.* 7. *q.* 2. Knipschild. *d. l. num.* 40. Non verò feloniæ reus fit Dominus, si contra Vasallum experiatur actione famam ejus quodammodo suggillante. arg. *l.* 3. *C. de arbitr.* Matth. de Afflict. *dec.* 265.

VII.

Quando per indirectum & consequentiam?

Per indirectum & consequentiam in personis sibi intime conjunctis & potestati vel singulari ipsius affectioni subjectis Vasallus à Domino læditur contra debitam sibi fidem, atque ita ab eo Felonia committitur Jure feudali dominii directi privatione digna, si Dominus Vasalli uxorem vel sponsam adulteraverit, seu ut Jus feudale

loquitur, Vasallum cucurbitaverit, vel id conatus fuerit, hoc est, ipsum per commissum aut attentatum cum uxore ejus adulterium infamaverit, nam cucurbita hîc est vir uxoris adulterio infamatus, qui aliàs cornutus, corniger audit, quia subsessorem matrimonii sui patitur, descendens à barbarâ voce *Corbita*, quæ in Longobardicis legibus pro stupro, adulterio vel infamia inde orta usurpatur. Hotomannus *in Lex. verb. feud. voc. cucurbitare.* Reusner. *Disp. Feud. 9. th.* 31. Casp. Bitsch. *ad* 1. *F.* 5. *pag.* 86. *seqq.* Gothofr. Nicol. Schleenstein *Disp. de Felonia Cucurbitationis.* item si Vasalli filiam, neptem ex filio, nurum aut sororem innuptam in ipsius Vasalli domo existentem stupraverit. 1. *F.* 5. 17. 21. 2. *F.* 38. 57. *j.* 2. *F.* 6. 26. *§. Domino &c.* 2. *F.* 47. Rittershus. *d. q.* 2. Vultej. *d. l.* Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 19. *num.* 5. Idemque est, si non ipsemet Dominus quidem personas illas vitiaverit, alteri tamen id facienti opem tulerit, v. gr. si proxeneta seu internuncius inter uxorem filiam Vasalli & adulterum vel stupratorem fuerit; sicut enim sublatis receptatoribus & latronum & furum cohors deficeret. *l.* 1. *ff. de receptator.* ita nec adulteri & stupratores tam crebri forent, aut certe non diu laterent, si non essent lenones & sequestri Veneris atque emissarii, quos eleganter quidem accipitres mulierum appellarunt. Rittershus. *l.* 2. *c.* 5. *q.* 97. Non autem privandus est Dominus dominio suo directo ex hac causa, (1.) si Vasallus ante cum uxore, vel sponsa, nuruque Domini adulterium commiserit, vel ipsius Domini filiæ, nepti ex filio, aut sorori adhuc innuptæ inque domo illius commoranti stuprum intulerit, tum enim paria delicta mutua compensatione tolluntur. *l.* 36. *de dolo malo. l.* 39. *l.* 47. *ff. de solut. matrim.* Rosenthal. *cap.* 10. *concl.* 29. *n.* 44. *& seqq.* (2.) Si prædictæ personæ meretriciam ducant vitam, & pudorem vulgò prostituant, ex quorundam sententia, ea ex ratione, quod in meretricem nec adulterii nec stupri crimen committatur. *l.* 22. *l.* 29. *C. ad Leg. Jul. de adulter.* sed vid. B. D. Lauterbach *in Colleg. Pandect. ad d. tit. ff. de adulter. th.* 7. Rhet. *in Comm. ad Jus Feud. commun.* 1. *F.* 5. *pag.* 237. Schleenstein *d. Disp. de Felon. cucurbit. m.* 2. *th.* 24.

VIII.

Quando omittendo? Omittendo Dominus in Vasallum peccat & se feloniæ reum facit, si Vasallum humiliter & devote intra annum & diem à tempore scientiæ Domini vel Vasalli mutati instantius renovationem investituræ petentem sine justa causa investire detrectaverit, in eaque recusa-

cusatione per annum & diem perseveraverit. Uti enim intra dictum tempus Vasallus renovationem investituræ sub jactura feudi omninò debito modo petere debet, sic & Dominus eandem petenti intra idem tempus concedere obstrictus est, quod si sine causa facere renuerit, perinde ut negligens Vasallus feloniæ reus fit, & ob hanc feloniæ speciem proprietatis jure cadit, ex communi Dd. sententia, de qua testatur Guido Papæ *Dec.* 168. *num.* 2. Jul. Clarus *lib.* 4. *recept. sent.* §. *feudum. q.* 49. *n.* 7. Qui tamen dicit, sibi eam nimis rigorosam videri, tanto magis, cum pœna privationis secundum communis juris regulas non debeat imponi, nisi in casibus à jure expressis. *l.* 19. *ff. de liber. & post hum. l. pen. ff. de pœn.* nullibi autem in Jure Feudali cautum sit, Dominum ob non factam intra legitimum tempus investituram proprietate privandum esse. Cui rationi & hæc accedat, quod renovatio hæc in favorem Domini potissimum introducta sit, qui proinde non puniri posse videtur, ob id, quod jure suo non sit usus. *arg. l.* 51. *C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact.* ex quibus rationibus negativam quæstionis hujus quoque sustinuerunt Frid. Schenk Lib. Baro de Tautenberg *ad pr.* 2. *F.* 24. *n.* 7. *vers. nono excipitur.* Laurent. Sylvanus *de feudi recognit. qu.* 30. Communiori autem Dd. calculo probatæ affirmativæ, quod nimirum Dominus etiam jus suum in feudo perdat, si intra legitimum tempus Vasallo renovationem petenti, malitiose, & ex mera contumacia sine justa causa, eandem deneget, ex ea ratione, quod dum Jus Feudale Vasallum ad petendam investituræ renovationem intra præfinitum tempus sub pœna amissionis feudi adstringit, 1. *F.* 22. 2. *F.* 24. *pr.* 40. 55. *pr. in fin.* & Dominum itidem ad faciendam & impertiendam investituram sub eadem pœna amissionis juris sui adstringere voluisse censendum ac præsumendum sit, cum Dominum & Vasallum in iis, quæ nexum feudalem respiciunt, ad paria obliget. 2. *F.* 6. 2. *F.* 26. §. *Domino &c.* 2. *F.* 47. subscribere minimè veretur Ludwell. *tr. de renovat. invest. cap. ult. pag.* 392. *seq.* ubi ad contraria respondet, nec non Joh. Frid. Rhetius *ad* 1. *F.* 22. *p.* 457. qui illi, Ludwello nempe, saltem contrarius est ratione temporis, quod Ludwell. vult computari à morte Vasalli vel Domini, Rhetius verò à die petitæ à Vasallo renovationis investituræ cum Rosenthalio *cap.* 6. *concl.* 60. *n.* 9. quorum sententiam etiam probat Hornius *in Jurisprud. Feud. cap.* 17. *th.* 20. Bocer. *de invest. cap. ult. n.* 11. Schrader. *p.* 6. *c.* 7. *n.* 3. Vultej. *lib.* 1.

 c. 11.

c. 11. *n.* 105. Zasius *part.* 10. *num.* 81. Sonsbec. *part.* 12. *n.* 4. Jac. Alvarott. *ad tx.* 1. *F.* 22. *n.* 14. & 2. *F.* 24. *pr. n.* 11. Et juxta hanc sententiam Amplisſ. Facultatis Collegium Illustris hujus Eberhardinæ superiori anno respondit.

IX.

Porrò ita reus fit feloniæ Dominus, si decenter requisitus Vasallo de re feudali agenti vel convento justitiam facere recuset, aut eam æquo diutius protrahat, vel dolo aut lata culpa male ac inique administret. 2. *F.* 24. §. 2. ibi: *Si quis suo Domino justitiam facere noluerit, feudum, quod tenebat, perdet.* junct. 2. *F.* 6. *in fin.* 2. *F.* 26. §. *Domino.* 2. *F.* 47. Alvarott. *ad d. text.* 2. *F.* 24. *n.* 1. 2. Vultej. *d. c.* 11. *n.* 105. Bocer. *de jure dom. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 12. 13. Rosenthal. *c.* 10. *concl.* 26. *n.* 39. & *ibi in not. lit. gg. alleg.* Schrader *p.* 2. *sect.* 4. *n.* 156. *seq.* & *n.* 204. Knipschild. *q.* 2. *n.* 19. item si Dominus sciens grande dispendium & periculum vitæ aut fortunarum Vasallo imminere, eum non præmonuerit aut certioraverit, ut sibi à malo præcaveret. 2. *F.* 7. & 24. *§.* 2. *vers. Praterea &c.* junct. *d.* 2. *F.* 6. *in fin.* 2. *F.* 26. *§. Domino.* 2. *F.* 47. Bocer. *d. c.* 5. *num.* 17. Vultej. *d. c.* 11. *n.* 105. Rittershus. *l.* 2. *c.* 7. *q.* 2. Numne ita quoque Dominus reus fit feloniæ, si Vasallum carcere inclusum aut captum, cum posset, non liberaverit aut redemerit? ita quidem vult Rittershusius *l.* 2. *c.* 7. *qu.* 2. Knipschild. *de Obligat. Dom. & Vasalli.* *q.* 2. *n.* 44. Vultej. *cap.* 11. *n.* 105. sed nos hîc merito subsistimus, perpendentes, quod nec Vasallus ad id simpliciter ac generaliter sub jactura feudi adstrictus dici queat, ut Dominum carceri inclusum aut captum redimat. Si enim ob debita seu æs alienum, vel delictum Dominus carceri inclusus, illic se bonis cedendo liberare valet, non ergo Vasallus ipsum, pro eo solvendo vel fidejubendo, liberare tenetur; hîc si obligatio vasallitica eò usque extendi vellet, ea cum bonis moribus & utilitate publica pugnaret, cum publice intersit, delicta non remanere impunita, *l.* 51. *ff. ad L. Aquil.* Si Dominus autem ab hostibus etiam in pugna injuste mota captus, Vasallus quidem ei fidejubendo vel lytrum pro eo solvendo subvenire debet, 2. *F.* 24. *§.* 2. *vers. si cognoverit Dominum inclusum.* Redemtio tamen illa à Vasallo saltem in subsidium exigitur & eo casu, quo ex bonis captivi lytrum non potest commodè redigi, 2. lytri solutio servitiis alias Domino præstandis vel aliis oneribus feudo inhærentibus respondere, & loco servitiorum vel aliarum præstationum cedere

dere debet. Struv. *cap.* 11. *thes.* 5. *num.* 14. Ludwell. *Synops. pag.* 300. Ad majus enim Vasallus vix censetur obstrictus, nisi ex naturali illa obligatione, qua quilibet beneficiis devinctus ad gratitudinem sive ἀντίδωρα obligatus. Cum autem Dominus Vasallo ad nulla servitia vel alias præstationes obligatus sit, nec beneficium à Vasallo acceperit, sed ei dedit, vix dici poterit, ipsum se feloniæ reum facere, si Vasallum in vincula conjectum aut captum non liberaverit vel redemerit, & propterea dominio suo directo privandum esse.

X.

Circa res vel ipsum feudum Vasallo concessum culpose agit Dominus & sic feloniam committit, si insultum fecerit in castrum vel arcem Vasalli, illudque obsederit aut oppugnaverit, vel alium locum ad Vasallum pertinentem invaserit, sive ibi sit, sive non sit Vasallus. arg. 1. *F.* 5. *pr. vers. Similiter &c.* ibi Alvarott. 2. *F.* 24. *§.* 2. *vers. Porrò &c.* Si Dominus feudum dissipet vel insigne detrimentum ei inferat, aut aliter jure suo proprietatis abutatur, Vasalli proventus obliget, in subditos feudales nimium sæviat, eos exactionibus, servitiis, oneribus insolitis & indebitis oneret, premat, excoriet, aut aliter male & acerbe nimis tractet. Schenck Baro de Tautenberg *tit. de Pace tenenda.* 2. *F.* 27. Carpz. *l.* 1. *Resp.* 53. *n.* 12. Si Dominus feudum aut ejus conditionem, ac Vasallum, in judicio aut extra illud, dolose abneget. 2. *F.* 26. *§. Vasallus.* 2. *F.* 34. *§. ult.* junct. 2. *F.* 26. §. *Domino.* 2. *F.* 47. Rosenthal. *cap.* 10. *concl.* 32. *in fin.* Molin. *ad Consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 30. *n.* 167. qui hoc ex communi Dd. sententia affirmat, addit autem Rosenthal. *all. loco*, se hanc abnegationem nunquam vidisse, nisi in casu, quo Dominus Vasallo de evictione tenebatur. Si Dominus sine consensu Vasalli proprietatem seu dominium directum sine tota curia, seu territorio & ditione, unde feudum pendet, alienet. Uti enim Vasallus non potest sine consensu Domini alienare feudum, seu utile, quod in eo habet, dominium, 2. *F.* 9. 52. 55. ita nec Dominus de jure feudali Longobardico communi, *Constitut. Conradi II. & Frider. II. Impp.* inducto & firmato, in oppositione ad singularem contrariam consuetudinem Mediolanensium sic dicto, sine voluntate Vasalli dominationem feudi sive directum suum dominium alienare valet, 2. *F.* 34. *§.* 1. *&* 55. §. *Firmiter. in fin.* qua in re Dominus feudi convenit cum marito, qui licet rerum in dotem sibi datarum Dominus sit, non tamen habet facultatem, res immobiles in dotem sibi datas alienandi, ceu quæ ipsi ademta per legem Juliam, *t. t. ff. de fundo dotali.*

Circa res vel ipsum feudum Dominus quando feloniam committat?

dotali. Differt autem à proprietario rei ususfructuariæ, qui inconsulto fructuario proprietatem rei ususfructuariæ recte vendit. *l.* 17. *§. pen. de usufr. l.* 44. *§.* 5. *ff. de Usucap.* Et hoc summa æquitatis ratione interdictum Domino, ne, ut sibi invito non vult alium obtrudi Vasallum, sic major ipsi sit licentia, Vasallo invito novum obtrudendi Dominum, in cujus personam, imò familiam nunquam consensit. Per regulam igitur jure feudali communi fundatam, jure Alemanico *cap.* 89. quoque probatam, Dominus directum suum dominium Vasallis invitis ac contradicentibus non potest in alium alienare, nec eos cogere, ut in ejusmodi alienationem consentiant, cujus regulæ variæ ampliationes & limitationes reperiuntur apud Rittershus. *lib.* 2. *c.* 4. 5. Schilter. *ad d. cap.* 89. *Jur. feud. Allemann.* ubi duo notabilia adducit exempla, quorum alterum in Gallia, cujus ex Molinæo *ad Consuetud. Paris.* etiam meminit Bitsch. *ad* 2. *F.* 34. §. 1. *pag.* 601. alterum in Serenissima Domo Saxonica Electorali modo A. 1660. contigit, ita, ut facta Vasallorum reclamantium cessio tandem A. 1681. iterum cassata fuerit. Cæterum, an tantum ejusmodi alienatio dominii directi sine tota curia à Domino sine assensu Vasalli facta irrita & nulla sit? num verò etiam eapropter jure suo proprietatis privari possit? acriter inter Dd. disceptatur, Prius volunt Wesenb. *de feud. cap.* 10. *n.* 9. Sonsbec. *p.* 13. *n.* 180. *seq.* Struv. *c.* 13. *th.* 9. *num.* 14. Schenck Baro de Tautenb. *ad* 2. *F.* 34. *§. ex eadem.* (quem male pro contraria sententia adducit Knipschild. *qu.* 2. *n.* 46.) B. Dn. D. Grav. *disp. de felonia th.* 35. Posterius probant Schraderus *p.* 8. *c.* 1. *n.* 65. Rosenthal. *cap.* 9. *conc.* 62. *n.* 11. cui per errorem à Struvio adversa sententia imputatur. Mynsing. *Cent. IV. obs.* 91. *n.* 9. Ludvvell. *cap.* 18. *p.* 379. *seqq.* Schnobel. *disp. feud.* 9. *th.* 11. Knipschild. *d. l.* Schulz. *c.* 11. *n.* 57. Rittershus. *lib.* 2. *cap.* 4. *qu.* 5. & *lib.* 2. *c.* 7. *qu.* 5. ubi & in seq. quæstione limitationes quasdam subjicit. B. Dn. Ericus Mauritius *dec.* 14. *posit.* 7. ubi hanc sententiam cum Struvio non tantum communem, sed & juris feudalis analogiæ convenientiorem esse dicit, & inde ipse eandem amplexus est, & nos hactenus in docendo secuti fuimus. Ex his similibusque causis à Domino felonia in Vasallum committitur.

XI.

Dominus

Quibus delictis in extraneum & alium, quam Vasallum, & præ-

prædictas ipsi conjunctas personas commissis Dominus se indignum reddat jure suo dominico, tempore exclusi non possumus, hac vice accuratius examinare, ob Doctorum dissensiones, sed in aliam occasionem reservare cogimur. Id modò annectimus, Dominum perinde ut Vasallum ob commissam feloniam regulariter non ipso jure, sed postquam, instituto processu, ejus legitimè convictus, causaque sufficienter cognita fuerit, per sententiam judicis, non saltim declaratoriam, ceu quæ etiam requiritur, ubi ipso jure quis privatus sibi competente jure, sed regulariter privatoriam (quæ à declaratoria sic differt, quod privatoria ex nunc in futurum, declaratoria in præteritum operetur, privatoria dejiciat, declaratoria cecidisse declaret Dominum jure suo, formula illius hac existente: **Daß Beklagter das in actis gemeldte Lehens-Eigenthum verwirckt, desselben zu priviren und zu entsetzen sey, als wir ihn denn dessen hiemit priviren und entsetzen;** formula declaratoriæ verò hac: **Daß das geklagte Lehens-Eigenthum dem Lehenmann heimgefallen sey.**) jure suo dominico exui. Alvarott. *ad* 2. *F. Domino. & ad text.* 2. *F.* 47. *num.* 2. Frider. Schenck Baro *ad eundem text.* 2. *F.* 26. *§. Domino. num.* 1. Laurent. Sylvanus *de recognit. feud. qu.* 31. Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 19. *n.* 8. 9. 10. Usque ad pronunciatam sententiam ergò Dominus ex capite feloniæ conventus in possessione relinquendus atque manutenendus, nec propter feloniæ exceptionem è possessione dejiciendus, si præsertim illa dubia sit. Mev. *part.* 6. *dec.* 11. Unde porrò sua sponte fluit, quod si Vasallus à Domino per feloniam læsus ac offensus in vita sua non egerit ad privationem dominii directi, post mortem ejus successores illius non amplius sint admittendi, eademque ratione nec Vasallus læsus contra Domini offendentis heredem acturus audiendus est, ut & sic se respondisse testatur Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 19. *num.* 12. 13. 14. 15. ubi & ipse subjicit, dispositionem *text.* 2. *F.* 26. §. *Domino. &* 2. *F.* 47. locum non habere in Imperatore & Rege, sed saltem in inferiore Domino Vasalli, superiorem habente, ex August. Berojo *vol.* 1. *consil.* 80. qui idem quoque asserit de Papa & quolibet Prælato Ecclesiæ, ut nec hi offendentes Vasallum Ecclesiæ faciant, ut ob feloniam Prælati & Pontificis Ecclesia feudi proprietate privanda sit, adeoque fallat illa doctrina in Feudo Ecclesiastico, procul dubio exinde, quod Prælati feuda, quæ ratione Ecclesiæ habent, ipsi quidem amittant, sed non Ecclesiæ, hinc

ob feloniam non ipso Jure, sed per sententiam judicis, non declaratoriam saltim, sed privatoriam, jure suo dominico exuitur.

An & in Imperatore & Rege hæc locum habeant?

An in Papa & Ecclesiæ Prælatis?

hinc post illorum mortem ad successorem revertantur. 2. *F.* 40. ibi Alvarott. Rosenthal. *c.* 10. *concl.* 3. & 4.

XII.

Ad quem proprietas seu directum dominium ob feloniam Domini devolvatur?

Superest ut vel verbo adhuc tangamus quæstionem: Ad quem proprietas seu directum Dominium ob feloniam à Domino commissam devolvatur? Dicimus autem, Dominium feud. directum, si allodiale est, ob feloniam Domini ita deferri Vasallo, ut hic feudum in posterum libero ac allodiali jure teneat, sive feudum fuerit novum sive antiquum, sive felonia fuerit commissa in Vasallum sive in alium, modo delictum Vasallum per consequentiam tangat & oblique respiciat, 2. *F.* 26. *§. Domino.* quod exemplis declarat Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 20. *n.* 13. Dominium autem directum sic utili consolidatum & Vasallo acquisitum eidem saltem ad vitam cedit, postea una ad agnatos feudi successores devolvitur. Idem *ibid. n.* 7. Si Dominium feudi directum feudale sit, illud Domini delicto amissum quidem pariter Vasallo deferunt, ita, ut ille plane liber efficiatur, sed verius censet Rosenthal. *c.* 11. *concl.* 21. quod Subvasallus à Domino suo immediato offensus non plane liber efficiatur, verum eximatur tantum ab obligatione, qua Domino delinquenti obstrictus erat. Ejus verò Domini jus Agnatis, vel his non existentibus, Domino directo superiori applicetur, ac illibatum maneat. Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 21. Et coronidis loco monemus, nequaquam censendum, totum hoc jus in desuetudinem abiisse, sicque omnem laborem nostrum frustraneum esse. Nam etsi non ita frequens, sed rarius sit, ut Dominus ob feloniam proprietate sua privetur, quam ut Vasallus feudo suo ob feloniam cadat, & Andr. Knichen *de Vestitur. pact. p.* 2. *c.* 5. *num.* 274. *seqq.* notet, se nunquam vidisse, hanc pœnam privationis directi dominii irrogatam, aut eo nomine actionem intentatam esse, quod Dominorum potentiæ adscribit Rittershus. *l.* 2. *cap.* 7. *q.* 1. add. Schenck Baro *ad* 2. *F.* 26. *§. Domino.* quò Bitschius *ibid.* accommodat illud Gallorum proverbium, quod Dominus feudi butiraceus devoret Vasallum etiam chalybeum. Non tamen deficiunt prorsus omnia exempla, sed adsunt omnino, quæ contranitentibus opponi queant. vid. Bitsch. *d.* 2. *F.* 26. §. *Domino.* Everhard. *in loc. legal. à correlatis num.* 11. Dan. Moller. *ad Constit. Elect. Sax. Aug. p.* 1. *c.* 27. *n.* 6.

SOLI DEO GLORIA.

DIS-

DISPVTATIO XXIX.

DE AVGVSTISSIMI IMPERATORIS RESERVATIS.

hab. ad d. Augusti MDCCXIII.

RESPONDENTE

NICOLAO WILHELMO KLAVTE,

Hasso - Casselano.

SVMMARIA.

DE *Statu ac forma Imperii nostri Rom. Germ. Prooemium. Vocis* Regalium *usus & significatio. th. I. Reservatorum Caesareorum significatio & definitio. th. II. III. Divisio. th. IV. Jus circa Sacra th. V. hodie magis Comitiale & cum Statibus Imp. communicatum, quam Reservatum. th. VI. Quatenus adhuc Reservatis Caesareis accenseri queat? th. VII. Recensentur inde Reservata Caesarea Ecclesiastica VIII. I. Suprema Sacrorum Cura & defensio. II. Jus instituendi Concilia. th. VIII. III. Jus Advocatiae universae Ecclesiae Christianae. th. IX. IV. Jus constituendi vel confirmandi Ecclesiae Praesules. th. X. V. Suprema Jurisdictio Ecclesiastica. th. XI.*

XI. VI. Suprema de bonis & beneficiis Ecclesiasticis dispositio, quæ tamen rectius in censum Jurium cum Statibus Imp. communicatorum referenda. th. XII. VII. Jus Primariarum Precum. th. XIII. Id quod nullo Pontificis Romani indultu indiget. th. XIV. An & Vicariis Imperii competat? th. XV. IIX. Calendarii Cura, quæ tamen occasione Calendarii Gregoriani Comitiorum negotium esse cœpit. An & quid Princeps subditis suis diversæ religionis imperare queat ratione feriarum? th. XVI. Reservata Imperatoris Secularia. I. Jus conferendi dignitates illustres & alias per totum Imperium valituras. Exempla Regum ab Impp. creatorum. th. XVII. XVIII. An & dignitatem Electoralem de novo alicui tribuere possit Imperator pro arbitrio suo, aut saltem cum Electorum Consensu, num vero communi omnium Imp. Statuum assensu ad id opus sit? th. XIX. De Dignitate Archi-Ducali Domus Austriacæ. th. XX. Exempla Ducum ab Impp. creatorum; Principum, Comitum ac Baronum. th. XXI. De Dignitatibus Statuum Imp. subditis conferendis. th. XXII. De Privilegio Regum Bohemiæ & Archi-Ducum Austriæ, nobiles, Barones & Comites creandi. th. XXIII. De Jure tribuendi Jus sessionis & suffragii in Comitiis Imperii. th. XXIV. II. Jus confirmandi Academias & his concedendi facultatem dispensandi honores ac gradus Academicos. th. XXV. XXVI. III. Jus circa Officia Imperii. De Archi-Officiis Electorum Ecclesiasticorum; th. XXVII. Secularium. th. XXVIII. De illorum Subofficialibus. th. XXIX. De reliquis Imperii Officiis civilibus: Vicariatu; Directorio in Circulis; Officio Judicis in Camera Imp.; in Dicasterio Rothwilano; Munere Venatorum Imp.; Munere Vexilliferi S. R. Imp.; Munere Supremi Stabularii S. R. Imperii; & al. th. XXX. V. Jus investiendi Status Imp. de feudis Imp. Regalibus. th. XXXI. VI. Jus cognoscendi de feudis Imperii Regalibus. th. XXXII. VII. Jus cognoscendi de Privilegiis à solo Imperatore concessis. VIII. Jus cognoscendi de controversiis inter Electores & alios Imp. Status vectigalibus. th. XXXIII. IX. Jus cognoscendi de controversa Statuum in Sessione Comitiali aliisque actibus præcedentia. th. XXXIV. X. Jus ultimæ cognitionis & extremæ provocationis. De provocatione ad Concilium, vel ad Curiam Romanam in causis civilibus illicita. th. XXXV. XI. Jus Veniam Ætatis concedendi. XII. Famæ restituendi. XIII. Illegitime natos legitimandi. XIV. Inducias moratorias indulgendi. XV. Nundinas generales concedendi. XVI. Absolvendi à Juramento. XVII. Proponendi in Comitiis Imp. univ. XVIII. Dandæ urbis. XIX. Concedendi exteris potestatem, milites in Imperio conscribendi. th. XXXVI. XX. Jus Postarum universalium. De Jure Postarum Provincialium Statuum Imperii. th. XXXVII. XXXVIII.

I. N.

I. N. D. N. J. C.

DE Statu ac forma Imperii nostri Romano-Germanici admodum varias esse Dd. sententias, neminem vel paululum in publicis versatum latere potest. Monarchicum Imperii nostri Statum esse, defendit quondam Reincking. *de Reg. Sec. & Eccles. lib.* 1. *cl.* 2. *cap.* 2. Stamler. *de Reservat. Imp.* §. 5. 6. 15. *& passim.* Schütz. *vol.* 1. *D.* 1. *th.* 25. *lit. D.* Witzendorff. *in Disc. de Statu & administr. Imp. Rom. forma hodierna.* novissimeque Multzius *in Repræsent. Majest. Imper.* Imperatori soli proprie sic dictam Majestatem tribuens *in Prolegom. tr. sui cap.* 1. §. 3. talem verò sibi fingens Majestatem, quæ ab ea, de qua in doctrina civili agitur, & in hac controversia sermo est, toto fere cœlo differt. Quorum sententiam ipsi Aulæ Cæsareæ minus gratam ac ratam confutarunt Arnisæus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 6. *sect.* 5. *pag.* 1031. Limn. *lib.* 1. *J. P. cap.* 10. *ibique in addit.* Bœcler. *Inst. Polit. lib.* 3. *cap.* 8. Econtra formam ejus Aristocraticam in modo administrationis ad Monarchiam declinantem esse tradunt Bodinus *de Republ. lib.* 2. *c.* 6. & *in method. Histor. cap.* 7. Hippol. à Lapide *de form. & rat. Status Imp. Rom. Germ. part.* 1. *c.* 3. *sect.* 2. & *cap.* 17. qui Imperatorem Ordinibus subjiciunt, quod minimè ferendum, cum absurdum utique sit, ut qui imperat, subjectus sit iis, quibus imperat. Vid. Ordnung des Land-Friedens de anno 1521. pr. ibi: Entbiethen allen und jeglichen ꝛc. junct. ejusd. art. 17. §. Und darauf befehlen wir allen und jeden obbeschriebenen ꝛc. 2. & art. 21. §. Darauf befehlen wir allen und jeden ꝛc. 4. Recess. Imp. de anno 1570. §. 152. R. I. de anno 1654. §. 6. Plurium Civitatum inæqualiter confœderatarum Systema esse Imperium nostrum alii voluerunt, quod si verum esset, & Status inæquali duntaxat fœdere cum Imperatore combinarentur, oporteret tot in Imperio esse Majestates, quot sunt Status, quod falsum esse evincit nexus feudalis, quo Status fere omnes, cujuscunque sint dignitatis, Sacro Imperio ejusque Capiti devincti sunt. Et habet omninò Sacrum nostrum Imperium Rom. Germanicum unius Civitatis requisita, habet una & omnia Jura Majestatis, quæ semel & simul in universo exercentur, habet Leges unas communes universales, ad subditos

De Statu ac forma Imperii nostri Rom. Germ. Procemium.

quoque Statuum, horumque Politiam & beatitudinem omnigenam civium porrectas, habet comitia una de Imperii salute communi, ad quam unice etiam tendunt Conventus & Comitia Particularia, habet census & collectarum rationem unam. Constituit igitur in se ut Unum Corpus consideratum Unam Civitatem & Rempubl. communi Imperatoris ac Statuum Imp. consilio regendam, cui subordinata sunt Statuum territoria, quæ quidem speciem quandam Civitatum habent & Rempublicam æmulantur, pro perfectis tamen Rebuspubl. haberi nequeunt, quia forma Reipubl. Majestas ipsis deest, Statuumque singulorum potestas non tantum quoad modum habendi, ut Monzambano *cap.* 5. §. 28. asserit, verum etiam quoad rem ipsam ab Imperatore & Imperio dependet. Quod si verò Statum Reipubl. nostræ ex ipsis Juribus Majestatis LL. fundamentalibus definitis æstimare velimus, haud absonum erit, formam Imperii nostri ex Monarchia & Aristocratia mixtam asserere. In qua enim Republ. summæ potestatis sive Majestatis Jura ita sunt divisa, ut quædam Capiti, nempe Imperatori soli, alia verò eidem cum Ordinibus positive communicata competant, ita, ut ad constitutionem subjecti, cui Majestas Reipubl. proxime inest, illi cum Imperatore concurrant, eoque respectu suo modo consortes summi Imperii haberi debeant, ibi forma Reipubl. ex Monarchia & Aristocratia mixta exinde resurgit. Atqui sic res secundum LL. fundamentales se habet in Imperio nostro Rom. Germanico. E. Hinc formam hanc Imperii nobiscum statuunt Strauchius *Institut. Jur. Publ. tit.* 4. §. 10. 11. Limn. *lib.* 1. *J. P. c.* 10. *n.* 12. *seqq.* Carpzov. *de L. R. Germ. c.* 13. *sect.* 9. B. Dn. Kulpis. ad Monzamban. *p.* 2. *cap.* 6. §. 8. Rhetius *Diss. de secularis. bon. Eccles. c.* 4. §. 16. 17. Bœcler. *in Notit. S. R. I. l.* 22. *c.* 3. *& in Inst. Pol. l.* 3. *c.* 8. Burgold. *ad Instrum. Pac. p.* 2. *D. V. th.* 3. Et inde vulgò Jura Majestatis dividi solent in Reservata & Communicata. Quorum illa sunt, *quæ soli Imperatori competunt, ita, ut ipse ea pro arbitrio suo sine ullius alterius requisito consensu exercere possit.* Communicata verò sunt, *in quorum consortium admissi sunt Electores & reliqui Status Imperii, ita, ut Imperator ea non aliter, quàm requisito & obtento vel Electorum, aut Statuum Imperii omnium libero & comitiali consensu exercere valeat.* De illis Specimen aliquod edere jussi, implorato divini Numinis auxilio sequentia ponemus Porismata.

I. Ju-

I.

IUra Majestatis temporis nostri usu plerumque Regalium nomine insigniri plusquam notum est. Vocem autem hanc ante tempora Henrici V. ac Friderici I. Barbarossæ cognominati, qui Seculo XII. vixere, incognitam fuisse, nec in ullis Documentis publicis reperiri censuit Christoph. Lehmannus *lib. 2. Chron. Spir. cap. 35.* Cui tamen non immerito obloquuntur alii, & longe altius hic ascendendum ostendunt. Jam diu enim ante in Diplomatibus reperitur vox Regalium, & primum quidem Imperatorii fisci Jura plerumque significavit, deinceps vero Italorum auspiciis ad omnia Jura, quibus Reges pollent, producta, & ab iis pariter Germanisque territorii Juribus applicata fuit. B. Werlhoff. Disp. *de alienatione & concessione Jurium, quæ vocantur Regalia th. 3. 4. 5.* ubi varios vocis significatus recenset.

Vocis *Regalium* usus & significatio.

II.

Et prius nota fuisse Regalia quàm Reservata Cæsarea, de quibus in præsenti dicturi sumus, nobis indubium est. Postquam enim pleraque Regalia communicata sunt Statibus, vel ipsi sibi ea turbulentis Imperii temporibus, sub diuturno præcipue Interregno post fata Friderici II. exorto, sumpsere, ea quæ Cæsari soli mansefunt, Reservata dici cœperunt. Index autem Reservatorum omnium & singulorum omnibus numeris perfectus, nec in Legibus publicis, nec alibi habetur, neque etiam tempore tractatuum Pacis Westphalicæ enarratione istorum requisiti de ea Legati Cæsarei defungi voluerunt, referente Londorpio *Tom. V. Act. Publ. lib. 2. c. 113. n. 17. pag.* 1045. ac Authore Meditat. ad Instrum. Pac. Westph. *ad art. X. §. 1. pag.* 1559. conditionem Aulæ Cæsareæ longe meliorem fore rati, si declinatâ omni hac super re disceptatione, in suspenso omnia relinquantur. Neque etiam in Capitulationibus Cæsar. catalogus illorum reperitur, cum Capitulationes illæ ostendant magis id, quod Imperator solus non habeat, vel in quo Status concurrunt, quam quid Imperatori soli reservatum sit. Interim si omnia jura Majestatica excutiamus, atque illa cum Capitulationibus aliisque LL. publicis conferamus, nec reperiamus tamen vel Electores vel cæteros etiam Status in consortium admitti,

Reservatorum Cæsareorum significatio & definitio.

existimandum est, ea arbitrio solius Imperatoris esse reservata, juxta regulam, quam Jacob. Lampad. *de Republ. Rom. Germ. part.* 3. *cap.* 13. §. 5. *& c.* 16. §. 1. tradit, probatque B. Dn. Kulpisius ad Monzamb. *p.* 2. *c.* 5. §. 27. Omnia Majestatis Jura sunt Cæsaris propria, in quorum communionem Status per Capitulationes, Recessus, aliasque Constitutiones Imp. non expresse concesserunt.

III.

Rationem appellationis Reservatorum personatus ille Hippol. à Lapide *p.* 1. *c.* 16. *n.* 6. quem mirum est sequi Authorem Meditat. ad Instrum. Pacis Westpal. *ad art. VIII.* §. 2. *pag.* 869. inde derivat, quasi ab Ordinibus Imperatori sint reservata passive, non quod Ipse Imperator active ea sibi reservaverit, unde Relicta potius, quam Reservata dici debere existimat, sed male, propterea rectè refutatus à Stamlero *de Reservat.* §. 11. *n.* 3. Vitriario *lib.* 3. *tit.* 2. Rectiùs B. Kulpisio *Diss. de Imper. Rege Rom. & Vicariis. th.* 13. vocis originatio ex Historia Status publici repetenda videtur, ex qua constare dicit, in Statum antea Monarchicum Ordinibus admissis, Imperatores Jura Majestatis alia Statibus communicasse, alia sibi reservasse, hincque RESERVATA definit, *quod sint Jura Majestatis, quæ Imperator liberæ suæ dispositioni absque Statuum consensu exercenda reservavit*, quæ bene convenit cum nostra superius tradita.

IV.

Divisio.

RESERVATORUM divisio, qua alia dicuntur esse ORDINARIA, alia EXTRAORDINARIA, & ILLA definiuntur, quæ secundum normam legum fundamentalium exercet Imperator; HÆC verò, quæ casu necessitatis exercet, quæque Legibus fundamentalibus, ut loqui amant, soluta sunt, Capitulationibus & aliis Legibus Imperii fundamentalibus magis contraria, quam conveniens est, hæ enim potestatem Imperatoris extraordinariam in casu necessitatis, Legibusque solutam nullam agnoscunt, sed Imperator omnia, quæ facit, Legibus illis conformiter facere debet. vid. Capit. Leopold. *art.* 17. *&* 39. Josephi *art.* 16. *&* 38. Limn. *Proleg. sect.* 8. Magis apposite distinguuntur RESERVATA Cæsarea in ECCLESIASTICA & SECULARIA seu POLITICA, quorum ILLA circa Sacra vel religionem & bona Ecclesiastica, HÆC circa negotia prophana & secularia occupata sunt.

V. Uti

V.

Jus circa Sacra

Uti prima cujusque Principis summa potestate in Republica gaudentis cura meritò esse debet circa Sacra, ut ea rectè sese habeant, & reverenda semper existant subditis, quod ex natura Summi Imperii cujuslibet Reipubl. Moderatori competentis, & ex natura Vicariatûs, quem DEUS singulis in hoc Orbe Potestatibus summis, cuilibet pro sua portione & Reipubl. ipsi commissæ fine ea intentione dedit, ut suo loco in his terris visibiles Dii essent, *Psalm.* 46. *v.* 10. ipsarummet sacrarum literarum authoritate, & exemplis Regum ac Principum, tam in Republ. Judaica, quam Ecclesia Christiana, quin & Patrum Ecclesiæ Christianæ, imò ipsorum Canonum & Theologorum Pontificiæ religionis testimoniis probare satagit Henric. Henning. *de Summa Imp. potest. circa Sacra. cap.* 2. add. Grotius *tr. posthum. de Imper. Summar. Potest. circa Sacra. cap.* 1. Reverendiss. Dn. Cancell. Universſ. Dn. D. Jägerus, Patronus noster summopere Venerandus *tr. sim. de Jure Potestat. Suprem. circa Sacra c.* 1. Illaque Principis cura minime ad Theologiæ & religionis natura notæ capita tantum restringenda, sed meritò se quoque extendit ad Fidem Christianam & religionem revelatione divinitus patefactam. Cum utique hæc demum salva & felix futura sit Resp. quæ veram religionem Christianam à DEO revelatam sectetur. Vera enim Christiana religio sola est, quæ in Officio suo Imperantes & parentes continet, membra societatis jucundissimo nexu constringit, & sanctissimis regulis Reip. fundamenta, felicitatemque complectitur. Magistratum enim & authoritate divina munitum & à civium potentiorum ictu securum præstat, asserit ipsi jura, privilegia, honorem, fidem & obsequia, atque adeo in tuto collocat eorum vitam, ut ne quidem Tyrannum impune occidere liceat. Hector Gothofr. Masius *in Interesse Principum circa religionem Evangelicam c.* 2. *&* 4. ubi ipse egregie ostendit, nullam quidem religionem tam honorifice de Magistratu Politico sentire, Regumque ac Principum authoritatem magis stabilire, quam religionem Protestantium, ideoque nullam Rempubl. feliciorem esse, quam quæ illam sectetur & promoveat. Sic & hanc supremam Sacrorum curam non tantum veteres Impp. Romanos, ex quo Christo nomen dederunt, sibi vindicâsse vel inde patet, quod ipsi non tantum gentiles ritus & sacrificia publicis Legibus sub capitis pœna in dixerint, *l.* 1. *l.* 2. *l.* 7. *seq. C. de pagan.* sed etiam religionis orthodoxiam sanctionibus suis firmarint, erroresque hæreticos damnarint, *l.* 1. *l.* 5.

&

& t. t. C. de Summa Trinitate & fid. Cathol. l. 3. l. 4. l. 5. & t. t. C. de haret. sed & translato postea Imperio Romano ad Francos & Germanos, Imperatores Romano-Germanicos idem jus, eandemque supremam religionis & sacrorum curam sibi asseruisse, probant Caroli M., Ludovici Pii, Ottonis I. Henrici II. Friderici I. & II. aliorumque Impp. Capitularia & Constitutiones, quibus ut orthodoxa ipsis visa & probata religio coleretur, opiniones verò heterodoxæ ac hæreticæ abolerentur, caverunt, ac quæ in Clero & Episcopis, ipsoque populo Christiano, circa vitæ mores reformatione indigere viderentur, curæ suæ duxerunt.

VI.

hodie magis Comitiale & cum Statibus Imp. communicatum, quam Reservatum.

Hodiè verò Jus statuendi de religione & eam concernentibus in Imperio nostro magis esse Jus Comitiale & communicatum cum Statibus Imp. quam Reservatum, evincit ipsamet Pacis Religiosæ Constitutio, ceu quam in plenis Imperii Comitiis Augustanis anni 1555. præsidente, ac Cæsaris Caroli V. vices cum plenissimo mandato gerente Ferdinando I. Romanorum Rege, comitiali, liberoque ipsius Regis Romanorum, Electorum, Principum ac Universorum Imp. Statuum consensu factam, ac consueto modo promulgatam esse constat, hinc causam ejusdem efficientem non tantum Rex Romanorum ac Cæsar, sed simul Electores, Principes, ac Universi Imperii Status constituerunt. vid. R. I. *de anno* 1555. *§.* 13. *seqq.* Probat idem Instrumentum Pacis Westphalicæ *art.* 5. *&* 7. Recessus Imp. noviss. *de anno* 1654. *§.* 6. *seqq.*

VII.

Quatenus adhuc Reservatis Cæsareis accenseri queat?

Quamvis autem Jus de Sacris publicis & religione per universum Imperium exercenda decernendi non amplius ad Reservata Cæsarea referri posse videatur, sano tamen sensu nihilominus ex mente & doctrina Joh. Wolffgangi Textoris *in Jur. Publ. Cæsar. tit.* 11. *n.* 8. admitti poterit, adhuc hodiè supremam dispositionem circa religionem saltem defendendam, quatenus publicis legibus approbata, vel exterminandam, quatenus prohibita est, Imperatori competere, quemadmodum Fridericus II. plures hæreses specialiter expressas, cæteras vero in genere sub pœna infamiæ, banni Imperialis & confiscationis bonorum prohibuit per *Authent. Gazaros. C. de haret.* & Carolus V. damnatam Anabaptistarum sectam primum Edictis & Mandatis per Imperium, posteaque Constitutione de anno 1529. ex plenitu-

nitudine potestatis concepta & Statibus transmissa repressit, quam eandem Ferdinandus Rex Hungariæ & Bohemiæ ut Imperatoris Commissarius & Ordines Imperii postea subscriptione sua approbarunt, prout in Codice Recessuum extat.

VIII.

Recensentur inde Reservata Cæsarea Ecclesiastica VIII. I. Suprema Sacrorum Cura & defensio. II. Jus instituendi Concilia.

Haud incongruum itaque erit hodienùm ad Imperatoris Reservata suo modo referre I. Supremam Sacrorum curam & defensionem juxta leges publicas, h. e. ut religiones publicæ approbatæ Cæsareum inveniant per Imperium & commune Patrocinium, improbatæ verò vindictam sentiant atque exterminationem. II. Jus instituendi Concilia, iisque præsidendi, actaque & conclusa in iisdem confirmandi. De cujus juris exercitio abunde testatur Historia celeberrimi istius Concilii 300. Episcoporum Francofurti anno 794. à Carolo M. Imp. coacti, de quo Goldastus *Tom.* 1. *Constit. Imper. pag.* 19. *seq.* testatur Historia Concilii Aquisgranensis ab Imp. Ludovico Pio anno 817. instituti, de quo Goldastus *d. Tom.* 1. *Constit. Imp. pag.* 217. Nec minus ab Henrico IV. Imp. Conventum Episcoporum adversus Hildebrandum seu Gregorium VII. Pontificem actum apparet ex relatis Goldasti *d. Tom.* 1. *Constit. Imp. pag.* 237. 238. & 241. Henricum V. Northusæ Conventum Generalem Episcoporum & Clericorum instituisse refert Goldast. *d. Tom.* 1. *Const. Imp. pag.* 247. *seq.* Lotharius Imp. Moguntiæ Concilium anno 1131. celebravit teste Lehman. *Chr. Spir. lib.* 5. *c.* 67. Ex eod. jure Fridericus I. Papiæ & post Bisanziii generalem Episcopis indixit conventum ad Schisma Papale tollendum, cum Victor & Alexander per dissensum electi essent, eidemque Imperatoria authoritate præfuit. Goldastus *Tom.* 1. *Const. Imp. p.* 271. 280. add. Lehmann. *d. l.* 5. *c.* 67. qui hoc Jus Impp. egregie adstruit, ac *lib.* 2. *c.* 41. dogma hoc notabili hac epicrisi ita finit: So bestätigen diesen punct auch Alte Scribenten mit durchgehendem einhelligem Beyfall, und kan mit keiner Wahrheit widersprochen werden, daß nemblich die Kayser oder König alle Concilia und Synodos im Teutschen Königreich nach ihrer Gelegenheit und Gefallen ohne der Kirchen und des Pabsts zu Rom Bewilligung, Gutheissen, oder ratification versamblet. Licet verò post hæc tempora, suppressa potissimum Friderici I. Imp. authoritate, sensim hoc jus sibi vindicare cœperint Pontifices, Imperatores tamen iis nequaquam plane cessisse, vel ex eo perspici potest, quod in Concilio Constan-

tiensi sub Imperatore Sigismundo habito (quod cœpit d. 16. Nov. 1414. & duravit usque ad annum 1418. atque in sessióne XIII. disposuit, Christum quidem sub utraque Sacram Cœnam instituisse, Apostolos & primitivam Ecclesiam sub utraque administrasse, sed tamen hoc non obstante aliter visum esse Patribus Concilii, contra *cap.* 12. *Dist.* 2. *de consecrat.*) à congregatis ibi Archiepiscopis, Episcopis authoritate Imperatoria maxime subnixis tres Pontifices Romani Benedictus XIII. nempe, Gregorius XII. & Johannes XXIII. qui horrendo Schismate xı. annos Ecclesiam mire turbarunt, depositi fuerunt, iisque remotis tandem concordibus suffragiis Deputatorum à Concilio electus Otto Columna Romanus, qui Martini V. nomen assumpsit, quod in ipsis feriis S. Martini Pontifex electus esset, ob reparatam urbem & res Italiæ refectas Pater Patriæ dictus & à Romanis statua honoratus; quodque recentissimum Concilium Tridentinum Carolo V. imperante habitum pro legitimo non agnitum fuerit inter alia ea ex causa, quod à Pontifice Paulo III. indictum, (cujus Bullam indictionis exhibet Petr. Suavis *lib.* 1. *pag.* 109. *Histor. Concil. Trident.*) quamvis Pontifex executorem voluntatis Imperialis in concilio convocando egerit, juxta R. I. de anno 1524. §. als auch. 28. ibi: mit Unserer Bewilligung verkündigt und ausgeschrieben. R. I. de anno 1529. §. 2. & de anno 1532. rubrica: Das Concilium betreffend. §. Und so fern wir von Päbstlicher Heiligkeit, damit gemeldt Concilium in Teutschen Landen beschrieben und gehalten würde, nicht erlangen möchten, daß wir alsdann, von Ambtswegen hierinn Vorsehung thun wolten, NB. daß Uns von Unserm Kayserl. Gewalt gebührt, und mit zuthun schuldig seynd ꝛc. ubi Imperator ipse agnoscit, ad officium Imper. pertinere, Concilium instituere, quæ Imperatoris sententia ab omnibus tam Ecclesiasticis, quam Secularibus Imperii Statibus approbata & subscriptionibus eorum confirmata est. Ea ratione igitur Jus indictionis, Præsidii & auctorationis Conciliorum hodienum adhuc recte inter Reservata Imperatoris refertur.

IX.

III. Jus Advocatiæ universæ Ecclesiæ Christianæ.

III. Reservatum Ecclesiasticum constituimus Jus Advocatiæ vel Protectionis non solum Sedis & Ecclesiæ Romanæ, verum universæ Ecclesiæ Christianæ, quod probabiliter descendit à Carolo M. & Ottone I. qui specialiter hanc Protectionem in se susceperunt, & illam Pontificibus per Juramentum quoque promiserunt, quod nequaquam

quaquam fidelitatis, ut Clemens V. *Clem. un. de Jurejur.* perperam vocat, sed Juramentum Protectionis potius dicendum, quod satis patet ex ipsa formula Juramenti Caroli M. apud Goldastum *Tom. 2. Constit. Imp. pag. 5.* Ottonis M. in *Can. Tibi Domino. 33. dist. 63.* Lupold. de Bebenburg. *de Jurib. Regni. cap. 9.* Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. cap. 2. sect. 7. n. 9. seqq.* Cortrej. *in repraes. Juris primar. prec. cap. 4. & ad Pacem Rel. art. 16. pag. 456. n. 9. 10. seqq.* Eoque intuitu passim audit Imperator Supremus atque Universalis Ecclesiæ, totiusque orbis Christiani Advocatus in Constitutionibus Imp. v. R. I. *de anno* 1512. §. 4. ibi: als Rechtem Vogt und Schirmherrn der Christlichen Kirchen. R. I. *de anno* 1518. §. 1. ibi: als Röm. Christl. Kayser, Obersten Vogt und Schirmherrn der Heiligen Christlichen Kirchen 2c. R. I. *de* 1530. §. 9. & 10. R. I. Ratisb. *de* 1541. §. 19. R. I. *de* 1548. §. 6. R. I. *de* 1551. §. 6. Et ad hoc Patrocinium atque Advocatiam non solum Sedi Rom. & Pontifici, sed universæ Ecclesiæ Christianæ præstandam nominatim se obligat quilibet noviter legitime electus Imperator in *Capitul. sua. art. 1.* conceptis his verbis: Daß wir in Zeit solcher Unserer Königlicher Würde, Ambt und Regierung, die Christenheit, den Stul zu Rom, Päbstliche Heiligkeit, und Christliche Kirch, als derselben Advocat, in gutem treulichen Schutz und Schirm halten sollen und wollen. So viel aber in diesem Articul den Stul zu Rom und Päbstliche Heiligkeit betrifft, wollen die der Augspurgischen Confession zugethane Churfürsten vor sich und Ihre Religions-Verwandte Fürsten und Stände (inschlüßig derselben Religion zugethanen freyen Reichs-Ritterschafft) Uns damit nicht verbunden haben, gestalten dann auch gedachte Advocatia dem Religion- und Prophan, auch dem Münster- und Oßnabrückischen Friedens-Schluß zu Nachtheil nicht angezogen, noch gebraucht, sondern denen obgedachten Churfürsten und sambtlichen Ihren Religions-Verwandten im Reich gleicher Schutz geleistet werden solle, wie wir Ihnen Churfürsten und sambtlichen ihren Religions-Verwandten auch solches Krafft dieses versprechen und Uns darzu verbinden. Promittit his Imperator eandem Protectionem etiam Augustanæ Confessioni addictis & Reformatis pariter præstandam atque ita exercendam, ne per eam violetur Pax Imperii Religiosa aut Prophana aut Westphalica. De hoc Jure videri meretur Joh. Phil. Slevogtii *Disp. de Advocatia Imperatoris Ecclesiastica.* & Joh. Christ. Muldeneri *Disp. de Advocatia & protectione ab Imper. Ecclesiis utriusque relig. in Germania aequaliter debita.*

X.

IV. Jus constituendi vel confirmandi Ecclesiæ Præsules.

IV. Reservatum Ecclesiasticum est Jus constituendi vel confirmandi Ecclesiæ Præsules & Antistites, ut sunt Episcopi, Archi-Episcopi, Patriarchæ & Pontifex ipse. A temporibus Apostolorum per tria priora secula Episcoporum Constitutio fuit penes Clerum & populum fidelium. Heinr. Meibom. *de Jure invest. Episcop. pr.* Postquam vero Impp. Romani salvificam fidem Christianam amplexi, ipsi Ecclesiæ Episcopos præfecerunt. Meibom. *d. l.* Quorum exemplum secuti Francorum ac Germanorum Reges Christiani. Lehman. *lib. 2. Chron. Spir. cap. 41. pr.* Conring. *de Constit. Episcop. Germ. th. 21.* Ipse Hadrianus I. Papa Carolo M. jus constituendi Pontificem, Archi-Episcopos, Episcopos competere agnoscit *c. 22. dist. 63.* Goldast. *Tom. 1. Constit. Imp. p. 1.* Conring. *d. l. th. 28. seq.* Carpzov. *de L. R. Germ. cap. 6.* Idemque Jus Leo VIII. Pontifex postea etiam Ottoni M. concessit *c. 23. dist. 63.* Quo laudati Impp. eorumque successores quiete sine ullius contradictione usi, neque unquam quicquam contra istas constitutiones & Investituras Episcoporum per annulum & baculum pastoralem factas moverunt, sed patienter tulerunt Pontifices usque ad tempora Henrici IV. Imper. & Gregorii VII. Pontificis. Hic enim Gregorius VII. primum insidiari cœpit huic Impp. Juri etiam cum adhuc in Archi-Diaconatu constitutus esset, Pontifex postea factus Imperatoribus illud denegavit, & Henricum IV. Imp. eam ob causam mirum in modum exagitavit, sibique sub Prætextu Simoniam excludendi, revera autem animo Imperium Pontificium condendi, & hieromonarchiam stabiliendi, illud vindicavit. Decreta ejusdem hanc in rem promulgata proponit Gratianus *c. 12. & c. 13. c. 16. q. 7.* quæ postmodum à successoribus ejus Victore III. Urbano II. atque Paschali II. Pontificibus repetita & approbata sunt. Sed Henricus IV. Imp. inter tot certamina nihil plane Pontifici cessit. Paschalis II. Pontifex cum Henrici IV. filium Henricum V. haud occulte in Patrem concitasset, illo Regno & vita exuto, facilius se obtenturum speravit, quod suis hactenus Antecessoribus denegatum, graviorem tamen etiam hac in re sensit Imperatorem Henricum V. Unde cum ipso convenit, ut penes Pontificem esset jus investiendi Episcopos, illi autem Ducatus, Comitatus, aliaque Regalia Feuda dimitterent, quæ Dignitati Ecclesiasticæ ab Ottonis M. temporibus accesserunt, decimis & oblationibus contenti. Lehman. *Chron. Spir. lib. 5. c. 42.* Goldast. *Tom. 1.* *Const.*

Const. Imp. p. 255. Ast Episcopi hoc pactum improbarunt, & turbas moverunt, territoria atque Regalia dimittere recusantes. Lehman. *d. l.* Cum ergo Papa sic legem conventionis implere non posset, ac idcirco cum pluribus Cardinalibus ab Imp. exercitu captivus detineretur, tandem trimestris captivitatis molestia victus Investituram Ecclesiasticam Imperatori reliquit, ac pacta hæc juramento firmavit, quæ tamen altero statim anno perfidus rescidit in Concilio Lateranensi, & Imperatorem anathematis fulmine percussit. Lehman. *d. l.* Paschalis exemplum secutus Calixtus II. excommunicationem repetiit. Hinc Henricus V. Imp. videns Pontificum ambitionem frustra oppugnari, clam palamve fieri conjurationes, ruere Principes in pernitiem Reipubl. parumque se abesse ab infelicis Parentis fortuna, tandem civilium turbarum pertæsus, atque non tam Pontificum, quam Principum Imp. plerorumque pertinacia victus, illam Clericorum majoris Ordinis investituram per baculum & annulum per tria & quod excurrit secula legitime usurpatam, & copioso Germanorum sanguine hucusque defensam frequentibus Wormatiæ Comitiis Papæ Romano anno 1122. resignavit, sibi vero solam investituram de Regalibus sceptro expediendam reservavit. vid. Goldast. *Tom.* 1. *Constit. Imp. pag.* 258. Illustr. Gothofr. Guilielm. Leibniz. *Cod. Jur. Gent. Diplom. part.* 1. *Num.* 2. Schilter. *de libert. Eccles. German. lib.* 4. *cap.* 5. §. 7. Klock. *vol.* 1. *Conf.* 4. *n.* 14. 15. Vi autem Reversalium à Calixto Pontifice datarum hoc Imperatori mansit, quod electiones Episcoporum, Archi-Episcoporum fieri debeant præsente Imperatore, (per Legatum suum) quodque in casu dissensûs Capitularium eligentium Imperator accessu suo ex judicio Metropolitani majora constituat, atque sic Electio Episcopalis non tantum Imperatoriam præsentiam efflagitat, sed & in casu dissensus eligentium supremam declarationem Imperatori tribuit. Hocque adhuc hodie observatur, ut Imperator ad Episcoporum electiones pro rei exigentia suos mittat Legatos pro Ecclesiæ & Imperii salute vigilaturos. Illustre ejus rei specimen extat in Propositione à Sacræ Cæsar. Majestatis Legato Comite de Kauniz Capitulo Coloniensi 14. Julii 1688. facta in electione Josephi Clementis, ap. Joh. Christ. Lunig. *in Sylloge negot. Publ. pag.* 971. Conf. Species facti oder gründl. Bericht, wie es mit der Postulation des Hrn. Cardinals von Fürstenberg, und Election Hrn. Printzen Joseph Clementis in Bayern eigentlich beschaffen.

XI.

V. Suprema Jurisdictio Ecclesiastica.

V. Reservatum Eccles. constituit suprema Jurisdictio Ecclesiastica, quam Impp. circa personas & res Ecclesiasticas tum olim exercuerunt, tum hodie salvam & reliquam habent. In Imperio veteri Impp. uti leges tulerunt, personas, bona & Statum Ecclesiasticum concernentes, sic inter has personas de his bonis & rebus, si controversiæ essent, jus dixisse, patescit ex *l.* 3. *§.* 2. *&* 4. *l.* 8. *l.* 16. *C. de SS. Eccles. l.* 3. *& passim. C. de Episc. & Cler. Nov.* 6. *Nov.* 7. *Nov.* 120. *Nov.* 123. 131. 137. Francicos quoque Impp. & Reges Jurisdictionem Ecclesiasticam plenariam in Episcopos, aliasque personas Ecclesiasticas habuisse, actuque exercuisse, ex fide dignis monumentis demonstrat Lehman. *lib.* 2. *c.* 41. vers. zum Fünfften ꝛc. Nec dubium ullum est, Impp. Romano-Germanicos Ecclesiasticam Jurisdictionem personarum, rerum & causarum respectu habuisse & actu exercuisse. Sic Otto I. plurium Episcoporum querelas adversus Johannem XII. Pontificem audivit, de his cognovit, Johannemque reum inventum sede Pontificia dejecit. Lehman. *lib.* 5. *Chron. cap.* 10. Abbas & Conventus S. Gallensis ad causam dicendam citantur ab Ottone III. Imp. ap. Goldastum *Tom.* 2. *Const. Imp. pag.* 46. Fridericus I. inter Archi-Episcopos Bremensem, Magdeburgensem & Episcopos Hamburgensem & Verdensem, Ducemque Saxon. judicavit, ap. Goldast. *Tom.* 3. *Const. Imp. pag.* 336. Alia Illustria Exempla & Præjudicia à Sigismundo, Ruperto Palatino, Ludovico Bavaro, qui Pontifices sedibus suis ejecerunt, & inter seculares personas in matrimonialibus similibusque causis ratione qualitatis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus cognoverunt & judicarunt, habentur ap. Goldastum *Tom.* 1. *Constit. pag.* 385. *Tom.* 2. *Const. Imp. pag.* 87. 88.

XII.

VI. Suprema de bonis & beneficiis Ecclesiasticis dispositio, quæ tamen rectius in censum Jurium cum Statibus

VI. Reservatum Eccles. Imperatoris Dn. Textor *Jur. Publ. Imp. tit. XI. n.* 130. dicit esse supremam dispositionem de bonis & beneficiis Ecclesiasticis, cum enim non Respubl. in Ecclesia, sed Ecclesia in Republ. sit, meritò hujus quoque bona Supremæ Potestati Civili subjecta intelligi ait. Sic Jure Civili bona etiam Ecclesiastica in tributum ab Impp. vocari, dicit satis constare ex *l.* 5. *l.* 8. *C. de SS. Eccles. l.* 11. *C. de Episc. & Cler.* Pariter in Imp. nostro bona Ecclesiarum, monasteriorum & quorumlibet piorum locorum Contributionibus Turcicis obnoxia reddi per Ordin. Regimenti Maxim. *de*

de anno 1500. rubr. Daß die Geistl. allweg von 40. fl. Gült geben sollen 1. fl. & rubr. Von der Steur der Stifft, Clöster, Ordens-Leuth &c. R. I. *de anno* 1542. §. 60. & 61. R. I. *de anno* 1544. §. 34. & 44. Cumprimis verò insigne argumentum supremæ dispositionis Imperatoriæ de bonis Ecclesiasticis præbere, inquit, tot Episcopatuum, Abbatiarum, Monasteriorum & similium secularisationes per Pacem Religiosam & Westphalicam factas. Nos autem Jus bonis Ecclesiasticis immediatis collectas imponendi, eaque à qualitate Ecclesiastica eximendi, & ad secularem qualitatem reducendi, in censum Jurium cum Statibus Imperii communicatorum rectius referri arbitramur, qua Jus tributa indicendi ingenere Comitialibus Juribus Instrum. Pac. *art.* 8. §. 2. expresse adnumerantur, & constat, secularisationem illam bonorum Ecclesiasticorum Statuum Imperii consensu pariter factam esse. Vid. Instrum. Pac. Westphal. *art. X.* §. 4. 7. *j.* 3. *art. XI.* §. 1. 4. 5. 6. 9. *j.* 11. *in f. art. XII.* §. 1. *j.* 3. *art. XV.* §. 2. 3.

Imp. communicatorum referenda.

XIII.

VII. Reservatum Imp. Ecclesiasticum est JUS PRIMARIARUM PRECUM ab antiquissimis in hodierna usque tempora ab Imperatoribus exercitum, de quo abunde testantur Diplomata IMP. RUDOLPHI I. de anno 1273. apud Goldastum *Tom.* 3. *Constit. Imp. pag.* 406. Cortrej. *ad Concordata pag.* 35. *n.* 32. IMP. CAROLI IV. de anno 1353. apud Goldastum *Tom.* 3. *Constit. Imp. pag.* 343. Cortrej. *d. l. pag.* 35. FRIDERICI III. Imp. de anno 1465. ad Ecclesiæ Cathedralis Spirensis Capitulum apud Lehman. *Chron. Spir. lib.* 7. *c.* 109. RUDOLPHI II. de anno 1579. apud Paurmeist. *de Jurisdict. l.* 1. *c.* 4. *n.* 48. ubi & Rudolphi I. ac Caroli IV. Diplomata exhibet. Cortrej. *ad Concord. c.* 2. *pag.* 36. *n.* 36. IMP. MATTHIÆ de anno 1614. ap. Fritsch. *de Jure prim. prec. Mantissa* 3. FERDINANDI II. IMP. de anno 1620. ap. Cortrej. *d. l. pag.* 37. & ap. Johann. Chockier, Cathedralis Ecclesiæ Leodiensis Canonicum & Vicarium Generalem, nec non Abbatem Visetensem, qui illud Scholiis & annotationibus illustravit. IMPERATORIS FERDINANDI III. *de anno* 1650. ad Ecclesiam Collegiatam S. Nicolai in Magdeburg, Conrado à Rhor datum, ap. Cortrej. *d. l. pag.* 38. *n.* 38. EJUSD. IMPERATORIS Diploma de anno 1653. ad Ecclesiam Cathedralem Magdeburgensem Georgio Jobo de Marschal dat. apud eund. Cortrej. *pag.* 39. *n.* 38. & *in repræsent. Jur. prim. prec. pag.* 100. IMPERATO-

VII. Jus Primariarum Precum.

RATORIS LEOPOLDI de anno 1661. ad Ecclesiam Collegiatam Petri & Pauli in Civitate Neo-Magdeburg. Sigism. Ad. Schrimpfio dat. ap. Cortrej. *pag.* 40. 41. *& pag.* 106. EJUSD. IMPER. de dato 29. Xbr. d. anni 1661. ad Eccles. Cathedr. Magdeburg. Christ. Aug. L. Baroni de Friesen datum, ap. Cortrej. *pag.* 42. *& pag.* 101. EJUSD. IMPER. Ottoni von der Busch d. 26. Febr. 1664. ad Ecclesiam Cathedralem Mersburg. datum, ap. Cortrejum *in repræs. Jur. prim. prec. pag.* 102. EJUSD. IMPER. de anno 1666. ad Eccles. Collegiatam S. Nicolai in Magdeburg. Augusto Alberti datum, ap. laud. Cortrejum *pag.* 42. qui Precista contra Capitulares antiquiori provisione gaudentes per sententiam Capituli obtinuit præbendam appellatione rejecta. Cortrej. *d. l. & in repræsent. Jur. Primar. prec. pag.* 103. EJUSD. IMPER. de eod. anno ad Ecclesiam Collegiatam S. Sebastiani in Magdeburg. Lazaro Kittelmanno datum, ap. Cortrej. *pag.* 44. *& pag.* 104. IMPERAT. JOSEPHI de anno 1705. ad Ecclesiam S. Petri & Andreæ in Paderborn Christoph Siebenburger Secretario Cæsar. datum, ap. Cortrej. *pag.* 48. Aliud EJUSD. IMPER. ad Capitulum Halberstad. refert Lunig. im Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin.* 1. *pag.* 544. Aliud EJUSD. IMPER. d. 19. Junii 1705. datum Ferdin. Rasfeld Ecclesiæ Mindensis Canonico pro obtinendo loco in Ecclesiæ Cathedralis Hildesheim. Capitulo, de quo mox plura. Est autem HOC IPSUM Jus Majestaticum, vi cujus Sacratissimus Imperator in singulis, non modò Romano-Catholicis, sed & Aug. Confessioni addictis (modò ante initam Pacem Westphalicam in his Ejus Antecessores exercuerint, *art.* 5. §. 18. vid. Joh. Deckerus *in Vindic. Blumii. tit.* 28. *n.* 30.) Ecclesiis, Capitulis, ac Monasteriis Imperii immediatis, (in mediatis autem non nisi d. 1. Jan. 1624. illic hoc jus exercuit, *art.* 5. §. 26.) semel per tempus regiminis sui personam pro qualitate & natura beneficii idoneam ad primò vacaturum beneficium Ecclesiasticum nominare, idque à Collatoribus simulatque vacaverit, & à Precista rite acceptatum fuerit, eidem conferendum mandare potest. Quibus precibus Imperatoris si locus dari paritioque præstari nolit à Capitulo vel Monasterio seu Canonicis, qui tanquam Turnarii jus conferendi habent nomine Capituli, uti moris est in pluribus Collegiis, ut singuli ex ordine Canonicorum diem habeant in mense nominandi ad vacantem præbendam. vid. Herm. Hermes *in Fascicul. Jur. Publ. c.* 11. *n.* 44. nil obstat, quo minus Imp. pœnarum interminatione, & Compulsorialibus

rialibus

rialibus aut executorialibus utatur, iisque Capitulum ac Collatores adigat ad recipiendum Preciſtam, cujus notabile exemplum Fridericus III. Imp. præbuit, qui anno 1465. contra Eccleſiæ Cathedralis Spirenſis Capituli Præpoſitum Eberhardum Pfeilen & Conventum, ad Implorationem Fiſcalis Cæſarei, per Judicium ſuum Aulicum Mandata ac Citationes, cum literis ejus præſentatitiis non pareretur, decrevit, Præpoſiti & Conventus exceptiones: perſonas eſſe Eccleſiaſticas, cauſam ad Pontificem Romanum ut Judicem Ordinarium pertinere &c. rejecit, & propter has ipſas exceptiones aliosve enormes exceſſus Præpoſitum & Conventum in bannum declaravit, teſte Lehmanno *lib. 7. Chron. Spir. cap.* 109. add. Executoriales Caroli IV. Imp. apud Leibniz. *Cod. Jur. Gent. Diplom. part. 1. Num.* 98. *pag.* 222.

XIV.

Id quod nullo Pontificis Romani indultu indiget.

Cum igitur Imperator hoc Jus Imperatoria & Regia poteſtate exerceat, ac ſufficientia habeat media, contumaces & refractarios ad locum ſuis precibus dandum compellendi, non indiget ad earum exercitium ac validitatem ullo Pontificis indultu, nec oblatum quoque ab ipſo, ſalvo & illæſo ſuo & Imperii Jure, acceptare valet, purumque putum ac falſiſſimum figmentum eſt, Preces Cæſareas ſine Papalis Sedis conſenſu invalidas eſſe, & Jus illud non niſi ex Pontificum Indultu Imperatori competere, ut noviſſimè contendit Nuncius Pontificius Colonienſis, Rhodienſium Archi-Epiſcopus, cum Joſephus Imp. Auguſtiſſ. literis die 19. Jan. 1705. datis Ferdinando Rasfeld Eccleſiæ Mindenſis Canonico preces ad locum in Capitulo Eccleſ. Cathedr. Hildesheim. obtinendum conceſſiſſet, tanta cum audacia, ut non veritus ſit, literis ad Cap. Hildesheim. 18. *Nov. d. a.* exaratis aſſerere, Preces Cæſar. ſine Pontificis conſenſu non valere, & Pontifex ipſe d. 6. & Mart. 1706. dicto Capitulo interdixerit, ne precibus Imp. ceu ſine aſſenſu ſuo datis ſatisfacerent. Inde Juſtus Fontaninus, Forojulienſis, & in Archi-Lycæo Sapientiæ Romanæ Eloquentiæ Profeſſor, ſub nomine Conradi Oligenii *Spec. tract. de Primariis Precibus Imperatoris*, qui Friburgi Brisgojæ, ut titulus præfert, prodiit 1707. probare ac ſuſtinere voluit, hoc Jus Imper. non niſi ex Pontificum indultu competere, aſt ex frivolis admodum rationibus ac falſis ſuppoſitis, quibus ex aſſe jam ſatisfactum à Perllluſtri Dn. Barone de Lyncker, Sacr. Cæſar. Ma-

jest. Consiliario Aulico Gravissimo, *in Vindiciis Primariarum Precum Cæsar. Maj. suo uno & proprio jure vi ac virtute electionis per Imperium Rom. competentium &c.* Adamo Cortrejo *in repræsent. Juris Primar. Precum,* & Mich. Henr. Gribnero *Disp. de Primar. Precibus Imperatoris sine Pontificis indultu validis.*

XV.

An & Vicariis Imperii competat?

Vicariis Imperii Ordinariis hoc Jus simpliciter competere nos non credere diximus *in Introd. nostra sect. 1. cap. 5. n. 16.* & dicimus adhuc. Tenent enim illi vices Imperatoris defuncti in administranda Republ. usque dum novus iterum fuerit constitutus Imperator, si ergò iste vivus hoc Jus jam exercuit, quomodo illi rursus jus idem vice ejus exercere poterunt, cum à singulis Imperatoribus non nisi semel tantùm in una eademque Ecclesia, haud vero bis vel ter aut sæpius precibus Imperatoriis Collator onerari valeat. *arg. c. 38. de Rescript. c. 20. c. 9. q. 3.* Quando ergò decedens Imperator in vita id haud exercuit, vel exercere nequivit, iis tantùm id vice ejus exercere integrum erit, etiam ex sententiâ Illustrissimi Dn. Alberti Wolffgangi Comitis de Hohenloh & Gleichen *in Disp. de Primar. Precib. Imp. sub Præsidio Dn. Gerb.* von Stöcken *Argent.* 1673. *habita, qu. 4. th. 26.* Mulzii *in repræsent. Maj. Imper. part. 2. cap. 33. n. 249.* Schilteri *Inst. J. P. lib. 1. tit. 18. §. 3. seq.* Burck. Goth. Struvii *Synt. Jur. Publ. Diss. 13. th. 29.* Hinc cum Johann Georg. II. Elector Saxon. ut Vicarius Imp. anno 1657. primarias preces Gothofredo Hermanno de Beichlingen ad Ecclesiam Collegiatam S. Sebastiani in Magdeburg. dedisset, illæ effectu suo frustratæ sunt, ob concurrentem Precistam Cæsareum tempore licet posteriorem & acerrimam Imperatoris contradictionem. Ac cum idem Elector anno sequenti 1658. ad Ecclesiam Cathedralem Magdeburgensem preces primarias dedisset Christiano Augusto de Friesen, illæ similiter effectu caruerunt, notante Joh. Ad. Cortrejo *ad Concordata cap. 2. pag. 52. 53. & 54.* qui addit, Imperatorem ipsum Vicariis denegare potestatem conferendi primarias preces, nec cuiquam cognitionem lite desuper orta indulgere, sed sibi privativè hoc jus vindicare.

XVI.

IIX. Calendarii Cura;

IIX. Ordinationem temporis, mensium, hebdomadarum, dierum & feriarum, tum Reipubl. tum etiam Ecclesiæ quam maximè inser-

inservire, ac magnam ab ordine temporum, mensium & dierum, dependere utilitatem, ut quævis suo peragantur tempore legali, suisque certis constituantur terminis, & momentis perficiantur justis, in aprico est. Et hinc Calendarii curam sibi semper quoque vindicarunt Imperatores. Ita enim constat, Cajum Julium Cæsarem populo Romanò Calendarium Julianum operâ Sosigenis Mathematici sui adornatum proposuisse, quo Augustanæ Confess. addicti usque ad annum 1700. constanter usi. Ex quo verò Calendarium Gregorianum à Gregorio XIII. Pontifice operâ Antonii vel Aloysii Lelii Med. Doctoris confectum per Cardinalem Madrucium Episcopum Tridentinum ad se perlatum Rudolphus II. Imp. anno 1582. per Edictum passim in Imperio recipiendum mandavit, consentientibus Principibus & Statibus Rom. Catholicis, sponteque illud recipientibus, Statibus Aug. Confess. autem contradicentibus & illo repudiato Julianum retinentibus, sicque duplicis Calendarii usus invaluit, Jus mutandi ac reformandi Calendarii cœpit esse negotium Comitiorum, agnoscente id ipsomet Imperatore in R. I. *de anno* 1654. §. Ob auch wohl ꝛc. 158. & Decreto de 4. April. 1664. ap. Fritsch. *Elect. Jur. Publ. p.* 1. *c.* 15. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Cont.* 1. *Part.* 1. *Num.* 283. *p.* 637. Hinc cum à Viris rerum harum peritis ostensum esset, utrumque tam Julianum quam Gregorianum suis laborare nævis, de novo plane Calendario formando ac unanimi Imperatoris & Catholicorum atque Evangelicorum Statuum consensu introducendo, ad tollenda incommoda ex diversorum Calend. usu oriunda, sæpius in Comitiis actum, nihil tamen effectum, donec tandem d. 23. Sept. 1699. ab Aug. Conf. addictis Statibus conclusum fuit, ut sequenti anno 1700. diem 18. Febr. st. v. sequentes undecim dies omitterentur, & elapso die 18. Febr. statim dies 1. Martii numeraretur, atque ita ab A. C. Statibus Emendatum Calendarium introductum, quod in plerisque cum Gregoriano convenit. vid. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. pag.* 363. *Num. CXXXIII. seqq.* Ahasver. Fritschius *in Supplem. annot. ad Pac. Ryswicens. Mantiss. II. pag.* 144. 164. *seqq.* Europ. Staats-Cantzley. *Part. IV. in fin. ubi resolvitur Quæstio:* wie es komme, daß künfftiges Jahr 1700. der Neue und Alte Calender 11. Tage von einander seyn, da sie doch vorher stets nur 10. Tage von einander gewesen. add. Jacobi Brunnemanni *Disp. de Jure XI. dierum Calendario subtractarum.* Emendatum ita Calendarium Julianum ad Statuum Imper. August.

quæ tamen occasione Calendarii Gregoriani Comitiorum negotium esse cœpit.

Confeſſ. addictorum feriam per literas Regibus Angliæ, Sueciæ, & Daniæ, ac Generalibus Fœderati Belgii Ordinibus factam commendationem, vid. Lunig. *in Literis Procerum Europ. Part.* 3. *lit.* 1055. 1056. & 1064. *ſeq. pag.* 652. & 676. *ſeqq.* paſſim in horum Regnis & Provinciis, Germanicis præſertim, quoque receptum eſt. Etſi ergò jam magnam partem incommoda iſta ceſſent, poſtquam nim. Vetus Calendarium à Proteſtantibus emendatum, quia temporum ſupputationes in hoc Emendato & Gregoriano ita conveniunt, ut aut raro admodum, aut forte nunquam poſthac diſcrepantia metuenda ſit, & ſic hoc egregio conſilio omnis fere anſa diſſidiis, quæ ex feriarum diverſis vicibus olim exorta ſunt, præciſa fuit; Hæc tamen hodienum ſupereſt difficultas: An & quid Princeps ſubditis ſuis diverſæ religionis imperare queat ratione feriarum? Ubi cum Authore meditat. ad Inſtrum. Pac. *art. V. §.* 31. *lit. S. pag.* 553. *ſeq.* arbitramur, quod ſi Princeps Romano-Catholicus ſubditis ſuis A. C. imperet, ut feſtos dies agant, quos neque anno 1624. feriati, neque ut celebrentur, inſtitutum religionis, cui ipſi addicti, fert, id ſine dubio Paci Weſtphal. adverſetur. Sic enim libertati conſcientiarum vis fieret, ſi ſubditi ferias celebrare cogerentur iis diebus, quos ipſi profeſtos habent, imprimis vero tum, quoties Sanctorum illorum memoriæ recoluntur, eorumque honori ſacra fiunt, quos ſubditi Evang. pro Sanctis non reputant, quorum penè infinitus ap. Rom. Catholicos eſt numerus. Alia autem ratio ſit, cum jubentur ſubditi ejusm. diebus Catholicorum Sacris ſaltèm ob operibus vacare, & domi ſe quiete continere, ne Catholicorum devotioni impedimentum creent ſtrepitu laborum ſuorùm & tumultuoſis operis ac negotiis. Non enim vitio verti poteſt Principi, ſi ſuis ſuorumque Sacris hoc pacto incommodari nolit à ſubditis diverſæ religionis, quos de cætero ſuæ libertati & ritibus permittit, nam vacationem ab operibus publicis privatisque certis diebus indicere, id omnino ad jura ſummi Imperii vel Superioritatis territorialis referri debet.

An & quid Princeps ſubditis ſuis diverſæ religionis imperare queat ratione feriarum?

XVII.

Reſervata Imperatoris Secularia I. Jus conferendi Dignitates II.

Inter Reſervata Imperatoris Secularia agmen ducit 1. Jus conferendi Dignitates Illuſtres & alias per totum Imperium valituras, ſeu Jus creandi Reges, Archi-Duces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios, Comites, Barones, Nobiles, Comites Sacri Cæſarei Palatii &c. Conſtat Impp. Romanos veteres variis populis Reges præ-

præfecisse. Sic Augustus Ponti, (teste Dione *libr.* 53. *pag.* 402.) Thraciæque Reges coronavit, cujus rei testem habemus nummum in opere aureo Spanhemii Diss. 9. *de præstantia Numismatum pag.* 129. TIBERIUS Judæis, Parthis, Armeniis, Ægyptiis, ANTHONINUS PIUS Quadis, HADRIANUS Laziis, Saracenis, Numidis Reges dederunt. In quorum locum cum successerunt Impp. Romano-Germanici illorum vestigia secuti Ducibus Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Regios titulos contulerunt; Et quidem primum Hungariæ Regem ab OTTONE III. creatum nonnulli asserunt. Probabilius autem est, Geizonis filio Stephano, post Sancti nomine claro, ab HENRICO II. IMP. Ottonis III. Successore, Sororem Giselam desponsatam fuisse ea lege, ut rejecta superstitione Gentili Christianam Religionem reciperet, eoque facto ipsum baptizatum, & nomen Stephani ipsi impositum, atque à prædicto Imp. eundem Regem nuncupatum fuisse, ut tradit Aventinus *lib.* 5. *Annal. Boicor. fol.* 311. Haud enim verisimile est, Paganum Principem, quales omnes præcedentes Hungariæ moderatores fuerunt, ab Ottone III. Regem creatum. HENRICUM I. AUCUPEM IMP. primùm Wenceslaum Bohemiæ Ducem in Conventu Imp. Erfordiensi anno 935. Regem salutasse scribit Bolesl. Balbinus *lib.* 7. *miscell. Bohem. c.* 14. *p.* 58. Alii primo HENRICUM IV. IMP. Wratislaum Justum, Bohemiæ Ducem, in Comitiis Moguntinis ob præstita sibi ab eo auxilia anno 1086. vel 1087. Regem creasse tradunt. vid. Cosma Pragens. *lib.* 2. *Chron. ad ann.* 1086. Spener. *Oper. Herald. Part. Spec. lib.* 1. *c.* 9. §. 21. Cum vero successores ejus honorem eum personæ non Provinciæ datum rati, Regio titulo abstinuerunt, FRIDERICUS I. IMP. anno 1158. vel 1159. in Vladislao titulum Regis renovavit, Philippus Imp. anno 1199. in Premislao Ottocaro confirmavit. vid. Goldast. *Tom.* 2. der Reichs-Satzung. *p.* 9. 13. 4. Limn. *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 19. eamque confirmationem repetiit FRIDERICUS II. IMP. teste Balbino *lib.* 1. *Miscell. Bohem.* OTTONEM III. IMP. Boleslaum I. Chobri dictum Poloniæ Ducem Regali dignitate mactasse, & Gnesnæ solenniter Regia Corona ornasse anno 1001. confirmant Duglossus Canonicus Cracoviensis *Tom.* 1. *lib.* 2. *fol.* 124. Mechovius *lib.* 2. *Chron. c.* 4. §. 26. Sarnitius *lib.* 6. *Hist. Polon. pag.* 226. Alex. Guaguinus *Hist. Polon. Tom.* 1. *p.* 52. Salom. Neugebaur. *lib.* 3. *Hist. Pol. p.* 53. quorum Scriptorum Polonicorum authoritatem, fidem & testimonium in rebus Regni sui cur in dubium vocabimus? Ac quantum-

Illustres & alias per totum Imperium valituras.

Exempla Regum ab Impp. creatorum.

vis Impp. nostros, qua tales, potestatem extraneos sibi non obnoxios Reges creandi, nec naturali, nec Gentium Jure sibi vindicare posse lubentes agnoscamus, sed à cujusvis liberæ societatis arbitrio, qualem ipsa sibi Regiminis formam eligere velit, dependere, illamque in ea constituenda nec Imperatoris nostri, nec alterius cujusquam authoritate indigere concedamus, & sic v. g. Populum Venetum, Fœderatos Belgas pro lubitu summam rerum unius Imperio committere, eumque Regem salutare posse nulli dubitemus. Quin tamen haud parum ad Reip. nostræ gloriam, ad Majestatem & existimationem Impp. nostrorum Romano-Germanicorum augendam fecerit, quod alia Regna auspicio atque authoritate illorum primordia dignitatum suarum fulcierint, ac crediderint, meliori jure regnare, qui ex manu Impp. Rom. Diadema acceperint, negari nequit.

XVIII.

Contra accidit Burgundionum Regibus, ut ab IMP. CONRADO subacti Regium titulum amiserint, vid. Avent. *lib. 5. Ann. Boicor.* exemplo eorum, quibus debellatis Regius titulus est ademptus. Equidem in Burgundis post longa tempora id egit Carolus Pugnax, ut authoritate FRIDERICI III. Regium titulum ejus gentis Ducibus restitueret, sed sine successu. Nec Cosmus Medices Hetruriæ Dux Regiam coronam à MAXIMILIANO II. obtinere potuit, quanquam Pius V. Pontifex eam ipsi jam tum consentientibus Cardinalibus decreverat, sed dignitati Regiæ renunciare, & Magni Ducis titulo à Cæsare impetrato contentus vivere debuit. Natal. Comes *lib. 21. Histor. pag. 455. & lib. 26. Histor. pag. 587. seq.* Thuan. *lib. 46. n. 238.* Petr. Justinian. *lib. 15. Histor. Venet. p. 328.* Nam Regios titulos dispensandi & ipsa Regna donandi potestatem sibi Pontifices quoque arrogasse, in vulgus notum est, nec qui in præsentiarum Sedi Romanæ præest Clemens XI. cum Fridericus Elector Brandenburg. glor. mem. intuitu Borussiæ propria authoritate primo hujus seculi anno Regis assumpsit titulum, quia Borussia quondam Regibus paruit, gessitque Diadema Regium, ad reassumendum igitur pristinum Diadema sibi aliena authoritate non opus esse existimavit, veritus est, quia id sine ejus consensu factum, publice protestari, scriptoque ad Regem Galliarum Brevi 16. April. 1701. enunciare, Regium Nomen à Friderico I. Borussiæ Rege ac Electore Brandenburg. usurpari, factumque illud Apostolicarum Sanctionum dispositioni con-

contrarium, Sanctæque sedis auctoritati injuriosum esse, haud parum Pontificis Monarchiam lædi arbitratus, quod sine sua voluntate assumptus Regis titulus esset, quem tamen & largiri Principibus & adimere stet penes Pontificem, ceu qui summam Regum ac Impp. constituendorum ac è soliis suis iterum deturbandorum potestatem habeat. At quam vano & inani conamine id prætendat, sibique arroget, demonstratum est Scriptis, quæ prodierunt sub rubro: Bestand der Würde und Crone des Königreichs Preussen. & Päbstlicher Unfug wider die Crone Preussen, welchen Clemens XI. in einem den 16. Aprilis 1701. ausgestreueten irrigen Brevi, zu Verkleinerung aller gekrönten Häupter, begangen. Quod ultimum postea latinitate donatum sub titulo: *Nenia Pontificis de Jure Reges appellandi, authore Johanne Francisco Albani* 1706. *Romæ nova* publicatum.

XIX.

An & Dignitatem Electoralem de novo alicui tribuere possit Imperator pro arbitrio suo, aut saltem cum Electorum consensu, num vero communi omnium Imp. Statuum assensu ad id opus sit?

Anne & Dignitatem Electoralem, quæ Regiæ proxima ac fere par est, vid. Aurea Bulla *cap. 6. pr.* Capit. Cæsar. Leopoldi & Josephi *art. 5.* Caroli VI. *art. 3. in med.* de novo alicui tribuere, sicque LL. Imperii definitum numerum Electorum adaugere possit Imperator pro arbitrio suo, aut saltem cum Electorum consensu? num in communi omnium Imperii Statuum assensu ad id opus sit? occasione novi Electoratus Hannoverani Serenissimo Principi Ernesto Augusto Duci Brunsvicensi & Luneburgensi collati acerrime disceptatum fuit. Huic quippe se non tantum multi è Principum Collegio tum Catholici tum Evangelici opponebant, qui Correspondentes se vocabant, variosque congressus Goslariæ, Norinbergæ, Francofurti, ea de causa instituebant, vid. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. pag.* 361. 366. 369. 376. ac Garantiam Regis Galliæ tanquam Sponsoris Pacis Westphalicæ implorabant, contra investituram de Electoratu factam publice edita declaratione nullitatis, vid. Lunig. *d. l. pag.* 667. sed & ipsa Domus Guelferbitana, metuens, ne Jura familiæ & Senii turbarentur, contra illum solenniter protestabatur, & se contradicentibus associabat, Catholici prætereà suas apud Pontificem interposuerunt querelas, vid. Lunig. *Liter. Procer. Europ. Part. 3. sub anno* 1692. 1694. *liter.* 901. 938. *pag.* 379. 436. indeque tanti secuti sunt motus, ut deliberationes Comitiales & negotia publica per aliquot annos cessarint. Postquam verò Seren. Domus Zellensis & Hannoverana cum Guelferbitana pristi-

pristinam restauravit amicitiam, Lunig. im Reichs-*Archiv. Part. Spec.* vierter Abtheil. vierter Absatz. *Num. LXV. pag.* 171. & Sacratissimus Imperator Josephus per Decretum de die 21. Julii 1706. publicè contestatus, daß was in der neundten Chur-Sache geschehen, weder zum Nachtheil und præjudiz des denen Chur-Fürsten und Ständen zustehenden Rechts gemeinet, noch dahin jemahls angezogen, auch künfftighin keine Neue und mehrere Chur-Würde ohne des gesambten Reichs Einwilligung eingeführet, und solches dem künfftigen Reichs-Abschiede in forma Sanctionis Pragmaticæ einverleibet werden soll; (Decretum hoc integrum refert Cortrejus *in Actis Publicis* den Neundten *Electorat* betreffend *sub Num.* 45. *pag.* 127.) Controversia hæc tandem finem nacta, & Novi Electoris, qui interea defunctus, Successor ob singularia sua in Rempubl. merita ex suscepto in se glorioseque gesto summi belli Ducis Officio militiæ Imperialis, prævio concluso trium Collegiorum de die 30. Junii 1708. relato à Lunigio im R. A. *Part. Spec. pag.* 391. per Decretum Cæsareum *de 6. Sept.* 1708. ad votum & Sessionem in Collegio Electorali capiendam sequenti die 7. Septemb. solenniter introductus est, tandemque per Commune Conclusum trium Collegiorum *de die* 13. *Januarii* 1710. à Cæsarea Majestate approbatum etiam munus Archi-Thesaurarii obtinuit, quod in novissima electi Imperatoris Caroli VI. coronatione per Vicarium suum Comitem de Sinzendorff exercuit, & hæc omnia etiam confirmata sunt in novissima laudati Imperatoris Gloriosissimi Capitulatione art. 3. verbis: Den mit Einwilligung gesambter Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen eingeführten Braunschweig-Lüneburgischen Electorat, und das dabey gelegte Ertz-Schatzmeister-Ambt auf maß und weiß der darüber errichteten Reichs-Schlüssen vom 30. Junii 1708. und 13. Januar. 1710. handhaben und manuteniren 2c.

XX.

De Dignitate Archi-Ducali Domus Austriacæ.

Archi-Ducali Dignitate in curiali significatu sola Inclyta Domus Austriaca gaudet, ejusque originem à Rudolphi I. Habspurgici filio Alberto repetit Reinkingius *de Regim. Secul. & Eccles. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 10. *n.* 5. Monzambano *de Rat. stat. cap.* 2. §. 3. At Obrechtus *ad Monzamb. pag.* 27. Kulpisius *in Comment. ad Monzamb. pag.* 225. & Thomas. *ad eund. pag.* 97. cum titulum à Friderico II. Imper. Austriæ Ducibus tributum arbitrantur cum Wolffgango Lazio *in rebus Viennensibus lib.* 3. *pag.* 91. Cuspiniano *in Friderico II.* Heutero *in Ori-*

in Origin. Habspurg. cap. 21. Alii ad Carolum IV. alii ad Maximilianum I. alii ad Fridericum III. tanquam primum authorem usum tituli Archi-Ducis referunt, quæ ultima sententia Natalis Comitis *Histor. lib. 9. pag.* 199. pluribus ex Neotericis probatur, quia Fridericus III. Imp. in sua Confirmatione Privilegiorum Austriacorum de anno 1453. apud Lunigium im Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. I. Num.* 23. *pag.* 33. expresse hoc, ut Austriaci posthac solenni & perpetuo Curiæ stylo Archi-Duces vocentur Diplomati his inseruit verbis: Wir wollen und setzen auch von obberührten Unserer Kayserlichen Macht, ernstlich und festiglich gebietend, daß die bemeldten Fürsten deß Hauses Oesterreich und Unsere und Ihre Nachkommen nun hinführo Ertz-Hertzoge ernennet und geheissen, dabey ewiglich bleiben, und von unsern Nachkommen am Reich und allen andern Chur-Fürsten und Fürsten also genennet und geheissen, auch darfür gehalten werden sollen ꝛc. & ante hæc tempora Friderici III. Imp. eos hoc titulo non, sed tantum Ducum nomine usos, ex variis Diplomatibus probare satagit Pfeffingerus *ad Vitriar. lib.* 1. *tit.* 16. *§.* 9. qui tamen distinguit inter tituli illius primam originem, & solennem ac constantem ejus usum, illam forte antiquiorem esse, & cum Friderico II. cœpisse, hunc vero ab illo tempore repetendum esse, concedens. Conf. Johann. Ludov. Schönleben *Part.* 2. *Dissert. Polemica de Origin. Domus Austriacæ cap.* 7. *pag.* 104. *seqq.* ubi diversas illas sententias & earum rationes, quibus innituntur, eâ quâ decet industria, expendit.

XXI.

Exempla Ducum ab Impp. creatorum;

Ducum Dignitatem ab Impp. nostris collatam haud dubitabit, qui considerat Austriæ Marchiones à FRIDERICO BARBAROSSA Duces creatos anno 1156. Diploma exhibet Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. I.* vierter Absatz von Oesterreich. *Num. IV. pag.* 4. Geldriæ Comites à LUDOVICO BAVARO Imp. in Comitiis Francofurtensibus 1339. Duces factos, Albertum & Johannem Henrici Leonis, Principis Venedorum, filios ad Ducum fastigium à CAROLO IV. evectos anno 1349. Qui IMPERATOR etiam Fratrem suum Wenceslaum Metis 1356. Ducem Luzenburgi constituit, Diploma referente laud. Lunigio R. A. *Part. Spec. Contin. I.* in des Anhangs dritten Absatz von den Niederlanden. *Num. XVI. pag.* 112. & in iisd. Comitiis Metensibus 1356. Mar-

chionibus Juliacensibus axioma Ducale contulit. Filius ejus WENCESLAUS Comites Montenses ad dignitatem Ducalem evexit, & Johannem Galeatium Vice-Comitem transmisso Sceptro & pileo Ducem Mediolanensem creavit. Leibniz. *Cod. Jur. Gent. Diplom. part.* 1. *N.* 109. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin.* I. Fünffter Absatz von Mayland. *Num.* 66. Sigismundus Imp. Amadæum VIII. Sabaudiæ Comitem anno 1416. axiomate Ducali ornavit & auxit. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. II.* vierter Abtheil. zwölffter Absatz. *Num. XVII. pag.* 25. Christianus I. Rex Daniæ à FRIDERICO III. IMP. obtinuit, ut Holsatiæ Comitatus in Ducatum exaltatus sit per Auream Bullam Friderici III. Imp. datam Rotenburgi super Tubarim 14. Febr. 1474. exhibitam à Leibnizio *in Cod. Jur. Gen. Diplom. pag.* 1. *N.* 189. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Special. Contin. II.* vierter Abtheil zehend. Absatz. *Num. XXVII. pag.* 24. Eberhardus Barbatus à MAXIMILIANO I. IMP. in Comitiis Wormatiensibus anno 1495. Genti suæ Würtembergicæ jam ante à Sigismundo Imp. tempore Concilii Constantiensis oblatam dignitatem Ducalem, (teste Monumento quodam in Monasterio Ottenburensi extante, quod Actis dicti Concilii insertum,) acceptavit solenni Diplomate Ipsi confirmatam, quod exhibet Hortleder *de Causis belli German. Tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. Lunigius Reichs-*Archiv. Part. Spec. Cont.* II. vierter Abtheilung siebender Absatz. *Num.* 23. *pag. m.* 710. Nec quenquam Juris Publici notitia vel leviter instructum latere potest, superiori seculo tot novos Principes, Comites ac Barones creatos esse, ut Electores ein Bedencken abgefasst an Kayserliche Majestät Ferdinandi III. wegen vielmachung der Fürsten und Graffen *die* 17. *Januar.* 1637. quod exhibet Londorp. *Tom. IV. Actor. Publ. lib.* 3. *cap.* 89. *pag. m.* 624. Et in Tractatibus Pacis Westphalicæ Status Evangelici id inter Gravamina sua retulerint apud modo laudatum Londorp. *Tom. V. Act. Publ. lib.* 2. *c.* 115. *p.* 1056. *num.* 9. Nam FERDINANDUS II. Hohenzolleranos, Eggenbergicos, Lobkovvizios, Salmenses, Dietrichsteinios. FERDINANDUS III. Nassovios, Auerspergios, Frisios. LEOPOLDUS deinde Fürstenbergicos, Schvvarzenbergicos, Ottingenses, Waldeccium, Sarepontanos, Moeursenses, Schvvarzburgicos in Arnstad, Hanoviensem, de Tour & Taxis, Esterhasi. JOSEPHUS Lambergium, Schvvarzburgicum in Rudelstad, Mansfeldium Principem de Fondi, CAROLUS VI. Lovven-

Principum, Comitum, ac Baronum.

vvensteinium ad Principalem Dignitatem evexit. Diplomata pleraque exhibet Limn. *in addit. ad lib. 5. c. 7. & seqq.* Lunigius im Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. II.* vierter Abtheilung. 17. und folgenden Absätzen.

XXII.

Quamvis autem Imperator Statuum Imperii subditis contra Dominorum suorum voluntatem in illorum præjudicium & fere cum ipsorum ignominia, in æqualem cum iis, vel saltem majorem quam decet, dignitatem evehere non debeat, quod Capitulationi Imperatoris Status inseri desiderarunt, ut videre est ex Monitis ipsorum anno 1658. exhibitis *ad art.* 45. & ut insertum sit obtinuerunt, ut cernere licet ex Capitulatione Leopoldi *art.* 44. Josephi *art.* 43. Non tamen destituitur Imperator potestate etiam Mediatos & Landsassios ad altiores dignitates extollendi, ut probat Recessus Imp. *de anno* 1548. §. 66. Capitulatio Leopoldi & Josephi *dd. art.* Caroli VI. *art.* 22. *pr.*

De dignitatibus Statuum Imperii subditis conferendis.

XXIII.

Constat, Regibus Bohemiæ & Archi-Ducibus Austriæ per singulare Privilegium specialiter concessum esse, ut non tantum Nobiles, sed etiam Barones & Comites in allen Ihren Landen, Herrschafften und Gebieten creare possint; An autem ab his creati Comites, Barones ac Nobiles per totum Imperium pro talibus habendi ac honorandi? quæstionis haud proletariæ est, quam negant Limnæus *lib. 6. J. P. cap.* 1. *n.* 33. 34. Sixtinus *de Regalibus lib.* 1. *c.* 4. *n.* 34. aliique magni nominis viri. Sed contrarium evidens est ex ipsis verbis Privilegii, quæ sequentis sunt tenoris: Auch daß Sie und Ihre Erben und Nachkommen, in allen Ihren Landen, Herrschafften und Gebieten, Graffen, Freyen, Herrn, Ritter, Knecht, auch dugsahm und verdiente Persohnen von neuem Edel machen, denselben Wapen und Kleinod, mit Schild und Helm, und allerley Zierath, Farben und Plaßmierung geben und leihen, der Kayserlichen Rechten, der Artzney, der sieben freyen Künste Lehrer und Meister, auch Offen-Schreiber nnd geordnete Richter setzen und creiren, also daß dieselbe Graffen, Freyen, Herrn, Ritter, Knecht, Edelleuth, Lehrer, Meister, Offen-Schreiber und geordnete Richter NB. durch das gantze Heilige Römische Reich für solche gehalten, und aller und jeglicher

De Privilegio Regum Bohemiæ & Archi-Ducum Austriæ, Nobiles, Barones & Comites creandi.

licher Privilegien, Freyheiten, Begabungen und Gnaden, Ihre Würden und Ambt gebrauchen, treiben, üben und niessen sollen und mögen, als andere Graffen, Freyen, Herrn, Ritter, Knecht und Edelleuth, Lehrer, Meister, Offen-Schreiber und geordnete Richter von Kayserlicher Gewalt gemacht und creirt der gebrauchen, üben und niessen von Gerechtigkeit oder Gewohnheit &c. ut videre est ex Constitutione Friderici III. de anno 1453. apud Lunigium Reichs-*Archivs Part. Spec. Contin. I. rubrica* Osterreich. *Num.* 24. *pag.* 33. Ex qua Constitutione Friderici III. supplenda est Constitutio Caroli V. quoad hunc passum mendosa & manca ap. Limnæum *lib.* 5. *cap.* 2. *pag.* 40. & apud Goldastum *part.* 2. der Reichs Satzungen *pag.* 193. item ap. Lunigium *d. l. pag.* 52. ubi in §. auch daß sie und Ihre Erben &c. post verba: also daß dieselbe Graffen, Freyen, Herrn, Ritter, Knecht, Edelleuth, Lehrer, Meister, Offen-Schreiber und geordnete Richter, omissa hæc sunt: durch das gantze Heilige Römische Reich für solch gehalten, und aller und jeglicher Privilegien, Freyheiten, Begabungen und Gnaden, und Ihre Würden und Ambt gebrauchen, treiben, üben und niessen sollen und mögen, als andere Graffen, Freyen, Herrn, Ritter, Knecht und Edelleuth, Lehrer, Meister, Offen-Schreiber und geordnete Richter, quæ ex d. Constitutione Friderici III. omninò inserenda ac supplenda ante verba sequentia: von Kayserlicher Gewalt gemacht, geordnet und creiret.

XXIV.

De Jure tribuendi Jus sessionis & suffragii in Comitiis Imperii.

Utut verò Reservatum Imperatoris sit, Jus conferendi dignitates illas Illustres, non tamen tale quoque est Jus tribuendi alicui Jus sessionis & suffragii in Comitiis Imperii, verum hoc suo modo est Jus communicatum cum Statibus Imperii. Ut quis enim nanciscatur Jus Status, requiritur: 1. Consensus Electorum & Statuum, maxime illius Collegii, in quod quis recipiendus. Capitulatio Leopoldi *art.* 44. Josephi *art.* 43. Caroli VI. *art.* 1. *&* 11. Non præcise necessarium esse putavit Henr. Henning. *de summa Imper. potest. circa profana cap.* 13. *n.* 5. consensum Collegii aut Curiæ, in quam novus Princeps vel Comes introducendus, sed sufficere, si audiatur, & Imperator se monitis ejus, Electorumque Consilio informari prius patiatur. His conditionibus ubi per Imperatorem satisfactum, non posse Curias suo dissensu impedire, quo minus novo Canditato sedes sua assignetur, à qua sententia non alienus quoque

quoque est Schüz. *vol.* 1. *D.* 6. *th.* 2. Kulpisius *ad Monzamban. cap.* 5. §. 5. Sed quæso cui fini audiendi essent Status, si ipsis invitis authoritate jussuque Imperatoris novus Collega associari posset? Nec votum, Ipsorum hîc saltem negativum, sed perinde, ut in aliis Comitiorum negotiis, positivum est, ideoque pro solo non dissensu venditari nequit. Nec consensus Statuum in concessione sessionis & voti pro CAUSA SINE QUA NON tantum haberi poterit, ut Schüzius & Kulpisius *d. l.* voluerunt, cum nobilius influat ut vera causa efficiens in effectum suum. Status enim Imperii in Comitiis Imperii quoad negotia Imperii conjunctim æquale votum voto Cæsaris habent. Habent ipsi votum decisivum, quod ad productionem omnium actionum publicarum tanquam causa princeps, vera, efficiens concausa concurrit, & positivâ efficacitate gaudet, nec recte in modum conditionis sine qua non explicari poterit, incongruè ergò Consensus Statuum in præsenti negotio ad sortem ignobilis causæ sine qua non deprimitur. Imperator & Status Imperii conjunctim influxu suo efficiunt, ut in subjecto capaci suffragii ferendi facultas existere incipiat, solusque Imperator hoc præstare nequit, proinde non Imperator tantum, sed Imperator & Status simul sunt causa proxima & immediata Status. Author Meditat. ad Instrumentum Pac. Westphal. *in Differt. de Statibus Imperii Specim. II. Mantissæ loco subjecta* §. 35. 2. requiritur, ut recipiendus in numerum Statuum instructus sit bonis ad dignitatem sustinendam sufficientibus & quidem Imperio immediate subjectis, eorumque ratione certam quantitatem ad necessitates Imperii in certo circulo contribuendam in se receperit, vi Recess. Imp. *de anno* 1641. §. Und demnach wir ꝛc. 97. R. I. *de anno* 1654. §. 197. Capit. Leop. *art.* 44. Joseph. *art.* 43. Caroli VI. *art.* 1. *&* 22. Ex eo verò, quod diximus, *bonis Imperio immediate subjectis ipsum instructum esse debere*, sua sponte fluit, non satis esse, illa in Bohemia, Moravia, Silesia, aliisque Austriacæ Domus hereditariis Provinciis possidere, nisi jus Superioritatis cedatur possessoribus, & ita bona illa velut manumittantur in unius Imperii jurisdictione relicta. Author Meditat. ad Instrumentum Pac. *d. Differt. de Statibus Imper.* §. 10. Feudalia, an allodialia sint, nihil refert. Itter. *de feud. Imp. cap.* 5. *n.* 4. *& num.* 18. *cap.* 8. *num.* 31. Pro sufficientibus quidem hactenus agnita fuere, si pro simplo septuaginta sex florenos oneribus publicis contribuant, aut tres equites & decem pedites sistere offerant

Principes. vid. Londorp. *Tom. VII. lib. 6. pag.* 524. Johannes Casimirus S.R.I. Comes de Wartenberg, Regis Borussiæ gewesener Obrister Cammerer, Obrister Stallmeister, General Erb-Postmeister, General Oeconomie-Director, Ober-Hauptmann aller Chatul-Aembter, Marschall des Königreichs Preussen, des grossen Königlichen Ordens Cantzler, und des grossen Johannitter-Ordens Ritter, in Conventu Comitum anno 1704. Francofurti ad Mœnum habito in Collegium Comitum Wetteravicorum ad obtinendum votum & sessionem receptus pro simplo 60. florenos ad onera publica conferre promisit, ut videre est ex ejus Reversalibus exhibitis in dem Europ. Staats-Archiv. *pag.* 641. Lunigii R. A. *Part. Spec. Contin. II.* sechste Abtheilung, 26. Absatz. *N.* 248. *pag.* 389. Ubi circa primum requisitum saltem adhuc id monendum, desiderasse Collegium Civitatum Imperalium, ut non minus Ipsius, ac duorum Superiorum Collegiorum, Electorum nempe & Principum, consensus requireretur, si novus Princeps vel Comes in Collegium Principum vel Comitum ad votum & sessionem in Comitiis Imperii recipiendus, eamque ob causam nuper ante electionem Augustissimi Imperatoris Caroli VI. duobus superioribus Collegiis obtulit Scriptum & Deductionem sub titulo: *Repræsentation* einiger Ursachen, warumb bey neuer admittirung Fürsten, Graffen und Herrn ad votum & sessionem in einem Hochlöblichen Fürsten-Rath, auch des Reichs-Städtischen *Collegii Concurrenz* jedesmahl billig zu erfordern, und diese also von dergleichen *deliberationibus* nicht zu *excludi*ren sein, quæ habetur im Discours über die Neue und beständige Wahl-Capitulation des Römischen Königs und Kaysers, & im Neu-eröffneten Staats-Spiegel *Part.* 31. *pag.* 593. Worüber von beyden Höhern Collegiis gar nachdrückliche Anmerckungen heraus gekommen, quæ reperiuntur in des Neu-eröffneten Staats-Spiegel *Part.* 34. *pag.* 802. *seq.* Patet autem ex novissimæ Capitulationis Augustiss. Imp. Caroli VI. *art.* 1. & 11. nihil hoc in puncto Civitates Imperiales obtinuisse, sed ibi disertè cautum: Wir sollen und wollen auch keine Fürsten, Graffen und Herrn in Fürstlich- oder Gräfflichen Collegiis an- oder auffnehmen, Sie haben sich dann vorhero darzu mit einem immediat. Fürstenthumb, respective Graff- oder Herrschafft gnugsam qualificirt, und mit einem Standswürdigen Reichs-Anschlag in einem gewissen Craiß eingelassen und verbunden, und über solches alles neben dem Chur-Fürstlichen, auch dasjenige Collegium und Banck, darinnen Sie auffgenommen werden sol-

sollen, in die Admission ordentlich gewilliget &c. quæ declarationem quandam recipiunt ex art. XI. verbis: Wann auch ins künfftige Lehen dem Reich durch Todes-fälle oder Verwirckung eröffnet und lediglich heimfallen werden, so etwas merckliches ertragen, als Chur-Fürstenthumer, Fürstenthumer, Graffschafften, Herrschafften, Städt und dergleichen, die sollen und wollen wir, die Chur-Fürstenthumer ohne des Chur-Fürstl. Collegii, die Fürstenthumer, Graff- und Herrschafften, Städt und dergleichen, ohne der Chur-Fürstl. Fürstlicher, auch (wenn es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut,) Städtischer Collegiorum vorwissen und consens ferner niemanden leihen &c. Novi Status introductio quomodo fiat, tradit Limnæus *Tom. 2. addit. ad lib. 1. c. 7. n. 79. pag.* 120. ac Lunig. im Teutschen Reichs-Archiv. *Part. Gen. part. 2. pag.* 126. 127. ubi exhibet die Beschreibung, wie so wohl auf dem itzigen Reichs-Tag zu Regenspurg die Readmission der Cron Böheim, als auch die Introduction des Chur-Braunschweigischen Gesandtens Hr. Baron von Limbach ins Chur-Fürstliche Collegium den 7. *7ber* 1708. geschehen. Item die Beschreibung, was bey der Introduction des Hertzogs von Marlborugh als Fürstens zu Mündelheim ins Fürstliche Collegium den 22. Nov. 1706. vorgangen. De Dignitatibus inferioribus Equitum, Nobilium, Comitum Palatinorum &c. latius hic agere, instituti nostri ratio non permittit, sufficiat ergò lectorem remittere ad Compendia Juris Publici.

XXV.

II. Jus confirmandi Academias & his concedendi facultatem dispensandi honores ac gradus Academicos.

Juri huic proximum est II. JUS CONFIRMANDI ACADEMIAS ET HIS CONCEDENDI FACULTATEM DISPENSANDI HONORES AC GRADUS ACADEMICOS, ita, ut iis insigniti per universum Imperium & ubique pro talibus agnoscendi, quod meritò quoque inter Jura Majestatis Imperatori Reservata refertur, quia Jura, quibus gaudent Academiæ, non possunt ab alio proficisci, quam ab eo, qui summâ in Republ. gaudet potestate, & facultas conferendi Gradus & honores Academicos, Baccalaureatum, Magisterium, Licentiam & Doctoratum, in Imperio fluit & dependet ab unius & solius Imperatoris arbitrio. Ille enim in Juris hujus quasi possessione, perpetuoque exercitio adeo quidem quieto hactenus fuit, ut nec controversia aut lis hac de re eidem unquam fuerit mota, vel ab ipsis Statibus Imperii, vel à quoquam alio, quantum nobis constat. Nec per Capitulationes, Recessus, aliasque Imperii nostri leges fundamentales Jus hoc Statibus Imperii communicatum, iique in ejusdem Communionem concesserunt,

runt, nec reperitur inter ea Jura, quæ Statibus Imperii cum Imperatore communia ſunt, enumerata in §. 2. *art.* 8. *Inſtrum. Pacis Weſtphal.* neque cum illic recenſitis eam ſimilitudinem habet, ut ſub annexa clauſula: *aliave ejusmodi negotia*, comprehenſum intelligi queat, nam ſi comparatur Jus conferendi Honores Scholaſticos cum enumeratis ibi Juribus, facile apparebit ingens inter illud, Juraque belli, pacis, fœderum &c. quæ ad univerſam Imperii adminiſtrationem pertinent, diſſimilitudo, unde tutò inferre licebit, id minimè comprehendi ſub adjecta iſta clauſula, ſed Reſervatis Cæſareis omnino annumerandum eſſe, maxime cum communicatio Jurium ſummi Imperii ſtrictæ ſit interpretationis, adeoque potius reſtringenda, quam ultra conceſſionis formulas, earumque ſenſum extendenda. Obrecht *ad Inſtrum. Pac. Weſtphal. d. art.* 8. §. 2. Accedit propria Statuum ingenua & manifeſta de hoc Jure confeſſio, apud Londorp. *Act. Publ. Tom. V. lib.* 2. *c.* 115. *n.* 9. ubi expreſsè Status Evangelici fatentur, Jus conferendi dignitates eſſe Reſervatum Imperatoris, eidemque ſoli competere, hisce formalibus: Wiewol man ſich gnugſam erinnert, daß die poteſtas oder Regale conferendi dignitates Kayſerl. Majeſtät allein zuſtehet, und ein annexum dero Kayſerl. Hoheit und Majeſtät ſey ꝛc. Unde ſole meridiano clarius eluceſcit, Status agnoſcere Dignitatũ cujusvis generis & gradus, atque adeò etiam Academicarum collationem inter Jura, quæ ſolus Cæſar in Imperio pro arbitrio exercere valeat, meritò referri. Nec quicquam in contrarium facit Inſtrumentum Pac. Weſtphal. *art.* 10. §. 13. ſed imò textus ille potius argumentum præbet pro confirmando Jure Imperatoris. vid. Obrechtus *ibid.* Confer. Joh. Chriſtian. Itterus *de Honoribus & Gradibus Academicis cap.* 6. *n.* 9. qui in doctiſſimo illo tractatu reliqua omnia ad hoc caput pertinentia egregiè exequitur.

XXVI.

Imperatore abſente vel alias impedito, quin idem Jus Rex Roman. ipſi vivo in partem curarum adjunctus exercere poſſit, non dubitamus, vi textus in Ord. Cam. *p.* 1. *tit.* 3. §. 2. Sede Imperiali vacante verò & à Vicariis id exerceri nihil obſtat. Exercuerunt enim Ipſi hactenus omnia Majeſtatis Jura, quæ aliàs Imperatori competunt, exceptis duntaxat in Aur. Bulla *cap.* 5. *pr.* ſpecialiter prohibitis, ita, ut nec à Cæſareis Reſervatis abſtinuerint. vid. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. II.* im Anhang *ſub fin. Num. II. pag.* 6. ubi exhibet

hiber Königs Friderichs Augusti in Pohlen und Chur-Fürstens zu Sachsen als Reichs-Vicarii Graffen-Diploma vor dero würcklichen geheimen Cabinet-Minister und geheimen Rath, Hr. Adolph Magnum, Graffen von Hoymb und dessen drey Hnn. Brüdere de anno 1711. & *Num. XXV. XXVI. pag. 69. seq.* ubi refert Ejusd. Diploma Comitivæ pro Universitatis Lipsiensis ac Wittenbergensis Facultate Juridica, nec non Senatu Civitatis Lipsiensis. Et Imperatores ab iis acta communiter ratihabuerunt ac confirmarunt, præter ea, quæ ab iis exerceri implicat, quale est v. gr. Jus Primariarum precum. Et hujus quidem Juris à Friderico Comite Palatino ut Vicario Imperii anno 1619. exerciti Exemplum habemus in Academia Rinteliensi ab illo confirmata apud Fridericum Lucæ in des Heiligen Römischen Reichs Uhralten Graffen-Saal *part.* 1. unter den Graffen von Schaumburg *pag.* 541. *seq.* & Lunigium R. A. *Part. Spec. Contin. II.* vierter Abtheilung achter Absatz von den Land-Graffen in Hessen 2c. *in Supplem. Num.* 64. *pag.* 934. von der Graffschafft Schaumburg.

XXVII.

III. Ad Reservata Imperatoris secularia refertur JUS CIRCA OFFICIA IMPERII. Sed cum hodiè pauca sint Officia Imperii personalia, quæ cum persona extinguantur, pleraque verò realia seu hereditaria in successores & posteros transitura, parum hic superest Augustissimo Imperatori, nisi familiam hoc vel illud officium gerentem in masculis deficere contingat; Summi enim Sacri Romano-Germanici Imperii Officiales sunt Electores, ex quibus tres Ecclesiastici Archi-Cancellariorum seu Archi-Capellanorum (vocabula hæc pro iisdem usurpata. vid. Mallinkrott. *de Archi-Cancellariis S. R. Imp. part.* 2. *in fin.*) munere jam ab aliquot seculis inclaruerunt, eo quod Regibus ac Imperatoribus ab Epistolis vel Scriniis olim fuerint, & non solum plerasque Scripturas pro Dominis suis ipsimet confecerint, sed etiam ad majorem fidem post Domini sui subsignationem subscripserint, post Gevvoldum *de Septemviratu cap.* 6. *num.* 77. Mallinkrott. *in Proœm. tract. sui de Archi-Cancellariis S. R. Imp. in fin.* quanquam vice illorum quoque Cancellarii recognoverint. Et primum quidem Dignitatem illam Archi-Cancellarii gessit Sanctus Cunibertus Episcopus Coloniensis, qui Episcopatui huic præfuit ab anno 622. usque ad annum 655. post illum autem St. Bonifacius Episcopus Moguntinus ex Angliæ Regum prosapia oriundus, qui Regis Pipini literas

III. Jus circa Officia Imperii.

De Archi-Officiis Electorum Ecclesiasticorum;

anno 752. his verbis: *Bonifacius Archi-Cancellarius recognovit*, subscripsit, uti ex Miræo refert Mallinkrott. *part.* 1. *in pr.* biennio post anno 754. martyrio coronatus, qui inde inprimis clarus est, quod Monasteria Virginum die Nonnen-Clöster primum in Germania nostra instituerit ac erexerit. Lehman. *Chron. Spir. lib.* 2. *c.* 33. *in fin.* Sed tum munus hoc Archi-Cancellarii adhuc ambulatorium fuit. Postea vero sub Ottone M. Moguntina sedes, cui tum Wilhelmus Cæsaris illius filius præerat, perpetui Archi-Cancellariatus decore ornata est, ab eo igitur tempore Moguntini Antistites constanter Archi-Cancellarii Imperii fuere. Ex quo autem Coloniensis Ecclesiæ Archi-Episcopi Archi-Cancellariatus dignitate per Italiam aucti, Moguntinus titulo Archi-Cancellarii S. R. I. per Germaniam usus fuit, qui Ipsi confirmatus A. B. *c.* 2. *§.* 2. *c.* 3. *§.* 2. Nam quod Onuphrius Panvinius *de Comitiis Imp. cap.* 6. Sigon. *de Regno Ital. lib.* 7. *p.* 176. Brouvver. *Annal. Trevir. lib.*16. *pag.* 177. omnes simul Archi-Cancellariatus in eadem Ottonis I. tempora referant, à fide Historica alienum, & eidem contrarium est, Archi-Episcopi Coloniensis enim Archi-Cancellariatus per Italiam Seculo XII. antiquior non est. Mallinkrott. *pag.* 36. *seqq.* Antiquissimum quippe Authenticum Diploma ab Archi-Episcopo Coloniensi sub Archi-Cancellarii per Italiam nomine recognitum censetur illud, quod Mallinkrott. *pag.* 38. adducit, quo Imperator Fridericus Barbarossa Henrico II. Episcopo Leodiensi Privilegia & possessiones anno 1155. apud Civitatem Tridentum confirmat, cujus hæc subscriptio: *Ego Arnoldus Coloniensis Archi-Episcopus & Italici Regni Archi-Cancellarius recognovi.* Quod munus postea ei per Auream Bullam *cap.* 1. *§.* 11. confirmatum, quemadmodum Archi-Episcopo Trevirensi jus & titulus Archi-Cancellarii per Galliam (intellige Belgicam seu Lotharingicam) & Regnum Arelatense; v. A. B. *cap.* 1. *§.* 12. cujus initium à diuturno Interregno, quod fata Friderici II. excepit,. repetimus. Nam ante Fridericum II. Imp. & adhuc sub illo totius Arelatensis seu Burgundici Regni Archi-Cancellarii Episcopi Viennenses ad Rhodanum fuerunt, & ab illo Imperatore anno 1238. omnium suorum Jurium confirmationem obtinuerunt, adeoque innovationem Illam passi non fuissent. Hinc ante illa tempora constituti illius Archi-Cancellariatus nulla ullibi quoque occurrunt vestigia, siquidem demum sub Boemundo de Vosberg Archi-Episcopo Trevirensi anno 1299. mortuo, tituli illius Archi-Cancellariatus occurrit, & Ludovicus IV.

Bavarus

Bavarus Imp. anno 1332. Balduino Comiti de Luzenburg, Henrici VII. Imp. fratri, Archi-Episcopo à dicto Boëmundo tertio, inter alia Privilegia etiam hunc Archi-Cancellariatum in Regno Arelatensi & Gallia confirmavit. Eidem tanquam Archi-Cancellario illorum locorum tractatum suum *de Juribus Regni & Imperii Rom.* dedicavit Lupoldus de Bebenburg, Moguntinensis, Herbipolensis & Bambergensis Ecclesiarum Canonicus, Decretorum Doctor & tandem Episcopus Bambergensis. Utcunque verò singuli hi Electores titulos suos adhuc continuent, solus tamen Moguntinus, salvis reliquorum Juribus, hodie actu Jura titulis annexa exercet, non tantùm per Germaniam, sed etiam per Italiam & Galliam Belgicam sive Germaniam trans-Rhenanam, eò quod Imperatores in Germania fixam teneant sedem, inde suum constanter in Cæsaris Aula habet Vice-Cancellarium, ipsi, ut & Cæsari, cujus simul Consiliarius intimus est, devinctum. Capitulat. Imp. Leopoldi *art.* 40. Josephi *art.* 39. Caroli VI. *art.* 25. Formula Juramenti, quo se obstringere solet, reperitur ap. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Gener. pag.* 329. Modernus Elector & Archi-Episcopus Coloniensis, Josephus Clemens, Gente Bavarus, paria ferè fata cum fratre expertus, per quæ excidit omnibus Juribus & bonis Imperii. vid. Europ. Staats-Cantzley *Part.* 11. *cap.* 11. Lunig. R. A. *Part. Spec. pag.* 197. quorum tamen per Pacem futuram recuperandorum spe non levi gaudet.

XXVIII.

Secularium Electorum Officia sunt Archi-Pincernatus, Ertz-Schencken Ambt, qui Regi Bohemiæ competit; Archi-Dapiferatus, Ertz-Truchsessen Ambt, qui, proscripto Bavaro, postliminiò cum pristino loco & adhærentibus Juribus, cum Vicariatu & cum Palatinatu Superiori, Comitatuque Cham, ad Comitem Palatinum Rheni rediit anno 1708. Europ. Staats-Cantzley *Part.* 13. *cap.* 10. Eique per Capitulationem Caroli VI. *art.* 2. confirmatus est; Archi-Mareschallatus, Ertz-Marschall Ambt, qui Saxoni; Archi-Camerariatus, Ertz-Cammerer Ambt, qui Marchioni Brandenburgico competit; Archi-Thesaurariatus, Ertz-Schatzmeister Ambt, qui Electori Brunschvvigo-Luneburgensi Hannoverano, consentientibus cæteris Imperii Statibus d. 12. April. 1710. per investituram Cæsaream collatus, misso Archi-Vexilliferatu, quem ante adpetebat, Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Gener. pag.* 670. & 1129. Neu-eröffneter

Secularium.

Welt-und Staats-Spiegel. *Part. IX. pag.* 848. *seq.* ac per Capitulationem Imp. Caroli VI. *art.* 2. & 3. confirmatus est. Quæ summa Imperii Officia, excepto Archi-Thesaurariatu, qui novus est ab anno 1651. vid. Londorp. *Actor. Publ. Tom. VI. lib.* 4. *cap.* 165. *pag.* 640. olim temporanea & ambulatoria pro cujusque Imperatoris arbitrio Principibus sibi delectis & de se ac Imperio bene meritis collata, quando hereditaria facta? ambiguum est. Conringius *de summis Officialibus th.* 13. & *ad Lampad. part.* 3. *cap.* 4. §. 23. *pag.* 162. Author des Europ. Herolds *part.* 1. *p.* 220. temporibus Friderici I. Alii, ut Tolnerus *Histor. Palatin. cap.* 6. *pag.* 170. Coccejus *Jprud. Publ. cap.* 12. §. 7. *seq.* Conradi III. ætate; Malinkrott. *de Archi-Cancellariis lib.* 2. *cap.* 3. *p.* 168. 169. Friderici II. tempore id factum esse tradunt. Goldastus de Regno Bohem. *lib.* 3. *cap.* 8. sub Ottonis III. Imperio id contigisse contendit. Et Ottonum ævo ea certis familiis, ad quas temporis successu quoque munus Electorale pervenit, in peculium quasi concessa fuisse, plenoque ac hereditario jure obtigisse, omnium probabilissima nobis videtur sententia, quam & probat Wagenseil *de summis Imper. Officialibus & subofficialibus cap.* 18. *num.* 4. 5. 6. 7. Carpzov. *Disp. Feud.* 10. *quæst. semidec.* 1. *num.* 19.

XXIX.

De illorum Subofficialibus.

Habet summorum horum Officialium quilibet suum substitutum seu Subofficialem, die führen das Erb-Ambt, nempe Rex Bohemiæ Comitem de Limpurg, qui Sacri Rom. Imp. hereditarius Pincerna dicitur, des Heiligen Römischen Reichs Erb-Schenck. A. B. *cap.* 27. §. 6. quo titulo autem non veniunt illi Limburgii, quorum inter Conductores Archi-Episcopi Coloniensis & Trevirensis meminit A. B. *cap.* 1. §. 11. & 12. quique ad Lanum, seu an der Lahn auf dem Wester-Wald, habitarunt, inter Francofurtum & ditionem Coloniensem; sed Comites Limpurgii, quorum Castrum Gentilitium prope Halam Suevorum, insignibus ab istis, in Johanne jam anno 1404. extinctis, prorsus distincti, quique jam ante Imp. Friderici II. tempora hoc munere gavisi, notante Spenero *Op. Herald. Part. Spec. lib.* 1. *cap.* 53. §. 7. Ex quorum antiquissima pariter ac Illustrissima familia modò superat solus Volrathus, Comes & Dominus Limpurgi S. R. I. Pincerna hereditarius & semper Liber, non nisi sequioris sexus progeniem post se relicturus, hinc ab Augustissimo Imp. Leopoldo Friderico III. Electori Brandenburg. concessa est

est Expectativa auf die Herrschafft Limpurg, sambt denen darzu gehörigen Reichs-Lehen anno 1693. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. II.* vierter Abtheilung dritter Absatz *in supplementis ulterior. Num. XVI. pag.* 988. Palatini Vicarius imperante Carolo IV. fuit Magister coquinæ de Nortemberg. A. B. *c.* 27. *§.* 6. cujus familia emortua ad Seldenecdos munus devenit, quorum Stirpe pariter extincta Ludovicus Elector Palatinus & Imperii Archi-Dapifer seculo XV. Truchsessiis de Walpurg, Comitibus de Zeil, Sub-dapiferatum, quo illi jam seculo XII. gavisi, postea verò ab Ottone IV. Imp. seculo XIII. privati, restituit, qui inde S. R. I. Truchsessii hereditarii, des Heiligen Römischen Reichs Erb-Truchseß, dicuntur. Electoris Saxoniæ Vicarius olim erat Marschallus de Calatin, ex qua familia oriundi Comites de Pappenheim, qui hodie munus hoc sustinent, quod, postquam Papenheimiorum Linea Romano-Catholica in masculis exaruit, mortuo anno 1697. Ludovico Francisco, pervenit ad Lineam Evangelicam, nominatimque ad Christianum Ernestum, qui eo nuper perfunctus in electione & coronatione Caroli VI. Imp. Electoris Brandenburgici Sub-Officialis olim fuit Dominus de Falckenstein, hodie Princeps vel Comes de Hohenzollern, qui des Heiligen Römischen Reichs Erb-Cammerer audit. Hannoveranus Elector Vicarium habet Comitem de Sinzendorff, des Heiligen Römischen Reichs Erb-Schatzmeister. Munia ipsorum in eo consistunt, ut absentibus Electoribus vices eorum in exhibendis Officiis Aulæ, præferendis Insignibus, reliquorumque solennium administratione gerant, atque in eo Legatis ad Curiam missis etiam præferantur. Olim ab Imperatoribus constituti, hodie verò à summis Officialibus de Vicariorum Officiis investiuntur, & sine Imperatoris ac reliquorum Electorum adsensu, satis id evincente exemplo Comitum de Sinzendorff anno 1653. à Comite Palatino de officio Vicario Thesaurarii investitorum. Wagenseil. *de Summis S. R. I. Officialib. & subofficialib. cap.* 17. *num.* 4. Si autem & hos Subofficiales s. Vicarios à solenni Curia abesse contingat, in exhibendis Officiis Electoralibus succedunt quotidiani Aulæ Cæsareæ Ministri, qui tum & fructus ac emolumenta, instrumenta nempe argentea ad ministrandum parata cum equis, vel pretio eorundem, ferunt. A. B. *cap.* 27. *§.* 6. non obstante Capit. Leopold. *art.* 46. Joseph. *art.* 45. Caroli VI. *art.* 3. In quibus Aulæ suæ ministris constituendis Imperator liberas habet manus, præterquam

quod Capitulatio velit, ut ex natione Germanica eos potissimum sumat.

XXX.

De reliquis Imperii Officiis civilibus: Vicariatu; Sub reliquis Imperii Officiis Civilibus comprehenditur: 1. Vicariatus, qui vi Aureæ Bullæ *cap.* 5. ad Comitem Palatinum Rheni & Electorem Saxoniæ pertinet, quem Illi dubium reddidit Bavarus, de quo vid. Dissert. nostra *de Singularibus Juribus & Privilegiis Comitum Palatinorum Rheni th.* 15. 16. Nunc verò Bavaro proscripto Palatinus rursus anno 1708. de eo specialiter investitus. vid. Europ. Staats-Cantzley. *Part.* 13. *cap.* 10. post mortem Augustissimi Imp. Josephi anno 1711. quiete exercuit. Europ. Staats-Cantzley *Part. XVII. cap. XI.*

Directorio in Circulis; 2. Directorium in Circulis, de quo vid Introductio nostra *Part. Gener. cap.* 5. *n.* 20. & add. Author Meditat. ad Instrum. Pac. Westphal. *Specim. VIII. subjecta Mantissa I.* von Beschaffenheit des Ursprungs der Ausschreib-Aemter in denen zehen Crayssen des Reichs.

Officio Judicis in Camera Imp.; 3. Officium Judicis in Camera Imperiali, quod hactenus Imperator pro lubitu contulit, cui voluit, perinde ut Officia Præsidis & Assess. Inclyti Judicii Aulici. vid. tamen Neu-eröffneter Welt- und Staats-Spiegel. *Part.* 40. *pag.* 283. *seqq.*

In Dicasterio Rothwilano; 4. Officium Judicis in Dicasterio Rothwilano, quod feudi Jure nostris ac superioribus temporibus gesserunt Comites de Sulz, cum vero Comes Johannes Ludovicus ultimus familiæ suæ 21. August. 1687. naturæ debitum persolveret, hereditarium hoc officium cum filia primogenita Maria Anna Ferdinando Wilhelmo Eusebio Principi Schwarzenbergico nupta, in hunc Serenissimi Imperatoris supremum Aulæ Præfectum cum omnibus Juribus, titulis & insigniis translatum, de quo vid. Diploma Cæsar. Leopoldi de anno 1688. ap. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. II.* vierter Abtheilung 26. Absatz. *pag.* 615. Cui anno 1703. 23. Oct. defuncto successit Adamus Franciscus Carolus Princeps in Schvvarzenberg, Landgravius in Klettgavv, Comes in Sulz, Judex hereditarius Dicasterii Rothvvilensis.

munere Venatorum Imp.; 5. Venatorum Imperii munere olim functi Carinthiæ Duces, teste Hier. Megisero *in annal. Carinthia lib.* 1. *c.* 2. *& l.* 7. *c.* 1. à quibus ad Archi-Duces Austriæ pervenit, vid. Pfeffinger *ad Vitriar. lib.* 1. *c.* 13. *pag.* 1022. it. Marchiones Misniæ & Landgravii Thuringiæ, teste Lehmanno *Chron. Spir. lib.* 7. *c.* 35. quibus id speciali Privilegio concessit Carolus IV. Imp. anno 1350. quod ab Imper. Leopoldo Johann.

hann. Georgius II. Elector Saxon. anno 1661. & Fridericus Augustus ab Imper. Josepho sibi anno 1708. confirmari petierunt & obtinuerunt, uti testatur Author des Europ. Herolds *Part.* 1. *pag.* 257. & Lunig. R. A. *Part. Spec.* 246. Vindicaruut idem sibi quondam Pomeraniæ Duces, ut cernere licet ex Memoriali Georgii & Barnimi Pomeraniæ Ducum in Comitiis August. 1542. exhibito, und Hertzog Ulrichs zu Würtemberg Gegen-Bericht auf dem Reichs-Tag zu Regenspurg anno 1547. übergeben in Cassandri Thucelii *Electis Jur. Publ. Curiosis lit. Dd. Ee. Documentorum.* Tribuunt idem munus quoque Serenissimis Ducibus Würtembergiæ, Mylerus ab Ehrenbach. ad Rumel. *Dissert. ad A. B. p.* 1. *D.* 4. *th.* 9. Hœpping. *de Jurib. Insign. cap. 6. part.* 5. *§.* 9. *m.* 1. *n.* 724. *pag.* 350. *seq.* Limn. *Tom. V. in addit. ad lib.* 5. *c.* 16. *n.* 10. *pag.* 463. quod hac vice in medio relinquimus cum Kulpisio ad Monzambano *c.* 2. *§.* 8. *pag.* 493. *seqq.* Gessisse olim idem etiam Comites Schvvarzenburgicos, patet ex Lehmann. *d. l.* Eiben. *de tit. Nobilis* §. 30. Serenissimi Würtembergiæ Duces 6. sustinent itidem munus Vexilliferi Sacri Rom. Imp. sind des Heiligen Römischen Reichs Panneter seu Reichs Panner-Herrn, feruntque Vexillum Imperii minus in Equitatu, die Renn-Fahne oder des Reichs Sturm-Fahne à Ludovico Bavaro Imp. ipsis concreditum anno 1336. quod describitur ab Hortledero in actis investituræ Ducis Eberhardi, daß es sey ein gelber Fahne mit einem schwartzen Adler, & exhibetur in Insignibus Inclytæ Domus Würtembergicæ. Aquila autem in his uniceps est, quæ in Vexillo Imperiali majore Electori Saxoniæ, ut Archi-Mareschallo Imperii, in peditatu concredito iisdem coloribus biceps est. Regale hoc Würtembergiæ Ducibus competit ratione Civitatis & Castri Grœningensis, quod pluribus abhinc seculis sub ditione Comitum de Würtemberg fuit; Horum autem Imperio seculo XIII. anno nempe 1295. subtractum in Imperatoris & Imperii protectionem venit; Hinc Ludovicus IV. Bavarus Civitatem & Castrum hoc Grœningense cum appertinentiis suis omnibus Conrado de Schlüsselburg anno 1322. feudi jure iterum concessit, in præstitæ militaris operæ remunerationem, à quo tempore etiam Vexillifer Imperii nominatus est. A Conrado Comite Schlüsselburgico, qui Ulrici Comitis de Würtemberg neptem ex fratre, Agnetem, in conjugio habuit, ultimusque sui stemmatis fuit, prole carens, Castrum & Oppidum jure venditionis ad Würtembergicos Comites rediit in persona dicta Ulrici,

Munere Vexilliferi S. R. Imperii;

ci, qui illud emit ab Affine suo dicto Conrado Schlüsselburgico anno 1336. Ludovico Imperatore contractum confirmante, & Ulricum statim cum Castro & Oppido Grœningensi cum omnibus appertinentiis & nominatim etiam cum Vexillo Imperii d. anno 1336. investiente. Literas contractûs cum approbatione & investitura Cæsarea ac plures illius Regales confirmationes à diversis Imperatoribus factas refert Lunig. R. A. *Part. Spec. Contin. II.* vierter Abtheilung 7. Absatz. *Num. II. III. IV. pag.* 677. *seqq. Num. XXIV. pag.* 714. *Num. XXVI. Num. XLVII.* 7. Comites Schwarzburgici, jam ad Dignitatem Principalem evecti, ex quorum Gente Guntherus anno 1349. Imperator factus, quique inter quatuor Comites Imp. relati, [de quo vid. Lunig. R. A. *Part. Spec. Contin. II.* 6. Abtheilung 21. Absatz. *Num.* 189. 193. *pag.* 295. 298.] S. R. I. Archippocomi seu Supremi Stabularii, Reichs-Stallmeister, fuere, in cujus memoriam in Insignibus eorum furca & pecten sive rastrum apparet. Spener. *Op. Herald. Part. Spec. lib.* 3. *cap.* 34. §. 7. Dicuntur iidem Comites, nunc Principes, etiam esse Conservatores Privilegii de Ordinibus extra limites Imperii non evocandis. Limn. *l.* 4. *c.* 8. *n.* 88. Mager. *de Advocatia armata. c.* 17. *n.* 186. Comites Oldenburgenses fuerunt Architecti & Præfecti aggerum, inde Reichs-Diechmeister dicti. Sprenger. *in Fontib. Jur. Publ. p.* 32. cujus intuitu trabes in Insignibus ostendunt. Spener. *d. l.* 3. *c.* 12. §. 14. Comites Wernigerodenses, quorum Comitatus ad Stolbergios a. 1329. venisse dicitur, Piscationi præpositi fuere, qui inde in Insignibus suis habent laterculum argenteum pisces duos rubeos [Forellen] capitibus & caudis invicem obversos continentem. Spener. *d. l.* 3. *c.* 50. *num.* 10. Domini de Werthern als Innhaber der Graffschafft Beichlingen vocantur Janitores Imperii, des Reichs Erb-Cammer-Thürhüter, quod officium in solenni Curia exercent. Mulz. *in repræs. Majest. Imp. p.* 3. *c.* 10. *num.* 180. *p.* 1041. ac nuperrima in Electione & Inauguratione Caroli VI. Imp. Augustiss. per Comitem de Lynar exercuerunt. Literas Investituræ Cæsareæ super bonis Officio hereditarii Janitoris Imp. annexis, quas Stirps VVertherorum accepit ab Imp. Leopoldo anno 1698. refert Lunig. R. A. *Part. Spec. Contin. II.* im Anhangs andern Absatz. *Num. XIV. pag.* 31. quibus subiicit Königs Friderichs Augusti in Pohlen und Chur-Fürstens zu Sachsen als Reichs-Vicarii erneuertes Herren-Diploma vor die Herrn von Werthern, de anno 1711. *pag.* 33.

Munere Supremi Stabularii S. R. Imp. & al.

XXXI.

XXXI.

V. Reservatorum secularium constituimus JUS INVESTIENDI STATUS IMP. DE FEUDIS IMP. REGALIBUS, tam Ecclesiasticis, puta Archi-Episcopatibus, Episcopatibus, Abbatiis & Prælaturis, quam Secularibus, nimirum Electoratibus, Ducatibus, Comitatibus Palatinis, Marchionatibus, Landgraviatibus, Burggraviatibus, Principatibus, Comitatibus & Dynastiis ac Baronatibus immediatis cum exactione consueti Juramenti fidelitatis ab investiendis præstandi. Quam investituram tam Principes Ecclesiastici intra annum & diem à tempore Electionis vel postulationis aut Collationis Pontificiæ, quam seculares intra annum & diem à devoluta per mortem Antecessoris in ipsos successione, aut Imperatoris novi constitutione per Electionem ac Coronationem peractâ computandum, ni feudis privari velint, ad exemplum Erici V. Ducis Saxo-Lauenburgici, qui ob neglectam intra dictum tempus post mortem Alberti VI. Ducis & Electoris Saxoniæ, absque prole anno 1422. defuncti, Electoratu Saxonico ab Imperatore Sigismundo privatus fuit, translato eodem in Fridericum Bellicosum Marchionem Misniæ & Landgravium Thuringiæ, cujus posteri hodienum Electorali Dignitate fulgent, (literas investituræ exhibent Frid. Lucæ im alten Fürsten-Saal. *pag.* 702. & Lunig. R. A. *Part. Spec. part.* 2. *pag.* 6.) petere necesse habent, etsi ex pluribus conjunctim investitis vel unus fatis concesserit. Ord. Jud. Aul. *tit.* 3. §. So offt auch &c. 9. ita tamen, ut antea coinvestiti non graventur novæ taxæ solutione, juxta monita Statuum ad d. Ord. I. A. ap. Fritsch. *in addit. ad Limn. l.* 9. *c.* 4. *n.* 4. sique Vasallus Imp. adhuc in pupillari aut minori ætate sit constitutus, ejus nomine Tutor vel Curator intra præstitutum tempus renovationem investituræ petat, & Juramentum fidelitatis præstet, (nec hoc ad annos pubertatis aut majorennitatis differatur, ut voluerunt Struv. *S. I. F. c.* 8. *th.* 6. *n.* 6. Carpzov. *p.* 2. *dec.* 178.) neque à majore facto Vasallo denuo repetenda est renovatio investituræ, (ut voluere JCti Argentinenses in Consil. exhibito ab Authore der Europ. Staats-Cantzley. *part.* 2. *c.* 2. *fasc.* 3. *pag.* 237.) per text. Capitul. noviss. moderni Augustissimi Imp. Caroli VI. *art.* 11. *vers.* wann auch ein Chur-Fürst &c. Neque investitura hæc Majorum Feudorum Imperialium per Ordinarium Agentem, quem quis in Aula Cæsaris habet, sed per expresse eo nomine ablegatum accipienda, vi communis Decreti Senatus Imp. Aulici de d. 21. Jul. 1659.

V. Jus investiendi Status Imp. de feudis Imp. Regalibus.

1659. & 12. Junii 1682. apud Uffenbach. *in fin. tr. de Judicio Aulico.* utut de minoribus etiam Regalibus feudis per Agentes hodieque peti ac impetrari queat, teste eodem *d. tr. c.* 11. *pag.* 123. Et super peracta investitura literæ investituræ in nulla alia, quam Imperiali Cancellaria expediendæ, d. Capit. Caroli VI. *art.* 11. §. Und sollen ꝛc. eæque consuetæ taxæ solutione, cujus quantitas videri potest apud Uffenbach. *d. tr. c.* 11. *pag.* 124. Lunig. R. A. *Part. Gen. pag.* 334. intra mensem redimendæ, vigore communis Decreti Senatus Imp. Aulici d. 13. August. 1659. à qua immunes Electores, nisi quod minoribus ministris Cæsareis aliquod sponte largiri soleant, A. C. addicti Episcopi autem econtra ultra ordinariæ taxæ summam ejus dimidium insuper pendere cogantur. Instr. Pac. *art. V.* §. 21. Etsi vero nonnulli ex neotericis Jus hoc ex numero Reservatorum Imp. eliminare velint, vid. Brunnem. *Diss.* 5. §. 21. Thomas. *ad Monzamb. cap.* 5. §. 27. *lit. z.* quasi id non sit Majestaticum, sed expediatur ab Imperatore ut Capite Imp. vi directi dominii; hæc tamen causa sufficiens non est, illud ex censu Reservatorum Imperatoris & Jurium Majestatis excludendi, cum nullus ferè actus sit, ex quo magis reluceat Majestas Imp. quam ex hoc, quod Imperator Statibus Imperii feudi jure per investituram conferat sua territoria cum annexo Jure territorii ac Regalibus, & quoties mutatio vel in persona Imperatoris vel Vasallorum Imperii contigerit, ipsi investituræ renovationem in signum devotionis ac reverentiæ ab Imperatore petere, ejusque ex manu territoria sua cum omnibus annexis de novo flexis genubus requirere & accipere teneantur, nec Majestas & dominium directum se invicem tollunt aut impediunt, sed benè simul stare possunt, minime ergò sibi opponi debent.

XXXII.

VI. Jus cognoscendi de feudis Imperii Regalibus.

Eadem quoque ratio est VI. JURIS COGNOSCENDI DE FEUDIS IMPERII REGALIBUS, controversiâ seu lite inter Principes & Comites Imperii ceu Convasallos Imperii exortâ, quod Imperatori Ord. Regim. *de anno* 1521. §. 7. Ord. Cam. *part.* 2. *tit.* 7. expressè ita reservatum, ut hîc non tantùm Austregæ, sed etiam Camera Imp. excludatur à cognitione controversiæ, & vindicat quidem Imperator sibi hanc facultatem cognoscendi de Principatu vel Comitatu immediato, licet possessor eundem non. immediate ab Imperatore, sed ab alio Statu Imperii subfeudi jure per investituram

stituram recipiat. Dn. ab Andler *Tom. 2. Constit. Imp. voc.* Lehen. *pag.* 1278. quanquam Juris analogiæ convenientius esse judicent de Comitatibus & Dynastiis in subfeudum ab aliis Imperii Statibus recognitis in prima instantia Dominum immediatum cognoscere. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 8. num.* 42. 48. Reincking. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 4. c. 19. num.* 63. 95. *seq.* Sicut & de Comitatibus & Dynastiis ab Imperio jure feudi non dependentibus, sed jure allodii possessis locum haud invenit soli Imperatori reservata cognitio, sed in illis quoque Camera Imp. cognoscendi potestate gaudet. Rec. Circul. Erfurt. *de anno* 1567. §. 20. Author decis. s. præjudic. Cameral. *Tom. 3. voc. Comitatus.* Cum Ord. Cam. *part. 2. tit. 7.* tantum excipiat & Imperatori ac Regi Rom. reservet cognitionem de Ducatibus, Principatibus, Comitatibus, Dynastiis, si feuda Imp. ab Imperatore & Imperio recognita sint. vid. omnino Hochgemüssigtes Memorial an eine Hochlöbliche Reichs-Versamblung zu Regenspurg vom Landgräfflich-Hessen Casselischen Gesandten offerirt auf das in der Rittberg. Sache zur dictatur gebrachte Kayserl. Commissions-Decret in der Europ. Staats-Cantzley. *Part. XII. cap. 4. pag.* 264. *seqq.* An in petitorio vel possessorio plenario lis versetur, & an de toto vel majori & insigniori parte Ducatus, Principatus vel Comitatus controversia sit, perinde adhuc nobis esse videtur. vid. Introduct. nostra *sect. 1. cap. 9. num.* 15. 16. Sicut & nihil interesse existimamus, sive de secularibus sive de Ecclesiasticis feudis Imperii Regalibus lis sit. Itter. *de Feud. Imp. cap. 25. th. 4.* Textor. *J. P. Cæsar. tit. 12. num. 49.* Sedeque Imperiali vacante eadem de his feudis cognitio Vicariis Imperii denegari nequit, cum iis Aurea Bulla *cap. 5.* haud interdicta, sed potius concessa sit, nec à denegata & Imperatori futuro reservata eorundem investitura ad judiciariam cognitionem denegandam valet consequentia, ob manifestam diversitatis rationem.

XXXIII.

VII. Jus cognoscendi de Privilegiis à solo Imperatore concessis.

VII. Reservatis Imp. Secularibus annumeratur porrò JUS COGNOSCENDI DE PRIVILEGIIS A SOLO IMPERATORE concessis. In illius enim solius arbitrio esse, Privilegia per totum Imperium valitura concedere, satis patet ex Capitulat. Leopoldi *art.* 44. & 45. Josephi *art.* 43. & 44. Caroli VI. *art.* 22. Instrum. Pac. VVestphal. *art.* 8. §. 2. ubi Jura Imperatori cum Statibus communia so-

licite referuntur, de Jure Privilegiorum & immunitatum verò altum est silentium. add. R. I. novist. *de anno* 1654. *§.* 115. modo noviter ibi concessa Privilegia in Electorum, aliorumque Statuum ac Nobilium immediatorum præjudicium non vergant. A. B. *c.* 13. Capitulatio Leopoldi *art.* 25. Josephi *art.* 24. Caroli VI. *art.* 1. Cujus autem est concessio Privilegiorum, ejus quoque est de iis cognitio, si de substantia, validitate, mente ac voluntate privilegii quæstio oriatur; Si autem de illorum violatione ad pœnas iis insertas agatur, Camera in cognoscendo & judicando concurrit. vid. Gail. 1. O. 1. *num.* 7. *seq.* Blum. *P. C. tit.* 39. *num.* 7. *ibique Decker in vindic.* & *in Processf. Informat.* Et eodem modo se res habet VIII. cum cognitione de controversis vectigalibus inter Electores & alios Imperii Status, sive actoris sive rei partes Electorum aliquis sustineat. Capitul. Leop. *art.* 24. Josephi *art.* 23. Uffenbach. *de Jud. Aul. cap.* 10. *pag.* 89.

VIII. Jus cognoscendi de controversiis inter Electores & alios Imp. Status vectigalibus.

XXXIV.

IX. Jus cognoscendi de controversa Statuum in Sessione Comitiali aliisque actibus Præcedentia.

IX. Iisdem accensetur quoque Jus cognoscendi de controversa Statuum in Sessione Comitiali, aliisque actibus Præcedentia. Controversiarum harum tanta in Imperio fuit & est etiamnum copia, ut singulis fere Comitiis novarum litium clamoribus atria & subsellia personent, propter quas dispares inter Status Imp. oriuntur affectus, & animi inde distracti ab arctiori illa conjunctione & confidentia, von dem alten Teutschen Vertrauen, longius indies recedunt, R. I. *de anno* 1603. *§.* 66. vota in Consiliis imminuuntur, R. I. Spir. *de anno* 1570. §. 160. Comitia protrahuntur, R. I. Spir. *de* 1526. §. 28. Expeditiones publicarum rerum impediuntur, d. R. I. Spir. *de* 1570. *§.* 160. Cognitio autem earundem ex ipsorum Statuum agnitione ad solum spectat Imperatorem, exclusâ Camerâ, secus ac Vultej. *ad l.* 1. *C. ubi causa fiscal. num.* 30. existimat, nec Austregarum in iis fundata est jurisdictio; non obst. R. I. Spir. *de* 1570. §. 160. Klock. *relat. Camer.* 168. *num.* 63. Limn. *Tom.* 1. *&* 2. *addit. ad lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 92. Specimen illustre exhibuit Imperator per Senatum Imp. Aulicum anno 1662. inter Episcopum Aichstetensem & Spirensem pronunciando: In streitigen Præcedenz-Sachen sich enthaltend zwischen Herrn Marquard, Bischoffen zu Aichstadt, an einem, und Herrn Lothario Friderichen, Bischoffen zu Speyr am andern Theil, ist die Sache von Ambts wegen vor beschlossen angenommen, und darauff, allem Vorbringen nach, zu recht erkandt, daß dem Herrn Bischoffen zu Speyr nicht

gebühre, noch gezieme, den Herrn Bischoffen zu Aichstett an seinem, in dem Reichs Fürsten-Rath, hergebrachten Vorsitz, Stand und Stimm, zu turbiren, zu hindern und zu beschwehren, sondern daran zu viel und unrecht gethan habe, derowegen Er von solchem allen abzustehen, und sich dessen hinführo zu enthalten schuldig seyn solle, massen er zu dem allen hiemit condemnirt und verdammt wird. Signatum Wien den 30. April 1662. Aliud exemplum extat ap. Authorem der Grundfest des Heiligen Römischen Reichs *p. 2. cap. 5.* §. 2. add. Decretum Sigismundi de dato Constantiæ 1415. apud Lunig. R. A. *Part. Spec. part. 2. Num. 2. pag. 5.* Ex quo patet, sine causa Imperatori imputari, quod ne unicam controversiam unquam deciderit.

XXXV.

X. Jus ultimæ cognitionis et extremæ provocationis.

X. JUS ULTIMÆ COGNITIONIS ET EXTREMÆ PROVOCATIONIS, vi cujus Imperator in justitiam sententiarum in Principum & Statuum Imperii judiciis latarum per provocationem ad ipsum devolutarum inquirit, easque vel reformat vel confirmat, in Summo Judicio Aulico verò sine ulteriori provocatione partibus litigantibus jus dicit, etsi in nonnullis hodiè sit restrictum, suo modo tamen Ei salvum & illibatum adhuc esse, & exerceri ab ipso etiamnum, potissimum in Augustissimo Judicio Aulico, & per illos, qui ab Eo Privilegia de non appellando, tam illimitata, quàm limitata, quorum magnam copiam nobis exhibet Cortrejus *Corporis Juris Publ. Tom. IV. circa fin.* legitime impetrarunt, quæque à solo Imperatore concedi queunt, vi R. I. novis. *de anno* 1654. §. 115. negari nequit. Cum autem de his, nec non summis ac subalternis Imperii Judiciis latius egerimus per aliquot capita in Introductione nostra, illic actum non iterum hic agemus, ne Dissertatio nimium excrescat, unicum hoc modo endituri, nequaquam audiendos esse, qui ab Imperatore in civilibus causis vel ad Concilium, vel ad Curiam Romanam provocari posse statuunt; Hinc cum Ericus V. Dux Saxo-Lauenburgicus in causa adempti sibi ab Imp. Sigismundo ob neglectam investituræ petitionem intra debitum tempus Electoratus Saxonici ad Concilium Basiliense appellasset, Imperator eam appellationem in Comitiis Imp. Ulmensibus publico Edicto pro nulla declaravit, ut videre est apud Goldastum *Tom. 3. Constit. pag.* 440. add. Londorp. *Actor. Publ. Tom. 1. libr. 1. pag. 27. seqq.* Appellationes autem ad Curiam Romanam satis repressit 1. Constitutio Ludovici

De provocatione ad Concilium, vel ad Curiam Romanam in causis civilibus illicita.

Bavari *d.* 22. *Julii anno* 1338. promulgata, à Goldasto *Tom.* 2. *Constit. Imp. pag.* 86. exhibita. 2. Edictum Maximiliani I. *de anno* 1505. wider des Pabsts angemaßte Jurisdiction im Römischen Reich, apud Goldastum *Part.* 2. der Reichs-Satzungen *pag.* 179. 3. Mandatum Generale Caroli V. Bruxellis *de* 3. *Octobr.* 1548. emissum, relatum à Goldasto *Tom.* 2. *Constit. Imp. pag.* 339. 4. Ordinatio Cameræ *part.* 2. *tit.* 7. junct. *p.* 3. *tit.* 51. 5. Recess. Imp. *de anno* 1654. §. 164. 6. Capit. Leop. *art.* 19. Joseph. *art.* 18. Caroli VI. *art.* 14. Imò ne quidem ab Episcopis temporalem jurisdictionem ab Imperio recognoscentibus in caussis prophanis ad Pontificem & Curiam Romanam appellari potest, sed ad Imperatorem appellandum, contraque aliter facientes mandata sine clausula decernuntur, nulla in contrarium valente consuetudine. Capitulatione Caroli VI. *d. art.* 14. Thom. Merckelbach ap. Klock. *Tom.* 1. *Conf.* 2. Impudens ergò Postulatum fuit, cum Pontifex Innocentius XI. anno 1686. voluit, ut ab Electore Coloniensi, ejusque Administris & Officialibus, ut vocant, Leodiensibus in posterum neutiquam ad Camerale Imperii vel Aulicum Imperatoris judicium, sed ad Internuntium Pontificium, aut ad ipsam Sedem Romanam, appellari ac provocari deberet, ac hinc Advocatos, Notarios & Procuratores jurisjurandi fide de non appellando ad Judices Laicos, uti ad Judicium Camerale & Aulicum Imperatoris, adstringendos esse desideravit, quin & eo prolapsus, ut non tantum contra Consiliarios Electorales, verum etiam contra Partes, Declarationem excommunicationis majoris, nisi intra mensis spatium provocationem ad Cameram Imperialem in causa Monasterii Siegebergensis revocarent, evulgaverit. Elector autem Coloniensis recte excommunicationem istam pro irrita, viribusque juris destitutâ habuit, & Camera Imperialis, pro asserendâ Imperii jurisdictione, Pœnali & gravissimis clausulis munito Mandato Electorem Coloniensem & Comitem Palatinum Neoburgicum Monasterii Siegebergensis reditus atque obventiones in suis ditionibus eò usque attinere jussit, donec Administrator illius cœnobii una cum Capitularibus, cæterisque, quorum consilio ea in re usus, excommunicationem Pontificiam suâ operâ procuratam, reipsa revocasset, & idonee cavisset, quod in causa inter monasterium & Buschm. heredes agitatâ, sententiam Judicii Imperii Cameralis quietè expectare, eique omninò parere vellent. Quod si autem Pontificia Sedes ejusque emissarii in hac causa amplius quid tentare,

tentare, literasque declaratorias affigere, aut alio modo illam excommunicationem denunciare ausi fuerint, antiquatis protinus, revulsisque his omnibus, auctores juxta atque instigatores in carcerem esse rapiendos mandatum, quo aliis non modò metus talia perpetrandi injiciatur, sed & Romanenses ab ejusmodi injustis molitionibus in posterum revocentur. Quo ipso decreto jurisdictio Imperii adversus ejusmodi Pontificios conatus sic satis asserta & stabilita esse credebatur. Non tamen ab injustis his moliminibus prorsus desistere Curiam iis Romanam, contrà vero summa Imperii nostri Tribunalia ac Comitia iis sese justissimè opponere, ac illa eludere, patet ex *Justitia Declarationis in Bannum in Camera Imperiali 7. Julii* 1698. *facta, in parallelo posita cum anomia & nullitate sententiæ Censurarum declaratoriæ per quendam Auditorem Rotæ Aloysium Priolum pronuntiata, ratione causæ in dicta Camera agitatæ inter Catharinam Mottet, & Johannem de Herve uxorio nomine Catharinæ Savenay ex una, & Waltherum Counotte ex altera parte, typis excusa Wezlariæ d. anno* 1698. nec non ex Actis relatis à Fabro in der Europ. Staats-Cantzley. *Part. XI. pag.* 79. *seqq.* de conamine Capituli Thorunensis, quod in causa Feudali contra Abbatissam suam puncto feloniæ ad Nuncium Pontificium appellare tentavit, Abbatissa verò, quæ nata Comitissa de Lœvvenstein, sed pro Principe Imperii & Domina territoriali se gerit, in Comitiis Imperii publicis desuper conquesta obtinuit, ut per conclusum trium Collegiorum d. 30. Junii 1706. à Sacra Cæsarea Majestate petitum sit, ut conamen istud annulletur, & affectata Nuncii Papalis potestas cohibeatur.

XXXVI.

Nulli quoque dubitamus, quin rectè etiamnum Reservatis Imperatoris annumerentur XI. JUS VENIAM ÆTATIS tam Principibus, Comitibus Imp. ad capessendum regimen Provinciarum suarum, quam privatis, qui per totum Imperium pro Majoribus haberi cupiunt, CONCEDENDI. XII. JUS FAMÆ RESTITUENDÆ, ita, ut restituti per integrum Imperium Romano-Germanicum pro honestis hominibus habendi. XIII. JUS ILLEGITIME NATOS LEGITIMANDI ET NATALIBUS RESTITUENDI, eo cum effectu, ut quis ubique per totum Imperium munerum, juriumque universorum, quibus legitimi fruuntur, capax censeatur. XIV. JUS LITERAS AC INDUCIAS MORATORIAS INDUL-

XI. Jus Veniam Ætatis concedendi.

XII. Famæ restituendi.

XIII. Illegitime natos legitimandi.

XIV. Inducias mora-

torias indulgendi. XV. Nundinas generales concedendi. XVI. Absolvendi à Juramento. XVII. Proponendi in Comitiis Imp. univ. XVIII. Dandæ urbis. XIX. Concedendi exteris potestatem milites in Imperio conscribendi. XX. Jus Postarum universalium.

DULGENDI. XV. JUS NUNDINAS GENERALES SOLENNES AC PRIVILEGIATAS CONCEDENDI. XVI. JUS ABSOLVENDI A JURAMENTO quoad effectum agendi, quanquam hoc & Cameræ Imperiali competat. *O. C. p. 2. tit. 24.* XVII. JUS PROPONENDI IN COMITIIS Imperii universalibus. XVIII. JUS DANDÆ URBIS. XIX. JUS CONCEDENDI EXTERIS POTESTATEM MILITES IN IMPERIO CONSCRIBENDI, per R. I. noviss. *de anno* 1654. §. 168. Quorum singulorum Jurium explicationem hic subjungere cum instituti ratione prohibeamur, remittimus L. B. ad Introduct. nostram, aliaque Juris Publ. Compendia, juxtaque ea commendamus Myleri ab Ehrenbach *Ætologiam, & Stratologiam cap.* 12. §. 7. 8. 9. Per-Illustr. Dn. Lynckeri *Disp. de Jure restituendæ famæ.* Disp. nostram *de Jure liberor. inscio vel non consent. Patre legitimatorum.* B. D. Lauterbachii *Disp. de Rescriptis Moratoriis.* Ahasv. Fritsch. *tr. de Jure Nundinarum.* B. D. Rebhanii *Disp. de Relaxat. à Juram. præstito.* Thomasii *Disp. de Jure dandæ Civitatis.*

XXXVII.

Agmen Reservatorum Imp. claudit Jus Postarum Universalium, das *Regal* durchgängige General Reichs-Posten zu bestellen, vi cujus Imperatori competit potestas, ea, quæ ad Postas has universales ac Generales spectant, ordinandi, iisque supremum ac Generalem Postarum Præfectum seu Magistrum præficiendi. Quam summam Postarum Præfecturam à Maximiliano I. Imp. Franciscus de Tassis seu Taxis, quia ipse Imperatori omnem rationem, qua Postæ per Germaniam constitui possent, ostendit, atque ut destinata ad optatum perducerentur finem, manibus pedibusque, præfectiones quaque versus instituendo, contendit, præmii loco pro navata opera, feudi masculini jure, cum omnibus, qui exinde redundant, fructibus & compendiis ex literarum aliarumve rerum commissarum transportatione percipiendis, pro se ac fratribus, quia cælebs mortuus, accepit, quod feudum à Carolo V. Ferdinando I. & horum successoribus in Imperio illius ex Fratre Rogerio Nepoti, Johanni Baptistæ de Taxis & posteris ejus (ex quibus ipsius Nepos Lamoralius de Taxis à Matthia Imp. ad Comitis, illius Atnepos autem Eugenius Alexander de Taxis ad Principis Imperii dignitatem ab Imp. Leopoldo evectus est,) subinde confirmatum. vid. Lunig. R. A. *Part. Gen. pag.* 440. *seqq.* à Ferdinando II. Imp. autem postea anno

anno 1621. ex singulari gratia in feudum fœmininum conversum fuit. vid. Lunig. *l. d. pag.* 449. quanquam in Imp. Leopoldi investitura Eugenio Alexandro de Taxis anno 1677. concessa rursus tantum masculorum fiat mentio, ut videre est ap. Lunig. *d. l. pag.* 469. Harum Postarum Imperialium protectionem nactus est Elector Moguntinus Archi-Cancellarius Imp. Ludov. ab Hornick *tr. de Post. cap.* 6. *th.* 2. Postarum autem Provincialium constituendarum Jus cum libera de iis, quæ ad istas pertinent, dispositione in territoriis & ditionibus suis Status & Principes Imp. vigore superioritatis territorialis sibi vindicant, ad Exemplum Archi-Ducum Austriæ, qui in ditionibus suis hereditariis Germaniæ incorporatis postas ejusmodi ordinarunt, iisque anno 1624. Baronem, nunc Comitem de Paar præfecerunt. vid. Lunig. *d. l. pag.* 450. quod quo jure illi fecerunt, eo etiam idem sibi licere contendunt cæteri Status Imperii.

De Jure Postarum Provincialium Statuum Imperii.

XXXVIII.

Quamvis verò Comites, nunc Principes de Taxis Jus Postarum privative in toto Imperio prætenderint, hincque Lamoral Claudius Franciscus de Taxis Johannis Baptistæ abnepos anno 1659. à Consilio Cæsareo Aulico petierit Mandatum ad Electorem Brandenburgicum & Duces Brunschvvigo-Luneburgenses, ut Postas in ditionibus suis constitutas abdicarent, ac cum id à Consilio Aulico obtinere non posset, ipsam Cæsaream Majestatem adiit, Eamque imploravit pro obtinendis Mandatis Inhibitoriis, à qua etiam Mandatum ad Electorem Brandenburgicum Fridericum Wilhelmum impetravit, quod refert Cortrejus *de Regali Postar. jure n.* 18. Attamen Elector Brand. sua & Constatuum Jura eleganti Responso mascule defendit, monstrando Imperatori, quemadmodum ipse & Constatus sui jure Majorum in antiquissima possessione constituendi Postas in territoriis suis conspicui sint, salvis Cæsareis Postis universalibus in Imperio, quod Responsum itidem exhibet laud. Cortrejus *d. l. n.* 19. Et cum nondum quiesceret Comes de Taxis, sed extraheret Mandatum ad Comitem de Gronsfeld, ut Postarum Magistros à Statibus Imp. in illorum territoriis constitutos dejiceret, in Conventu Circuli Sax. Inf. Luneb. anno 1662. consultatum, quibus mediis ausus Comitis de Taxis in turbandis Juribus Postarum Statuum Imp. cum efficacia profligari possent, & conclusum fuit, Imperatori ausus Comitis de Taxis injustissimos repræsentandos, cum humillima petitione, ut Imperator Status in antiqua possessione sui juris tueatur, quod & factum, referente laud. Cortrejo *d. l.*

n.25.seq. Et de illa antiqua Statuum Imp. possessione & exercitio juris instituendi Postas in territoriis suis testantur satis R. I. Spir. *de anno* 1542. §. 45. ac Responsum Electorum, quod Ferdinando III. Imp. in Conventu Colleg. Ratisbonensi consilium illorum super eo: An Civitatum Imp. Postas tollere liceat? expetenti *d.* 17. *Jan.* 1637. his formalibus dederunt: Nachdem mahl etliche Reichs-Städte auf das alte Herkommen und ihre dißfalls erlangte possession sich beziehen, daß es dabey allerhand difficultæten abgeben dürffte, wäre derowegen eines Hochl. Chur-Fürstl. Collegii gehorsambstes und ohnmaßgebiges Gutachten, und Meynung, daß an allen denjenigen Orthen, wo keine Ord. Posten durchgehē, oder angestellt seyn, die Ordn. der reitenden oder zu Fuß gehendē Bothen billig zu lassen, und denen Städten selbst, durch deren territoria solche Anordn. zu machen, Krafft ihrer Regalien, damit sie vom Reich beliehen, heimzustellen sey rc. nec eam negare potest ipse Lud. ab Horn. *de Postar. jure c.* 19. *th.* 1. qui alioquin Comit. nunc Princip. de Taxis causam acerrime defendit, cui ex professo se opposuit Emer. Ackold. edito tr. gründl. Unterricht von dem aus Lands-Fürstl. Hoheit entspringenden Post-Regal der Chur- und Fürsten des H. R. Reichs, quo Stat. Imp. Jus Postarum Special. ac Provincial. firmissime assertum ivit ac propugnavit; & cum Scripto huic à Cæsar. Turriano (sub quo latere voluit Zimmermann. Cancellarius Hildesiensis) opponeretur tr. inscriptus: Glorwürdiger Adler, daß ist, gründl. Vorstell- und Unterscheidung der Kayserl. Reservaten und Hoheiten von der R. Stände Landes-Fürstl. Obrigkeit, absonderl. aber von den Ihro Kayserl. May. reservirten Post-Regal im gantzen R. Reich und allen dessen Provincien Teutscher Nation &c. Turrianas has objectiones rursus diluit ac profligavit Emer. Ackold. in, sub vero suo nomine Andr. Ockelii, J. U. D. & Scabinatus Elect. Brand. in Ducatu Magd. Assess. edito *Disc. Juridico Polit. de Regali Postarum Jure Elect. Principumque Imp.* quibus hoc Jus vigore superioritatis territ. Seren. Princ. Germaniæ competens, denuò in eod. enixè asserit. Cujus Sententiam etiam sequuntur ac tuentur Cortrejus *tr. de Regali Postar. jure p. tot.* Mulzius *in Repræsent. Majest. Imperat. lib.* 2. *c.* 11. *§.* 4. Sebast. Feschius & Franc. Gualter. Burckard. *in Diss. de Cursu Publ. ejusque Jure cap.* 10. Coccejus *Disp. de Regali Postar. jure cap.* 1. Ludvvig. *de jure Postar. hered. §.* 6. *seqq.* Wildvogel *de Jure Princip. Emin. circa Postas th.* 7. *seqq.* Joh. Caspar. *Diss. inaug. de Postar. jur. th.* 8. qui in Miscellan. *de Regal. Post. jur.* Christ. Leonhardi cum pluribus huc pertinentibus comprehenduntur.

F I N I S.

DIS-

DISPVTATIO XXX.

DE

PARI NEXV CIVITATVM IMPERIALIVM CVM S. R. IMPERIO,

Von denen Freyen Reichs-Städten/

INAVGVRALIS

DAVIDIS VVILHELMI RAV,
VLMENSIS,

hab. ad d. 5. Mart. MDCCXIV.

SVMMARIA.

CAPVT I.

DE

PARI NEXV CIVITATVM IMPERIALIVM CVM IMPERATORE.

De Origine Civitatum Imperialium. §. 1. *De Civitatibus sub Carolingis.* §. 2. *Post Carolingos.* §. 3. *Fabula de septem Populis Germaniæ, nam* 1. *neque unquam extiterunt.* §. 4. 2. *Neque Duces electi fuere.* §. 5. 3. *Nec hi Ducatus omnia exhauserunt* 2) *exemplo Du-*

cum aliorum. §. 6. b) *Episcoporum.* §. 7. c) *Comitum.* §. 8. d) *Civitatum.* §. 9. *Civitatum Imperialium Nexus erga Imperatorem unus & par est omnium, Fides scilicet & Obsequium.* §. 10. *Hinc omnes Civitates Imperiales sunt Liberæ.* §. 11. *De Obligatione Civitatum erga Imperatorem.* §. 12. *Civitates unde Liberæ dictæ?* §. 13. *Definitio Civitatis Imperialis.* §. 14. *Nulla inter eas differentia.* §. 15. *Variæ divisionis inter Civitates Liberas & Imp riales species.* §. 16. *Argumenta Adversarii pro Discrimine inter Civitates Liberas & Imperiales.* 1. *Quod Imperiales originetenus sint municipales.* §. 17. 2. *Quod quædam Imperatori tributa solvant, aliæ non.* §. 18. *Quæstio, an justum sit, istas collectas renovari? Negatur.* §. 19. 3. *Non obstat, quod Civitates immunitatem à Collectis Privilegiis Cæsareis debeant.* §. 20. 4. *Objectio de Præfectis,* von denen Reichs-Vögten. §. 21. *E re Imperii non est, hasce Præfecturas renovari.* §. 22. 5. *De Homagio Civitatum.* §. 23. *Quid sentiendum de Libertate Constitutiva & Reservativa?* §. 24. *Refutatio hujus divisionis ulterior.* §. 25. *De Judicio Recuperatorio, ejusque causa impulsiva.* §. 26. *Effectu.* §. 27. *Modo procedendi.* §. 28. *Conclusio hujus capitis.* §. 29.

CAPUT II.

DE

PARI NEXU CIVITATUM IMPERIALIUM CUM IMPERIO.

Civitates sunt Status. §. 1. *Ex approbatione Imperatorum.* §. 2. *Et consensu reliquorum Statuum.* §. 3. *Civitates in Comitiis votum & Sessionem habent.* §. 4. *Forma Deliberationum Civitatensium.* §. 5. *Error, Status etiam Mediatos olim Comitiis interfuisse ibique votum habuisse.* §. 6. *Civitates habent Superioritatem Territorialem.* §. 7. *Specialiora Jura Superioritatis Territorialis:* 1.) *Jus Sacrorum.* §. 8. 2.) *Jus Homagii recipiendi.* 3.) *Judiciorum Constitutio.* 4.) *Jus Legislatorium.* 5.) *Jus Privilegia concedendi.* 6.) *Jus Archivi.* 7.) *Jus Fisci.* 8.) *Jus Monetæ.* §. 9. *Jus Belli.* §. 10. *Jus Fœderum.* §. 11. *Jus Legatorum.* §. 12. *Resp. ad Contraria.* I. *Quod Superioritas Territorialis sit varia.* §. 13. II. *Quod Superior. Territ. Civitatibus ordinarie non competat.* §. 14. III. *Quod Super. Territ. obstent Præfecti & Collectæ.* §. 15. IV. *Distinctio inter* Landes-Hoheit und Landes-Herrlichkeit. §. 16. V. *Jus Status & Territorii*

torii non esse connexa. §. 17. *VI. Quod Superioritas Territorialis non possit praescribi.* §. 18. *VII. Quod quaedam Civitates Jure Belli careant.* §. 19. *VIII. Quod Liberae Civitates hoc Jure gaudeant.* §. 20. *Conclusio hujus Capitis.* §. 21.

CAPVT III.
DE
PARI NEXV CIVITATVM IMPERIALIVM INTER SE IPAS.

Par Nexus Civitatum inter se. §. 1. *Non obstat* 1. *Recessus Conventus Civitatum de anno* 1486. §. 2. *Nec* 2. *Comitia Wormatiensia* 1495. §. 3. *Nec* 3. *Controversia inter Coloniam & Aquisgranum.* §. 4. *Nec* 4. *Ordinationis Regimenti nova formula.* §. 5. 5. *Nec Doctorum autoritas.* §. 6. 6. *Nec Collectarum solutio.* §. 7. *Quare quaedam Civitates frequentius Liberae dictae?* §. 8. *Conclusio.* §. 9.

 VIRIS

VIRIS

PER-ILLUSTRIBUS, PERQUAM GENEROSIS, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMIS, ANTIQUISSIMA STEMMATUM PROSAPIA, GRAVITATE, PIETATE, MAGNIFICOQUE MUNERUM SPLENDORE OPPIDOQUAM CONSPICUIS,

DOMINIS

DUUM-VIRIS CONSULIBUS, PRÆTORIBUS, SENATORIBUS ET MODERATORIBUS,

LIBERARUM IMPERII CIVITATUM

OMNIUM ET SINGULARUM

QUOTQUOT

EARUM IN ILLUSTRI CIRCULO

SUEVICO

CONTINENTUR,

DOMINIS SUIS GRATIOSIS, PATRONIS ET FAUTORIBUS MAXIMIS

DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM EA QUA PAR EST SUBMISSIONE ET REVERENTIA *OFFERT ET DEDICAT*

AUTOR.

PER-

PER-ILLUSTRES, PERQUAM GENEROSI, MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, ATQUE PRUDENTISSIMI,

DOMINI GRATIOSI, PATRONI AC FAUTORES MAXIMI.

QUanto magis illud Augusti tenendum esset, cum virum bonum & Civem esse, qui præsentem Reipublicæ Statum mutari non vult, & secundum Ciceronem in Oratione ad Quirites contra Rullum, otii & concordiæ Patrono convenit, defendere Statum Reipublicæ, qui quocunque tempore sit, & quod Livius Lib. XXXV. Histor: ait, optimum quemque præsenti Statu gaudere, eoque contentum esse; Eo minus hunc titulum merentur quidam præcipue novaturientium Scriptorum, qui, prout quisque studio vel potius odio partium trahitur, in scriptis suis vel in Sacratissimam Imperatoris Nostri Majestatem invehuntur, vel Illustrissimi Electoralis Collegii Splendorem aversantur, vel reliquorum Serenissimorum Principum Potentiam allatrant, vel Imperialium Civitatum Libertatem invidioso supercilio aspiciunt, & in genere in eruendis & obtrudendis nævis Nostri Imperii nimium occupati sunt. Verum enim vero, quemadmodum forte negari nequit, Imperium Nostrum suis morbis laborare, ita hoc tanquam commune omnium regnorum malum deprehendimus, nec ullum eorum tam perfectam politiam gloriari potest, quam Philosophi de Utopica sua Republica prætendunt. Hinc concedendum istis Scriptoribus esset, si in recensitione malorum, quæ Germaniam Nostram premunt, cum voto felicioris mutationis subsisterent, cum privatorum non sit, de rebus magnis & publicis sua authoritate judicare, aut, si modo

ſi modo eruditionem ſuam exercere vellent, ſi talia conſilia & remedia ſuppeditarent, quæ quieti & juſtitiæ in Legibus Imperii fundatæ magis convenirent, quam illa, quæ Noviſſimus Diſſertator de Diſpari Nexu Civitatum Imperialium cum S. R. Imperio excogitavit, quando ſcilicet, ad reſtaurandas debilitatas Imperii vires, non aliam promtiorem & magis ſufficientem viam eſſe credidit, quam ſuppreſſionem Civitatum Imperialium. Hæc vero, cum omni Juri, immo & ſanæ rationi contrarientur, Nexum Statuum in Imperio diſſolvant, concordiam per tot ſecula, tam difficulter & tam multo ſanguine comparatam, & in Inſtrumento Pacis ſtabilitam tollant, & Legum Fundamentalium ſtrictiſſimum tenorem evertant, non parum animum accenderunt, ut contra inimicum iſtum, Libertatis communis aggreſſorem, haſce theſes conſcriberem, easque, eâ quâ par eſt ſubmiſſione, VOBIS, VIRI PER-ILLUSTRES ATQUE MAGNIFICI, offerrem. Inſignis equidem audaciæ notam vix effugerem, quod levidenſes has paginas Tot Tantisque Viris conſecrare non erubeſcam, quorum & Splendidiſſimos Natales & Prudentiam conſummatiſſimam, & immenſa alia merita omnes admirantur, niſi præclara, quâ undiquaque reſplendetis, humanitas, protectione ſua politioribus oculis eandem ſubduceret; Proinde eò majori fiduciâ Diſſertationis meæ Sacrificium Tantos Viros ſerena fronte accepturos ſpero, quo ardentiori voto in eâdem id unice egi, ut & boni Civis, & ſubmiſſi Clientis juſtos numeros explerem. Suſcipite igitur, VIRI PER-ILLUSTRES ET NOBILISSIMI, qualescunque haſce Libertatis Noſtræ vindicias, ſimulque publicum Devotionis & Reverentiæ VOBIS debitæ Teſtimonium, quo, ſi non quid debuit, ſaltem quid potuit, mea obedientia exponit. Id inde mihi ſatis gratulabor, ſi exiguum hocce obſequioſiſſimi animi pignus inæſtimabilem VESTRUM Favorem mihi conciliare poterit. Summus vero rerum arbiter DEUS, qui regna in ſua poteſtate habet, etiam Noſtrum Imperium clementibus oculis aſpiciat, in eoque Auream Pacem, quam in limine formidinis & ſpei exſpectamus, reſtituat! Sacratiſſimam Imperatoris Noſtri CAROLI VI. Majeſtatem providentia ſua tueatur! Nobiliſſima ejusdem membra, Principes & Status in perenni felicitate & concordia conſervet! Civitatum Imperialium Libertatem cuſtodiat! VOBIS autem, VIRI PER-ILLUSTRES, GENEROSI, ATQUE MAGNIFICI, Divinum idem

idem Numen vires integerrimas innumeros in annos largiatur, Consiliaque Prudentissima, quibus Civitatum Imperialium Stirpiumque VESTRARUM Illustrium salutem stabilitis, exoptatissimo eventu semper secundet! Vivite, Valete, Favete! Dabam Tubingæ d. 5. Martii 1714.

PER-ILLUSTRIUM, GENEROSORUM ATQUE MAGNIFICORUM VESTRORUM NOMINUM

Submissâ & humillimâ reverentiâ

Devotissimus

DAVID WILHELM RAU.

Q. D. B. V.

PRÆFATIO.

SI nascimur Patriæ *l. 1. §. 15. ff. de ventre in possess. mitt.* Cives, & si Legum Cultor imprimis id agere debet, ut Jurisprudentiæ illam partem solicitius tractet, quæ Patriæ Jura, tam Privata, quam Publica quodammodo, tangere videtur; quanto magis ei incumbet Patriam, ejusque jura ab injuriis aliorum vindicare? Egomet certe, uti naturalem hanc obligationem nullo non tempore præ oculis habui, ita, ut rationem quandam ejus redderem, nullatenus potui occasionem negligere, quæ se obtulit, cum jam studiis Academicis feliciter ad finem perductis & exantlatis consuetis Examinibus, Thema quoddam pro Inaugurali Dissertatione meditarer, forteque fortuna in *Disputationem* inciderim, quam *Joh. Phil. Heuss, Argentinensis, de Dispari Nexu Civitatum cum Imperio,* von Reichs- und Freyen-Reichs-Städten, Halæ Venedorum pro Gradu edidit ac publici juris fecit. In cujus perlectione, nescio, an magis miratus sim invidiam scribentis & livorem, quo erga Civitates Imperiales inflammatus est, an ex repetitione anilium fabularum affectatum novandi studium? Adeo enim *Civitatum Imperialium* Immedietatem, Libertatem, Status qualitatem, Jura & Privilegia pessumdare studet, ut solo hoc intuitu *Autor dictæ Dissertationis* omnem fidem historicam abnegare, Constitutiones & Leges Imperii in dubium vocare, Privilegia adimere, Consilia maligna & turbulenta suppeditare, & levi negotio res gravissimas expedire moliatur. Hoc institutum, quas laudes vel potius pœnas mereatur, videre est *in Præf. Aureæ Bullæ, in Instrum. Pacis art. V. §. 50.* & præcipue in *Capitulatione Gloriosissimi Nostri Imperatoris, CAROLI VI. art. 2. fin.* Proinde non potuit non stomachum commovere scriptum, directò contra fideles Imperii Status directum, & omni nisu discordiam inter eos seminans. Hinc statim animum obfirmavi, Civitatum Imperialium, & sic etiam Patriæ dulcissimæ causam, quoad vires juveniles permittunt, agere, & publico hocce specimine eas ab iniquo isto & inimico rei civitatensis judice liberare. Non equidem refutandi animo has pagi-

paginas conscripsi, præcipue, cum latas *d. Autoris* digressiones de septem Populis Germaniæ, de Hala, Magdeburgo, Argentina, de Civitatibus Mixtis, Hanseaticis &c. insuper habeam, sed saltem PAREM NEXUM CIVITATUM IMPERIALIUM PER TRIA CAPITA: I. CUM IMPERATORE, II. CUM IMPERIO, III. INTER SE IPSAS ostendam, & ad ea, quæ *d. Author* sinistre asseruit, prout quæque causa postulabit, pro viribus respondebo. Antequam autem Discursum ipsum exordiamur, is error est recensendus, qui hactenus quosdam Publici Juris Doctores tenuit, & quo *d. Author* totam suam Dissertationem exhaurit: *Nexum Imperii Civitatum non omnibus eundem esse, sed alium atque alium. Sive: Civitates in Imperio esse vel Liberas, vel Imperiales.* Qua firmata divisione factum est, ut, superfluo & otioso introducto discrimine, summa imis mixta sint, pessima rerum Juriumque perturbatione. Ita enim in Juribus Civitatum recensendis illos inter nimium & parum errare oportuit; cum uni Civitati justo minus dederint, alteri nimium, nulli id, quod æqualitatis & Reipublicæ nostræ rationes exigunt. Scilicet, Jura *omnibus Civitatibus communia*, propria fecerunt *Liberis*, & contra denegarunt *Imperialibus*, quæ ipsis una cum sic dictis *Liberis* competunt. Porro tantæ mixturæ, vel potius confusioni implicant hanc distinctionem, ut in quibus limitibus verè consistat, nemo hactenus divinari potuerit; Nam, quam *Civitatem* in uno capite in numero *Liberarum* referunt, illa in alio *Imperialis* tantum audiet, & vice versa. Taceo, quod hæc differentia omni effectu careat, illum autem, quem *d. Auctor* venditat, nullum esse, sequentes paginæ docebunt. *Deus adjuvet institutum!*

 CAPUT

CAPUT I.

DE PARI NEXU CIVITATUM IMPERIALIUM CUM IMPERATORE.

I.

De Origine Civitatum Imperialium.

De tempore, quando Civitates Imperiales invaluerint, & Immedietatem, Libertatem & Superioritatem Territorialem acquisiverint, res æque in obscuro est, ac dubia est & incerta origo Libertatis & Superioritatis Territorialis reliquorum Statuum, origo Collegii Electoralis, Capitulationum Cæsarearum, Electionis Regis Romani & aliorum negotiorum, de quorum ortu in Imperio Romano - Germanico Historici certant, & adhuc sub judice lis est. Quæ enim paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur, nec nisi conversione secuta sentiuntur. Mirum ergo non est, cum Civitates neque uno eodemque tempore, sed successive, citius aliæ, aliæ serius, neque uno momento, neque uno modo Libertatem & Status qualitatem nactæ fuerint, certum hujus historiæ non posse definiri terminum, hanc autem incertitudinem nequicquam ad infringenda earum Jura obstare, eò magis firmiter sum persuasus, quanto minus quis sana ratione reliquorum Statuum Libertatem & Immedietatem ex hoc capite in dubium vocaret, quod isti æque ac Civitates neque uno tempore, nec uno modo tales effecti fuerint. Proinde superfluum videri posset, de hac materia multas paginas replere; attamen cum non absque ratione jam in hoc passu suspectus nobis sit *Autor d. Differt.* ideo nemo mihi vitio vertet, si breviter quidem, sincera tamen fide, sine ullo adulationis studio, historiam Nostri Imperii, præsertim in celebrioribus revolutionibus referam, & quantum Jura Imperialium Civitatum tangit, commemorem.

II.

De Civitatibus sub Carolingis.

De antiquiori quidem historia ante Carolum M. non sum sollicitus, præsertim cum isto ævo Germania Urbibus, nisi quæ forte ad Rhenum & Danubium extarunt, destituta fuerit, teste de antiquioribus & suis adhuc temporibus *Tacito de Moribus Germanor.* dum inquit: *nullas Germanorum populis Urbes habitari satis notum est, ne pati quidem*

quidem inter se junctas ades: Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem connexis & cohaerentibus adificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitiâ adificandi; de novioribus & Caroli M. ætati proximis idem probante *Conringio de Urbib. German. §. 27. seqq.* & præter multas fabulas Historici illorum temporum nihil habeant, quod pro certo & indubitato venditare queant, quam Germanos semper fuisse libertatis tenacissimos. Neque ætas Carolingorum magnam lucem in hoc puncto Juris Publici nobis præbet, cum in illa, prævalente statu Monarchico, civibus Imperii præter obedientiæ gloriam, & de rebus ad Imperii summam pertinentibus in Comitiis cum Imperatore consultandi facultatem, parum relictum videatur; nulla enim tunc erat Ducum, Comitumve potestas, nisi quæ ipsis à Cæsaribus erat commissa, scilicet quatenus eorum fuêre ministri & Præfecti, quod tamen officium ordinariè ad heredes se non extendebat, quamvis filii, quando se dignos exhibebant, qui succederent in locum Patris, raro negligerentur, sed in officiis patrum confirmarentur, *Lehmann. in Chron. Spir. lib. 2. cap. 15. 16. Myler. in Archol. Ordin. Imp. cap. 7. §. 2. 3. cap. 8. §. 2.* ita, cum & hæ concessiones pedetentim in Jus hereditarium degenerarent, id ratione muneris, non Superioritatis territorialis intelligendum erit. De Civitatibus hujus ævi idem dicendum, quod de aliis urbibus, quæ Principi cuidam monarchicè regenti parent, scilicet, eas quidem Cæsari (non tamen & Imperio, ut hodie,) immediate fuisse subjectas, & ita immediatas audire posse, sed revera præter alia municipia nihil peculiare habuisse. Languescente vero Carolingorum linea, cum conniventiâ & negligentiâ, vel potius debilitate ultimorum ex eâ Imperatorum potentiores eorum Ministri provincias sibi concreditas proprio Jure possidere, & in posteros transferre cœperint, quarundam, sed paucissimarum Civitatum conditio eatenus mutata est, ut ex Cæsareis factæ fuerint Ducales, id est, simul cum provinciis, in quibus sitæ erant, cesserint Ducibus, prout quisque unam alteramve regionem sibi vindicavit.

III.

Post Carolingos.

Extincta cum Ludovico IV. quem alii Infantem vocant, anno 911. vel 912. Caroli M. stirpe, Civitates maximè ad Rhenum sitæ pristinum statum retinuere, reliquis in Ducum potestate permanentibus, quorum Historici præcipue quinque numerant: 1. Conradum

in Franconia, 2. Ottonem in Saxonia, 3. Arnolphum in Bojoaria, 4. Burckardum in Suevia, & 5. Giselbertum in Lotharingia. E quibus Conradus Rex factus fratri Eberhardo Comiti Franconiam concessit, Ottonem autem in Saxonia excepit filius Henricus, ita namque *Luitprandus lib. 2. Histor. cap. 7. Sub quo (scil. Conrado) potentissimi Principes, Arnoldus in Bojoaria, Burcardus in Suevia, Everhardus Comes potentissimus in Francia, Gisilbertus Dux in Lotharingia erant; quos inter Henricus Saxonum & Thuringorum Dux praepotens clarebat &c.* Conf. *Conring. Dissert. de Ducibus & Comitib. Imp.* §. 10. *seqq.*

IV.

Fabula de septem Populis Germaniæ, nam 1. neque unquam extiterunt.

Fabulam ergo narrat *Author d. diss.* quando *in Cap.* 5. tam multa & egregia verba de septem istis Populis, Saxonia, Franconia, Suevia, Bojoaria, Thuringia, Vandia & Bohemia facit. De quatuor prioribus res clara est, sed cur ex Thuringia separatum Ducatum efficiat, non video, cum satis constet, Ottonem, Henricum & reliquos eorum successores Thuringiam cum Saxonia possedisse, & demum à Lothario Sax. Imp. huic provinciæ Ludovici Barbati nepotem Ludovicum III. nomine Landgravii præfectum fuisse, vid. ipsum *d. Authorem Cap.* 5. §. 14. forsan, quod Henricus non qua Saxonum Dux, sed qua Princeps Thuringorum hanc provinciam habuit, sed si hoc, quid de reliquis Ducibus erit dicendum, quorum cuilibet una plures provinciæ paruerunt? Bohemiam & Vandiam verò perperam Germaniæ Provinciis adscribit: ratione Bohemiæ sufficiat producere verba *Dissertationis sub Præsidio Dn. Joh. Petr.* Ludwigs, *Prof. Halens. de Henrici Aucupis Historia ancipiti habita, in cujus Cap.* 10. §. 28. ita sonant formalia: *Haud secus cum Bohemia est comparatum, quam nonnulli (quo jure, nunc non disquiram,) Cardinalibus in Germania provinciis annumerant. Olim quidem totam regionem ab Henrico armorum virtute subactam Germanicoque regno tributariam factam esse, ab omnibus fuit creditum, sed opportune monuit Bohuslaus Balbinus, accuratus ac diligens Bohemicarum rerum scriptor, Bohemiam tunc in partes fuisse scissam, nec uni, sed pluribus Ducibus Principibusque subjectam, hinc Lucensis, Mielcensis, Boleslaviensis, Cautrimensis mentionem frequentem apud veteres fieri. De solo igitur Wenceslao Pragensium Principe intelligenda victoria est, quam à Bohemis Henricus reportavit &c.* sed quis à subjecto aut victo & tributario ad Statum Imperii argumentaretur? quam qualitatem longo post tempore Duces & Reges Bohemiæ obtinuere, & quæ ipsis in persona Josephi Gloriosissim

ſiſſimæ memoriæ Imperatoris aliquot abhinc annis pleniſſime reſtituta fuit. Vandi & Slavi, quam miſerè Imperium continuis irruptionibus inquietarint, hiſtoria teſtatur, & quam minitatus eſt ultimam cladem Henricus, intulit demum Otto M. qui, conſtituto ibi Marggravio, has provincias cum Imperio conjunxit, aſt ubi iſte Septemvir nationis Germanicæ ſive Dux Vandorum? Non enim iſti Marggravii Duces Slavorum ſive Vandorum, ſed contra eos conſtituti fuerunt, hodiernum autem incrementum, quo claret Domus Brandenburgica, non uno momento ſtatim cum primo Marggravio, ſed ſucceſſu temporum & demum ſub Friderico II. invaluit. Lotharingiam autem à corpore Imperii Germanici per Carolum Simplicem Galliæ Regem conniventiâ Giſelberti ejuſdem Ducis avulſam, fortiſſima manu Henrici Aucupis, accedente ipſius Caroli Simplicis Galliæ Regis conceſſione, ob ſperata ab Henrico auxilia, ſi iis opus eſſet, ad componenda bella civilia in Gallia exorta, ad obſequium Germaniæ redactam eſſe, vel ſolius ſupra citati *Luitprandi* teſtimonium probat. Facili negotio hanc ſententiam infinitis allegationibus ſcriptorum confirmarem, ſi operæ pretium eſſet, in re, adeo in ſenſus incurrente, ambagibus uti.

V.

2. Neque Duces electi fuere.

Id verò ſilentio præterire nequeo, quod *Autor d. Diſſert. cap.* 3. *§.* 2. *&* 3. aſſerit, ſeptem iſtos Populos Francica ſtirpe regnatrice extincta redditos eſſe ſui juris, & quemlibet ſuum ſibi elegiſſe Ducem ſive Dominum ſupremum. De Vandis & Bohemis ex ſupra dictis jam amplius quæſtio nulla eſt. Thuringia ſub Saxonia comprehenditur, in hac autem Henricus Ottoni, Otto Ludolpho absque ulla populi interpellatione hereditario Jure ſucceſſere, teſte *Alberto Stadenſi ad annum* 1024. conf. *Pfeffinger. in Vitriar. Illuſtr. Part.* 1. *L.* 1. *tit.* 16. *§.* 4. *lit. a.* Conradus in Franconiâ ſuo motu Ducis titulum aſſumſit, & in fratrem Eberhardum transtulit, vid. *VVittichind. Monach. Corbejenſ. lib.* 1. *de geſtis Ottonis I. Albert. Stadenſ. ad annum* 917. In Bavaria Arnolphus ſucceſſit Patri Luitpaldo, ſive Leopoldo, ita enim *Regino: Anno Dominicæ Incarnat.* 907. *Bavari cum Hungaris congreſſi, multa cæde proſtrati ſunt, in qua congreſſione Luitpaldus Dux occiſus eſt, cui filius Arnolphus in Ducatu ſucceſſit*, idem ex Ottone Friſingenſi refert *Pfeffinger. in Vitriar. Illuſtr. lib.* 1. *tit.* 16. Hic enim Arnolphus cum Henrico Aucupi delatam dignitatem Regiam invi-

invideret, causam dedit, ut Henricus primam suam contra ipsum expeditionem susceperit, pugnam tamen cum eo non commiserit, sed orationis prudentiâ rebellantem ad officium reduxerit, cum enim ad Ratisbonam utrinque acies armatæ classicum expectarent, evocatum ad privatum Colloquium Arnolphum Henricus Imperator multis verbis de rebellione dehortatus est, & gravi Oratione ita animum ejus flexit, ut obsequium & pacem promiserit, & Henrici amicus factus fuerit. Giselbertus non tam Procerum consensu, quam armis Lotharingiam obtinuit. De Burkardo, electione an potius Regia constitutione ac concessione ad Ducatum Sueviæ pervenerit, parum refert. In conferendis autem Ducatibus delicto vel morte vacantibus populum nullam electionis potestatem habuisse, sed Cæsares pro lubitu hac in parte jus suum exercuisse, exempla innumera id comprobant, quæ recensere superfluum, nec instituti mei est. Jam ergo, ut è diverticulo in viam redeam, paucis adhuc demonstrandum est, septem istos populos vel potius supra citatos Ducatus adhuc integros, quales sibi dictus *Autor* usque ad tempora Conradi II. vel Friderici I. in *cap.* 4. §. 4. fingit, non omnia secundum mentem ipsius exhausisse, sed subinde novos Duces creatos, Episcopos una cum territoriis Principalem Dignitatem consecutos, Comites Immediatos & Civitates Liberas fuisse.

VI.

3. Nec hi Ducatus omnia exhauserunt a) exemplo Ducum aliorum.

Inter Ducatus primò referas Lotharingiam, quamvis hæc potius ad Ducatus antiquos sive extinctâ Caroli M. stirpe extantes referenda. Post nominandus venit Ducatus Luneburgicus, cui ob bene merita Otto I. Imperator, una cum Principali Dignitate, præfecit Nobilem Hermannum de Stubeckershorn. *Lehmann. Chron. Spir. lib.* 5. *cap.* 5. *ibiq. alleg.*

VII.

b) Episcoporum.

Episcopos & Sacerdotes omni tempore in magno honore Germanis fuisse, jam *Tacitus* testatur *cap.* 7. & 11. *de morib. Germ.* Apud Imperatores & Reges Francicos nullum bellum susceptum vel prælium commissum, vel alia res magni momenti decreta, nec aliud quid expeditum fuit, cui Episcopi non interfuerint, *Lehmann. l.* 2. *cap.* 15. Credebant enim antiqui Imperatores, tum demum omnia recte processura, si Religionis Antistites suis consiliis præsentes haberent;

berent; postea ingravescente barbarie, cum reliqui armis & bello studerent, Episcopi literis imbuti & Politicis negotiis assueti, ita se necessarios Imperatoribus reddebant, ut consilia eorum omni honoris genere & immensâ liberalitate emere necesse haberent, hinc cum se summis honoribus præfulgere, & opibus abundare viderent, ad parem cum secularibus Principibus Dignitatem & potestatem adspirare cœperunt. Quod Ottonis I. tempore factum, hic enim primus Ecclesiasticis Jurisdictionem secularem cum integris territoriis ac feudis regalibus concessisse fertur, atque inde Ordinis Sacri in rebus secularibus potestas communiter *Ottonismus* vocatur, sentiente sic *Theodorico de Niem*, qui seculi XV. initio vixit in aula V. Pontificum, intimus eorum Secretarius, & tandem Episcopus Verdensis factus, *in Ottone M. pag.* 184. *Conring. de Ducib. & Comit. th.* 25. 26. *Kulpis ad Monzamb. p.* 2. *c.* 3. *§.* 6. 7. 8. *& alii.* Morem tamen hunc, quo Episcopis & Abbatibus in Germania secularis potestas data, Ottonis M. temporibus antiquiorem esse, & jam cœpisse sub Carolingis, existimat *Pfeffinger. in Vitriar. Illustr. l.* 1. *tit.* 15. §. 5. propter exempla ibidem allegata, qui dicit, *non confundenda esse fundamenta alicujus rei cum incrementis*; Illa jecisse jam Francos Reges & Imperatores, hæc ad Ottonum tempora sequentiumque Imperatorum referenda esse, cum *Boecler. in Notit. Imp. l.* 7. *c.* 1. *Schilter. Codice Jur. Feud. Aleman. cap.* 1. §. 9. *pag.* 26. additque, discrimen esse, si quæras, num ante tempora Ottonum Episcopi secularem potestatem habuerint, & utrum secularibus Principatibus præfuerint? Illud affirmandum, hoc non pariter, cum vix antiquius exemplum detur Brunone Archiepiscopo Coloniensi, cui, fraterno nimium tribuens amori frater Otto I. defuncto Cunrado Lotharingiæ Duce, Ducatum Lotharingiæ cum Diœcesi Coloniensi, filio Wilhelmo Archiepiscopo Moguntino plura loca Ducatus Thuringiæ & Hassiæ simul cum seculari potestate contulit, Alberto Archiepiscopo Magdeburgensi Ducatum ad Albim Scartoviæ gubernandum reliquit. Alios plures Ecclesiasticos Ducatibus, Comitatibus aliisque Feudis cum temporali Jurisdictione ditavit, quos postea reliqui Sacri Ordinis Præsules secuti, certatim sibi paria Jura concedi curarunt. Habes ergo hic Episcopos Imperii Immediatos jam tempore Ottonis I. claros, & qui nulli Ducum subjecti fuere, sed sua territoria & provincias possedere. In eo autem admodum fallit *d. Author in cap.* 4. §. 6. dum perhibet, Episcopos non

 mune-

muneris, sed regionis ergo in Comitiis comparuisse, & fundum, quamvis etiam mediatum, suffragii & loci in Comitiis causam fuisse. Quemadmodum enim, id quod ex antecedentibus patet, superstitiosa reverentia Regum & Imperatorum ab initio ipsis consortium Consiliorum comparavit, ita non regio, nec fundus, isto tempore apud plerosque admodum exiguus, sed pietas vel conscientia & experientia negotiorum publicorum in illis spectata fuit, nec ipsis votum in Comitiis propter fundum, sed fundus propter votum, id est, provinciæ & Jura territorialia propter insignem autoritatem, quâ per consilia sua & suffragia in Comitiis pollebant, ipsis accrevêre. Et ita post Ottonis I. tempora, ubi Immediati à mediatis distingui cœperunt, etiam Episcopi propter possessionem Superioritatis territorialis, respectu erga Ecclesiasticam ipsorum Personam jam cessante, Sessionem & Votum in Comitiis tanquam Status obtinuerunt, nec modo nunc se à reliquis separarunt, sed jam tum in vetustissimis Francorum Regni Comitiis Episcopi & Prælati à secularibus Principibus discreti fuerunt, ita quidem, ut plenè sejuncti egerint, uti apparet ex *Hincmar. Epist.* 14. dum scribit: *Seniorum susceptacula sic in duobus divisa erant, ut primò omnes Episcopi, Abbates vel hujusmodi honorificentiores Clerici absque ulla Laicorum immixtione congregarentur. Similiter Comites vel hujusmodi Principes honorificabiliter à cetera multitudine primo mane segregarentur. Cum separati à ceteris essent, in eorum manebat potestate, quando simul, vel quando separati residerent, prout eos tractanda causa qualitas docebat, sive de spiritualibus, sive de secularibus seu etiam commixtis.* Ex quibus patet, Ordinem Sacrum à Secularium Principum Classe ideo distinctum, quod Episcopi & Prælati plurimùm de negotiis ad Religionem spectantibus, Principes autem Seculares de profanis seorsim consultarint, nisi forte causæ gravitas Consiliorum communicationem postulaverit. Hodie omnes tam Ecclesiasticos, quam Seculares unâ Curiâ quidem, sed diversis scamnis sedere constat.

VIII.

c) Comitum.

Comitum quoque olim non modica Potestas fuit, quæ non solum in Jure dicendo, sed quandoque etiam præcipuè necessitatis casu Cives in aciem ducendo constitit, eosque Carolus M. provinciis Germaniæ, Ducibus submotis, præfecit; cum enim horum potestas ultra modum in tantum excrevisset, ut Regibus ipsis obedientiam detrectarent, Carolus Ducum adauctam potentiam infregit, ipsosque Duces insolescentes in Ordinem Comitum redegit, & Ducatus ipsorum

psorum in plures Comitatus diremit, sub posteris tamen ejus constitutio Ducum rursus invaluit, & eorum æque ac Comitum dignitas, quæ hactenus temporalis & ministra tantum fuerat, pedetentim & successivè sub Conrado I. & Ottonibus hereditaria facta, cumque Comitum alii in ipso Palatio, alii in confiniis, alii in meditullio Regni officio suo defuncti fuerint, inde varia & diversa assumserunt nomina, ita ut qui in ipsa Regis aula vel palatio Regis vice jus dixerunt, & simul curam patrimonii & ærarii Regii gesserunt, *Comites Palatii* dicti, qui limitaneis Provinciis tuendis & defendendis præfecti, *Marchiones*, qui in meditullio Regni sitis provinciis regendis præfuerunt, *Landgravii*, qui certa castra sive Burgos Imperiales defendendos acceperunt, *Burggravii* dicti sint; horum autem plurimi Principali dignitate ornati, alii in nudo Comitum nomine substiterunt; omnes autem hi temporis decursu Provinciarum sibi commissarum domini effecti, eas ad posteros suos transmittere cœperint, & hodie tam ampla sit eorum potestas, ut aliquid è summa potestate trahere videatur, quæ vulgo Superiorit. Territor. passim recepto vocabuli usu vocatur, unde brocardicum illud enatum: *Tantum Principem, Comitem & Civitatem Imp. posse in suo Territorio, quantum Imperator in toto Imperio.*

IX.

Nec desunt Civitatum exempla, quæ adhuc ante Fridericum I. sive ante dismembratos istos Archi-Principatus, uti eos vocat sæpe citatus Autor, cum Immedietate Libertatis, si non implementum, certe primitias degustarunt. Quo refert *Schützius Vol. 1. Exerc. 5. §. 24. lit. b.* Norimbergam, quam Conrado I. imperante anno 913. Libertatem jam acquisivisse dicit, quanquam hoc demum sub Friderico I. sec. XII. factum putet *Lehmann. lib. 4. cap. 4.* & probabiliter vetustissimæ Civitates Imperiales sunt Argentina, Wormatia, Spira &c. Postquam enim, Lineâ Carolinâ extinctâ, quod quisque Ducum & Comitum potuit, sibi vindicavit, vix Civitates ad Rhenum sitæ Imperatoris Domanio supererant, quæ pristinum suum statum retinentes, immediate Imperatoribus parebant, qui suam in eas jurisdictionem & potestatem Episcoporum administrationi committebant. Cum verò Imperii facies penitus mutari, Imperatoris potestas diminui, Statuum augeri cœperit, & præcipue Episcopi in tantam audaciam proruperint, ut in Civitates ipsorum

d) Civitatum.

tantum administrationi concreditas, tanquam in patrimoniales dominari cœperint, adeo ut etiam Imperii Conventus ibidem agi Imperatoribus denegare non erubuerint, tunc Imperatores, ad præscindendas aliquanto petulantium Clericorum alas, Episcopis administrationem rursus ademerunt, *& Civitates Libertate* & immunitate donarunt, ita enim ex *Rhenano* refert *Lehmann. Chron. Spir. lib.* 4. *cap.* 1. Hertzog Heinrich, hernach König in Teutschland, hat sich unter allen Ständen des Reichs zu erst zur Freyheit erhoben, und sein Hertzogthum erblich zu regieren angefangen, unter dessen, und seiner Nachkommen ausm Stand Sachsen Regierung, seynd nicht allein andere Hertzoge und Graffen zur Freyheit gelangt, das ist, daß sie die Land, Hertzogthum und Graffschafften gantz oder zum Theil eigen, oder zu erblichen Lehen empfangen, und die Unterthanen von des Königs oder Kaysers Gehorsam erlediget, und ihnen zu Gebott oder Verbott unterthänig gemacht, sondern die Städt seynd in gleichmäßige **Freyheit** durch Milde der König und Kayser, und Bewilligung der Reichs-Fürsten gesetzt worden, bevorab welche an Einkommen und Gefällen zum Reich gehörig, andere übertroffen, und ihre angefangene Freyheit, Recht und Herrlichkeit gegen andere Gewalt schützen und handhaben, und zur Zeit der Noth den Königen, Kaysern und gantzem Reich getreue Dienst leisten können ꝛc. Præcipue autem Civitates multæ ob fidem & obsequium Imperatoribus, maxime Henricis, in istis calamitatibus, quibus Pontificum technis & fraudibus premebantur, præstitum, *Libertatem* nactæ sunt. Ita namque pergit *Lehmann. l.* 4. *c.* 3. Als die hochschädliche Spaltungen und Krieg im Reich, zwischen Kayser Heinrich dem IV. an einem, und denen Bischöffen und Hertzogen in Sachsen, Bayern, Schwaben, am andern Theil angezündet, und daraus langwührige grosse Krieg entstanden, zeugen die Historici, *Albert. Stad. Helmold. Chron. Slav. l.* 1. *c.* 28. daß die Städte am Rheinstrom sich insonders gegen dem belästigten Kayser getreu und behülfflich verhalten ꝛc. Solche aufrechte unterthänigste Hülff, Huld, Treu und Beystand der Städte haben die König und Kayser behertziget, und dem Reich und ihren Nachfolgern an denselben insonders verträglich, nutz, gedeylich und zu Erhaltung Ihrer Kayserlichen Hoheit gemäß erachtet, so sie die Städt gleicher gestallt als die Fürsten aller Freyheit der Regierung theilhafftig machten; Haben auch solch ihr Vorhaben nach Gelegenheit auf allgemeinen Reichs-Versammlungen den Fürsten und Ständen des Reichs eröffnet, und mit derselben

den Consens und Bewilligung die Bischöffliche Reichs-Städte, als Cölln, Maintz, Wormbs, Speyer, Straßburg, (hic nihil de Libertate reservativa, quam *d. Autor cap.* 6. §. 22. *& passim* de sua Argentina tradit,) Basel, und andere am Rhein erstlich der Eigenschafft, deren sie zuvor unterworffen gewesen, nemlich der Regierung der Hertzogen, Graffen und Præfectorum, oder die derselben Stadt und Verwaltung getragen, allerdings ledig gezehlt, also daß sie keinen Obern oder Herrn in Weltlicher Regierung erkennen und wissen, dann die Kayserl. Majestät das oberste Haupt des gantzen Reichs, und aller derselben zugehörigen Stände und Glieder. Has deinde successive secutæ sunt aliæ Civitates, ut Saxonicæ & Bavaricæ, proscripto à Friderico I. Henrico Leone; Suevicæ & Franconicæ post excidium ultimi earum Ducis, Conradini, cum Friderico Austriaco, Neapoli jussu Andegavensium Ducis Caroli anno 1269. capite truncati. Quasdam earum ab aliorum Statuum jugo ad infringendos altiores eorum spiritus ac potentiam vindicarunt, & in Urbes Imperiales erexerunt Imperatores. Quædam pecuniæ interventu Statuum aliorum dominationem evaserunt, ita, ut nullo unquam postliminio ad veterem Dominum reverterentur, quales post alias sunt, Isni, Lindavia, & Patria dulcissima *Ulma*, de cujus liberatione à Monasterio Reichenau, ita scribit *Crusius Annal. Part.* 3. *l.* 4. *c.* 15. *A Ludovico Bavaro impetraverunt Ulmenses, ut solverentur jugo Divitaugiensis Monasterii. Itaque deinde ipsi sibi Senatum, Consules & Tribunos plebis, potestate à Cæsare accepta, constituerunt, Anno circiter* 1346. *ita se tunc fere omnino in Libertatem à Richenoensi Abbate vindicarunt. Adhuc tamen Monachis eos infestantibus, Carolus IV. postea eis privilegia Ludovici confirmavit. Nondum vexare desinentibus Claustralibus, in Concilio Constantiensi & Basiliensi tandem Fridericus III. Ulmam omnino liberavit, cum ea Monachis dedit grandem pecuniam, summam nempe viginti quatuor millium florenorum*, ceu ex *Münstero* tradit *Lehmann. l.* 4. *c.* 4. Aliæ pactis à Statuum Dominatione se liberarunt. Quædam à Principibus & Dominis suis ultro Imperio donatæ sunt, ut Offenburg, Gengenbach, Zell, Pfullendorff &c. Aliæ spontaneo motu se Imperio addixere, & præcipue temporibus Interregnorum, ac aliorum intestinorum dissidiorum multæ immunitatem & *Imperialem* hanc *Libertatem* sibi quæsiverunt. Aliæ alio modo ad *Immedietatem* pervenere.

X.

Civit. Imperial. Nexus erga Imperat. unus & par est omnium, fides scilicet & obsequium.

Omnium autem conditio in eo exæquata est, ut omnes una cum Immedietate *Libertatem & Status Qualitatem* adeptæ, omnesque uno eoque *Pari Nexu, fide scilicet & obsequio erga Imperatorem* obligatæ sint. Unde etiam Imperatores, quod hanc *Libertatem* Civitatibus sartam & tectam velint conservare, vicissim in Capitulationibus promittunt, vide *Capitulat. Caroli V. Maximil. II. Matthiæ, art.* 4. *Ferdinandi I. Rudolphi II. Ferdinandi II. III. IV. Leopoldi, Josephi art.* 3. & gloriosissimus Noster Imperator CAROLUS VI. in *moderna Capitulationis art.* 1. ita iisdem prospexit: Wir sollen und wollen die Churfürsten, Fürsten, Prælaten und Stände, (sub quo nomine in omnibus Imperii Constitutionibus promiscue Liberæ Imperii Civitates veniunt,) die unmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen, bey Ihren Hoheiten, Geist- und Weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt, sonst auch einen jeden bey seinem Stand und Wesen, auch allen und jeden Ständen des Reichs ihre freye Stimm und Sitz auf Reichs-Tägen lassen: Et paulo post: Auch Churfürsten, Fürsten und Ständen, die unmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen, ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, die vor diesem unter Ihnen den Reichs-Constitutionibus gemäß gemachte Uniones &c. auf gebührendes Ansuchen ohne Weigerung und Auffhalt in beständiger form confirmiren, sie auch dabey als Römischer König handhaben und schützen 2c.

XI.

Hinc omnes Civitates Imperiales sunt Liberæ.

Quotquot ergo Civitates supra dictis modis à Cæsaribus vel expressa concessione, vel confirmatione ad Classem Imperialium admissa fuerunt, illa sunt Liberæ, hoc est, ab aliorum Statuum Imperio exemtæ & Immediatæ, sive Imperatori & Imperio immediate subjectæ. Minime vero propterea ista subjectio Imperatori Superioritatem Territorialem, uti quidem vult *d. Autor c.* 6. *§.* 5. in Civitates tribuit: Imperator enim quà talis gaudet Majestate, sive summâ & independenti potestate per universum, quousque se extendit, Imperium, & vi illius Reservata sibi Jura Majestatis per totum, quà patet, Imperium solus libere ubique exercet, hinc Electorum ceterorumque Statuum omnium subditos famæ restituit, natalium labem in illis purgat, ipsis Dignitates confert, privilegia largitur, veniam ætatis concedit, literas moratorias indulget, man-

mandat, ne proſcriptos recipiant; Jura autem Majeſtatis cum Electoribus & Statibus communicata cum illorum, quos quoad illa in conſortium Majeſtatis admiſit, conſenſu per Imperium expedit. Quantum autem Imperator vi Majeſtatis in Imperio poteſt, tantum quilibet Status Imperii quoque poteſt in ſuis ditionibus, vigore Superioritatis Territorialis, quæ eſt poteſtas Majeſtatis æmula, aut ſummo Imperio analoga, illi ſubordinata atque ab eo dependens. Multa jura olim Imperatores in Civitatibus non jure Superioritatis Territorialis, ſed jure Majeſtatis exercuiſſe, negari nequit. Id tamen & in aliorum Statuum Territoriis ipſum feciſſe conſtat. Abſonum ergo plane eſt, Statui cuidam Superioritatem Territorialem abjudicare, ſive inverſo modo Superioritatem Territor. ſub Superiorit. Territ. quærere, petitionem hoc dicas principii, ſed & Status qualitate & Superioritate Territor. Civitates gaudere in *ſeq. Cap. 2.* oſtendam. Imperatori autem hodie in Status quid juris competat, Capitulationes demonſtrant.

XII.

De Obligatione Civitatum erga Imperatorem.

Id ergo operatur iſta ſubjectio Civitatum, ut, ſicut reliqui Status, Imperatori ad fidem & obſequium equidem ſint adſtrictæ, eique debitam reverentiam (majorem certe, ac vult *d. Autor cap. 6. §. 11.* ubi malitioſe de Majeſtate Cæſaris cavillatur,) præſtent, & quæ totius Imperii nomine imponuntur, perſolvant, ultra ea autem, ad quæ antiquitus, & ſecundum Imperii Conſtitutiones obligantur, non poſſint gravari, multo minus Imperatoribus municipiorum inſtar addici: *Ita enim* (ait *Alciatus in l. 111. de V. S.* & *Guicciardinus L. 7. Hiſt. num. 7.*) *francæ ſunt Civitates, quæ quidem Imperatoris faſtigium libenter agnoſcunt, tributis tamen ſe atteri, violentia urgeri, tyrannide opprimi non patiuntur: Quæ penſionibus quibusdam certis & definitis Imperii autoritatem recognoſcunt, ceterum ipſæ ſuis fere moribus & Magiſtratibus gubernantur, neque tam ſtudent Territorio amplificando, quàm Libertati ſuæ conſervandæ.* Et *Æneas Sylvius in Germania ſua apud Schardium cap. 37.* in hunc modum de iis ſcribit: *Civitates, quas vocant Liberas, quomodo Cæſari ſolum ſubjiciuntur, cujus jugum eſt inſtar Libertatis, nec profecto uſquam gentium tanta Libertas eſt, quantâ fruuntur hujuſcemodi Civitates. Sunt autem ultrà centum hac libertate gaudentes.* Neque enim extra provincias hereditarias Imperator eſt Princeps ac Dominus Territorialis, licet Regio Jure cæteris quoque Statibus & Provinciis præſit, ait *Dn.* **Ludewig** *in*

in Differt. de Henrico Aucupe cap. 3. §. 9. nec unquam tam injusti fuerunt Imperatores, ut contra Libertatem, quam semel concesserunt, sibi denuo Superioritatem Territorialem arrogarent. Si enim, Imperio post Carolingorum tempora novam plane formam induente, noluisset Imperatores & Civitatum conditionem mutari, & reliquis Statibus eas æquiparari, quid opus fuisset tam splendidis Constitutionibus, quibus ipsæ Imperio addictæ, & si, quod *d. Autor c.* 6. *§.* 5. innuit, Imperator saltem Ducis loco fuit, quorsum spectat Libertas, Immedietas & Status Qualitas concessa? Certe, si solius Cæsaris arbitrio relictæ, quid negotii ipsis cum Imperio, & cui bono ipsis locus & suffragium in Comitiis? Optime quidem scio, *d. Autorem* in eo esse, ut etiam Municipalibus Civitatibus in antiquis temporibus sessionem & votum in Comitiis adscribat, sed quemadmodum id, ut debebat, non probavit, ita quæso, quid emolumenti ceperint ibidem municipales, cum omne, quod ibi decretum, non in ipsarum, sed in Principis sui arbitrium & executionem redundârit, de hoc vero infra. Firmum proinde manet argumentum: *Omnes Civitates, quæ Imperialium nomine veniunt, ad instar reliquorum Statuum, uno & pari nexu, fide scilicet & obsequio Imperatori obligatas, omnesque Liberas esse. Instrum. Pac. VVestph. art.* 5. §. 29.

XIII.

Civitates unde Liberæ dictæ?

Heic jam se sistit famosa *Divisio Civitatum Imperialium, inter Imperiales tantum, & Imperiales ac Liberas simul.* Antequam autem pedem ad eam moveamus, licebit paucis exponere, quid nobis sub voce *Libertatis* veniat, & quis secundum mentem nostram ejus sensus? Significatum Libertatis in Jure Romano & Politicum jam non curamus: In Jure Publico autem denotat *Statum sive conditionem, vi cujus quis ab aliorum potestate & ditione Liber & exemtus, Imperioque & Imperatori immediate subjectus est.* Et sic in concreto ipsum S. R. Imperium Liberum audit, uti illud vocat Philippus, Hassiæ Landgravius, apud *Hortleder. de Causis Belli Germ. l.* 4. *c.* 5. *p.* 65. In abstracto Liberi vocantur Electores & Principes, Comites & alii Status, die Freye Reichs-Fürsten, Freye Reichs-Grafen, Freye Herrn, Freye Reichs-Ritterschafft ꝛc. & hoc termino etiam *Civitates Imperiales Liberæ* dicuntur, die Freye Reichs-Städte, non quod omnimodo libertate fruantur, aut ab omni obligationis aut fidei vinculo immunes, & ab Imperii & Imperatoris jurisdictione exemtæ sint, sed quod ab Electorum, Principum,

pum, Comitum & aliorum Statuum jurisdictione & exactione liberæ existant, & Imperatori ac Imperio immediatè pareant, unde & porro Immediatæ appellantur. Et quamvis plerumque *Liberæ & Imperiales*, Freye und Reichs-Städte audiant, attamen hæc positio æqualem omnium conditionem non alterat, non obstante, quod copula (und) alias inter diversa ponatur. Est enim illa quidem omnino distinctionis nota, sed ratione qualitatum eidem subjecto competentium, non diversorum subjectorum. Tribuuntur scilicet Civitatibus, quando in subscriptionibus Recessuum Freye und Reichs-Städte vocantur, duo diversa prædicata, quod videlicet Civitates 1. Liberæ, 2. Imperii, id est in Imperii Comitiis Votum & Sessionem obtinentes sint, non vero duæ diversæ earundem constituuntur species, uti ait *Magnif. Dn. Præses in Introd. ad Jus Publ. Part. Special. Sect. 2. cap. 9. §. 1.* Et hæc est genuina sanioris Jurisprudentiæ Publicæ opinio, quam probantes quidem, uti *Autor dicta Dissert. cap. 1. §. 4.* vult, non pecorum ritu sequor, sed absque ratione, vel ex irrationabili in alios odio, vel ex solo novandi pruritu, horum dogma deserere, superbientis delirii genus mihi videtur.

XIV.

Definitio Civitatis Imperialis.

Cæterum, ut etiam de definitione constet, hanc damus: *Civitas Imperialis est communitas quædam Imperatori & Imperio immediatè subjecta, cum reliquis ejusdem Statibus jure sessionis & suffragii in Comitiis Imperii Publicis, & Superioritate Territoriali gaudens.* Nihil hæc differt descriptio ab illa, quam *d. Autor in cap. 6. §. 17. p.* 41. de Civitatibus ipsi liberis tradit, utpote quæ similiter ad omnes Civitates applicari potest, quod exemplo *Patria mea* deducam; nam paret *Ulma* Cæsari, Imperioque absque Domino Territoriali intermedio, in eam nec Cæsar habet Jus Territoriale, nec Imperium, ergo Ipsa habeat necesse est, ipsa sibi est Lex, suorum proventuum ipsa Domina, neque Cæsari Imperioque tenetur, nisi ad collectas, summamque in Matricula definitam. Quod autem definitionem *Civitatis Imperialis* attinet, quam *d. Autor in §. 16. p.* 40. exhibet, *quod* scilicet *talis sit, quæ non solum Domino Territoriali destituta, soli paret Cæsari, sed etiam Votum & Sessionem in Comitiis habet*; non dubitamus, & hanc respectu omnium Civitatum sustineri posse, quippe quæ multis Doctoribus communis est, quamvis enim in hac

nulla fiat mentio Juris Territorialis, attamen hoc tacitè subintelligitur, & est essentiale consecutivum Immedietatis & Status qualitatis, sine quo nec *Immediatus*, nec *Status* concipi potest. Proinde actum agit *d. Autor*, dum in duplici hac definitione Civitatis Liberæ & Imperialis subtilis esse vult; quæ enim absurditas esset dicere, Civitates Imperiales sunt Immediatæ, &, ut verbis *d. Autoris* utar, *in Societate Co-Imperii* constitutæ, sie seynd mit-regierende Reichs-Städte, (absit tamen hæc arrogans locutio à Civitatibus Imperialibus,) & tamen iis Jus Territoriale non competit; aut quâ ratione de Civitate Municipali, quales efficerentur Imperiales, si Cæsar earum Dominus Territorialis esset, asserere potero, illam cum suo Principe pari Imperii & Regiminis jure gaudere. Cum vero Cæsar Status cujusdam Dominus Territorialis non sit, & inter Status sine dubio absque ullo discrimine referantur Civitates Imperiales, vi *Instrumenti Pacis Westph. art. 5. §. 29.* verb: *Liberæ Imperii Civitates, prout omnes & singulæ sub appellatione Statuum non tantum in pace Religionis, & præsenti ejusdem declaratione, sed & alias ubique indubitatè continentur &c.* Idcirco etiam ipsis una tantum Definitio competere poterit.

XV.

Nulla inter eas differentia.

Nullam autem esse inter Civitates Liberas & Imperiales differentiam, Doctores sequentibus rationibus contendunt: (1.) quod neque Imperator inter eas discrimen faciat, sed promiscuè omnes Unsere und des Reichs-Städte vocet, & quamvis *d. Autor cap. 6. §. 12. 13.* alleget Carolum V. qui in literis ad Argentinam ipsam urbem Liberam, eine Frey-Stadt, appellaverit, attamen ab aliis Imperatoribus multoties tantum Civitas Imp. nominatur: sufficiat, hanc in rem duo exempla protulisse. Primum est Privilegium Maximiliani II. quo concessit Universitati Argentinensi Jus creandi Doctores, Magistros &c. ibi namque ita pronunciat: Maximilianus II. &c. Notum facimus omnibus: Posteaquam &c. Nobis honorabiles, Nobis & S. R. Imperio fideles dilecti, Magistri Civium, & Senatores seu Primores Civitatis Argentinensis &c. Secundum ita sonat: Ferdinand der Andere rc. bekennen mit diesem Brieff, und thun kund allermänniglich; Alß Uns Unsere und des H. Reichs liebe getreue N. Burgermeister und Rath der Stadt Straßburg rc. reliqua verba videas apud *d. Limnæum lib. 7. c. 3. in fin.*

(2.)

(2.) Secunda ratio est, quod nec Status eam agnoscant, quotiescunque enim hi Civitatum Imperialium mentionem faciunt, toties ipsas vel Reichs-Städt, vel Freye und Reichs-Städt absque ulla differentiæ consideratione vocant. Id quod maximè videre est in illis Tabulis Fœderis & Pacis publicæ, in denen Bunds- und Lands-Friedens-Briefen, quas Principes, Episcopi, aliique Status cum Civitatibus confecere; de quibus passim & fusè videas *Lehmann. in Chron. Spir.* & *Dn. Joh. Phil. Dattium de Pace Publicâ.* (3.) Nec Civitates hanc differentiam inter se curarunt, de quo in *seq. Cap.* 3. Imò (4.) nec Civitates, quas *d. Autor* solas liberas vult, hanc distinctionem tanti fecerunt, ut adeo pertinaciter hoc Elogium sibi vindicarint, & tam strictè ei inhæserint; Rursus exemplo nobis sit Argentina, quam pro injuriâ habuisse tradit *d. Autor cap. 6. §. 13.* omissionem tituli *Liberæ* Civitatis, quæ tamen quotannis in isto solenni die, quo Cives à novo electo Consule in fidem suscepti, in istis literis, quæ Civibus prælegunt, simpliciter Civitas vocatur. Hæc enim sunt verba initialia earum: Wir die Meister, die Räth, die Ritter, die Knecht, die Burger, die Handwerck und die Gemeind, beede Reich und Arm zu Straßburg ꝛc. reliqua legas apud *Limn. l. 7. c. 3.* & *Knipschild. de Civitat. Imp. l. 3. cap. 51.* Nec (5.) in Comitiis Civitates unquam in *Liberas & Imperiales*, sed in *Rhenanas & Suevicas* fuere divisæ. Unde & (6.) Recessus, omnesque aliæ Imperii Constitutiones de hac divisione silent, & propterea (7.) antiquæ Historiæ est incognita. Quoniam (8.) nec Matricula hæc nomina separet, neque (9.) unquam certus & definitus Catalogus earum urbium, quæ Liberæ sint, & quæ solum Imperiales, extiterit. Neque (10.) usus hujus divisionis ostendi queat. Harum omnium rationum in subsequentibus clarior deductio fiet.

XVI.

Variæ divisionis inter Civitates Liberas & Imperiales species.

Cum autem juxta Philosophorum regulam contraria juxta se posita magis elucescant, hinc ordo nos monet, ut adversariorum opiniones proponamus, & argumenta, quibus potissimum differentiam inter Liberas & Imperiales Civitates defendunt, inspiciamus. Ne autem putes, ipsos in eâ esse unanimes, aut unicam tantum definitionem tradere, vide, quam diversè diversi hoc figmentum excoluerint? (1.) Sunt qui *Liberas* vocant, quæ ab Imperatoribus cum Immediatâ statim Imperii subjectione conditæ, &

hinc vel integram aquilam, vel partem ejus in Insignibus suis referunt. *Imperiales* vero, quæ olim sub Episcoporum vel aliorum Statuum jugo fuêre, postmodum autem ab eorum Jurisdictione pecuniâ se redemerunt, vel aliis modis exemtionem & libertatem obtinuerunt, nihil de Aquila participantes, vid. *Bertram. de Comit. Concl.* 44. *Paurmeister de Jurisdict. l.* 2. *cap. ult. num.* 21. *seqq. Gylmann. tom.* 3. *Symphor. fol.* 143. *Lehmann. Chron. Spir. lib.* 4. *cap.* 4. His (2.) omnino contrarii sunt *Cluten. in Syllog. Rer. Quotid. th.* 27. *lit. c. Matthias Stephani de Jurisdict. lib.* 2. *Part.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. *Besold. de Jure Civit. Imperial. sect.* 4. *Sibrand. de Urb. Lubec. & Anseat. Jure Part.* 1. *Sect.* 2. *num.* 2. 3. *Becker Synops. Jur. Publ. l.* 3. *cap.* 9. *§.* 2. hanc differentiæ rationem plane invertendo, Freye Reichs-Stādte dicentes, quæ Statuum territoriis exemtæ, & Imperio incorporatæ; Reichs-Stādte, quæ à prima origine liberæ fuerunt. Quidam (3.) illas appellant liberas, quæ nunquam sub Præfecto, unter einem Reichs-Vogt, fuêre, è contra ex harum numero expungunt eas, quæ tales Præfectos intra mœnia habuerunt, vid. *Strauch. Specim. Jur. Publ. l.* 1. *tit.* 19. *§.* 2. 3. *Coccej. cap.* 17. *§.* 8. *Henning. ad Becker. l.* 3. *cap.* 9. *§.* 2. Aliis (4.) illæ *Liberæ* audiunt, quæ à Collectis annuis Imperatori debitis, von denen Stādte-Steuren, immunes fuerunt, *Imperiales* autem, quibus dictæ collectæ solutio incubuit. (5.) Nonnulli *Imperiales* esse volunt, quæ Cæsari homagium præstant: *Liberas* autem, quæ fide injurata Cæsari obligantur. Nos, cum præcipuè cum *Autore d. Dissertationis de Impari Nexu Civitatum* nobis res sit, reliquorum rationes ab aliis, *Knipschildio*, *Besoldo*, *Wehnero* &c. affatim explosas mittimus, & ad Apologiam hujus discriminis, quam maxime *cap.* 6. absolvit, discutiendam progredimur.

XVII.

Argumenta Adversarii pro Discrimine inter Civitates Liberas & Imperiales.

1. Quod Imperiales

Primum ergo ejus Argumentum in *§.* 5. *d. cap.* 6. est: *Quod omnes quondam Germanici Imperii Civitates municipales fuerint.* Sed id in eo sensu, quo in *Recessu Imperii d. anno* 1544. §. 39. & *Recess. Imper. d. anno* 1548. *§.* 47. sibi invicem Civitates Imperiales & Municipales opponuntur, universaliter verum esse, non dixerim: Posito vero eo, quomodo hoc nos feriat, non videmus. Licet enim hoc ultro concedamus, quid obstabit hodiernis Comitibus & Baronibus immò & Principibus quibusdam Immediatis, quod olim *Landsassii* fuerint? Sufficit, mutatâ Imperii formâ, & conditionem eorum

rum mutatam, ipsosque è mediatis factos fuisse Immediatos & Liberos. Proinde, qui antea Civitatibus Ducis instar fuit Imperator, ille postea Civitatibus Immedietate & Libertate donatis, & cæteris Statibus adjunctis necesse habuit, & suam qualitatem mutare, in easque, si non plane pari, attamen alio, quam antea usus fuerat, modo regnare. Porro ex hoc præsupposito flueret, quod nulla Civitatum esset Libera, quoniam ab initio municipales fuerint, imo ne Argentina quidem hoc fatale evaderet, eam enim omni tempore, ex quo condita, Liberam fuisse, vix mihi quisquam persuadebit. (Hæc & alia, quæ quandoque de Argentina protulero, adeo non ad infringenda ejus Jura, aut invidendam ei pristinam Libertatem scribo, ut potius exoptarem, quod cum cordatioribus ejus Civibus ipsi amissam Libertatem postliminii Jure restitutam gratulari possem. Nam quam dulces & suaves sint alæ Christianissimi Regis, sub quibus illa *d. Autori in cap.* 1. §. 3. tantopere placet, *Patria mea* cum gemitu in memoriam revocat. Sed de iis, quæ aliquando *d. Autor* sat liberè recenset, ideo dixeram, quoniam non credo, ipsius Libertati quicquam decedere, si pari cum ceteris Civitatibus Imperialibus passu ambulet, uti ambulavit, quamdiu sub Imperio fuit, licet in uno vel altero Prærogativam quandam habuerit.) Carolingorum enim ætate Civitatum Liberarum adhuc nesciâ quid præ aliis municipiis peculiare habuerit, non perspicio. Et adhuc sub Ducibus Sueviæ sat dura fata experta est, de quibus ex *Dithmaro Lehmann. Chron. Spir. l.* 4. *cap.* 2. ita testatur: *Hermannus Alemannia & Alsatia Dux contra Henricum* (*Imperatorem Bavarum vel Sanctum*) *se armavit.* Et post: *Dux, ut audivit, sua à Rege prædata nondum volens humiliari, sed contra Dominum & Regem exaltans se, caput Ducatus sui Argentinam, qua* Straßburg *dicitur, quia Episcopus ejusdem urbis W celinus sibi resistere præsumsit, cum Cunrado, suimet genero milite petit armatos, murosque ascendens nil victis reliquit.* In alia hujus urbis fatalia tempora inquirere instituto prolixius foret. Sed quicquid sit, illam teste eodem *Lehmann. l.* 4. *cap.* 3. una cum reliquis ad Rhenum Civitatibus ab Imperatoribus Libertate donatam fuisse, sat probat, nihil interesse, quod Civitates Imperiales olim Municipales fuerint, nec propterea inter eas aliquod discrimen obtinere.

originetenus sint municipales.

XVIII.

In §. 6. ideo collectarum mentionem facit *d. Autor*, ut contendat, *Civitates, quæ ab hoc onere immunes sunt, Liberas esse, reliquas, quæ* quot-

2. Quod quædam

Imperatori tributa solvant, aliæ non.

quotannis Imperatori certam tributi summam solverint, vero non item. Sed cum nexum Civitatum erga Imperatorem tantum cognoscamus unum, fidem scil. & obsequium, hinc sequitur, pensiones hasce propterea eas à se invicem non separare. Quemadmodum enim accidentalia substantiam rei non mutant, neque vinculum ejus, qui absque tributo paret, sit laxius eo, qui tale quid Principi suo solvit, ita non minori fide Cæsari obligata est illa Civitas, quæ ab hoc speciali onere est soluta, quam illa, quæ certis præterea pensionibus autoritatem Imperatoris recognoscit, cum ab expeditionibus Romanis & aliis totius Imperii communibus oneribus nulla exemtionem jactare queat. Accedit, quod olim non solæ Civitates, sed & alii Status ad reditus Imperatoris contribuerint; Ab initio enim totum Imperium Imperatoris, ut sic dicam, patrimonium erat, omnesque proventus (de quibus latè videri potest *Magnif. Dn. Præses in Dissert. de Domanio Cæsar.*) ad illum spectabant: extincta vero familia Carolina Imperii bona quoad maximam partem cum Ducatibus ad Duces transiere, penes Imperatorem adhuc vectigalibus, pensionibus Episcopatuum, (de quibus *Heider* im *Discurs* von Reichs-Vogteyen *lit. DD. seqq.* & *Lehm. Chron. Spir. l. 2. c. 39. p.* 147. item *l. 5. c. 67. pag.* 535.) & collectis Civitatum manentibus; & quamvis hæc quoque emolumenta successivè admodum attenuari cœperint, attamen Fridericum I. ex reditibus fiscalibus sive patrimonio Imperii, fodinis metallicis, teloniis sive vectigalibus, censu animalium, successione in bona mobilia Archi-Episcoporum, Episcoporum & Prælatorum, censu Judæorum, Regalibus minoribus, ditionibus tributariis, in Germania & Italia adhuc sexaginta tonnas auri percepisse, ex *Schneidervino* refert *Limn. J. P. l. 2. cap.* 10. *& ad Capitulat. pag.* 254. postmodum vero Episcopis, Prælatis & Monasteriis huic oneri se subducentibus, vectigalibus à Carolo IV. Electoribus pro mercenariis eorum Votis in Electione filii Wenceslai oppignoratis, in tantum decreverunt Imperii reditus, ut hodie fere nulli amplius sint, præter exiguum illud, quod nonnullæ Imperii Civitates etiamnum hodie nomine der Städte-Steur Imperatori pendunt, & quod ultra 15. vel 20. millia florenorum se non extendit. *Knipschild. de Civitat. Imp. l. 2. cap.* 17. *num.* 21. longe equidem majorem summam olim quotannis solvere coactæ fuerunt, attamen cum alii Status pensionum suarum immunitatem ab Imperatoribus impetrarunt, tunc & Civitates pari modo sibi prospici curarunt: quædam pecuniæ interventu

terventu hoc unus redemerunt, quibusdam Cæsares ex singulari Clementia vel in totum id remiserunt, vel pro parte moderarunt, aliæ aliis titulis se ab ejus præstatione liberarunt, nonnullarum etiam portiones variis vel venditæ, vel donatæ, vel oppignoratæ, vel alio modo in usumfructum concessæ fuere. *Limn. ad Capitul. Caroli V. art. 23. pag. 252. seqq. Knipschild. d. l.*

XIX.

Quæst. an justum sit, istas collectas renovari? Negatur.

Multi quidem de Domanio Cæsaris soliciti ad succurrendum fisco Cæsaro adeo exhausto varia excogitarunt remedia. Quidam restitutionem Vectigalium urgendam suaserunt, nonnulli ex bonis Ecclesiasticis rursus aliquid assignandum & concedendum censuerunt, haud pauci cum *Autore d. Differt.* collectas Imperiales revocandas & secundum veterem Matriculam exigendas esse volunt. Verum omnia hæc remedia esse violenta, nec quicquam quieti & concordiæ Statuum convenientia, tantum non omnes & saniores Juris Publici Indagatores & Status ipsi dudum agnoverunt; neque enim Electores ista vectigalia tamdiu legum publicarum autoritate possessa restituturos esse, spes est, neque Clerici quicquam oneris sibi denuo imponi passuri erunt, nec Civitates contra Privilegia rursus gravari justum & æquum foret. Hinc optima & innocentissima Via Reipublicæ prospiciendi, viresque Imperii nonnihil restaurandi visa fuit hæc, si Imperatores in Capitulationibus adstringerentur de non conferendis iterum feudis Imperio apertis, sed iisdem in usum fisci reservandis, vid. post omnes Capitulationes alias etiam *Novissimam art.* 11. quamvis & hic modus hactenus ex suis rationibus effectu caruerit, vid. *Itter. de Feudis Imper. c. 7. num. 8. pag. 312.* ut ergo hoc statu contenti simus necesse est, usque dum alius modus Statuum Juribus & Privilegiis non contrarius se obtulerit. Ceterum sicuti nulla differentia inter Principes Ecclesiasticos & seculares intercessit, quod illi Imperatoribus censum pensitarent, hi vero non, ita nec propterea Civitas audiet *Libera*, quod sit ab collectis immunis, nec illa *Imperialis* tantum, quod ea solvere teneatur: ista enim immunitas docet quidem, Civitatem ab hoc onere esse exemtam sive privilegiatam, sed non propterea sequitur, eam esse Liberum Imperii Statum. Adde, quod vanitas hujus differentiæ inter Civitates Liberas & Imperiales heic jam se exserat, cum Civitas Francofurtensis, quæ *d. Autori cap.* 10. §. 3. Libera est, hac ratione

ratione tantum Imperialis esset, probante hoc isto Catalogo, quem ipse in calce suæ Dissertationis exhibet, in quo scilicet Francofurtum inter eas Civitates refertur, quæ quotannis certam summam Cæsaris ærario præstare tenetur, ut plura alia exempla, nempe Civitatis Hagenoensis, Colmariensis &c. brevitatis ergo omittam.

XX.

3. Non obstat, quod Civitates immunitatem à Collectis Privilegiis Cæsareis debeant.

Nec obstat, quod *d. Autor in* §. 7. pergat, *Civitates immunitatem* à Collectis tantum Cæsaris Privilegio debere, nam sicuti in hoc cum eo sum conformis, ita quid præjudicii afferat hoc Civitatibus, non video, nisi, quod dictu absurdum, asserere velim, Civitatum & reliquorum Statuum conditionem per Privilegia Imperatoria fieri deteriorem. Hoc autem Privilegium nihil aliud probat, quam accidentale quoddam emolumentum, quod huic vel illi Civitati Imperator largitus est, à quo tamen, sive à cujus defectu ad Immedietatem & Libertatem argumentari non licet.

XXI.

4. Obiectio de Præfectis, von denen Reichs-Vögten.

Quarta ratio, qua *d. Autor in* §. 8. *Civitates Liberas ab Imperialibus distinguit*, *est*, *quod hæ sint sub Jurisdictione Præfectorum*, der Reichs-Schultheissen *sive* Reichs-Vögten, (hæc multis Synonyma sunt, vide *Knipschild. l. 5. cap. 3. n. 1. Autor Discursus* von denen Reichs-Vogteyen *pag. 22. in Apolog. pag. 56.* discrimen inter Præfectos Imperiales, Reichs-Vögte, & Scultetos Imp. facit *d. Autor c. 7. §. 8.* nec non *Struvius Syntagm. Jur. Publ. Dissert. 21. §. 23.* & ab his distinguas velim Præfectum totius Provinciæ, einen Land-Vogt,) *Illa autem ab ea immunes.* Sed ne hoc quidem in puncto discrimen inter Civitates obtinere posse, rursus aliorum Statuum exemplo commonstrabo: Antiquis enim temporibus omnes Status Præfectos suos Judiciales habebant; apud *Duces* erant *Comites Palatini*, die Pfaltz-Grafen, præcipue quatuor, von denen vier Landen, *Specul. Sax. l. 3. art. 53. §. 1. Spec. Suev. l. 1. art. 19.* In Teutschen Landen hat jedes Land seinen Pfaltz-Grafen: Sachsen hat einen, Bayern hat einen, Schwaben hat einen, Francken hat einen. Quorum officia non melius edisces, quam ex *Aventini Annal. Bojor. fol. 491.* cujus verba, quæ quoque ponderat *Heiderus Discursu* von Reichs-Vogteyen *lit. G.* digna sunt, ut referam: præsertim cum simul magnam lucem ad ea, quæ supra §. 18. diximus de Collectis, præbeant; ita namque ille: *Otto Imperator primus Everbardum (Regulum Bojorum) ferocius resistentem capit, in Sueviamque relegat: Everbardum*

fratrem

fratrem Berchtoldi Superioris Bojoariæ regno præficit, eique neptem suam ex Sorore Gerbygam, filiam Gisalberti desponsat: Arnolphum inferiorem, & Hartmannum fratres Everhardi Curatores Templi Fruxinensis, Præfectos Prætorio Bojoariæ declarat; quæ tunc maxima dignitas secundum Regulum (primum Ducem) erat, Comes Palatinus vocatur. Is vicem Cæsaris præsidendo Senatui Principali defungebatur; fidem Imperatoris implorantibus aderat, Jusque reddebat, fiscum Augusti, prædia Salica, reditus regios procurabat, Cæsareum censum exigebat. Nihil citra ejus autoritatem Duci aut decernere, aut statuere licebat; Si Senatus-Consultum Regulo displicebat, intercedebat, ad Cæsaremque referebat, &c. conf. *Dn. Coccejus in Juris Publ. Prud. cap. 15. §. 8. seqq.* In *Episcopatibus & monasteriis* Cæsaris vices gerebant *Advocati*, die Kasten-Vögt, qui vi muneris sui tenebantur Ecclesias adversus secularium attentata defendere, œconomiæ curam habere, redituumque & prædiorum, & servitiorum, & decimarum, & si quæ alia juris Collegiorum essent, rationem reddere, imprimis vero & Imperatorum jura Fiscalia observare, uti latius hoc ostendit *Lehmann. l. 2. Chron. Spir. cap. 35. 36. Heider. d. tr. Lit. AA. seqq.* In *Civitatibus* nomine Cæsaris erant *Præfecti* sive *Sculteti*, Reichs-Vögt, Reichs-Schultheissen, Reichs-Ammänner, Stadt-Ammänner, Reichs-Pfleger rc. dann es ist in dem Deutschen Reich allenthalben der Gebrauch gewesen, daß ein Römischer Kayser oder König in denen Freyen und Reichs-Städten Richter und Vögte verordnet, die im Nahmen des Reichs den Stab führten: ait *Münster in Cosmogr. lib. 3. cap. 68.* Horum officium non ubique parile fuit, sed pro diversitate Civitatum, earumque privilegiorum varium & diversum, in plerisque saltem in criminalibus locum obtinuit, neque id privativè, sive excluso Magistratu Civitatis, sed cumulativè, id est cum Senatu concurrebant, & judiciorum Præsides erant, Sie haben den Stab geführt. Alicubi etiam civilibus judiciis aderant, & mulctas & debita in causis civilibus exigebant; præter autem istam judiciariam administrationem Præfectorum potestas se non extendebat, nec quoad Reipublicæ regimen sive totum Statum Urbis, so viel das Stadt-Regiment und Staats-Sachen anbetrifft, ullam habuêre authoritatem; Et ita *d. Autor* admodum fallitur, quando ex eo, quod Imperator quædam Jura judicialia in Civitatibus exercuit, ipsi Superioritatem Territorialem adjudicat, cum justitiæ exercitium à causa Status non mediocriter discrepet, uti id latius exponit *Knipschild. de Civit. Imper. l. 5. cap. 3. num. 24. Paurmeister de Jurisdict. l. 2. cap. 4. num. 55. Dan. Heider. d. Tr. pag.*

79. *seq.* Hoc autem Præfecturæ munus plerumque Comiti vel Baroni non admodum vicino, vel etiam Nobili cuidam commissum fuit. Postea vero Imperatores vel necessitate coacti, vel importunis precibus inducti, plerasque harum præfecturarum aliis oppignorarunt, cum autem possessores talium oppignorationum jure suo abuti, & sub titulo Civitates plane opprimere conarentur, tunc *exemplo aliorum Statuum* eo laborarunt, ut hujuscemodi Præfecturas à se averterent. Quemadmodum ergo Duces à Comitibus Palatinis, Clerici ab Advocatorum jurisdictione, aliisque oneribus fiscalibus, propter bene merita erga Imperatores & Imperium, aut per liberalitatem & conniventiam eorum, quandoque etiam per emtiones, permutationes, donationes, aliosque modos se liberarunt, ita ejusmodi modis & mediis Civitates ab hoc onere se redemerunt, & præcipuè præfecturas oppignoratas reluentes jure proprietatis sibi acquisiverunt: Et *Patria mea* jus investiendi de Banno Sanguinis Ammannum, sive Præfectum Cæsareum, Rupertus jure quidem revocabili concessit anno 1401. Daß nu fürbaß me ein jeglicher Burgermeister ze Ulme, der zu dem Amt daselbst genommen und erwelt wird, den Bann über das Plut zu richten verlihen soll und mag mit vollem Gewalt: Darum das von versummunge sollicher Sachen schedeliche Lute in yre misetat icht gesterckt und desto fürderlichen zu In gerichtet mug werden, on all geverde, und diese Gnad soll wären Sechs ganzer Jare, und darnach biß uff unser wiederruffen ꝛc. uti hæc verba exhibet *Dn. Datt. de Pace Publ. l. 1. cap. 1. fin.* Postea vero hoc jus à subsequentibus Imperatoribus confirmatum & irrevocabiliter concessum est. Et licet adhuc hodie tales Præfecturæ in quibusdam Civitatibus, v. g. Norimbergæ, Francofurti, Rotenburgi ad Tubarim, Halæ Suevorum, Reuttlingæ &c. reperiantur, attamen hæc simulacra tantum & umbræ sunt veterum, nec amplius hoc officium per Cæsarem, sed per ipsos Magistratus constituitur, & præ reliquis civibus & ministris tales Præfecti nihil peculiare habent. Ex hisce igitur patet, quod, quæ differentia propter Præfectos inter reliquos Status non obtinuit, illa nec inter Civitates fingi debeat, & quoniam, quod teste *Münstero in Cosmogr. l. 3. cap.* 68. praxis & historia comprobat, & reliquiæ veterum Præfecturarum demonstrant, olim promiscue in omnibus Liberis & Imperialibus Civitatibus ad demonstrandam Imperatoriam autoritatem Cæsares Præfectos suos constituerunt, (unde cum *Schiltero à d. Autore cap. 5. §. 40.* allegato Comitem Cæsareum Argentinæ dicis

dicis gratia tantùm fuiſſe vix mihi perſuadeo,) quæſo, quæ inter æquales differentia? aut quare reliquæ Civitates, quas *d. Autor cap.* 10. §. 3. inter Liberas refert, hic tantum Imperiales erunt?

XXII.

E re Imperii non eſt, haſce Præfecturas renovari.

An autem è re ſit Imperii, tales Præfecturas rurſus introduci? cum *d. Autore* illi quidem acriter & ad pertinaciam usque affirmant, qui invidioſis oculis Civitatum jura & privilegia aſpiciunt, & quibus volupe eſt, Imperium continuis tumultibus, diſcordiis, querelis & gravaminibus inquietari. Verum nec juſtum eſſe hoc inſtitutum, nec utile, omnes quietis, concordiæ & juſtitiæ in Imperio amantes meliori ratiône contendunt. Si enim tale quid ſuſciperetur, multa damna redundarent in Civitates, quæ non minus ac reliqui Status ſua jura à tot Seculis poſſeſſa, ab Imperatoribus confirmata, & ab omnibus agnita, ſibi eripi paſſuræ non eſſent; præſertim cum pleræque earum ab hiſce Præturis Imperialibus per contractus, bene merita & alios contractus oneroſos ſe liberarunt, contra quos ipſas denuo gravari iniquiſſimum eſſet, cum privilegium conceſſum per modum contractus, ne quidem ex plenitudine poteſtatis ab ipſo Principe revocari poſſit, per *cap. 1. x. de Probat. cap. quondam. x. de prabendis.* Nec minus Imperatores per Capitulationes obligati ſunt, conſervare Civitatibus ſua jura, quam aliis Statibus. Plura de hac materia vide apud *Myler in Archol. cap.* 17. 18. 19. *Knipſchild. de Civit. Imp. l.* 5. *cap.* 3. *Dan. Heider. Tr.* von denen Reichs-Vogteyen, paſſim & fere per tot.

XXIII.

5. De Homagio Civitatum.

Homagii præſtatio vel intermiſſio, ſicuti fidem & obſequium erga Dominum non mutat, ita vinculum ſubjectionis, quod nuda promiſſione abſolvitur, infirmius non eſt eo, quod juramento munitur, nam juramentum, niſi ſervetur, parum utilitatis Domino affert, ergo non illud, ſed ipſa fides ſpectanda, illud abeſſe poteſt, hæc nunquam. Proinde nec nexus earum Civitatum, quæ remiſſionem homagii ab Imperatore obtinuerunt, eſt laxior aut liberior, nec reliquarum, quæ id præſtant, arctior vel reſtrictior. Hinc, cum teſte *d. Autore cap.* 7. §. 12. Superioritati Territoriali nec homagia adverſentur, nec juramenta fidelitatis, fruſtra agunt illi, qui ex accidentali Status qualitate eſſentialem differentiam inter Liberas & Imperiales

riales Civitates docere conantur, & quia ita præcise *d. Autor* non tuetur hanc sententiam, idcirco dixisse sufficiat, Civitatem Imperialem inter alia privilegia id quidem habere posse, ut ab homagio sit immunis, sed, quoniam earum Libertati per hoc nihil accedit, neque cæterorum Statuum ullus unquam fidem Cæsari jurare detrectaverit, Civitates hanc immunitatem hactenus non curasse, exceptis duabus vel tribus, inter quas Argentina, de qua *d. Autor cap.* 7. §. 10. jactat, illam ab Ottonis III. tempore nulli Cæsarum homagium præstitisse, quamquam nulla ratione inducor, quare de fide *Lehm. p.* 568. *l.* 5. *cap.* 71. dubitem? scribentis, Argentinam anno 1200. Imperatori Philippo *debitam fidem* jurasse, nec unquam juramentum, quod hæc Civitas Carolo V. præstitit, alio quam homagii nomine appellare potero. Quoad formulam autem homagii, quibuscunque etiam verbis concipiatur, nihil interesse contra *d. Autorem cap.* 6. §. 18. contendo, sive audiat: Schwören, als eine Freye Stadt, sive als eine Reichs-Stadt, getreu und hold zu seyn; promiscuæ enim sunt & innoxiæ locutiones, & præsertim prioris generis formulæ iis solennes sunt, quæ nullo non tempore Libertatem suam ab Episcoporum suorum jurisdictione contra eorum insultationes probare student, quod si autem Præfecti & Steuræ Civitatem faciunt Imperialem ex *Lehmann. l.* 4. exemplo Spiræ demonstratur, etiam has hac formula uti, & vicissim Liberas posterioris generis formula esse contentas. Sed meri sunt lusus verborum, rei ipsi nihil conferentes.

XXIV.

Quid sentiendum de Libertate Constitutiva & Reservativa?

Jam ad aliam, quam *d. Autor in cap.* 6. §. 20. *seq.* somniat, inter Civitates Liberas & Imperiales distinctionem vel potius Liberarum subdivisionem. En novum discriminis monstrum! *Civitates Liberas esse vel constitutione vel reservatione tales;* Imperialibus enim ab ipso ad municipiorum conditionem relatis, id unice agit, ut & reliquarum Libertas ad nihilum redigatur, &, quam vi ademit Rex Galliæ Argentinæ Libertatem, eâ sub specie juris priventur cæteræ civitates, sicque, ut ajunt, *oculi amissionem non dolet, modo alii cæci fiant:* Cum enim *Libera Constitutione* tales ipsi non placeant, sub *Reservatione* talium nomine non aliæ illi veniunt, quam quarum Libertas vel in agone vel jam mortua est. *Illas* vocat, quas Cæsar ex nexu municipali exemit, *has*, quæ Libertatem à Principe redemerunt, Imperioque immediatæ factæ & Imperialium matriculæ inscriptæ

ptæ sunt. Sed non dari in Imperio *Libertatem Reservativam* vel exinde patet, quod ab initio omnes Status non nisi Provinciarum Gubernatores sive administratores, Regumque & Imperatorum ministri, omnesque Civitates ex *d. autoris* asserto municipales fuerint: Quomodo ergo sibi potuerunt reservare Libertatem, quam non habuerunt. Sit nobis exemplo Civitas Berna, olim Imperialis, de qua ita *Petermann* Etterlein *in Chron.* der Löbl. Eidgenossenschafft *fol.* 34. apud *Knipschild. l.* 1. *c.* 6. *num.* 26. scribit: Hertzog Berchtoldt von Zeringen hat Bern die Stadt erbauet, und als er sie beherrscht hat 17. Jahr, hat er sie geben an das Römisch Reich, doch in der gestalt, daß Sie mit sonderbohren Freyheiten begabt gnädiglichen halten, und nicht mehr entfremdet werden solle; Also nam Kayser Friderich, der damahls Römischer Kayser war, die Stadt auff an das Reich, begabet auch die mit sonderbahren Freyheiten nach dem Recht der Stadt Cölln. Ex his enim liquet, Bernam quidem sibi quædam privilegia non reservasse, sed stipulatam esse, & ad instar Coloniæ impetrasse, ipsam vero Libertatem & Status qualitatem (hæc enim respectu Civitatum semper Synonymicè accipimus,) ab Imperatore concessam fuisse. Argentinam quod attinet, illam neque omni tempore Liberam fuisse, nec ultro ad Imperium accessisse, sed Libertatem una cum reliquis Civitatibus ad Rhenum sitis ex beneficio Cæsarum accepisse, supra ex *Lehmanni l.* 4. *cap.* 3. *p.* 280. ostensum, idem quoque de reliquis Civitatibus dicendum.

XXV.

Refutatio hujus divisionis ulterior.

Ad rationes autem & deductiones hujus divisionis *à d. Aut. in c.* 6. *§.* 20. 21. prolatæ summatim respondemus. Ad (1.) falsum esse, quod Imperator in Civitatibus, quas ipse ex aliorum nexu exemit, loco Ducis successerit, vid. quæ supra §. 12. & 13. dicta, & hinc adeo non diverso jure Civitatibus *d. Autori* constitutione vel reservatione Liberis imperat, ut tam in his, quam in illis, quæ à Principibus suis manumissæ, suos Præfectos habuerit, Collectas ab iis acceperit, easque variis immunitatibus decoraverit, quapropter neque dici potest, Civitatem posterioris generis nihil debere, nisi quod sponte in manus illius cesserit, præsertim cum nunquam tales cessionis tabulas viderim, neque insolitum hunc processum obtinere, ut Cæsari Imperioque onus probationis incumbat, quoties aliquid juris in talem postulet, sed invertenda potius est hæc

 regula;

regula: *Civitatem ad omnia esse obligatam, quæ communiter Status Imperatori & Imperio debent, nisi privilegio vel alio modo probet, se ab hoc vel illo onere esse exemtam.* Ex quibus allatis constat, (2.) Utriusque generis Civitatum Libertatem esse Constitutivam, non Reservativam; Quæ etiam (3.) probatur vel præsumitur ex iisdem rationibus, ex quibus reliquorum Statuum immedietas docetur. (4.) Communis Civitatum Libertas ficuti reliquorum Statuum, *Münster. Cosmogr. l. 3. c. 22. Heider. d. tr. pag.* 99. est beneficium Cæsaris & Imperii: Horum quippe est & semper fuit, dare & indulgere Jura Civitatum Liberarum, vid. *Capit. Ferdin. IV. art.* 45. *Leopoldi art.* 44. *Josephi art.* 43. *CAROLI VI. art.* 1. & 22. *R. I. de anno* 1641. §. 97. *R. I. de anno* 1654. §. 197. Analogia autem de feudo dato & oblato hic non quadrat. (5.) Utriusque generis Civitatum Libertas interpretationem habet extensivam, ad Jura tamen Imperii accommodandam, unde etiam (6.) in favorabilibus est. Neutrius generis Civitas (excepto in casu fractæ Pacis Publicæ & criminis læsæ Maj.) de Jure Libertatem amittere potest, exempla tamen adsunt, id frequentius & facilius accidisse iis, quæ Principum suorum indulgentia ad Libertatem pervenere, quoniam non raro ipsos suæ benignitatis pœnituit, & successores territorii ampliandi cupidi facile remedia invenere, quibus antiquorum jurium nomine eas ad pristinum statum revocarunt. (8.) Utriusque generis Civitates hodie ab alienationibus sunt securæ, ficuti olim absque ulla consideratione modi, quo ad Imperium pervenerint, oppignorari & alienari potuerunt, nisi expressis privilegiis se contra oppignorationes munivèrint, testatur id Catalogus Civitatum ab Imperio avulsarum *à Knipschild. l.* 4. *cap.* 1. traditus, & veteres matriculæ, altero ferè tanto majorem hodierno numerum Civitatum Imperialium exhibentes. Neque tamen id solis Civitatibus accidit, sed & Episcopatus & Monasteria eidem oneri exposita erant, comprobante id *Heidero d. tr. pag.* 9. *lit. KK.* Postea vero hæ alienationes, per eas viribus Imperii admodum debilitatis, publica Capitulationum Lege prohibitæ sunt, vide *Caroli V. art.* 9. & *novissimam CAROLI VI. art.* 10. ibi: Wir sollen und wollen auch dem Heil. Römischen Reich und dessen Zugehörungen, nicht allein ohne Willen, Wissen und Zulassen der Churfürsten, Fürsten und Ständen sammtlich nichts hingeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere Weg veräussern oder beschwehren rc. Catalogum autem, quem (9.) exhibet *d. Autor*, illarum

rum Civitatum, quæ à Principibus suis Imperio relictæ, mancum esse, & suo vitio laborare, nemo non videt, inter eas namque refert *Argentinam*, Gallorum regimini subditam, *Hamburgum*, quotidie ultimam Libertatis horam extimescentem, *Embdam*, quæ dudum ab Imperio ad Batavos secessit, *Bremam*, autoritate Suecorum Regis hactenus à Comitiis exclusam, sed quare ad eas referri nequeunt, *Offenburg*, *Gengenbach*, *Zell*, *Pfullendorff &c.* pari modo Dominorum suorum permissione immediatæ factæ, aut cur non iis addere potero *Ulmam*, quippe quæ suâ se pecuniâ ab Abbatis Richenoënsis jurisdictione redemit, Imperioque addixit? Ast ideo eas omittit *d. Autor*, ut constet, illum non veritatis eruendæ studio, sed ut Libertati Civitatum Imperialium invidiosas insidias struat, in earum jura inquirere.

XXVI.

De Judicio Recuperatorio, ejusque causa impulsiva.

Ut autem eo melius suam mentem explicet, proponit *Judicium*, quod vocat *Germaniæ Recuperatorium*. Cujus in §. 24. *cap.* 6. subministrat *causam impulsivam*, effectum & modum procedendi. *Illam* esse ait restaurationem Domanii Cæsarei: Sed cum supra in §. 18. jam ostensum, Domanium Cæsaris non solas Civitatum collectas absolvisse, ideoque neque hæcce tributa ad restituenda ista bona Domanialia sufficient, neque consilia admittuntur Constitutionibus Publicis contraria.

XXVII.

Effectu.

Effectum in eo consistere putat, ut sciat Imperium, quid ei liceat in Civitates vel minus. Sed vereor, ut hic effectus se exserat, nam si, ipso fatente, Consilia circa tributa & reductionem Scultetorum non tangunt illas, quæ reservatione Liberæ sunt, neque has, quæ Libertatem constitutivam habent, quid opus isto judicio? Ast his posterioribus opponi posse ait regulas, quod privilegia amittantur abusu, quod beneficia propter ingratitudinem liceat revocare; Verum cum hæc facti sint, nec præsumantur, idcirco probari debent, & licet fortè quoddam esse membrum, quod jure suo abutitur, quis toti Collegio imputaret, quod in uno vel altero desideratur? Ingratitudinis notam autem eo certius evitabunt, quoniam secundum unanimia historicorum testimonia, in omnibus exortis in Imperio motibus, tumultibus & dissidiis, fidelissime

lissime semper à Cæsarum partibus steterunt, & adhuc hodie, quibus valent viribus, omnia ea ad communes Imperii necessitates & commoda conferunt, quæ à fidelibus Imperii Statibus exigi possunt.

XXVIII.

Modo procedendi.

Modum vero *procedendi* in hoc judicio hunc tradit: (1.) videndum esse, *num Cæsar potuerit jura Libertatis cum tanto Imperialis Domanii detrimento largiri?* Heic frustra queritur *d. Autor* de domanio deteriorato, illud enim non diminuerunt, sed meliorarunt Imperatores, quando Civitates in numerum Imperialium receperunt; Quod si vero per jura Libertatis intelligit privilegia à Steuris & Præfecturis, (in quo quidem ei firmiter contradico, nam nullam inter se connexionem habent jura Libertatis & hæc privilegia,) tunc hæc quæstio cum illis pertractanda erit: An Imperatores potuerint Clericis censum remittere, an potuerint vectigalia Electoribus oppignorare, an justum sit, tales oppignorationes in Capitulationibus perpetuari, & quæ sunt alia? Ad quæ sine dubio respondebitur: *Omnia tamdiu licita esse, quamdiu expressa lege non prohibeantur.* (2.) *Num privilegia revera extent?* Resp. Duplicem in Imperio jurium esse probationem, per documenta, & si hæc non adsint, per longam & quietam possessionem, de qua in *cap. seq.* (3.) *Si privilegia partem forte indulgeant Libertatis, annon Civitas sibi usurpet totum complexum?* Sed & de hoc infra. (4.) *Annon amiserit abusu vel quodam genere delicti Civitas sua privilegia?* Sed his adde & has quæstiones: An revera abusus sit commissus, annon delictum præscriptum, aut annon rursus in gratiam cum Imperio redierit? (5.) *Num redemerit Senatus à Cæsare privilegium, an vero Populus*, & si hujus è re sit ob Procerum tyrannidem, privilegia iterum tolli, quid justum sit factu? Resp. Nihil interesse, an Senatus, an populus ea redemerit, cum privilegia Civitati concessa, semper utrumque concernant, ex indissolubili illo nexu, qui eos conjungit; Quod si vero occasione cujusdam privilegii hactenus lites inter eas ortæ, non propterea privilegium sublatum fuit, sed per Commissarios Imperator causam examinari fecit, & vel eos iterum conciliavit, vel Magistratum, si nimis gravis populo factus, deposuit, vel cives absque justa causa rebelles punivit. (6.) *Quis Imperator largitor privilegii fuerit?* Nihil refert, cum plerumque Civitates ab aliis Imperatoribus illa confirmari curârint; neque

que Wenceslai diplomatibus, maximè cum Electorum & Statuum consensu munita sunt, fidem omnem denegari, colligendum est ex *Lehmann. l. 7. cap. 70. pag. 847. seqq. Limnao Tom. 1. addit. ad l. 2. cap. 11. num. 33.* (7.) *Quis Status largitione facta Republica fuerit?* Quare hoc cuidam privilegio deroget, non video, nam cur privilegium datum in Statu Civitatis Democratico, non valeret, eo in Aristocratiam mutato? Præsertim cum nulla regiminis mutatio absque Imperatorum consensu facta fuerit. Id autem plane superfluum est, (8.) *in causam privilegii inquirere*, cum nullum concedatur privilegium, in quo non bene meritorum erga Imperatorem & Imperium mentio occurrat, quam vero infringere causam, absurdum foret. Sine dubio, si de facto instituatur tale judicium recuperatorium, non deessent Civitatibus plura & solidiora argumenta, quibus justitiam Libertatis suæ defenderent, hæc autem in præsentiarum ad *d. Autoris* traditiones dixisse sufficiat.

XXIX.

Conclusio hujus Capitis.

Ex his itaque satis patet, cum neque Præfecturæ, neque Collectæ annuæ, neque homagium, neque modus perveniendi ad Immedietatem, neque temporum diversitates Libertatem Civitatum constituant aut impediant; *Nexum Civitatum Imperialium erga Imperatorem esse unum atque parem, fidem scilicet & obsequium, nec ullam propterea obtinere inter eas differentiam, sed omnes Liberas esse.*

CAPUT II.

DE
PARI NEXU CIVITATUM IMPERIALIUM CUM IMPERIO.

I.

Civitates sunt Status.

P*Ar omnium Civitatum Imperialium* (ad distinctionem à municipalibus, mixtum genus non agnoscimus, vid. *Dn. Prases Part. 2. Sect. 2. cap. 9. §. fin.*) *& æqualis nexus cum Imperio in eo consistit, quod sint Status*, sive, quod ad Comitia Imperii vocentur, ibique ipsis una cum Imperatore & reliquis Con-Statibus de negotiis Imperii concludendi potestas competat; Et quamvis

vis hæc qualitas olim ipsis controverti voluerit, attamen omni jure eas illa gaudere, Doctores nullo fere excepto communiter asserunt, vide post centum alios à *Knipschild. l. 2. cap. 2. num. 26.* allegatos, *Dn. Præses Part. 2. Sect. 2. cap. 9. §. 3. seqq.* & Imperatores & reliqui Status ipsi dudum agnoverunt.

II.

Ex approbatione Imperatorum.

Operæ pretium est, verba integra *Lehmanni* proferre, ut videant adversarii, ipsos frustra denegare Civitatibus ea, quæ totum Imperium concedit, ita namque in *Lib. 4. cap. 4. pag. 289.* scribit: Vor Jahren ist etlichen hohen Persohnen und andern Gelehrten etwas frembd und ärgerlich vorkommen, daß die Städt, und bevorab theils geringe, den höhern Ständen des Reichs, in dem was Ihre Freyheit / *Regalia* und Gerechtigkeit belangt, solten verglichen werden, und den Titul und Nahmen eines Stands haben und führen, deßhalben in Büchern und Schrifften der Städte Freyheit (vide, Civitatum Libertatem indubitato a qualitate Status solum & indissolubiliter dependere,) in Disputat gezogen. Demnach aber diese Irrung der Kayserl. Majestät anno 1582. auff dem Reichs-Tag in Augspurg fürkommen, haben Sich dieselbe in einer Resolution über der Obern Stände Bedencken in puncto contributionis dahin erklärt, daß die Städt / Mitglieder und Stände des Reichs / und der Reichs-*Constitutionen* fähig seyn. Item, in einer Privat-Handlung Kayserl. Majestät mit den Erbarn Frey- und Reichs-Städten in Bewilligung der Türcken-Steur, als derselben Gesandte auff Erfordern in Kayserl. Maj. Zimmer vor Ihro Majestät selbst und dero Geheimen Räthen, Herrn Trautson, Harrach, und Vice-Cantzlern Vieheusern, erschienen, hat der Vice Cantzler unter anderm, aus Befehl Käyserl. Majestät gesagt, daß die Städt in ihrer Schrifft vorbracht, als solte man Vorhabens seyn, dieselbe vom Religion- und Prophan-Frieden auszuschliessen; darauff geben Kayserl. Maj. diesen Bericht, daß Ihro Majestät unbewußt, wo und durch wen solches beschehen seyn möcht, daß wüßten Sie Sich aber wohl zu erinnern, daß es aus Ihrer Maj. Geheiß, Will oder Meynung nicht beschehen wäre, und geben zwar Ihr. Majestät Schrifften genugsam zu erkennen, daß Sie, daß die Städt gleich andern höhern Ständen des Religion-Friedens und Reichs-Constitutionen (so viel die Reichs-Städt belangt,) fähig sind, nie in Abred gewesen ꝛc.

III.

III.

Et ipsi Status apud *Lehmann. d. loc.* ita se declararunt: Hernach den 1. Aug. haben die Obern Stände offentlich im Reichs-Rath vermelden lassen, daß Chur-Fürsten und andere Stände anders nichts wissen, denn daß die Städt Stände des Reichs wären / die Sie auch jederzeit darvor erkannt, gehalten, zu den Reichs-Tägen erfordert, und mit Ihnen referirt und correferirt hätten. Die Evangelische Ständ haben Sich noch mehrers in dero Rath gegen der Stadt Gesandten resolvirt und vermeldet, nachdem ein Mißverstand eingefallen, als ob die Städt nicht Stände wären, daß es diese Meynung bey Geist- und Weltlichen Fürsten gar nicht hätt, dann es offenbar, und niemand würde es widersprechen können, daß die Städt Reichs-Stände / und daher des Religion-Friedens und aller Reichs-Constitutionen und Wohlthaten fähig seyn. Durch solche Erklärung haben Kayserl. Majestät und die Höhere Stände den Disputanten in erregtem Streit unzweiffentlichen Entscheid und Ausschlag geben, darnach Sich zu richten rc. rc. vide ergò, Civitates Imperiales indubitato Status Imperii esse, easque pari cum ceteris Imperii Statibus (reservatâ tamen reliquorum Statuum Superiorum prærogativâ & præeminentiâ, illisque à Civitatibus debitâ reverentiâ,) passu ambulare.

Et consensu reliquorum Statuum.

IV.

Infallibilis verò & characteristica nota Status Imperii est, quod in Comitiis Sessionem & votum habeat & Superioritate Territoriali fruatur. *Dn. Præses Part. 2. Sect. 2. cap. 1. §. 3.* Quo tempore primum ad Comitia vocari cœperint Civitates Imperiales, id quidem propter silentium Historiæ antiquæ, & successivum omnium rerum in Imperio incrementum certò definiri nequit. *Joachim. Hagemejerus de Comitiis cap. 6. pag. 34.* putat, admodum verisimile esse, quod Civitates Imperiales Seculo X. beneficio Henrici Aucupis jus suffragii primitus obtinuerint. Sed nullas causas in medium affert, quibus asserto suo verisimilitudinem conciliet. Et constat quidem, Regem hunc struendis urbibus insigniter operam dedisse, jus autem suffragii in Comitiis ipsum Civitatibus Imper. tribuisse, à vero alienum prorsus nobis esse videtur. Pariter *Hyppolitum à Trepsbach*, sub quo nomine latere voluit *Philipp. Knipschild*, *Ordinis Equest.*

Civitates in Comitiis votum & Sessionem habent.

Suevici ad Nicrum & Cocharum, ut & Civitatis Imperii Esslingens. Syndicus, im unvorgreifflichen Bedencken über etliche Fragen der Freyen Reichs-Ritterschafft Stand und Session betreffend, votum & Sessionem Civitatum Imperialium in Conventibus Imperialibus modo ab anno 1582. arcessentem recte notavit *Dn. Joh. Philipp. Datt. de Pace Publ. lib. 5. cap. 6. pr.* Majori specie veri alii ad Seculum XII. sese recipiunt, in illoque existimant aliquas Imperii Urbes id authoritatis ac dignitatis consecutas esse, ut Cæsares illas æquè ac reliquos Status ad Comitia vocaverint. Id quod colligunt ex Comitiis à Friderico I. Roncaliæ habitis, ubi jam Civitatum (Imperialium) occurrit mentio, *Lehmann. lib. 5. cap. 58.* & Ludovico IV. regnante ipsarum votum non parum ponderis habuisse, ex *Mutio & M. Alberto Argentin.* probat *Lehmann. lib. 7. cap. 18. pag. 755.* à cujus ætate eas in omnibus Comitiis comparuisse, comprobat *praf. A. B. aliaque Constitutiones Imperiales & Recessus omnes.* Probabile itaque est, Civitates pedetentim juxta Immedietatem & Libertatem instar reliquorum Statuum Comitiorum juris participes redditas fuisse. Unde etiamnum hodiè *quæsito Jure* locum in moderna Diæta obtinent, ibique *Votum suum Decisivum* (de quo diu ipsis mota fuit controversia, in Tractatibus Pacis Westphalicæ adhucdum agitata, vid. laud. *Dn. Datt. d. loc. Puffend. Hist. Suec. l. 17. §. 93.* quod tamen ipsis ab antiquo competiisse, contra *Peucerum & Caninium*, non nisi votum Consultativum Civitatibus tribuentes, ex Actis publicis peculiaribus scriptis demonstrarunt *Ludovicus* Kremp von Freudenstein, *Argentinensis Civit. Consil.* & *Hieron.* zum Lamb, *Civit. Francofurt. Consil.* nec non *David Gloxinus, Lubecens.*) in *Instrum. Pacis Cæsar. Suec. art. 8. §. 4. & Cæsar. Gall.* §. 65. confirmatum absque ulla contradictione ferunt, quamvis ob exclusionem à Re- & Correlatione de plenario ejus effectu conquerantur. vid. *Londorp. Act. Publ. Tom. VII. lib. 6. cap. 265. pag. 226. & cap. 306. pag. 286.* Voti illius decisivi natura & ratio in quo consistat, exponitur ab *Auth. Medit. ad Instrum. Pac. pag. 1304. seqq.*

V.

Forma Deliberationum Civitatensium.

Dividitur Civitatum Imperialium Senatus in *duo Scamna: Rhenanum*, quod occupant Civitates Circuli Rhenani, Westphalici, Saxonici utriusque: *Suevicum*, in quo sedent Civitates Circuli Franconici, Suevici & Bavarici. Quæ divisio indè orta est, quod anti-

antiquitus Comitia aliique Conventus plerumque & maximè æstivo tempore sub dio celebrata, & longa scamna posita fuerunt, in quibus Status eorumque Legati sederunt, indeque Scamnorum distinctio tàm Principum, quàm Civitatum remansit, *Lehmann. l. 7. cap.* 124. *pag.* 1016. hodiernum autem Schema Civitatum in Comitiis Augustanis anno 1474. ita dispositum fuit, teste *eod. Lehmann. l. 7. cap.* 113. *p.* 974. nec non *Müllero* im Reichs-Tags-*Theatro* in der *V.* Vorstellung *cap.* 44. §. 4. ibi: In der Zusammenkunfft der Städte haben die Rheinische, Elsaßische, Wetterauische, Sächsische und Thüringische, absonderlich einseits, und die Schwäbische und Fränckische auch besonder auf der andern Seite gesessen, und sich verglichen und übereinkommen, daß Sie auf beeden Orten, wie sie ohngefährlich dazumahl gesessen, ins künfftige sitzen, und die Umfragen abgewechselt gehalten werden solten 2c. 2c. Directorium hoc in Senatu regulariter competit illi Civitati, in quâ habentur Comitia, aut si negotio non sit sufficiens, tunc plerumque Civitatis Conscribentis (quarum sunt quatuor: *Argentoratum*, *Norimberga*, *Francofurtum & Ulma* ab anno 1523.) Legatus hoc munus subire solet, in cujus Circulo Conventus institutus; vel si Comitia in alio loco quàm Civitate Imperiali celebrantur, cujusque Scamni prima Civitas dirigendi jure utitur, quo per aliquos sui Ordinis Senatores & Syndicos defungitur. *Author* der Grundveste des Heil. Röm. Reichs *part.* 2. *cap.* 6. Directorium qui obeunt, per unum ex suo numero, omnes propositiones, relationes, tàm in Collegio Civitatum, quàm generali Statuum Concilio expediunt, consulta & conclusa in chartam conjiciunt, publice legunt vel addunt. In exquirendis & colligendis votis Directores hunc observant ordinem: primò Legatum Civitatis Coloniensis in Scamno Rhenano interpellant, secundò ad Suevicum deflectunt, & Ratisbonensis postulant votum, tertiò iterum ad Rhenanum redeunt, & deindè ad Suevicum, atque ita consequenter continuata variatione pergunt, usque dum omnes Civitates de voto suo rogatæ fuerint, quibus denique ipsi ultimo loco suum subjiciunt suffragium, & quod per majora placuerit, exponunt, conclusum concipiunt, & postea ad petitionem Moguntini, in *Pleno*, sive in reliquorum Statuum communi congressu explicant, & unanimi Statuum & Imperatoris consensu confectum Recessum subscribunt. Acta autem Civitatum publica in duobus reservantur *Archivis*, *Spirensi & Ulmensi*, ex quibus, tanquam lo-

cis publicis & authenticis, necessitate postulante, instructio desumitur. Hic jam conjici deberet, si quæ esset, inter Liberas & Imperiales Civitates differentia; necesse esset, duo Scamna constitui, unum Civitatum Liberarum, alterum Imperialium; illud ab hoc plane separari; illius votum peculiare & longè majoris ponderis esse, quam hujus; imò posterioris Scamni Civitates à Comitiis plane arceri. Sed neutrum horum esse, & omnes communis Sessionis & suffragii participes fieri, easque (præter ordinem, qui in numero pluribus subjectis inevitabilis est,) in ferendis Sententiis adeò æquali jure & libertate uti, ut infimæ Civitatis votum non minoris valoris sit, quàm ejus, quæ primo loco rogatur, comprobant omnium Comitiorum praxis, communia Civitatum Conclusa & votorum alternatio. Unde, *Quæcunque Civitas in Comitiis comparet, ibique Sessione & voto gaudet, illa est Libera, sive Immediata*, cùm ad hæc aliæ Civitates non admittantur.

VI.

Error, Status etiam Mediatos olim Comitiis interfuisse, ibique votum habuisse.

Nam quamvis *d. Autor in cap.* 4. totus in eo sit, ut contendat, etiam Mediatos olim Comitiis interfuisse, id tamen, æquè ac *Anonymus ille de Halâ*, ex nullo idoneo autore probat, & præsumtiones, quas ex figmento Septem Populorum colligit, falsas esse, supra *cap.* 1. §. 4. ostensum. Sed sicuti id certissimum est, tales 7. Populos nec unquam extitisse, neque eos Ducatus, qui extinctâ Carolinâ familiâ in Germaniâ clarebant, omnia exhausisse, neque ad tempora usque Friderici I. integra durasse, ita, quod de aliis Immediatis Principibus, Episcopis & Comitibus constat, eorum scil. numerum Ottonis I. tempore admodùm crevisse, hoc etiam de Civitatibus Imperialibus dicendum erit. Cùm has maximè quæ Rheni accolæ sunt, initia suæ Libertatis ad Ottonum, & Incrementa ad Henricorum tempora optimo jure referre, nemo, nisi omnis historiæ nescius, hactenus negaverit, confer hîc ea, quæ supra *cap.* 1. §. 9. *seqq.* dicta sunt; Proinde si ante Friderici I. tempora legatur, Civitates Comitiis interfuisse, certè nulli vitio vertitur, si id de Civitatibus Immediatis intelligat. Quis enim Principes Imperii ita negligentes aut Juris sui oblitos fuisse suspicaretur, ut passi fuerint, urbem quandam suarum municipalium pari cum ipsis passu incedere, &, quem potissimum cernimus in Comitiis, Characterem Statûs & Immedietatis arrogare? Quid opus fuisset Separatione Immediatorum

rum

rum à Mediatis, aut in quo conſtitiſſet iſtud diſcrimen, ſi non in eo, quod illi participes fuerint communium Conſiliorum, à quibus hi jure merito excludebantur, quoniam ipſorum nihil intereat, quæcunque in Comitiis concluderentur, aut quid ipſis votum ab alius arbitrio dependens? Vel ſi concedamus ipſis liberum ſuffragium, &, quæ *d. Autori cap.* 4. *§.* 4. eſt regula, ſi cui in provincialibus cujusque Territorii Conventibus locus fuit, illi etiam locus ſuffragiumque in Imperialibus Comitiis patuerit, quæſo, quàm confuſum chaos præſentaſſent noſtra Comitia? Nonne, cum major ſemper ſit numerus mediatorum, quàm immediatorum, in illorum manibus ſtetiſſet, per majora horum Concluſa annihilare & eludere? Sed Siculæ gerræ. Quid ſi etiam liquidò conſtet, Mediati cujusdam fieri mentionem in Comitiis ſeu *Curiis Regiis*, uti antiquo Stylo vocantur, attamen exinde non ſequitur, illum ſuffragii ergo ibidem comparuiſſe, ſcimus enim, olim in iſtis Curiis Regiis non ſolùm de negotiis Imperii actum, ſed & alia ſolennia peracta fuiſſe, plerumque enim aut novus Imperator electus vel coronatus, Succeſſor declaratus, matrimonium regium initum, novus Princeps creatus, aut feriæ Sacræ celebratæ fuerunt. Si ergo ſcire velis, quid ibi faceſſerint mediati, imò & exteri, finge tibi actum quendam ſplendidum & ſolennem, cui animi & curioſitatis gratiâ multi intereſſe ſolent, quamvis regulariter ibi nihil negotii habeant. Deinde ſi quoque vocatio probetur, non tamen vocatis votum & Seſſionem competiiſſe præcisè indè ſequetur, conſtat enim, *B. Lutherum* ad doctrinæ ſuæ defenſionem, non ad ſuffragium dicendum à Carolo V. Wormatiam anno 1521. & Aſſeſſores Cameræ anno 1608. à Rudolpho II. ad Comitia vocatos fuiſſe, ut rationes ſententiarum in cauſis quatuor Monaſteriorum latarum examinent. Poſtremò ſi concederetur, (quod tamen difficillimè fiet,) mediatum in Comitiis ante Friderici I. ætatem votum ferre potuiſſe, quis idem diceret de ævo poſteriori, maximè à Rudolphi I. ætate ad hodierna usque tempora, ubi de Separatione Immediatorum à Mediatis nullum amplius dubium ſupereſt, cum nulla Imperii Conſtitutio reperiatur, in quâ non mentio fiat *Statuum*, und haben mit der Stände Rath und Conſens beſchloſſen, quis autem tam abſurdus eſſet, ſtatuere, ſub Statuum nomine etiam mediatos venire? Aut ſi fortè Comes quidam vel Nobilis mediatus, prudentia & rerum experientia præclarus, in Comitiis in re quadam ardua de Sententiâ ſuâ rogatus fuerit,

fuerit, quis proinde omnes Comites vel Nobiles in numerum mediatorum referret? Idem censendum de modo, quo *d. Autor* à municipalibus ad Imperiales argumentatur: Scilicet, probationem Sessionis & voti alicujus Civitatis, cui Status quæstio movetur, hoc Alexandrino ense dissolvi: *Comitialia quoque suffragia fuisse penes Civitates Municipales:* Ergo: Si omnibus Civitatibus de libertate lis orietur, quoniam in omnibus hæc decisio *d. Autoris* applicanda esset, omnes facilè in numerum municipalium referri, earumque Libertarevocari posset, & hunc ultimum ictum eò minus effugerent Civis tates ex hypothesi *d. Autoris* reservatione Liberæ, cùm ipsis perpetuò objici posset, eas tantum quà municipales, Principum suorum conniventiâ jure suffragii gaudere, & in eorum arbitrio esse, pro lubitu eas ad pristinum Statum reducere. Exemplo sit Civitas Hamburgensis, huic *d. Autor c. 6. §. 21.* tribuit Libertatem reservativam ab omni revocatione prorsus securam, quam tamen in *cap. 6. §. 7.* unico illo argumento iterum auferre non erubescit. Sed adeò habet calamum livore ac odio corruptum, ut ingenuus quisque, qui non peponem pro corde, fungum pro cerebro habet, oppidò perspiciat, scribere ipsum, & causas respondere, ad captum magis glandulæ suæ pinealis Gallicæ, quàm ad veritatem & æquitatem. Quid enim impudentius, quàm præsumtionem & probationem Statûs pro se, contra eum detorquere? Et quid hoc dogmate magis potest esse virulentum; Aut quis unquam audivit, Statui cuidam ex solo hoc dilemmate Immedietatem abjudicatam esse, vel quæ consequentiæ probatio, Civitates Municipales una cum Imperialibus votum & Sessionem olim potuerunt habere, ergo, hæc vel illa Civitas Imperialis, de cujus Libertate quæstio movetur, olim tanquam Municipalis in Comitiis comparuit; id namque si verum esset, municipales olim hoc jure gavisas fuisse, probandum primo loco veniret, illam Imperialem tum temporis quà municipalem votum suum tulisse. Certe si nullum aliud periculum Civitatibus Imperialibus quàm ab Alexandrino ense *d. Autoris* imminet, Libertas ipsarum diu inconcussa, salva & incolumis stabit ac manebit. *Quacunque enim Civitas probat, se voto & Sessione in Comitiis frui, ipsamque ab aliquot retrò Seculis habuisse, illa est & præsumitur Libera, non municipalis.* Et proinde firma manet assertio. Neque in antiquis nec hodiernis Comitiis alias quàm Liberas Civitates reperiri, easque omnes, quæ ibidem Vota sua ferunt, Status esse.

VII.

VII.

Civitates habent Superioritatem Territorialem.

Si autem certum eſt, quod Civitates Imperiales ſint Status, & Jure Seſſionis & Voti in Comitiis gaudeant, neceſſe eſt, *Ipſas etiam habere Superioritatem Territorialem.* Quæ eſt propria affectio, & eſſentiale conſecutivum civis immediati, & maximè Statûs, conſequenter & Civitatis Imperialis, ita ut poſitâ vel negatâ qualitate civis immediati & Statûs, ponatur vel negetur Jus Territoriale, & vice versâ, uti ait *Dn. Præſes Part. 2. Sect. 2. cap. 1. §. 10. fin. & cap. 9. §. 3.* Et hæc Superioritas in Principe vocatur Landes-Fürſtliche, in Comite, Gräfliche, in Civitate, Städtliche Hohe Obrigkeit, Hohe Lands-Obrigkeit, Ober Lands-Herrlichkeit, *Limn. Jur. Publ. lib. 1. cap. 1. num. 50.* vid. *R. I. de anno* 1548. §. 66. *R. I. de anno* 1555. §. 40. *R. I. de anno* 1559. §. 21. 22. De origine ejus in genere vide *Differt. Dn. Heilbronneri ſub Præſidio Dn. VVildvogelii, de Superioritate Territoriali Civitatum* habitam. Quo autem tempore Civitates ad hanc Sublimitatem pervenerint, adeò clarum & evidens non eſt. Quemadmodum enim neque Principes aliique Status potentiores uno tempore ac momento, ſed ſucceſſivè & ſenſim per ſpiramenta temporum, poteſtatem illam Majeſtatis æmulam, quæ nomine Super. Territor. hodie venit, acquiſiverunt, ita neque Civitatum Superioritas Territorialis unius Cæſaris conceſſioni, ſed multorum annorum, imò Seculorum lapſui adſcribenda eſt. Quantum vero ex principiis hiſtoricis colligere licet, dicendum, originem ejus poſt Ottonum tempora, & ſic longo intervallo poſt Duces, Principes alioſque Status quærendam eſſe: *VVurſtiſius in Chron. Baſil. lib. 2. cap. 11. fol. 96.* apud *Myler. in Archolog. Ord. Imp. c. 17. ſeqq.* Poſtea prout quæque Civitas citius vel tardius Immediata facta, vel privilegiis ab Imperatoribus decorata fuit, Superioritas earum incrementa cepit, usque dum ad eam plenitudinem attigerit, in qua hodienum conſpicitur. Habere autem Civitates Jus Territoriale, probatur (1.) quod ſint Immediati Imperii Cives, & ſimul Status. (2.) Quod omnia exerceant jura, quæ nomine Superioritatis Territorialis veniunt. (3.) Quod ea expreſſe ipſis confirmata ſit in *Inſtrum. Pacis art. 8. §. 4.* ibi: *Tàm in Univerſalibus verò, quàm Particularibus Diætis, Liberis Imperii Civitatibus non minus, quam ceteris Statibus Imperii competat votum deciſivum, iisque rata & intacta maneant regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia confiſcandi, collectandi, & inde dependentia, aliaque Jura ab Imperatore vel Impe-*

Imperio legitimè impetrata, vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda Jurisdictione, intra muros & in Territorio. Ex quibus ultimis verbis patet, gaudere eas Superioritate Territoriali non tantùm in cives, sed etiam in subditos suos extra pomœria, intra & extra mœnia, in urbe pagisque viventes sibi subjectos.

VIII.

Specialiora Jura Superioritatis Territorialis: (1.) Jus Sacrorum.

Ast ut ad species, ut vulgo loquuntur, eamus, principaliora *Superioritatis Territorialis* Jura in applicatione ad Civitates Imperiales breviter enarremus: Inter quæ occurrit (1.) *Jus circa Sacra.* Quod etiam Civitatibus Imperialibus *in Pace Religiosa* confirmatum, per *R. I. de anno* 1555. §. Und damit solcher Fried ꝛc. ꝛc. 15. & §. Nachdem aber ꝛc. ꝛc. 27. Et quamvis Pontificiæ, principiis suæ Religionis impeditæ, hoc jure non audeant uti, attamen Protestantes jugo hoc excusso, istud meritò sibi vindicarunt, eoque adhuc plenariè utuntur. In eo verò admodùm se decipit *d. Autor,* quando in *cap.* 7. §. 5. putat, autonomiam in Jure Ecclesiastico ex eo tantum ad Civitates pertinere, quod fidei formula Cæsaris non ferat, Principem Pontificiæ Religioni addictum hâc spartâ defungi, & in Pace Westphalica præter jura Consistorii nil Civitatibus datum esse; Nam contrarium planè demonstrant verba Instrumenti Pacis *art.* 5. §. 48. ubi indistinctè omnibus Electoribus, Principibus, & Statibus Evangelicis (comprehensâ Liberâ Imperii Nobilitate) Ecclesiastica Jurisdictio relicta, imò & integrum Jus Diœcesanum seu Episcopale, vel, ut clarius dicam, jus circa Sacra ita stabilitur, ut quilibet Status A. C. id intra ditionis suæ terminos vigore Superioritatis Territorialis libere exercere possit. Quod ergo hac in re Juris habent Principes, id Civitatibus denegari nequit, & in §. 49. expresse cavetur, ne in iis Civitatibus, in quibus mixtum Religionis exercitium in usu est, Episcoporum Romano-Catholicorum contra cives Augustanæ Confessionis ulla sit jurisdictio Ecclesiastica. Deinde si verum foret, Civitates tantum Consistorii jure gaudere, quis quæso reliqua jura circa Sacra exerceret? neque enim unquam Imperator & Imperium in summi Sacrorum juris exercitio Civitatibus Imperialibus obstitit. Sic Civitates, ut cæteri Status, non expectato Cæsaris consensu olim Religionem mutarunt, & patria mea *Ulma* anno 1531. derelicta doctrinâ Pontificiâ Augustanam Confessionem introduxit, nec si quæ earum adhuc hodie ex Senatûs & Civium voluntate unam vel alteram

teram Religionem ex tribus illis in Imperio probatis amplecti vellet, quidquam ei impedimento foret. Nec minus (ut exemplis rem comprobem) cæteros Episcopali juri annexos actus Magistratum *Ulmensem* libere exercere, docet constitutio & depositio Ministrorum Ecclesiæ, Ordinatio Eccelesiastica, die Kirchen-Ordnung, Inspectiones & Visitationes Ecclesiarum nuperrimè institutæ, feriæ, quas quotannis sibi soli solennes indicit, Calendarium novum anno 1700. demum introductum, dispositio circa adiaphora, & innumera alia, quæ ad Summam & Eminentem Ecclesiasticam jurisdictionem referri solent, & quæ hoc nomine in *R. J. de anno* 1555. §. Damit auch rc. rc. 20. Augustanæ Confessionis Statibus conceduntur, & in *Instrum. Pacis Westph. art. V.* §. 29. his verbis confirmata sunt: *Liberæ Imperiales Civitates prout omnes & singulæ sub appellatione Statuum Imperii non tantum in Pace Religionis & præsenti ejusdem declaratione, sed & aliàs ubique indubitatè continentur, ita & ex illarum numero ea, in quibus unica tantum Religio, anno* 1624. *in usu fuit, tàm ratione juris reformandi, quàm aliorum casuum, Religionem concernentium, in territoriis suis respectu Subditorum non minus ac intra muros & suburbia idem cum reliquis Statibus Superioribus jus habeant, adeoque de istis generaliter disposita, de his quoque dicta & intellecta sunt, &c.* quæ si cum §. 48. 49. *d. art. V.* conferantur, indubitato Civitatibus Imperialibus summam in Jure Ecclesiastico potestatem ex Superioritate Territoriali profluentem, ad instar reliquorum Statuum ipsis addicunt, & hæc negantes, utinam majorem in Legibus Imperii fundamentalibus peritiam, & minorem in historiæ veteris incertitudine diligentiam adhibuissent.

IX.

(2.) Jus Homagii recipiendi.

Inter Politica sive Secularia Superioritatis Territorialis jura quæ Civitatibus unà cum aliis Statibus competunt, quod ea, quæ *intra Territorium* exercent, sunt (2.) Jus Subditos homagiali vinculo obstringendi: quod per singulos annos d. 6. Augusti *Ulmæ* fieri solet. Nam quamvis Civitas in toto complexu considerata sit Status Imperii, attamen *cives singuli separatim sumti sunt subditi sui Magistratus,* qualiscunque sit regiminis forma, sive Aristocratica, sive Democratica, sive ex utraque mixta, secus ac censuit *Dn. Coccejus c.* 17. §. 13. & proindè illi egregiè falluntur, qui Cives singulos pro Immediatis venditant. vid. *Dn. Præses Part. Spec. Sect.* 2. *c.* 9. §. 2. *Gylmann. Sym-*

(3.) Judiciorum Constitutio.

(4.) Jus Legislatorium.

(5.) Jus Privilegia concedendi.

(6.) Jus Archivi.

(7.) Jus Fisci.

(8.) Jus Monetæ.

phor. Tom. 1. part. 1. tit. 3. p. 166. n. 7. p. 174. num. 45. 46. Contrarium satis testantur (3.) *Judicia*, quæ quilibet Magistratus in Civitate habet, & coram quibus in prima Instantia cives litigantes se sistere & secundum Leges communes & Statuta sententiam expectare tenentur; Unde etiam competit Civitatibus (4.) *Potestas Legislatoria* sive Jus subditis idoneis Legibus prospiciendi, quo adeò liberè utuntur, ut Leges condere possint Juri Civili communi contrarias, notes hanc in rem *Volumen Statutorum Ulmensium*, & *Differt. Dn. Newbronneri de differentiis Juris communis & Statutarii Ulmensis.* Hinc fluit (5.) Jus easdem Leges abrogandi, mutandi, circa eas dispensandi, sive *jus concedendi privilegia*, cujus rei quotidiana exempla proferre superfluum est. (6.) Jus Archivi tàm communis omnium Civitatum, quàm peculiaris in *Ulma* deprehendes. (7.) *Juris Fisci* (cui annexa sunt jura ærarii, collectandi, vectigalium, accisarum &c.) exercitium utinam præsenti bello, non tam necessarium & frequens Imperii Statibus & præsertim Civitatibus fieret! (8.) *Jure Monetæ* quidem nonnullæ Civitates destituuntur, & quibusdam illud tantùm quoad monetas minoris valoris (Scheid-Müntzen) competit, attamen plurimæ earum, inter quas etiam *Ulma*, omnis generis monetas cudere possunt; sed hoc jus Status Imperii magis habent ex speciali Imperatoris concessione vel immemorialis temporis præscriptione, quam vigore Superioritatis Territorialis. *Ferdinandi I.* Müntz-Ordnung §. 178. *R. J. de anno* 1576. §. 72. 78. *Capitulat. Rudolph. II. art.* 34. *Ferdin. II. art.* 33. *Ferdin. III. art.* 37. *Ferdin. IV. art.* 35. *Leopold. art.* 34. *Joseph. art.* 33. *CAROLI VI. art.* 9. frustra dissentientibus *Gottlieb Gerhard. Titio l. 3. c. 5. §. 32. Joh. Ehrenfr. Zschackwiz. l. 4. cap. 5. §. 9. Jus Postarum* quidem hactenus Civitates non exercuerunt, sed neque omnes Status hoc jure utuntur, neque omnes privativè, id est, exclusis Postis Imperialibus. Reliqua Superioritatis Immanentis Jura, melius in Civitatibus ipsis, quàm ex prolixo discursu dignoscuntur.

X.

Jus Belli.

Quoad Jura Superioritatis Territorialis extra Territorium constituta respicienda veniunt (1.) *Jus Belli*, vi cujus Civitates Imperiales jus suum omni modo denegatum armis prosequi, aut aliorum violentiâ petitæ impunè se defendere possunt. Exemplum habemus in bello, quo Albertus Brandenburgicus Civitates Imperiales aggref-

greſſus eſt; Is enim ab initio Mauritio Electori Saxoniæ aliisque Statibus Proteſtantibus junctus Socius, poſtea detrectavit Inducias Paſſavienſes 1552. factas acceptare, ſed ſuum privatum negotium agere, & ſibi uni acquirere, quidquid belli fortuna dediſſet, cœpit. Proinde, cum jam antea *Ulmam* per 6. dies fruſtra obſediſſet, & interea Norinbergæ ſat duras conditiones obtruſiſſet, *Ulmam* redit, eique 20. Junii illius anni ſequentes litteras mittit, quas ex *Schardii Tom. 2. Rerum Germanicarum fol.* 549. integras inſeram: *Noribergicos, maximo ipſorum cum detrimento, domitos abs ſe, pacis accepiſſe conditiones, & facturos quod ipſe præſcripſerit, nunc ergo ſe conſtituiſſe, & ipſos obſidere. ſed longè ſecus ac arctius quam nuper, quod ſi conſilium ſuum fortuna comprobet, nulli ſe maſculo, qui ſeptimum ſit annum egreſſus, parciturum, niſi ad ſanitatem redeant, miſſisque Legatis ſibi omninò ſatisfaciant, & nuper quoque facta rebellionis culpam eluant.* Ad eas literas paucis *Ulmenſes* reſpondent: *Incolumes quidem & quàm diu vita ſuppetat, nihil ſe facturos eorum qua poſtulet.* Sed rurſus fortiter reſiſtentibus civibus, infectis rebus diſceſſit, & poſtquam hinc indè Civitates Imperiales multum vexatus eſſet, aliquamdiu cum Cæſare in gratiam rediit, è qua paulo poſt iterum excidit, & in Galliam aufugit. *Spirenſes* quoties vicinis Fehdam ſive bellum denunciaverint, recenſet *Lehmann. in Chron. Spirenſ.* paſſim. Et *Noribergenſes* non unâ vice ob diſſidia cum Marchionibus Brandenburgicis in publica bella & prælia erupiſſe, hiſtoria ſat comprobat, ut alia exempla taceam.

XI.

Jus Fœderum.

Ut autem Civitates Imperiales ad reſiſtendum eſſent eo validiores, per ſolennia fœdera aliorum auxilia ſibi pararunt, & hinc ipſis competit *Jus fœderum.* In exemplis recenſendis non neceſſe eſt, ad ſolum *Hanſeaticum* fœdus confugere, ſed planè miſſum hoc facimus. Non Civitatum tantùm Imperialium hoc fœdus, ſed ex municipalibus mixtum fuit, Commerciorum, non belli, lucri faciendi, non defenſionis causâ initum, & ſic accurate loquendo Civitatum Hanſeaticarum Syſtema *Societatem* rectius *Mercatoriam,* quàm *fœdus* appellaveris. Cùm enim hujus fœderis vires in tantum creverint, ut etiam Regibus formidabile fieret, Principes citò ad atterendum ejus robur municipia ſua ab eo revocarunt, Imperiales verò Civitates plurimæ ex variis cauſis ultrò ſe ei ſubduxere, usque dum ad eam paucitatem redactus numerus Civitatum Han-

 ſeaticarum

featicarum, quem hodiè tres illæ, *Hamburgum*, *Brema*, *Lubeca*, fœderis jura adhuc sibi vindicantes, conficiunt. Sed jam ad fœdera Civitatum Imperialium: Primum ejus refert *Lehmann. l. 5. cap. 92.* ad annum 1255. inter Civitates Maynß, Worms, Speyr, Franckfurt, Bingen und Oppenheim initum, quibus deinde aliæ Civitates ultra 60. & Principes complures accessêre. Post usque ad Fridericum III. fœderum Civitatum Imperialium, vel inter se, vel cum aliis, exempla ultra 100. apud Lehmannum & Dn. Dattium occurrunt. Cujus Imperatoris tempore inclaruit celebre istud *fœdus*, quod vocant *Suevicum*, der Schwäbische Bund. Istud enim 1488. ad tuendam Pacem Publ. Francofurti 1486. constitutam, & ad repellendas injurias & insolentias, quibus subindè Civitates Imperiales Bavariæ Duces infestabant, à quibusdam Sueviæ Civitatibus initum; quibus mox Prælati cum Nobilitate, mit der Gesellschafft St. Jörgen-Schilds, se conjunxerunt, & hos deinde secuti sunt complures Principes & Imperator ipse. Quibus accessionibus ita crevit hujus fœderis potentia, ut eam non tantum Bavariæ Duces, sed & alii cum suo damno experti fuerint. Confer. *Dn. Datt. de Pac. Publ. lib. 2. à cap. 4. usque ad cap. 24. Lünig.* Reichs-*Archiv. Part. Spec. pag. 232. ejusque Cont. 1. 2.* Abtheilung von Churfürsten und Ständen des H. Röm. Reichs, *pag. 85. seqq.* Quater prorogatum fuit hoc fœdus, usque dum, gliscentibus præcipuè Religionis dissidiis, postquam stetisset annos 44. istud rursus anno 1533. dissolveretur; sed indè ex parte Evangelicorum aliud exortum *fœdus*, *Smalkaldicum* scilicet, cui iterum Civitates aliquot Imperiales nomen dederunt, quod refert *Hortleder. de Caus. Bell. German. Tom. 3. lib. 8. cap. 8. Lünig.* Reichs-*Archiv. Part. Spec. pag. 249.* de cujus justitia & viribus ingens fuit certamen inter Dd. Romano-Catholicos & August. Confess. addictos. Postmodum, Germania per Pacem Religiosam anno 1555. quodammodo pacata, non ita necesse amplius habuerunt Status & Civitates, per specialia fœdera securitati suæ prospicere, nisi quod temporibus ita poscentibus, vel omnes vel quidam Statuum coiverint; Unde etiam Civitates Imperiales in moderno bello (quod DEUS cum pace mutet!) non solum *Communi omnium Confœderatorum Systemati*, sed etiam arctiori illi *Quatuor Associatorum Circulorum Fœderi* adscriptæ sunt.

XII.

Jus Legatorum.

Cum Civitatibus Imperialibus competat Jus belli & armorum,

rum, ac fœderum, hæc autem Jura, & ea, quæ ad communem commerciorum usum spectant, absque Legationibus commode expediri nequeant, ipsis quoque *Jus Legationis*, sive mittendi Legatos non denegari poterit. Nam non solum ad Comitia, ad Cæsarem, aliosque Status Civitates suos Legatos mittere, quotidiana testatur experientia; sed & earum Legatos cum Imperatoris, Electorum, Principum &c. Legatis cum exteris negotia habuisse, comprobat *Arumaus ad A. B. Diss.* 1. §. 8. Et quod unum exemplum est instar omnium, Tractatibus *Pacis Westphalicæ*, *Noviomagensis* & *Ryswicensis* Legatos Civitatenses interfuisse, & ad communes consultationes admissos fuisse, constat ex *Actis Publicis* harum Pacificationum. vid. *Puffendorff. Histor. rer. Suec. lib.* 15. §. 55. 62. 64. *Autor Arcanor. Pac. Westph. cap.* 31. *pag.* 467. *Kulpis. de Legat. Stat. Imp. cap.* 5. *num.* 13. *pag.* 92. *seqq. Dn.* Ludwig *de Jure adlegand. Ord. Imp. cap.* 1. §. 26. 34. 38. *seqq.* Et hæc sunt Jura & Regalia principaliora, in quibus Superioritas Territorialis consistit, & quâ Status & Civitates vi suæ qualitatis gaudent; Sunt equidem multo plures species horum Jurium, quæ recenseri solent à DD., sed facile ad unum alterumve supra memoratorum referri poterunt.

XIII.

Resp. ad Contraria: 1. Quod Superioritas Territorialis sit varia.

Nunc ad rationes *d. Autoris*, quibus in *cap.* 7. §. 3. *Civitatibus Imperialibus Superioritatem Territorialem denegare conatur.* Quarum I. *Quod alia sint Jura Territorialia Archi-Principum, alia Principum, Comitum alia, & alia denique Civitatum.* Verum quantumvis concedamus, Statum quendam altero citius ad Immedietatem pervenisse, & Jura Territorialia acquisivisse, exinde tamen minimè sequitur, quod Superioritas Territorialis serius acquisita differat à citius acquisitâ, & illa non æquè vera sit Superioritas Territorialis ac hæc. Una in Imperio Nostro est Superioritas Territorialis, nonnisi quandoque ratione Subjectorum nomine differens, quæ pari ratione Civitatibus Imperialibus ac aliis Statibus competit, & prædicatum Lands-Fürstliche, Gräfliche Hohe Obrigkeit, denotat tantum Dignitatem personalem huic Juri annexam, quæ salvâ substantiâ Superioritatis Territorialis adesse aut abesse potest; Dignitas enim Regalis non est de Substantia Superioritatis Territorialis, sed præeminentia saltem aliqua personalis, ab adjuncti negatione ergo non licet concludere ad negationem rei, h. m. Civitates non habent die Lands-Fürstliche Obrigkeit, E. non habent die Lands-Obrigkeit, sive die Ober-Herrlichkeit. Hanc tamen Superioritatem Territorialem Status ab initio non in

eâ

eâ plenitudine habuerunt, quâ hodie conspicitur, sed pedetentim hæc Principum, Comitum &c. potestas crevit, lentoque gradu incrementa sumpsit, uti ait *Magnific. Dn. Præses Introd. in Jus Publ. Part.* 2. *Sect.* 2. *cap.* 10. *§.* 6. *pag.* 896. & multa olim per Privilegia Imperatorum sibi concedi curarint Principes &c. quæ hodie vigore der Landes-Obrigkeit ipsis competunt. Unde mirum non est, & Civitates Imperiales sat exigua initia hujus juris habuisse, usque dum plenarium ejus effectum consecutæ fuerint, sed hoc, uti aliis Statibus non nocuit, ita nec Civitatibus nocebit.

XIV.

II. Quod Superior. Territ. Civitatibus ordinariè non competat.

II. Asserit *d. Autor*, *quod nulla Civitatum Jus Territoriale habuerit ordinariè.* Sed idem dicendum esset de reliquis quoque Statibus, quoniam & iidem ab initio Jura sua Territorialia per Privilegia quæsiverunt, neque tamen propterea Imperator ipsis loco Ducis fuit, aut ea omnia exercuit, quæ sunt Domini Territorialis, Judicia non instituit, sed tantum aliquamdiu in ipsis cum Civitatibus concurrit, leges in nulla Civitate tulit, sed quotiescunque aliqua Civitas inter Immediatas recepta fuit, toties eo ipso illi cessit avtonomia, vectigalia, gabellas & census equidem ex iis percepit, attamen id etiam apud alios Status obtinuisse supra *cap.* 1. *§.* 18. ostensum, reliqua jura, quæ hodie sub Superioritate Territoriali comprehenduntur, in nulla Civitate sibi arrogavit; Quod autem sigillatim super ea Status privilegia rogaverint, id forsan ideo factum, quoniam vel ea, quæ de Jure ipsis competebant, ignorârunt, vel (quod duo vincula plus ligent, quam unum) jus suum eo certius & tutius reddere voluerunt. *Novum enim non est, etiam illud, quod Jure communi competit, singulari privilegio impetrare.*

XV.

III. Quod Super. Territor obstent Præfecti & Collectæ.

III. Porro Superioritati Territoriali valde obstare asserit *d. Autor*, *Præfecturas & Collectas Imperiales.* Sed uti ceterorum Statuum, Ducum nempe, Marchionum, Landgraviorum, Principum, Comitum &c. Superioritati Territoriali, quâ hodie & jam ab aliquot seculis indubiè gaudent, nihil derogat, quod ipsi olim nil nisi Provinciarum suarum Administratores ac Imperatorum & Regum Officiales & Ministri fuerint, ad id inprimis constituti, ut Regum ac Imperatorum vice Civibus Jus dicerent, in casu necessitatis eos in aciem ducerent, & ab incursionibus hostium tuerentur, quodque in Ducatibus,

tibus, Principatibus, Imperatores & Reges olim suos habuerint Comites Palatinos, qui vice Cæsarum ac Regum Tribunalibus præsiderunt, popularibus Jus reddiderunt, fiscum Augusti, prædia Salica, reditus regios curârunt, censum regium exegerunt, pariter in Episcopatibus & Abbatiis suos habuerint Advocatos, qui omnem Jurisdictionem in territoriis Ecclesiasticorum exercuerunt, Oeconomiam administrârunt, reditus ac expensas ad rationes redegerunt, & quotannis administrationis rationem reddiderunt, quemadmodum, inquam, hæc omnia nil officiunt Superioritati Territoriali Principum tam Ecclesiasticorum, quam Secularium, quâ omnes & singuli hodie territoria sua proprio nomine regunt, vique cujus ipsi in ditionibus suis tantum jam possunt, quantum Imperator in Imperio, in ea satis firmati per *LL. Imperii fundamentales, Capitulationes* nempe & *Tabulas Pac. VVestph. art. VIII. pr.* Sic nec Superioritati Territoriali Civitatum Imperialium quicquam obesse potest, quod illæ olim per Præfectos & Scultetos Imperiales gubernatæ fuerint. Sufficit enim, quod secutis temporibus se Civitates Imperiales ab istis Præfecturis liberârint, ob immediatam subjectionem Imperii Juris Comitiorum participes factæ, ad Con-Statuum exemplum Superioritatem Territorialem acquisiverint, in eâque perinde ut illi LL. Imper. Fundamentalibus, quotquot earum sine Controversia immedietate suâ fruuntur, confirmatæ sint *d. art. VIII. pr.* §. 4. Nec ulla ratione quoque lædunt aut subvertunt Superioritatem Territorialem Civitatuum Imperialium *Collectæ*, quas quotannis earum quædam Imperatori ob immediatam subjectionem, præter alia Imperii onera ordinaria & extraordinaria, solvere tenentur, quod unum eas in duriorem causam præ ceteris Statibus Imperialibus obligat. Annuas enim hasce pensitationes solverunt & solvunt etiamnum quædam Civitates, salvo Jure Territoriali. Quemadmodum Imperator Majestate non destitutus fuit, cum olim ex necessitate, ratione Ungariæ, Turcis quotannis Tributum pensitârit, nec propterea Sereniss. terrarum harum Dux, Civitatis Imperialis Eslingensis aut Reutlingensis Dominus Territorialis est, quod illæ Eidem quotannis in recognitionem Protectionis certam pecuniæ summam offerre solent.

XVI.

IV. *Quod inconsideratè ab uno aut altero regali arguatur ad complexum omnium.* In quo quidem ei adstipulamur, sed applicationem ejus malè

IV. Distinctio inter Landes-Ho-

Heit und Lands-Herrlichkeit.

malè ad Civitates Imperiales fieri dicimus. Cum enim Civitates Imperiales in Curiali significatu omnes & singulæ sint communitates Imperatori & Imperio immediatè subjectæ, & cum reliquis Imperii Statibus pleno Sessionis & Suffragii jure in Comitiis Imperii Publicis gaudeant, hincque sub appellatione Statuum Imperii ubique indubitatè contineantur, & in territoriis suis ac respectu subditorum suorum, intra & extra muros, idem Jus Superioritatis Territorialis cum reliquis Statibus Imperialibus habeant, ac in libero ejus exercitio ita stabilitæ firmatæque sint, ut à nullo unquam sub quocunque prætextu turbari possint ac debeant, vi LL. Fundamentalium Imperialium *Capitulat. Leopold. & Joseph. art.* 3. *CAROLI VI. art.* 1. *Instrum. Pac. VVestph. art.* 5. §. 29. *& art.* 8. *pr.* §. 4. Sane non potest non manifestæ calumniæ, in LL. illas Fundamentales commissæ, reus censeri, qui contra clara verba LL. istarum fundamentalium Civitatibus Imperialibus complexum Jurium Territorialium seu Regalium denegare audet. *Autor Medit. ad Instrum. Pacis art.* 8. §. 4. ad verba: *iisque rata & intacta maneant Regalia &c.* Qui enim Jus Superioritatis Territorialis habet, ut habent Civitates Imperiales, illi sine injuria Jura Territorialia denegari nequeunt, cum Superioritas Territorialis sit totum aliquod, plures in se continens facultates, ex quibus ceu partibus potentialibus seu potestativis constituitur, & totius potestativi appellationem hinc recipit, ut innuatur, non tam partes, quam potentias & facultates ad instar partium se habentes in eo contineri. Quæ partes potentiales seu facultates dicuntur Jura Territorialia, quorum complexus constituit Superioritatem Territorialem, ut, si qui hac gaudeat, non possit non intelligi habere complexum omnium Jurium Territorialium, donec probetur, alii unum vel alterum Jus speciali titulo competere in alterius territorio. Unde non abs re rejicimus illam *d. Autoris*, in *cap.* 7. §. 8. *& cap.* 6. §. 18. inter Lands-Hoheit & Lands-Herrlichkeit factam distinctionem, utpote quæ Juri Publico & Constitutionibus Imperii est incognita, imò adversa. vid. *Rec. Imp.* 1555. §. 40. *R. I.* 1559. §. 21. 22. ubi Lands-Oberherrlichkeit designat ditionem, quæ Jure Territoriali totum complexum omnium Jurium Territorialium includente regitur, & sic synonymicè usurpatur cum voce Lands-Hoheit. *Diether.* & nonnisi novissimè à quibusdam Neotericis inventa; Proinde nobis unum idemque erit, Superioritatem Territorialem, sive Lands-Hoheit, sive Hohe Lands-Herrlichkeit, sive Lands-Herrlichkeit appellaveris, quo nomine

nomine verò privilegia & Immunitates quarundam Civitatum municipalium insigniri non poterunt.

XVII.

V. Concedit quidem Civitatibus Imperialibus Jus Status, sed non Territorii, *quoniam Jus Status & Immedietas nihil conferat aut detrahat Superioritati Territoriali.* Hanc sententiam novam, an absurdam vel potius simplicem vocare debeamus, ferè nescimus, & si verum est, quod contra principia negantem non sit disputandum, vix operæ pretium erit, vel unicum verbum addere. Ignoscendum esset *d. Autori*, si tantum veteris historiæ silentio ita abuteretur, ut suâ autoritate Mediatis votum & Sessionem, sicque Jus Status in Comitiis antiquioribus attribueret, quamvis quid de hoc sentiendum, jam supra *cap.* 2. §. 6. monuerimus; Id vero à fide & veritate alienissimum est, quod in *cap.* 7. §. 6. scribit: *Nec hodie inconcinnum esse, Comitem aut Episcopum provincialem esse, sive Landsassium, & eundem tamen suffragii Jure gaudere in Comitiis.* Si hoc veritati consentaneum, quæso, quorsum spectat ista totius Imperii in Generalibus Comitiis lata prohibitiva constitutio: *Ne quis ad Sessionem & votum admittatur, & in numerum Statuum cooptetur, nisi qui ratione personæ suæ immediatè Imperio subjectus, bonisque Immediatis instructus sit, & ita Superioritatis Territorialis habilem se reddiderit. R. I. de* 1555. §. 19. ibi: so dem Reich ohne Mittel unterworffen und Reichs-Stände seyn. ubi ultima verba non distinguunt & opponunt, ceu vult *Arumn. de Comit. cap.*4. *n.* 1. sed potius præcedentia explicant, ac Proceres ab Immedietate Status dici ostendunt. *R. I de* 1654. §. 197. *Capit. Leopold. art.* 44. *Joseph. art.* 45. *CAROLI VI. art.* 1. Aut ergo adeo tenebris involuti sunt *Status Imperii*, ut, quis Immediatus sit aut Mediatus, intelligere non possint, & legem ferant ipsi facto contrariam, aut propterea Comites Mansfeldius & Waldeccensis, quoniam, quod quidem *d. Autor* ait, ipsis controversia movetur, jam Mediati vocandi sunt, cum tamen adhuc in possessione Immedietatis & suffragii in Comitiis se tueantur; sed solenne est *d. Autori*, in tota sua dissertatione res adhuc litigiosas, ex suo cerebello inverso plane Juris modo contra Possessores dijudicare.

V. Jus Status & Territorii non esse connexa.

XVIII.

IV. Porro in §. 7. objicit: *Civitates commiscere facta cum Jure, & multa sibi arrogare Jura Territorialia, quæ per Privilegia docere nequeant.* Respon-

VI. Quod Superioritas Terri-

torialis non possit præscribi.

spondeo: Superioritatem Territorialem non solum acquiri per *Concessionem*, sed etiam per *Præscriptionem*; Hæc enim habet vim specialis concessionis, & non tantum inter unius Imperii Cives, sed & inter ipsos Populos Liberos locum habet, adeoque Juris Gentium est, vid. *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 4. Digniss. Dn. D. Hochstetter. Colleg. Pufendorff. Ex. 8. th. 23. 24. Cortrej. ad Pacif. Cæsar. Gall. Ryswic.: art. 4. n. 30. seqq. pag. 127. seqq.* Sed Præscriptionem exulare jubet ex Imperio *d. Autor cap. 6. §. 27. seqq.* quàm benè, alii judicent. Si enim hæc non esset, quo quæso Jure tuerentur Status Imperii pleraque sua Jura non nisi longâ & antiquâ Possessione & exercitio obtenta? In eo autem monente *Dn. Præside Part. 2. Sect. 2. cap. 10. §. 9.* valde errat *d. Autor* cum iis, qui Præscriptionem centenariam confundunt cum immemoriali, quæ JCtis *Vetustatis* nomine venit, & quæ duorum, trium, pluriumve seculorum lapsu absolvitur, hâc, non illâ acquiruntur Domania & Regalia contra Superiorem, conf. plures *DD. à Dn. Præside d. loc. allegatos*, hâc non illâ utuntur Status Imperii & Civitates Imperiales, & neutra harum est, quæ non ultra ducentos, trecentos vel plures annos exercitium illorum Jurium, quæ expresso Privilegio destituuntur, docere possit. Hic modus acquirendi Superioritatem Territorialem in Publicis Imperii LL. approbatus, vid. *Instrum. Pac. art. 8. §. 4.* ibi: *Jura longo usu ante hos motus obtenta*, & per Capitt. Cæsareas confirmatus fuit, vid. *Noviss. art. 1.* ibi: Gerechtigkeiten, Gebrauch und gute Gewohnheiten, so Sie bißher gehabt, oder in Ubung gewesen &c. & ipse *Autor cap. 5.* in probanda libertate admittit *reservationem* (qualem quidem nescimus) vel *Privilegia*, vel *longum Jurium Usum* & tacitam Voluntatem Reliqua, quæ in *cap. 6. §. 27. seqq.* ad subvertendam omnem immemorialem Præscriptionem ejusque effectum *d. Autor* subnectit, adeo confusè & barbarè scripta sunt, ut nemo non videat, eum non semper sibi rectè constare, & cum Jus Civile hæc sapiant, Benevolum Lectorem ad ejus Commentatores, præcipuè *Carpz. Jurisprud. For. Part. 2. cap. 1. def. 7.* remittimus.

XIX.

VII. Quod quædam Civitates Jure Belli careant.

VII. *In §. 8. cap. 7.* repetit ea, quæ de Præfectis, Collectis, vectigalibus jam sæpius dixit, proinde non opus est, ut amplius his immoremur, cum supra de his satis actum sit. Id saltem monemus, quod *Advocatia*, quam vocat *d. Autor armatam*, Civitatibus in exercitio *Juris Belli* necquicquam obstiterit? Comprobat id satis exemplum *Decem Civi-*

Civitatum Unitarum in Alsatia, der 10. Verein-Städt im Elsaß, quæ quamvis sub Præfecto Generali Alsatiæ, unter dem Land-Vogt im Elsaß, fuere, attamen liberè Jus belli exercuerunt, unde has Decem Civitates non solum inter se, sed & cum aliis fœdera iniisse testantur *Lehm.* & *Datt.* Taceo, quod has Civitates *d. Autor* in *cap.* 10. §. 3. inter eas Liberas referat, quæ plenissimo Superioritatis Territorialis Jure fruantur.

XX.

VIII. Quod Liberæ Civitates hoc Jure gaudeant.

Nam in §. *seq.* demum ille Civitates separat, & *Liberis quidem Superioritatem Territorialem concedit*, *Imperialibus vero eandem denegat:* sed cum Civitates omnes & singulæ in Comitiis Imperii Universalibus duobus scamnis, Rhenano & Suevico, insidentes *æquali Jure* & Immedietate gaudeant, Status sint, Voto & sessione in Comitiis fruantur, neque *Lex Superioritatis Territorialis confirmatoria* eas distinguat, sed indistinctè in *Instr. Pac. art.* 5. §. 29. & *art.* 8. §. 4. LIBERIS IMPERII CIVITATIBUS (uti verba expressa habent) ea confirmentur, proinde *nec nostrum est distinguere*, sed quod de unâ affirmatur, de alterâ etiam asserendum erit, scilicet: *omnes & singulas Imperii Civitates Jure Territoriali gaudere.* Et quamvis hic terminus in *d. Instr. Pac.* quoad Civitates non exprimatur, attamen, ait *Dn. Præses Part.* 2. *Sect.* 2. *c.* 9. §. 3. *fin.* cum de re constat, de vocabulis non est litigandum, alias dicendum foret, & reliquis Statibus hoc Jus non competiisse, quoniam olim hic terminus technicus incognitus fuerit. *Argentinam*, quam exempli loco *d. Autor* in scenam Liberarum Civitatum producit, quod attinet, de illius quidem Superioritate Territoriali absit, ut dubitemus, quamvis modum acquisitionis, quem illi tribuit, negemus, scilicet, *Argentinam*, cum accederet Imperio, reservativè jam Jure Territoriali gavisam fuisse, evolvat, cui volupe est, *Limn. Jur. Publ. l.* 7. *c.* 3. *n.* 10. *sqq.* & *Knipschild. l.* 3. *c.* 51. *n.* 59. *sqq.* ubi inveniet insignem farraginem Privilegiorum, quæ singulis annis Civium communitati publicè coram Rostris prælegi consuetum fuit, quæ ut plurimum denotant quandam concessionem ejusmodi Jurium, quæ ad partes potestativas Super. Territ. referri solent; & ipse *d. Autor in cap.* 5. §. 38. *pag.* 29. provocat ad Privilegia Cæsarea, quibus d. Civitati *omnis Jurisdictio* demandata & concessa fuit, certissimo indicio, neque Argentinam neque ullam Civitatem (nec Statum ullum ex Superioribus)

 ab

ab initio plenario exercitio Juris Territorialis usam fuisse, sed omnes successive per Privilegia, & Praescriptionem ea acquisivisse, quae *hodiè vigore Superioritatis Territorialis* Status Imp. universi sibi vindicant. Etenim in vulgus constat, Jus Territoriale non statim ut enatum, tanto cum splendore & vigore vires suas exeruisse, ac nunc illud longè lateque facultatis suae radios dispergere quotidie videmus, sed serpendo sensim, suique nominis praetextu semper aliquid audendo, indies ex novorum actuum Imperii exercitio majus augmentum & robur accepisse, atque in hoc tandem fastigium ascendisse. Ejus originem, progressum & incrementa, sub figurâ graduum aetatis hominis, infantiae sc., pubertatis, adolescentiae, & virilis aetatis adumbrando, docte & eleganter descripsit *Autor Meditat. ad Instr. P. in Manuss. subjectâ Specim. IV. Tract. nempe de Superioritate Territoriali* §. 32. *seqq.*

XXI.

Conclusio hujus capitis.

Ex quibus itaque abunde colligi potest, *Nexum Civitatum Imperialium cum Imperio omnium parem*, omnesque Immediatas, & Status esse, & Superioritate Territoriali instar aliorum Statuum & Immediatorum gaudere, ac proinde nullam inter eas differentiam obtinere, sed omnes ac singulas Civitatum Liberarum & Imperialium nomen sibi de Jure per LL. Imperii publicas arrogare & vindicare.

CAPUT III.

DE

PARI NEXU CIVITATUM IMPERIALIUM INTER SE IPSAS.

I

Par nexus Civitatum inter se.

SUperest, ut de Pari Nexu Civitatum inter se pauca disseramus, taediosum enim foret, omnes actus publicos recensere, omnia publica Documenta proferre, per quae ostendi potest, Civitates se nunquam à se invicem separasse, aut *in Liberas & Imperiales* se distinxisse; quam in rem apud Autores, praecipuè apud *Lehmannum*, *Dattium*, *Knipschildium*, infinita exempla inveniri po-

poterunt, Nobis sufficiat, saltem per initialia verba quorundam fœderum inter Civitates veritatem nostri asserti docere: Sic Tabulæ Magni istius Fœderis de anno 1384. inter Civitates Suevicas & Rhenanas apud *Dn. Datt. l. 1. cap. 8. pag. 55.* ita incipiunt: Wir die Burgermeister, Rate, und Burger gemeinlich der Stette, Meintz, Straßburg, und Franckhenfort, für uns und all andere Stett en dem Ryne ꝛc. und och Wir, die Burgermeister, Rate, und alle Burger gemeinlich der Stett Augspurg, Nüremberg und Ulm, für uns und all andere Stett in Obern und Niedern Schwaben ꝛc. apud *Lehm. l. 7. c. 31. pag.* 773. tale fœdus: Wir die Meister, Räthe und Burger gemeinlich der Stett zu Meintze, zu Straßburg, zu Wormbße, zu Spire ꝛc. *ap. eund. d. l. c. 52. p.* 806. Wir die Räthe und Burger gemeinlich der Stätt von Straßburg, Wormbs und Spire ꝛc. Sed quid immoror istis documentis, quæ magno numero apud dictos Autores invenire poteris, cum nullum majus hujus rei testimonium habeatur, quam quod in ipso Senatu Collegii Civitatensis nullum discrimen inter eas reperiatur, quamvis enim ibi divisæ sint Civitates in duo scamna, attamen vota alternatim ab uno ad alterum scamnum feruntur, conf. ea quæ supra *cap.* 2. §. 4. jam dicta sunt; neque aliter se res habuit, ubi prima ista successio in dua ista scamna facta fuit, ne verbo enim *Lehmannus*, quamvis aliàs insignis differentiæ inter Civitates Liberas & Imperiales patronus, mentionem harum vel illarum facit, dum *l. 7. c.* 113. primam hanc separationem recenset, sed expresse dicit, in uno scamno consedisse Civitates Rhenanas, Alsaticas, Wetteravicas, Saxonicas & Thuringicas, in altero, Suevicas & Francicas, quæ deinde Scamna à potiori Rhenanarum & Suevicarum Civitatum numero, *Rhenanum & Suevicum* vocata sunt, adeo autem nullum scamnum præ altero prærogativam & præcedentiam petiit vel impetravit, ut, ad ostendendum æqualem omnium Civitatum nexum, expresse votorum alternatio recepta fuerit, qui etiam votandi modus ita continuatus, & adhuc hodie in omnibus Civitatum Consultationibus obtinet.

II.

Non obstat 1. Recessus Conventus Civitatum de anno 1486.

Neque hic nos vexat 1. Subscriptio Diætæ Civitatensis Esslingæ anno 1486. habitæ, quam *d. Autor in c. 10. §. 3. ex Lehmann. l. 4. cap. 5.* producit, quod illa diversa fuerit Civitatum Liberarum & Imperialium; præterquam enim, quod de veritate hujus Conven-

ventus multum dubitari posset, quoniam non Recessus ipse, sed tantum subscriptio ejus extat, nec ejus contenta apud ullum autorem, aut in actis publicis inveniri hactenus potuerunt, quis autem crederet, subscriptionem diligentius asservari, quam ipsum Recessum, ita facile cuique constat, nomine der Frey-Stådt ibidem venire Scamnum Rhenanum, & nomine der Reichs-Stådte, Scamnum Suevicum; Quis enim, si inspiciamus *d. Autoris* descriptionem & limites Liberarum Civitatum, quibus illas includit, ad Classem earum referre poterit, Francosurtum, Basileam, Hagenoam, & Colmariam, quæ vel Præfectos Cæsareos intra mœnia habuerunt, vel ad annuas pensitationes Imperatori solvendas obstrictæ fuerunt.

III.

Nec 2. Comitia Wormatiensia 1495.

Idem dicendum de *Comitiis Wormatiensibus* 1495. ubi rursus subscriptio der Frey-Stådte denotat Scamnum Rhenanum, der Reichs-Stådte Suevicum. Satis id explicant Comitia Spirensia de anno 1496. quarum mentionem facit *Dn. Datt. l. 3. c. 6. p.* 549. ibi: Und sind diß hienach bestimpt der Erbern Frey- und Reichs-Stedt-Radts Sendbotten, die uff dem vorgemelten Dag gewest; und nemlich, uff der ein Banckh, der Römischen (rectius leges Rheinischen) Stådte Sendbotten in Ordnung nacheynander also gesessen: Cölln, Straßburg, Basel, Wormbs etc. So seynt uff der andern Banck der Schwåbischen Stedt Sendbotten in Ordnung nacheinander gesessen: Augspurg, Nürmberg, Ulme etc. Quis autem crederet, unius anni spatio discrimen inter Civitates Liberas & Imperiales ita obliteratum, & Civitates Liberas tam socordes fuisse, ut quod tantum dignitatis, honoris & præeminentiæ præ se ferret prædicatum, sibi adimi aut intermitti paterentur. Quod autem subnectit *d. Autor*: *Ubi Classes diversa, ibi ordinem etiam diversum honoris & dignitatis esse*, id, quomodo in Imperio procedat, docet exemplum Senatus Principum, ibi etiam sunt duæ classes, Ecclesiasticorum & Secularium, cum tamen illa non sit præstantior aut dignior hâc, sed rursus ad ostendendum æqualem Status qualitatem vota earum per alternationem ab uno scamno ad alterum colligantur, quamvis quoad ordinem necessario aliquis prior aut posterior esse debeat, & rationi conveniens sit, eum præferri, qui vel antiquitate clarus est, vel propter spaciosum territorium majoribus viribus Imperii onera sustinet. IV

IV.

Nec Controversia inter Coloniam & Aquisgranum. 3.

Nihil porro nos movet Controversia inter Coloniam & Aquisgranum, quæ male ad differentiam inter Civitates Liberas & Imperiales sustinendam applicatur. Nam 1. *Aquisgranum* non cum omnibus *sic dictis Liberis Civitatibus*, sed tantum cum Colonia de præcedentiâ litem habuit, quod prius tamen fieri opportuisset, si verum esset Civitates *d. Autori* Liberas vocatas peculiarem Classem constituere, & in totum majori præeminentiâ, honore, & dignitate præ cæteris Imperialibus gaudere, attamen Aquisgranum ante Argentinam, aliasque Civitates Liberas vel potius Rhenanas absque ullâ contradictione locum obtinuisse, extra omne dubium est. 2. Controversia ipsa Aquisgrani cum Colonia non de Libertate, sed tantum de primo loco in eodem scamno fuit, Coloniensium autem quæstio: wie sich die von Achen achteten, vor eine Freye-oder vor eine Reichs-Stadt? rem non expedit, nec propterea Aquisgranensium Legatis os obduratum, quod ad eam non responderint; Nam Legatis solenne est, quæstiones inopinatas, ne affirmando vel negando Principalibus suis præjudicium contrahant, silentio prætermittere, & uti vocant, *ad referendum* sumere, & tantum abest, Aquisgranenses agnovisse, primum locum Coloniensibus esse relinquendum, ut potius contrarium constet ex eo, quod illi maluerint à congressu discedere, quam Coloniensibus cedendo, post eos votum suum ferre. 3. In hoc autem valde cespitat *d. Autor*, quod asserat, secundâ vice succubuisse Aquisgranenses in Fœdere Smalcaldico, & per judicii sententiam Aquisgranenses condemnatos fuisse, Coloniensibus loco cedere; Amicabilis compositionis formula, ein unverbindlicher gütlicher Fürschlag, erat, quâ non judicii cujusdam Assessores, sed Legati reliquarum Civitatum Imperialium ut arbitratores, litem hanc inter Aquisgranenses & Colonienses dirimere cupiebant, uti verba sunt Actorum Comitialium apud *Dn. Datt. l. 3. c. 12. p.* 609. & ne verbo quidem ibi mentio fit illius argumenti, quo antea pro obtinendo loco usi fuerunt Colonienses, imò ipsa Colonia, in dicto concepto transactionis, tantum Civitas simpliciter audit, non Libera, cum tamen eam Compositionem acceptaverit, quam vero Aquisgranensium Legati rursus detrectaverunt, unde etiamnum hæc lis insopita manet, & Aquisgranenses in omnibus consessibus contra Colonienses Jus suum protestando conservare solent. 4.

Monetam quod attinet, ad quam provocant quidam, de illa non constat, an & quando Aquisgranenses ejus Inscriptionem mutaverint, & à quo, aut quâ de causa illa impugnata fuerit, neque solus Thuanus hic nobis tantæ autoritatis est, ut absque ullo documento & demonstratione temporis & subjecti ei credamus; Illa autem moneta, quam *Dn. Schlegelium* possidere ait *d. Autor* in appendice suæ differt. nihil aliud probat, quam *Aquisgranenses* titulum *Archisolii* tanti facere, quanti aliæ prædicatum *Civitatis Liberæ.*

V.

Nec 4. Ordinationis Regimenti nova formula.

In hoc autem plane nihil singulare est, quod in *Ordinationis Novæ Regimenti* formula apud *Dn. Datt. p.* 603. datum sit *Liberis Civitatibus*, denen Freyen Stätten, huic consilio commendare unum Assessorem, & *Imperialibus*, denen Reichs-Stätten, unum. Præterquam enim, quod hæc Ordinationis formula non authentica, sed tantum concepta, nec unquam publica autoritate confirmata sit, adeoque de eâ multum adhuc desiderari possit, ita tunc demum peculiare quid habuissent Civitates sic dictæ Liberæ, si hæ tantum Assessorem præsentare potuissent, quod autem & Imperialibus eadem facultas competierit, exinde nihil aliud colligendum est, quam Collegium Civitatense secundum duo scamna, Rhenanum & Suevicum, duos Assessores in hoc Regimento habuisse; Unde etiam in prima & authentica *Ordinatione* vel *Recessu de anno* 1500. promiscue per quodlibet trimestre duabus ex utroque scamno Civitatibus necessitas mittendi duos Assessores injuncta fuit. Conferantur autem cum *Dn. Dattii lib.* 3. *cap.* 11. *&* 12. traditis de Senatu sive Regimento Imperii, illa, quæ de eodem habet *Joh. Joach. Müller* in des Heil. Römischen Reichs-Tag-Staat von Anno 1500. biß 1508. *lib.* 1. *cap.* 1. *seqq.*

VI.

5. Nec Doctorum autoritas.

Et si verum ac reale quoddam discrimen inter Civitates Liberas & Imperiales Legibus Imperii fundamentalibus, aut Actis Publicis fundatum esset aut fuisset, & in quo discrimen vere constiterit, ex LL. aut Actis Publicis demonstrari posset, id procul dubio eruisset *Excellentiss. Dn. Datt, ceu Vir Publici non minus, quam Privati Juris peritissimus, & diligentissimus Actorum Publicorum Scrutator* cum autem nullibi realem differentiam inter eas in LL. aut Actis Publicis,

cis, diligenti inquisitione factâ, deprehenderit, (qui enim hactenus eam defenderunt, meris conjecturis innituntur,) rectè & ingenuè cum *Buclero lib.* 11. *cap.* 2. falsus est, quod licet passim Civitatum Liberarum & Imperialium, ut diversarum specierum mentio fiat, tamen, quid sibi velit hoc discrimen, & in quo præcipue consistat illud in Actis Publicis se reperire non potuisse, in quo Vir hic cordatus ac sincerâ fide clarus laudandus magis, quam culpandus est. Num autum *Dn. Heuß, d. Differt. Autor*, uti sibi persuadet, hoc præstiterit, & fundamentum ejus hactenus desideratum ex LL. aut Actis publicis ita ostenderit, ut fidem mereatur, Tu Benevole Lector ex supra recensitis ipse judica.

VII.

6. Nec Collectarum solutio.

Denique in fine suæ differtat. *d. Autor* omnes suas, antea de hac differentia tarditas, opiniones quasi revocat, & in unam colligit, scilicet, eas esse Liberas Civitates, quæ Imperatori collectas non persolvunt, & has Imperiales, quæ Cæsari annuatim sunt tributariæ, sed ne hoc quidem alicujus discriminis fundamentum esse posse, vel unicum Francofurti Exemplum comprobat; Hæc enim, quamvis nullo non tempore in numero sic dictarum Liberarum Civitatum reperiatur, quotannis ad certam pecuniæ summam (1114. lb. Heller) Imperatoribus obligata fuit, vid. *d. Autor pag.* 93.

VIII.

Quare quædam Civitates frequentius Liberæ dictæ?

Ceterum, quod olim quædam Civitates frequentius Liberæ appellatæ fuerint, id vel iis accidit, quæ præ reliquis antiquiorem Libertatis originem gloriari potuerunt, vel, quæ se ab Episcoporum suorum Jurisdictione Liberas esse demonstrare voluerunt, vel quod incuria veteris styli tanta fuerit, ut quandoque in uno diplomate Civitas quædam Libera & Imperialis nominaretur: cujus rei unicum exemplum proferam, ita in Tabulis *Fœderis Civitatum Constantiensis* 1385. principium apud *Dn. Datt. pag.* 608. se habet: Wir die Burgermeister dieser nachgeschriebenen Stätten, Mentz, Straßburg, Wormbs, Speyer, Frey-Stadt/ und Wir des Heil. Römischen Reichs-Städte/ Franckfurt, Hagenau, Weissenburg, rc. die den Bund halten bey dem Rhein. Und Wir die von Regenspurg, Basel, Frey-Städte/ und mit Nahmen wir, des Heil. Reichs-Städte/ Nürnberg, Augspurg, Ulm, rc. & circa finem, nem, Wir die vorgenannten Stedt, die von Regenspurg eine Frey-

Stadt,

Stadt/ und wir, die von Basel, von Nürnberg, ꝛc. Heic Civitas Francofurtensis Imperialis tantum est, quæ in aliis diplomatibus inter Liberas refertur, Ratisbona Libera audit, quæ tamen alibi Imperialibus annumeratur, & Basilea simul Libera & Imperialis vocatur. Sic Spiræ *in R. J.* 1525. *pr.* & Argentinæ multoties tantum quà Imperialium mentio occurrit. Summatim adeo confusè commixtæ olim fuerunt hæ locutiones, ut nemo non videat, præter verborum lusum, iis nihil reale inesse.

IX.

Conclusio.

Hodie vero eo minus dubii superest in hac re, cum luce meridiana clarius sit, *Omnes Civitates Immediatas ex consensu & approbatione Cæsaris & Imperii, & autoritate Legum Publicarum & Pragmaticarum Sanctionum pari jure Status qualitate & Libertate gaudere, omnesque & singulas, quotquot in Comitiis Imperii Universalibus duobus scamnis Civitatensibus insident, vel sedendi ac suffragandi jus adhuc habent, absque injuriâ aliorum elogium Liberarum Imperii Civitatum sibi vindicare posse,* vi *Instr. Pac. art. V. §. 29. art. VIII. §. 4.*

SOLI DEO GLORIA!

DISPV-

DISPVTATIO XXXI.

DE VOTO DECISIVO CIVITATVM IMPERIALIVM *IN* SACRI ROMANO-GERMANICI IMPERII COMITIIS VNIVERSALIBVS.

INAVGVRALIS

NICOLAI DAVIDIS MVLLER,
Hallani ex Suevis.

hab. Cal. Julii. MDCCXV.

SVMMARIA.

Libertatis th. I. Germanica specimina th. II. in Jure Comitiorum moderno conspicua. th. III. Comitiorum nostrorum triplex Senatus. Postremus Liberarum Imperii Civitatum. Harum Votum in Comitiis decisivum Dissertationis hujus thema. th. IV. Quo tempore Civitates Imperiales

Comitiorum facta fuerint participes? th. V. Comitiorum varia pro temporum diversitate ratio. th. VI. Antiquioribus in Comitiis qualis fuerit Civitatum potestas? De origine Civitatum Imp. earundemque sublimi territorii Jure praesupposita. th. VII. Rejectis aliorum sententiis auctoris de Voti decisivi Civitatum in Comitiis origine sententia. th. VIII. Interregni tempora commune Civitatum Imperialium Voti decisivi in Comitiis principium. th. IX. Illustriora post Interregnum Civitatum Imp. Comitialis auctoritatis momenta. Sub Rudolpho. Adolpho. Henrico VII. Ludovico Bavaro. th. X. Carolo IV. Wenceslao. & seqq. Impp. th. XI. Civitatum Imp. suffragii decisivi libertas, th. XII. novioribus denegata temporibus, th. XIII. per Instrumentum Pacis Westphalica restituta. th. XIV. De modo Votum istud decisivum exercendi nova difficultates. Moderni Voti decisivi Civitatensis effectus. th. XV.

In NoMIne DeI patrIs, genItI ac spIrItVs sanCtI fIat!

Libertatis

AUrea libertas! Divinae Majestatis scintilla! Donum incomparabile! Amplissimo quam sapiens haut mutaret Persarum imperio, velle ea propter suum atque nolle aestimari nescium in alterius velle collaturus & nolle. Quid? Plenaria vix datur libertatis amissio. Libertatem enim cogitationis & consilii hominibus quis quaeso eripiat? Hinc sol tot liberos, quot Homines respicit, inalienabilia quibus nunquam non connatae libertatis supermanent vestigia. Aurea Libertas! (a)

(a) multa praeclare hanc in rem congesta videsis apud Jacob. von der Graef. JCtum Delphensem in *Syntagm. Jur. Publ. C. VI. VII. VIII.*

II.

Germanicae specimina

Illustrissima inaestimabiliter cultae libertatis (b) specimina augusta nobis sistit Germania; Cujus quippe Cives *ad libertatem non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sunt, quorum libertas Arsacis (c) Regno acrior, si laesa aut servili telo percussa, corda illorum tamdiu inquieta sunt, donec illam ad pristinum statum reduxerint.* (d) Hinc nunquam Majestas absoluta Teutoniae Regibus concessa, sed quam semper comitabatur vel Democratiae, ut olim (e) vel recentioribus seculis conveni-

vementioris Aristocratiæ mixtura & temperamentum, quæ tamen pro varietate, injuria & favore temporum varios admisere gradus. (f)

(b) Sed libertatis fateor usurpandæ non omnes mortalium sunt capaces. Nec Teucrorum quisque gerit pectora. Hinc hoc sensu cum Aristotele servos natura dari admiserim, vid. Excell. Dn. Stephanus Christoph. Harppr. *in Specim. Analogico Jurisprud. Univ. & Romana Particularis quoad statum libertatis p.* 29. Nec speciosa libertatis nomina vere subditorum rebellionibus inservire debent. Forstner *ad Tac. p. m.* 331. Sed quilibet præsenti Reipublicæ statu contentus sit. Grot. 2. 4. 8. Livius *L. XXXV.* Et nimiam etiam libertatem in licentiam facile degeneraturam justis includere cancellis præstat. Conr. ad Lamp. *p.* 3. *c.* 2. *s.* 15. Hinc etiam est, quod Respublica Democratica, **wo der ungehobelte Hanß** Omnis regiret/ ut nonnemo loqui amat, paucissimis conducat. Illud porro certissimum quod fallatur, egregio quisquis sub Principe credit servitium, cum nunquam libertas gratior extet, quam sub Rege *Pio*. At quid potius communiter non audet Diis æqua potestas?

(c) Tacit. *de morib. Germ.* 37. Arsacis Regnum Parthorum audit invincibilis ille orientem versus Romani Imperii terminus; uti ab occidente est Germania injustis Romanorum armis afflicta quidem, sed nunquam penitus subacta aut in provinciæ formam redacta. Bernegger *quæst. in Tacit. German.* 151. Burgold. *ad Inst. Pac. L.* 1. *diss.* 2. *m.* 1. §. *XII.* add. integra differt. Andr. Julii. Dornmeyers *de Germania nunquam Romanis subacta* cit. Excell. Dn. Struv. **von Veränderung des Teutschen Reichs** *p. m.* 3. Hinc apparet, quam inepta sit eorum sententia, qui ad excusationem Tutorum & Curatorum ratione liberorum 5. requirunt *ex eo*, quod Germania fuerit provincia Romanorum.

(d) Sunt verba Pacifici à Lap. *ad Monz. p.* 338. cf. M. Georg Jacob. Mellini *diss. de Fœdere Suevico, Jenæ hab. anno* 1696. in præf. add. Commentatores ad Tacitum passim. Huc etiam faciunt verba Philippi Hassiæ Landgravii ap. Frid. Hortlederum *de caus. belli germ. p.* 2. *l.* 4. *c.* 5. *f.* 65. ibi: **die Teutsche** Nation **ist ein frey Reich, und billich das freyest auf aller Welt, das wird sich in Dienst-**

Dienstbarkeit ungerne begeben. cf. Hagem. *de Comit. p.* 3. Agnoscunt hanc libertatem gloriosſ. mem. Cæsares Maximil. I. & Carolus V. quando dixisse feruntur apud Kirchnerum: *in Germania Regibus se imperasse.* Per-Illustr. L. Baro de Lyncker. *diss. de libertate Statuum Imperii p.* 1. Et notatu dignum est hoc loco, quod cum sub initium belli Bohemo-Germanici Princeps Anhaldinus dixerit: Die Teutschen Fürsten wissen nicht, was für einen starcken Rücken das Hauß Oesterreich habe, werden aber das mit Schaden empfinden; Nobilis quidam Marchicus regesserit: Und das Hauß Oesterreich weißt nicht, was für ein wild Pferd die Teutsche Nation, und daß der ein wohlberittener Reuter seyn muß, der dasselbe bezwingen und in vollem Gehorsam haben will. vid. Joan. Ernest. Crugeri *Interesse Orbis Europ. Modernum p. m.* 248. Sed, Deo sit laus, novit hactenus Augusta Austriaca Domus Romanum ita gerere Sceptrum, ut illibata manente Patriæ libertate summam tueatur ad normam legum fundamentalium auctoritatem Imperatoriam, ita, ut sincerus quisque civis Germanus Austriacos ad finem usque seculi exoptet Cæsares, quorum potentiam Turcarum viribus connatam felici omine opposuit Præpotens in Cœlis Numen. cf. *παραλειπομενα ad Abb. Ursp. p.* 368. cf. Joh. Buno *in Idea Hist. Univ. p. m.* 208. Bruggem. *de Statu & scopo Reipubl. Germ. p. m.* 31. Et ad Garamantas & Indos secedant pestifera illa virulenti Scriptoris Hippol. à Lapide (quem Autorem mirum est Gallico Idiomate indutum libere novissime in Germania vendi mutato titulo) consilia, fidus quæ horret Patriota. Frustra etiam Dux de Rohan *in Trutina Statuum Europæ Discurs.* 5. *p. m.* 22. cum personato illo Romani Imperii Satyrico Monzambano Germaniæ rationem status in eo præcipue versari putat, ne Augustæ Domui Austriacæ per continuas successiones quasi hereditarias dignitas amplius deferatur Imperatoria. Inania hæc sunt meticulosorum somnia! Sat Teutoniæ libertati cautum est per Capitulationes, quibus liberrimam fatentur electionem, sartam tectamque promittunt ipsimet Cæsares, & quid? toties quoties (fit autem cottidie) se scribunt Erwehlte Römische Kayser, jus modumque delati Imperii pleno ore indigitant. Eo enim maxime respicit dicta vox, Erwehlter, nec ex defectu, vel intuitu coronationis Romanæ, quod adhuc sequi possit, usurpatur, ut novissime cum aliis vult Vir Illu-

Illustris quidam, adhibita quippe legitur à Carolo V. à Pontifice jamjam coronato, *R. I.* 1541-44-45-48. cf. Maurit. *ad Cap. Leop. pag.* 769. Ut taceam hoc rerum indeclinabili statu, deplumata valde Aquila, ex rationibus Politicis, in alium vix Principem deferri posse Imperium. vid. Dn. Jacob. Brunnem. *Exam. Jur. Publ. L. II. c. I. q.* 3. add. Dn. Langens Einleitung zu den Geschichten, *p. m.* 62. *L. II. 5. 2. §. 6.* adeò, ut multi curiositate conjecturisque privatis ducti, casu contingente (quem tamen benignissimus Deus averruncet!) ut Proles Mascula in Augusta Domo Austriaca deficeret, illum Principem summum Imperatoris culmen ascensurum sibi persuadeant, cui felicissimo fato Archi-Ducissa tot Regnorum & Provinciarum heres matrimonio fuerit juncta. vid. laud. Brunnem. *d. l. q.* 7. add. Dn. Gauppii *Diss. quam nuper sub Magnif. Dn. Præsid. moderamine habuit de Electione Imperatoris p.* 37. Libertati certe Germaniæ melius vix est prospectum, quam sub Austriacis ad summa Orbis Imperia natis, Justitia quibus & Clementia virtus est Hereditaria, uti non una vice ipsimet attestati sunt Hostes. Cf. hic Germani Sinceri *Disquisitio, An Excrescens Austriaca Domus Potentia Regni Hispaniæ accessione Europæ sit metuenda,* quæ noviss. post electionem Augustissimi Caroli VI. non addito Authore, loco & tempore prodiit; ut testimonia infinita Scriptorum nunc omittam. Si olim forsan turbatis temporibus duriores experta videtur Austriacos Imperatores Pars Teutonum, nimius instinctu maxime Cleri causa fuit religionis Zelus, quem nunc tamen ad certiores Legum fundamentalium regulas restringere laudatissime amant. Vota hinc singulorum in unum quasi coadunata eo redeunt, ut æterna præsens sit Austria, & felicissimus mystico olim gloriosiss. mem. Friderici III. (quod alii perperam Maximil. I. adscribunt,) Symbolo, a. e. i. o. u. prout communior, (plurimas enim habet, eodem tamen, quod mireris, recidentes,) interpretatio hactenus invaluit, *Austriaci Erunt Imperatores Orbis Ultimi,* (verus autem sensus est: *Austria Erit Imperare Orbi Universo*; hanc quippe explicationem Ipsummet Imperatorem Fridericum Optimum suæ mentis interpretem propria manu Codici cuidam, qui adhuc Viennæ servatur, inscripsisse Schola nos docuit Jenensis *Struviana*,) respondeat eventus. Aptamus hic præsenti Chronologiæ votum olim Chro-

nico-metricum pro salute Augustiss. hujus Domus in Tabulis Genealogicis Rittershusianis conceptum:

Vna DoMVs VIreIs & onVs qVæ sVscIpIs orbIs
VIVas aVgVsta & VenIat TIbI Regia proLes.

(e) vid. Tacitus *de Mor. Germ. c. 6. & 11.* ibique comment.

(f) Testibus luculentis omni Historicorum & Publicistarum caterva.

III.

In Jure Comitiorum moderno conspicua.

Insignis illa inclytæ nationis Germanicæ Libertas Adamantis instar inter gemmas in Jure Comitiorum moderno refulget, (a) dum summi Imperii jura regiminisque moderamina Augustissimo cum Cæsare gerunt Ordines. Non fucum illa & speciem (b) præ se ferunt saltem libertatis, ut Parlamenta Gallica & Hispanica, (c) olimque sub Imperatoribus Romana, (d) theatrum Regale tantum condecorantia, sed vim & potestatem obtinent maximam, realem quippe & effectivam Imperii inducentia communicationem. *Quicquid enim est*, ut celeberrimi Conringii (e) ore loquatur, *quod ad gloriam Dei, conservationem justitiæ, honestatis & publicæ status ædificationem conferre possit, de eo in conventibus publicis agitur.*

(a) Hagem. *de Comit. in præfat. &* Friedberg. *ad Burgold. p. 3. diss. 3. num. 2.*

(b) Scilicet ingens est Comitiorum differentia, prout diversa exsurgunt Regnorum facies & jura. Alia quippe instituuntur nudi saltem consilii capiendi, vel favoris tantum conciliandi gratia, ubi vota Statuum saltem sunt consultativa. Alia autem ipso necessitatis jure vi LL. fundamentalium habenda veniunt, & vota tunc Ordinum evadunt decisiva. cf. de diversitate hac Comit. egregie disserens in thesi (ut pessime in hypothesi) Personatus ille Hipp. à Lap. *L. 1. c. 4. 5. 6. à n. 1-22.* exclusive, jung. Bœcler. *in notis ad eundem.* cf. Conring. *diss. de præcipuis negotiis in Com. Imp. Germ.* §. *inpr. III.* add. Autor der *Novellen* aus der gelehrten Welt *ad annum 1649. p.* 4417. Parilis obtinet differentia ratione Comitiorum Provincialium, der Landtäge, in Imperiis subalternis. cf. B. Fritsch, Stryck & celeberrimus Dn. Wildvogel. pecul. dissert. *de Statibus Provincialibus,*

bus, von Land-Ständen. add. Autor *continuati Discursus* von Land-Ständen *contra Autorem* des Discurs von Land-Ständen.

(c) Autor des *Europ. Herolds* sub Franckreich und Spanien. Hagem. *in Epistolis Juris Publici Europæi Epist.* 2. *§.* 19. *sq.* ubi de Gall. statu. & *Epist.* 9. §. 8. ubi de Hisp. conf. Rhetius *diss. de Pace c.* 2. §. 4. De Galliarum Rege ibidem observat, quod Parlamenti sui potestatem quandoque fingere soleat, prout nimirum utilitatis & status suaserit ratio.

(d) De Comitiis Romanorum multa illustrationis ergo dicenda, sed properandum nobis est. Strictim hinc & remissive. Primis natæ Reipubl. temporibus quanta Comitiorum fuerit autoritas, constat. Distinguebantur illa in curiata, centuriata & tributa. Errant, qui quartum genus καλάτα np. Comitia ex §. 1. *I. de test. ordin.* addunt. Illa enim non peculiare Comitiorum genus constituunt, sed κατ' ἐξοχὴν sic ab initio dicebantur Comitia Curiata, postea vero nomen hoc iis remansit, quæ pro collegio Pontificum auguris aut flaminis inaugurandorum gratia per Tibicinem indicta, in quibus solis testamenta religionis & antiquitatis cujusdam ratione condita leguntur. Unde dein origo numeri septenarii testium in solennitatibus testamentorum, quem Prætoris Edictum induxit, additis sc. V. olim usitatis loco libripendis & familiæ Emtoris duobus aliis testibus, liquido deduci posset, de cujus rat. frustra desperat Carpz. *Part. III. c.* 3. *d.* 2. melius tamen, quam si cum aliis ineptas quæreret rationes risum moventes, nec spernenda antiquitatis sacra, quæ ipsemet sacratissimus commendat Legislator *in* §. 1. *I. de test. ordin.* ibi: *ut nihil antiquitatis penitus ignoretur.* cf. interim ex Hubero & Thomasio Dn. Ludovici *in doctrin.* ☞. *ad t. qui testam. fac. poss.* §. 23. junctis omnino iis, quæ habet Bachov. *ad Wesenb. eod. tit. p. m.* 473. & Hillig. *ad Donell. L. VI. c.* 7. *lit. F.* addantur dein ex Nicol. Grucho *de Comitiis*, & qui ipsum in aliquibus corrigit Carolo Sigonio *de Comit. Romanor.* Rosino & A. Gellio plura, unde dubiis nonnullis fieri potest satis. cf. Andr. Gerhardt *disp. de testam.* 2. *th.* 4. & novissime G. H. Neuport *de Rit. Roman. c. V. & VII.* Sed in viam! Succedente in locum Democratiæ speciosis licet sub nominibus

absoluta Monarchia (comitiorum vere talium plane nescia, vid. Joachim. Ernest. Crugeri *Interesse Orbis Europaei Modernum p. m.* 187.) tenues, pristinum illud, ut ita loquar, Comitiorum corpus secessit in auras, remansit fucus & umbra. cf. hic Arnold. Clapmar *de Arcan. Rerump. L. VI. c. VII.* Omnia quidem ad Patres Conscriptos retulerunt Imperatores, Præsides se, non Dominos Senatus profitendo, *l.* 8. *C. de Leg.* sed ut incautis tantum imponerent, speciem servantes pristinæ tunc revera amissæ libertatis, uti e. g. superiori seculo Cromwellius Protectorem Angliæ se dixit, cum plusquam Regiam in effectu, imo tyrannicam nefandissimus Regicida exercuerit potestatem. Ceterum factum inde est, ut sub Imperatoribus adhuc multa prodirent prævia tamen Oratione Imperatorum SCta. Qui utut externo schemate suadere legem videbantur, revera tamen SCtorum Autores erant, adeo ut etiam JCC. Romani sæpe magis verba orationis Imperatoriæ allegent, quam ipsius SCti, quod ad præviam illam orationem factum est. Celeb. Dn. Böhmer *Introd. in Jus Publ. Univ. p. sp. L. II. c. III. §.* 8. *not. o. p. m.* 384. Facit hoc ad nonnullarum Legum apparenter sibi invicem obstantium conciliationem. vid. Gothofr. *in not. ad l.* 5. *π. de transact. lit. p.* & inprimis *ad l.* 16. *de Ritu Nuptiar. l. z.*

(c) in laud. *Diss. de Pracip. Negot. in Com. §.* 8. cf. Hagem. *de Comit. in praf.*

IV.

Comitiorum nostrorum triplex Senatus. *Postremus Liberarum Imperii Civitatum. Harum Votum in Comitiis decisivum Dis.*

Constat Comitiorum nostrorum splendor triplici respective Terinclyto Senatu, Supremum, cui præest Imperii Caput, Augustissimus Cæsar, vel sacro ejus nomine Eminentissimus Principalis Commissarius. (a) Primum absolvit Potentissimi Electoralis Collegii Eminentia, Alterum constituit Serenissimorum Principum potentia, Tertium tenet Illustrium Civitatum Imperialium Libertas. (b) Tanta nationis nostræ congregata Majestas Hostibus terrori est; nec unquam sic unitis pavet Aquila. (c) Postremus in Comitiis Imperii Senatus Liberarum videlicet Civitatum Imperialium nostræ in præsenti considerationis esto, de quarum juribus Comitialibus, Voto inprimis Decisivo, theses (d) has inaugurales placido Eruditorum submitto Examini, sicubi offenderim, gratiosum

tiosum restitutionis in integrum beneficium minorennis intuitu ætatis decenter imploraturus.

fertationis hujus thema.

(a) de quo integra prostat *Dissertatio Argentorati habita anno* 1709. *pro Licentia* à Walramo Christiano Ackermanno.

(b) vid. Magnif. Dn. Præses *in Introd. in J. P. part. sp. S. I. c. XXX. §. 11. sq.* cujus auctiorem diu desideratam propediem Orbis Eruditus videbit Editionem.

(c) Hagem. *de Comit. p.* 3.

(d) constitueramus quidem nobiscum, justo aliquo tractatu delicatam hanc pertractare materiam; sed cum abitus ab Academia multis de causis maturandus veniat, tum varia ad hosce conatus necessaria desint subsidia, positiones, quas conspicis, benevole Lector, speciminis inauguralis loco sufficiant. Dabitur forsan cum die occasio, si vires Deus & vitam concesserit, pristinos, quos intenderam, reassumendi labores.

V.

Quo tempore Civitates Imperiales Comitiorum factæ fuerint participes?

Ut ergo ab ovo, quod ajunt, tractationis nostræ ducamus auspicia, prima statim nobilissimi hujus juris origo indaganda venit, quo sc. tempore Civitates Imperiales Comitiorum factæ fuerint participes. Difficilis hic labor est, quod sufficienti destituamur antiquioris ævi Comitiorum Historia. (a) Accedit, quod argumentum de Civitatibus & oppidis Imperii, ferme plus obscuri habeat atque dubii, quam res aliæ. (b) Erit interea aliquid prodire tenus, si non datur ultra. (c) Distinguamus nos tempora, ut concordet scriptura. Alia quippe Civitatum Imperialium pristinis in Comitiis, alia plane in recentioribus atque modernis ratio est atque potestas.

(a) communis hæc est Publicistarum querela, cui tamen supplendo defectui, quantum nempe ex medii ævi Scriptoribus licet, (quibus adnotasse sanctius fuit, ubi & qua pompa Pascha aut Pentecosten celebrarit Imperator, quam ut res gestas, solennitates, modumque tractandi in Comitiis condigno retulerint calamo,) multi Viri Præstantissimi subvenire student, promtasque pollicentur operas. vid. Excell. Dn. Struv. *in Præf. ad Dn. Kuhlmanni* tr. von Reichs-Tägen. Egregium enim Dn.

 Mül-

Mülleri *Theatrum Comitiorum* particularis, non universalis labor est.

(b) Conring. *ad Lamp. c. 7. p.* 248.

(c) Horat. 1. *Ep.* 1.

VI.

Comitiorum varia pro temporum diversitate ratio.

Comitiorum (a) quæ fuerit natura primis sub Germaniæ exordiis, nos hic parum attinet. (b) Sufficiat notasse, quod sicuti tum omnis fere potestas fuerit apud populum, (c) ita postea tempore Carolingorum & subsequentium auctoritas Cæsaris & Principum prævaluerit depresso valde popularis suffragii valore. Videamus ergo brevissimis faciem Comitiorum à Caroli M. ætate ad turbulenta *fere* usque interregni tempora. Ordinum tum fuerat distinctio in Majores & Minores. Hinc Comitia vel universalia, si omnes convocabantur, vel particularia, si Majores tantum. (d) & hæc ipsa Majorum Comitia seu Conventus Principum sua in sphæra iterum vel generalia vel particularia dixeris (e). sed quinam Majores? quinam Minores? quæ qualis quantaque utriusque ordinis vis, valor atque potestas? Amplissimus se aperit dicendi campus, sed strictim nobis agendum pro instituti ratione. sc. Majores qui fuerint, illucescit inprimis ex diplomate *Ludovici Pii*, quod inscribitur *omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus* VEL *Vice-Dominis, Vicariis, Centenariis, telonariis, actionariis & omnibus Rempublicam procurantibus*, in quo distinctionem inter Majores atque Juniores per particulam *vel* factam videmus. (f) Verbo: Majores erant Magistratus superiores, minores Magistratus inferiores, illi die Ober-Richter und Præsidenten, hi die Unter-Richter. Potestas pro diversitate temporum & Ordinum exsurgit diversa. Nobis distinguendum videtur inter tempora Caroli M. ejusdem lineæ successorum, & Imperatorum subsequentium famosissimum ad usque interregnum. Et primum quidem sic considerabimus Ordinem Majorum. Temporibus Caroli M. paria, ac olim Augustus populo Romano concesserat, Statibus etiam majoribus competiisse Comitiorum jura, umbram scil. saltem & fucum libertatis, Ordinesque in universum omnes revera nudos fuisse consiliarios, plurimorum est opinio. (g) Sed in successoribus Carolingicis Sanguinis quidem & Regni, non autem virtutum Paternarum Avitarumque heredibus, cristas mox erigere cœperunt Germaniæ Ordines. Hinc novimus, Ludovicum Pium quoque depositum fuisse, impio

pio licet conciliabulo, Cleri inpr. scelere, & sub Arnulphi Regimine Comitia ex dissensu Principum irrita facta legimus, manifesto indicio, vota omnino jam tum decisiva, non consultativa Statuum fuisse Majorum. (h) Quid nunc de subsequentibus dixerim? quorum sub Regimine pedetentim & sensim sine sensu, prout nimirum superioritas territorialis Statuum per modum alluvionis & lenta incrementa variis gradibus primum in Principibus, post Comitibus, & tandem in Civitatibus crevit, potentia Principum & in gubernatione status necessaria concurrentia magis magisque stabilita reperitur. (i) Sed quid de Minorum Magistratuum Comitiali suffragio habendum? instruit hic nos Hincmarus *Ep. c.* 3. *n.* 29. inquiens: *Minores propter idem consilium suscipiendum & INTERDUM pariter tractandum, & non ex potestate, sed ex proprio mentis intellectu vel sententia CONFIRMANDUM.* Patet inde, nullam eorundem fuisse effectivam suffragandi potestatem, sed decreta Seniorum applausu seu consensu generali confirmandi, ita tamen, ut si quid ponderis in contrarium attulerint, fuerint auditi. Malim ergo votum ipsis tribuere *negativum*, (k) quam nudum saltem deliberativum.

(a) Comitia dicuntur à coeundo, vel potius, ut veteres dicebant, comeundo, unde etiam Comitium Romanis quasi Coitium dictus est locus in foro, ubi ad Comitia & quandoque ad lites decidendas populus convocabatur. Coras. Oper. *t.* 1. *p.* 30. *n.* 24. Nieuport *in Explanat. Rit. Rom. p. m.* 28. Initio sine tecto fuit, longo post tempore tectum impositum est. Hildebrand. *Antiq. Rom.* voce, *Comitium.* Hinc etiam conciones quasi comitiones seu coitiones vocabantur. Nicol. Gruchus *de Comit. in praef. p.* 4. Denotat vox *Comitia* in numero singulari, Comitatum, eine Graffschafft, vel, ut alii volunt, stricte loquendo eine Burg-Graffschafft, uti quidem ex Franc. Guillimanno *L.* 4. *Rer. Habs.* existimat Peller *in diss. inaug. Altorff. habita anno* 1703. *de libertate à Jurisd. Princip. & Domini territ. ordin. p.* 35. Sed quicquid id est, Historiarum nos docent documenta, quod promiscue etiam passim nomen Comitatus & Comitia usurpentur perinde ac Baronia & Baronatus, de quo vid. B. Stryck. *de Jur. Baron. c.* 5. §. 7. quae vox & alibi scribitur Cometia, imo & Comecia. vid. ex Alb. Stad. aliisque Autor der unmaßgebl. Gedancken über die gesuchte neue Vota im Reichs-Fürsten-Rath im

im andern Absatz. §. 16. *lit. c. p.* 32. cf. Arnoldus Lubec. *in Chron. Sclav.* & Hermann. de Lerbecke *in Chron. Comit. Schawenb.* passim. add. Rühlm. *de Comit. p. m.* 144. Synonyma vox Comitia, quæ ipsa demum Germanis à tempore Maximil. I. frequentatur, Wagens. *de Comit. Univ. S. R. I. §. XII.* uti etiam germanica vox Reichs-Tag post tempora demum Friderici III. invaluit, Müller im Reichs-Tags-Theatro in der VI. Vorstell. §. 17. *p.* 235. habet quamplurima, ut sunt Congregationes, Placita, Diætæ, conventus, colloquia, Concilia, *rarius* Synodus & Parlamenta, communiter Conventus & Curiæ, ubi æquivocatio vocis *Curia*, cum sæpiuscule æquipolleat vocabulo Aulæ, notanda venit; quemadmodum in uno §. occurrit in gemino hoc significatu ap. Alb. Argent. *p.* 129. *n.* 40. quæ observasse non est de nihilo; abusus enim est dispari hoc significatu Hipp. à Laplde ad virulentas suas adstruendas hypotheses, rectissime notatus à Bœclero *in stricturis ad eund. p. m.* 55. Illud adhuc non impertinenter forte addimus, quod Onuphrio Panvinio illi Imperii conventus, in quibus Romanorum eliguntur Imperatores, germanice, Wahl-Tag; Comitia Imperatoria, (quæ Judice Arumæo *de Comit. c.* 2. *n.* 14. melius vocasset Electoralia,) & quandoque κατ' ἐξοχὴν Comitia dicantur, uti inpr. patet ex *p.* 415. ubi minus apposite ait, quod amisso Jure Comitiorum (i. e. electionis, des Wahl-Rechts,) ceteri Principes in aliis Imperii negotiis transigendis admissi sint, quasi sc. unquam de eo motus fuerit scrupulus.

(b) vid. interim Dn. Felz. Prof. Arg. *Diss. de Comit. Imp. Universal. c.* 1. *p. integr.*

(c) vid. supra §. 2. add. Dn. Felz. *d. l.* ex Tacito *de Mor. Germ.*

(d) cf. Magnif. Dn. Præses *p. gen. c. IV. n.* 7. & 8.

(e) Hujusmodi particularia Principum Comitia multa apud scriptores deprehendimus, e. g. *Annales Hildesheim.* apud Leibn. *ad annum* 1036. *p.* 728. *Imperator purificationem S. Mariæ Augustisburg egit; ubi & publicum cum cunctis CIRCUMJACENTIUM regionum Primoribus conventum habuit.* Generales hinc Principum Conventus generalissimis docentur expressionibus, e. g. totius regni Principes, aut absolute, Regni Majores. Exempla quamplurima ubivis reperiuntur obvia.

(f) vid.

') vid. Struv. *Synt. Jur. Publ. Diss.* 22. §. 4. Rühlmann. *de Comitiis p. m.* 13. juncta *p.* 99. & 106. Majores vocantur etiam seniores, sapientes-iores, prudentes-iores, Primores, Primates, Meliores, Optimates, interdum Proceres, quanquam vox Proceres communiter Magistratibus Minoribus tribuatur. Autores conglomerare angustia chartæ prohibet.

:) Sicuti disertim Consiliarii dicuntur apud Hincmar. *Ep. XIV. n.* 31. Et ab his Carolus M. belli jure Germaniam ad instar Regni Patrimonialis (de quo integra prostat dissertatio Excell. Dn. Beckii, nunc Prof. Jenens. Et quod speciatim Imperia bello parta pro patrimonialibus habeantur, vid. Dn. Böhmer *in Jur. Publ. Univ. p. m.* 224.) ut absolutissimus Monarcha tenuisse creditur. Sed cum ipsemet Germanus generosa Germanorum ad libertatem nata optime noverit pectora, eum speciem pristini regiminis servasse ajunt, ita, ut ex consilio & placito Statuum Majorum mperii videretur moderari gubernacula, non excluso etiam, de juo mox, minorum ordine. Hisque omnino falli existimantur, jui tunc vota Statuum *vere* decisiva tuentur, uti Pfeff. *ad Vitr.* . *I. t. II. §.* 10. *lit. d.* licet quoad tempora Carolingicorum ulima id libenter & ipsi admittant, de quo in notula sequenti. cf. nt. B. Bœclerus *in Commentario de reb. sec. IX. & X. p.* 19. *sq.* Kulp. *d Monz. c.* 1. §. 7. *p.* 53. ubi summum & absolutum Caroli M. vincit Imperium. Hinc ibidem Müllerus *in præf.* des Reichs-tags Staat vota tum temporis Comitialia nominat ein Consium oder Præscitum sonder Contradiction. vid. tamen Franc. lottomannus *in Franco-Gallia c.* 6. Conr. *ad Lamp. p.* 2. *n.* 11. & *e Imp. Rom. Germ.* §. 31. Ludolph. Hugo *de Stat. Reg. Germ. c.* 1. 3. & *c.* 4. *n.* 4. 5. Hachenb. *Germ. Med. diss.* 1. §. 20. Spectat ic etiam quæstio: utrum Imperium illo tempore fuerit hereditrium, an Electitium? in utramque partem speciosis rationibus errime disputata. Nostram facimus dictis convenientissimam orum sententiam, qui mixtam statuunt, ita tamen, ut successio ævaluerit. Videlicet externo schemate electio pristina appabat, quæ tamen præcisæ erat necessitatis, si enim Ordines in ccessorem dicis gratia eligendum consensum denegassent, prær gravissimam Regis offensam vel inviti recipere coacti fuisnt, jure ergo sibi concesso electionis ad palatum & cantilenam gis utebantur. Media hac via tutissima utriusque adversis

cornibus pugnantis sententiæ argumenta declinare possumus, quam etiam tenet Magnif. Dn. Præses *p. sp. sect.* 1. *c.* 1. *§.* 18. & præter ibidem allegatos Ludolph. Hugo *de Statu Reg. Germ. c. IV. §.* 4. *p. m.* 134. Kulpis & Thomas. *ad Monz. c. IV. §.* 1. jung. Conring. *Diss. de Septemv. §.* 22. Ceterum an Electio, an Successio præferenda? quæstio est à Politicis valde agitata, quam optime resolvunt, qui in thesi Electioni palmam deferunt, in hypothesi autem neutri, ad genium atque naturam cujuslibet populi respicientes. vid. Joann. Balth. Romig. *Diss. de Regno §.* 38. quam Jenæ habuit sub Præsidio Philos. Adjuncti M. Hundeshagen. add. Rümel. *ad A. B. p.* 1. *d.* 2. *th.* 3. & Schüz *vol.* 1. *disp.* 2. *th.* 3. *lit. c.*

(h) testatur id aperte Regino *ad annum* 894. ubi ita de Arnolpho Imperatore: *Post VVormatiam venit, ibique placitum tenuit, volens Zundibolch, filium suum Regno Lotharii præficere, sed minime optimates ea vice assensum præbuerunt.* Quod factum tamen Comitiis subseqq. ut refert Idem Regino *ad ann.* 895. Ergo cum effectu consenserunt, qui *vi potestatis* effective dissenserunt. vid. Pfeff. *ad Vitr.* l. l. cui *hactenus* assentio. cf. laud. Dn. Felz. *d. l. c. II.* §. 4.

(i) vid. sæpe laud. Dn. Felz. *d. l. c.* 3. *per totum.*

(k) Votorum dum à nobis sæpius fit mentio, nemini credo ullum subnasci dubium, quo sensu vocabulum πολύσημον, votum, accipiatur. Idem enim hic loci denotare ac suffragium, eine Stimm, Rathschluß, ipsa rei docet evidentia, vid. interim de ejusd. Etymol. Synonym. & fœcundissima illa Errorum genitrice Homonymia Illustr. Dn. Wildvogel. *Diss. de voto informativo* §. 1-6. & Dn. Mejer, Prof. Erfurt. *de Votorum in Colleg. prærogativa §.* 1. 2. *&* 6. Palmaria votorum distinctio est in decisiva, negativa, aliis dicta informativa, & consultativa seu deliberativa, Dn. Wildv. *d. l. §. VII.* petita sc. à jure & potestate suffragiorum. Quæ si plena fuerint & perfecta, ad res decidendas necessaria, audiunt decisiva, sin minus plena & imperfecta consilii tantum gratia ferantur, consultativa dicuntur. cf. Linck. Prof. Arg. *Diss. de fundamento voti Comitialis* §. 1. quod si suffragia approbationem vel informationem aliorum (unde & correlativa dicuntur,) respiciant, ita ut dissensus ex causis NB. *fonticis* attendatur, votum vocatur negativum seu informativum. Id quod laud.

laud. Wildvog. *integr. cit. diss.* exemplo Ecclesiæ voto negativo concurrentis cum eligente Patrono illustrat. cf. Reverendiss. Dn. Cancell. D. Jæger *Tr. de Jure Potestatum supremarum circa sacra. p. m.* 141. add. Dn. Böhmer *in Usu Mod. Jur. Canon. L. I. t. VI.* §. 3. *& t. XXIII.* §. 20. Simile exemplum voti negativi multis videntur verba innuere *Cap. Leop. art.* 44. de requirendo in admissione novitii Status Electorum & Collegii, cui jungendus, consensu; vid. Henninges *ad Beck. p. m.* 204. Lynck. *de consensu Electorali* §. 16. plures adhuc vide ap. Magnif. Dn. Præsidem *Diss. de Augustiss. Imperat. Reservatis* §. *XXIV.* quos tamen operose ibidem dissentiens cum aliis confutat. Hodie nullum amplius superest dubium, quin uti in ceteris, ita & hoc passu vota Statuum vere & plenarie sint decisiva, idque per noviss. Augustiss. Caroli VI. Capitul. ubi loco verborum, vorhero genugsam gehöret worden, positum, in die Admission ordentlich gewilliget, *art.* 1. junct. *art.* 11. ibi: Vorwissen und *Consens*: quæ etiam antea reperiuntur *in R. I.* 1654. §. 197. Sed ad rem. Votum nos, quale descripsimus, negativum Magistratibus Minoribus olim in Comitiis competiisse asserimus, non nudum deliberativum cum Pfeffing. *d. l.* auditi enim sunt & tractatum cum illis *interdum*, si np. quid ponderis & causas speciosas contrarias allegarint. cf. Arumæus *de Comit. c.* 7. *n.* 145. ubi ad verba Hincmari, ex proprio mentis intellectu, addit: *bonis puta rationibus informato.* Cum autem dicit, minores majorum consilium infirmare non potuisse, ex not. h. restringendus. Et exemplum (quale vix ullum dari, frustra vult Conring. *de Civit. Imp. Germ. th.* 34. in ceteris tamen ibidem eleganter conferendus,) usurpati hujus juris illustre videmus ap. Witichindum Corbej. *Annal. L.* 2. *p.* 644. ap. Meibom. *de quo infr. latius.* ubi sane dissensus inter Status majores & minores idoneis rationibus instructos effecit, ut Otto M. Imperator controversiam judicio commiserit gladiatorio. cf. hic Celeb. Dn. Ludovici Halensis pariter Suevus *in Commentariis Politicis Rerum Halensium S. R. I. Libera urbis c.* 3. §. 1. *in fin.* Ceterum quia votum negativum, tanquam conditio aliqua sine qua non, negotia ipsa primario per modum causæ efficientis definienda neutiquam concernit; vid. laud. Böhmer *d. l.* hinc factum, ut communiter fere Principum saltem consensus vere decisivi in rebus Imperii gerendis apud Scriptores occurrat men-

 tio.

tio. Exempla ubivis obvia. Conr. *c. l.* Et quanquam *interdum* communi totius populi consensu hoc illudve decretum legatur, hoc tamen *modo Republica forma convenienti, & salva votorum dispari natura,* intelligendum venit *atque prærogativa.* vid. in simili Celeb. Schilter *de S. R. G. Imperii Comitum Prærogativa* §. *XXIX. XXX.* Ceterum ordines hi minores dicuntur etiam juniores, sæpiuscule Proceres, communiter generatim populus vel multitudo, & seniores populi, comprehenduntque Nobiles stricte hodie sic dictos. Eyben *de titulo Nobilis.* itemque Palatinos, Vicarios, Razeburgios, Schultesios, aliosque Judices inferiores, locorum defensores, Rectores, Judices & Magistratus absolute dictos; uti hoc Scriptores perlustranti ad oculum patebit. Exempla apud laud. Rühlmannum congesta videsis passim.

VII.

Antiquioribus in Comitiis qualis fuerit Civitatum potestas?

Sed quid nunc, ut ad propositum deveniamus, de Civitatibus Imperialibus habendum? Anne Ordinum Majorum an minorum numero antiquioribus illis in Comitiis censendæ? unde qualis iis sit Comitialis tribuenda potestas necessaria apparebit consequentia. Primaria hic & præjudicialis nascitur quæstio de origine Civitatum Imperialium, earundemque sublimi territorii jure? (a) quam pro dignitate satis ab aliis excussam & instituto nostro ampliorem repetere nolumus, utut forte ulteriores, ob varia imprimis Modernorum commenta, non plane respuat disquisitiones. Fundamenti nos & connexionis gratia certissima saltem ponamus præsupposita. (b) Præsupponimus 1. ante Carolum M. nullas fuisse in Germania Trans-Rhenana Urbes, seu loca muris circumducta, bene tamen in cis-Rhenana, ut Treviris, Argentoratum, Spira &c. 2. Caroli M. tempore prima urbium in Suevia & Bavaria nata fuisse fundamina; vicis saltem & villis cum quibusdam castellis in Saxonia, Westphalia &c. existentibus; quæ si jura civitatum habebant, civitates dicebantur, non autem urbes, quæ præcise mœnia inferunt. 3. Henrici Aucupis tempore in Germania Magna potissima urbium partim incrementa in Suevia & Bavaria, partim fundamenta in Saxonia & Westphalia &c. cœpisse. 4. Libertatem non statim cum origine ortam, sed ab Imperatoribus, aut illorum jussu conditas ipsorum Imperio ut municipales subjectas fuisse. 5. Partim Episcopis post, partim Ducibus commissas,

De origine Civitatum Imp. earundemque sublimi territorii Jure præsupposita.

missas, partim Comitibus & Missis Regiis vices Cæsarum repræsentantibus immediate paruisse. 6. Libertatem deinceps à Principibus & Episcopis diverso tempore & jure impetrasse, Imperioque iterum immediate fuisse subjectas multis jam munitas regalibus & Imperatorum perpetuis privilegiis. 7. Tempora libertatis stricte sic dictæ acquisitæ & superioritatis territorialis, seu complexus illius omnium aut saltem potissimorum regalium, maxime majorum, probè esse secernenda, cum posterior priori longe sit recentior sub interregni maxime temporibus eminens, licet ab ætate Henricorum & inprimis Friderici I. exordia & prima senserit incrementa, ita tamen, ut multis demum regalibus præcipue majoribus acquisitis ad majestatis æmulam crevisse deprehensæ fuerint potestatem, Ducibus, Principibus, Comitibusque *hactenus* fere pares. Hisce ita præmissis sponte sua apparet, nullum ipsis Civitatibus tum superfuisse locum inter Status Majores, sed Comites (c) earundem Comitia tanquam Status & Magistratus Majores frequentabant, testibus vel mille Historicorum passibus, aut si Principibus fuerint subjectæ, vota eorum, & hoc etiam respectu, habita proportione Civitatum, auctique inde territorii, majoris conventibus in publicis fuisse ponderis credibile est. (d) Restat ergo, ipsas civitates minorem Ordinem juxta cum nobilibus aliisque pristinis in Comitiis constituisse. (e) Quid enim aliud quæso denotant Judices illi, seniores populi, Rectores, quam Civitatum minores Magistratus, de quibus toties cum militibus sive militibus apud scriptores occurrit mentio. Et hactenus ego libentissime absque ullo tamen libertatis periculo Civitatibus æque regalibus seu Imperialibus, quam Municipalibus, non tamen verosimiliter absque diverso votorum pondere, in diætis illis veteranis locum fuisse concesserim. *(f)*

(a) Superioritatem territorialem Liberarum S. R. I. Civitatum post tot tantaque Legum publicarum & vivæ praxeos atque experientiæ testimonia hodienum dubiam reddere, impudentissimi non confutatione, sed pœna digni conatus sunt. Os omnibus obturat *Inst. Pac. art. V.* §. 30. & *art. VIII.* §. 1. juncto *art. V.* §. 29. addatur dein *art.* 8. §. 4. ubi & verbaliter necessaria consequentia, & realiter, ne ullum dubium supersit, superioritas Civit. Imp. confirmatur territorialis. Sed tamen, instant, non specifice vox superioritas territorialis prædicatur ibidem de Civitatibus: Resp. sufficiat, quod generatim de NB.

omnibus indiſtinctè Statibus, ſub quibus ubique indubitate Civit. Imp. veniunt, prædicetur, & hinc etiam neceſſario & ſine ulla dubitationis ſpecie pariter de illis. Illud verum, quod quibus hodie territor. Civ. Imp. poteſtas nondum ſatis plana videtur, uti inſulſos ſe oſtendunt & ineptos, ita tunc, cum ſpecificè fuerit expreſſum, ſi forſan adhuc (quid enim tam abſurdum, quod non ſuum defenſorem inveniat? Anton. Gamma *in deciſ.* 202. *n.* 3.) dubitaſſent, inſulſiſſimos prorſus ſe oſtendiſſent ac ineptiſſimos. Satis etiam pueriliter hodienum nonnulli tum libertatis cum ſuperioritatis territ. primordia non omnibus ſemper numeris & juſtitiæ regulis perfecta opponunt, quaſi ſc. eo res recidat, cum titulorum, ſi quæ interceſſerint, iniquitates variis modis fuerint purgatæ, & poſt confirmatæ. conf. Monz. *L.* 3. *c.* 10. *circa fin.* Et quid quæſo? melior ne ceterorum Statuum conditio? ita quidem volunt, qui Potentiorum Principum Majeſtatis æmula Imperia in ſua ſtatim perfectione & amplitudine à Conrado I. petunt, Tyrannos & Impios pronunciando Imperatores Optimos, unde illa Juris Publici verè paradoxa, quod in dubio ſemper contra Imperatorem pronunciandum & ſimilia; ſed ſplendida valeat fabula! Quis quæſo recentiorum crederet de Imperatorum tyrannide clamoribus, cum omnis amice conſpirans coæqualis Hiſtoria Ordines teſtetur Rebelles. conf. celeberr. Dn. Gundling. *Diſſ. de Statu Reip. Germ. ſub Conrado I. p. impr.* 46. Alio non minus ineptiori modo Civit. Imp. libertati inſultus nuper impudenti calamo factos conſtat, novas inauditasque hodienum fingendo inter Civitates Imperiales & Liberas differentias, contra concordes Legum fundamentalium ſanctiones parilem Civitatum Imperialium cum S. R. I. nexum inferentes, ſusque deque habitis accidentalibus olim, quæcunque jam fuerint, differentiis. Sed fulgura ex pelvi! condigne interim ex abundanti ſuperiori anno in Helycone noſtro repreſſa atque exploſa, quod antea etiam ex parte factum Diſſ. Jenenſi ſub Wildvogeliano præſidio habita *de Exercitio Juris circa Sacra Civit. Imp. Proteſtantium* §. *VII. IIX. IX. X.* in ſupplementum quaſi Diſp. Dn. Heilbronneri, quæ eodem Viro Famigeratiſſimo Præſidente prodiit, *de Super. territ. Civit. Imperial.* Illud nos ex præpoſteris illis hypotheſibus ſilentio præterire non poſſumus, quod

quod ex ſtylo curiali, (nec eo tamen universali,) quo Principibus tribuitur die Landes-Hoheit, Civitatibus autem die Landes-Herrlichkeit, intrinſecam totalem differentiam quaſi ex ipſa Principum confeſſione eruere conetur, ad coloranda tam illuſtri teſtimonio temeraria in medium prolata aſſerta. Sed quis non videt, ſtylum illum curialem eminentias ſaltem concernere perſonales Principum, regali dignitate & partim potentatu, prout accuratiori voce quam Fürſtenerii ſuprematu ex ſchola id exprimit Lynckeriana & *integra diſputatione* Autor expoſuit Excellent. p. t. Reip. Patriæ Conſil. & ad Comitia Legatus Dn. Hartmannus *de potentatu*, quam *Jena olim habuit* ſub Illuſtri Lynckeriano præſidio 1690. fulgentium, unde excellentiori prædicato poteſtas eorundem territorialis, quam Civitatum inſigniatur. conf. hic Dn. Felz. *diſſ. de Jure Legislatorio territoriali Civit. Imp. §.* 12. Quoad ipſam autem vim & jura principalia utraque tam Principum, quam Civ. ſuperioritas adeo ſibi invicem eſt ſimilis, ut ovum ovo, & regalia, quæ in Civ. nonnullis Imp. alii exercent, non ex titulo procedit ſuperioritatis, ſed jure ſervitutis, ita, ut ex ſuper. territ. ſemper præſumtio in dubio militet pro Civitate Imp. æque ac ceteris Statibus. cf. interim Dn. Felz. *de Juris publici ſervitutibus*, & Dn. Hildebrand, Prof. Altorf. *de Jure Regali in alieno territorio ſuperioritatem non inferente.* Imo multi etiam die Landes-Fürſtliche Obrigkeit hoc ſenſu de Civit. Imp. prædicari poſſe, exemplo regalium, quæ à Regibus denominationem acceperunt, inde tamen illis tribuere, nemo dubitat, intrepidè aſſerunt. vid. ex Limnæo, Sixtino, Deciano, Knipſch. *de Civit. Imp. L.* 2. *c.* 5. *n.* 24. Oldenb. *Limn. Enucleat. L.* 4. *c.* 1. *§.* 17. Lauterb. *de Jure Fiſci c.* 2. *§.* 4. verum lubenter Civitates titulorum abſtinent pompa, dummodo intacta inque ſalvo ipſis maneant jura, ſacratos potius Imperii Principes omni titulorum & ſubmiſſionis reverentia comiter obſervantes, de qua phraſi quid importet, vid. celeberr. Dn. Ludvvig. *Diſſ. de Auſp. Regum. p.* 51. & laudata proxime Wildvogel. *Diſp. §.* 9. add. Cellarius integra *Diſp. de phraſi, Majeſtatem alterius comiter colere*, & ſic reapſe dictum ſibi putant, daß ſie nicht allzuſehr Städtiſch ſeyn ſollen, nimium libertatis ad offenſam usque ſine præjudicio evitandum avari, quod

quod nonnullis quondam Civit. Consiliariis imputatum legitur apud Oldenb. *d. l.* §. 16.

(b) Conferri interim in compendio perspicuitatis ergo possunt Vitriar. *L.* 1. *tit.* 18. Struv. *diss.* 21.

(c) De Comitibus multa dicenda, si nobis liceret esse prolixioribus. Fiat interim id remissive. Antiquissimorum Comitum seu Gravionum, i. e. Judicum Majorum origines & potestatem à tempore primæ Germaniæ ætate Taciti usque ad Carolingicos inclusive persequitur Kirchmeyer *ad Tacit. à p.* 202—221. quoad posteriora etiam tempora Conring. *de Ducib. & Comit.* Schilter. *de S. R. I. Comitum Prærogativa.* Cui à D. Burgermeistero opposit. der Graven-und Ritter-Saal, paucos ante menses modo absolut. Rühlm. sæpius alleg. *tr.* von Reichs-Tågen, Mylerus *in Archologia*, & nuper Illustris Thomasius *diss. de Jurisdictionis & Magistratuum differentia secundum mores Germanorum*, cujus tamen sententia generalis de latissima Comitum seu Advocatorum Urbium potestate non ultra Henrici IV. aut V. tempora extendenda, tum etenim jamjam propullulare cœpit Civit. libertas, atque jura avtocratias. Rhet. *de Stat. Rol. c.* 4. *n.* 21. nec nimium dubiæ speculorum auctoritati tribuendum venit. Recentiori ætate qualis fuerit Advocatorum Urbium natura atque valor, conf. Heiderum von Reichs-Vogteyen. Sufficiat nobis pro instituto indicasse, quod alii fuerint Comites seu Advocati Urbium, alii Comites seu Advocati Provinciarum, dati ad Jurisdictionem nomine Cæsaris, an Kaysers-Statt, exercendam, & regalia Imperatorum manutenenda. Notabilis in *Chron. Slav. L.* 4. *c.* 22. est locus de exercitio hujus potestatis in tumultu aliquo Bremensi occasione restituti tum Archiepiscopi, ibi Advocatus Urbis cum aliis ad Canonicos dixisse legitur: *Vos contra Imperatorem sentitis, vos civitatem tradere vultis, ideo vos in civitate non patiemur.* Sed Comitum seu Advocatorum Urbium potestas per incrementa civitatum decrevit, cum sensim illæ acquisiverint regalia primum minora, post majora, quæ sarta tectaque Imperatoribus servanda incumbebant Comitibus illis. Provinciales autem Comites sive Magistratus & Advocati partim Principibus subjiciebantur, cum antea eorundem dicerentur fratres, & ut Episcopi ab Archiepi-

chiepiscopis ab illis differrent, conf. Rühlmann. *d. tr.* partim exemplo eorundem longè præcedaneo regimen similiter nacti hereditarium, mox superioritatis territorialis jecerunt fundamina, accedentibus perpetuis incrementis, donec ad modernum assurrexerint Majestatis analogæ gradum. cf. integra *Diss. de Superior. territ. Comitum Imperii, habita Argent. anno* 1710. sub Præsidio Dn. Joh. Henr. Bœcleri, ut hinc Ordines Fœderati Belgii novissimè anno 1710. Excelsissimis Imperii Comitibus supremum inde fluens jus legationis *citra rationem* vocarint in dubium, licet melius mox, quam antea ex schola novaturientium, à Generosissimo Legato L. Barone ab Edelsheim mira promtitudine edocti, cesserint. vid. Autor *Spicilegii Observ. ad Capit. August. Imp. Caroli VI. p.* 284. *sq.* unde videre est, quales fructus temeraria Scriptorum Juris publici asserta apud exteros & generatim Reipubl. nostræ status non satis peritos ferre soleant, eo majori hinc studio in prima, ut ajunt, herba suffocanda, & ulterioribus obex ponendus est ausibus. De cetero Comites illi urbium tamdiu Comitia tanquam Status Majores frequentabant, Civitatibus in numero minorum constitutis, quamdiu his juribus major erat eorundem potestas, nec Urbes potiora Regalia Cæsarum hactenus reservata sibimet ipsis arrogarint. faciunt huc, quæ, paucis licet, habet Conring. *de Urbib. Germ. p.* 127. *in fin.* quando autem illud contigerit, sequentia docebunt.

(d) Conferri hic meretur Dn. Ludvvig *in Programmate* vom Streit über neue Stimmen auf dem Reichs-Tag *an.* 1709. *edito*, (cujus quidem facta nobis copia non est, aliunde tamen de ipsius mente constat,) ubi ex antiquitate docuit, vota olim in Comitiis non numerata, sed ponderata fuisse. Ita ut non *major* pars, sed *firmior ratione potentiæ & auctoritatis* rem confecerit. conf. idem *Differt. de Jure Suffragii Regis Bohemiæ c.* 11. *§.* 9. *num.* 4. & *in Germ. Princ. p.* 97. 98. *&* 319. Scilicet votum præpotentis cujusdam Principis tantundem valebat, quantum proportionabiliter multorum Principum potentia inferiorum vel auctoritate. Hinc aucto novo aliquo Principatu territorio, necesse non erat, augeri vota, cum re ipsa augerentur majori dato pondere; uti exemplo Bojoariæ comprobat laudatus Dn. Ludvv. *in tr. de*

jure adlegandi Ordin. Imp. L. IV. §. XVI. factum inde, ut non facile Conclusum Comitiale perficeretur, si præpotentior aliquis non comparuerit Status. Ludvv. *cit. disp. de suffr. Boh. d. l.* Sed quot quæso difficultates secum tulit hæc vota ponderandi ratio, quam nescio annon *tacitam* numerationem vel multiplicationem dixerim, & quas infinitas contentionis dedit ansas, an hujus illiusve suffragio bes, vel semis, triens, vel uncia aut semiuncia, & si Diis placet, unciarum minutiæ, plus minusve tribuenda sint. In salutem ergo Germaniæ solennis votorum numeratio expressa paulatim invaluit. De cujus originis causa sic mihi per conjecturas verosimiles in re obscura videtur. Nimirum cum cottidie cresceret Principum numerus, male eos dubio procul habuit, majoritatem etiam maximam non attendi votorum, & quamplurimos Principes unius alteriusque Potentioris verbo, paucorum superari suffragiis, inæquali & disproportionato sæpiuscule adhibito ponderationis modo. Numerationem ergo votorum ursisse verosimile est, quæ tandem etiam obtinuit; sed fieri nunc aliter non potuit, quam ut sublato pristino computandi suffragia modo, substituta simplici votorum numeratione plurium provinciarum Principes vota sua multiplicarent, & optimo jure defectum ponderis seu implicitæ multiplicationis, augendo vota, prout olim, cum singulas provincias singuli tenerent Duces, competebant, compensarent. Nec ulla ipsis ratione præscriptio horum votorum tum opponi potuerat, cum in effectu & re ipsa, i. e. tacita numeratione pondere quasi possidentes exercuerant, mutata vero votandi natura, ut ipsi mutarent votandi pristinum exercitium, necessitas primum postulavit, hinc loco tacitæ multiplicationis expressam affectarunt, ne jure suo privarentur, quos non inique removeres asserto illo: olim in Comitiis secundum numerum personarum, non territoriorum suffragia tulisse Status. Et ab hoc demum tempore, quo sc. numerari, non amplius ponderari vota cœperunt, de quo vid. Ludvvig. *d. Program.* initium præscriptionis, siquidem hoc loco datur, multi enim negant, plurium competentium votorum deducendum venit. Quod cum nunc dubium sit, quot vota olim & quot diversæ numeratæ fuerint provinciæ, Principatus vel Comitatus, hinc summa cum animorum contentione hodienum adhuc sub Judice lis est de multiplicandis votis, quæ olim

olim competiisse volunt ancipiti probatione, testantibus id *actis Comitialibus* passim & *privatorum variis in eadem materia scriptis* Hornii, Zvvanzigii & Anonymi Patriotæ. Videtur porro noviter inducta hæc vota numerandi ratio originem etiam & causam dedisse tribus illis Comitiorum Collegiis, seu separationi Electorum à Principali curia, cui antea fuerant juncti, separatis saltem Civitatibus. Potentissimi enim Septem-Viri cum novitiis hisce superinductis aut mox superinducendis moribus vota sua hactenus & territoriorum amplissimorum & Archi-Officiorum splendidissimorum Eminentia, enormiter imminui viderent, & si multiplicando justum valorem retinere vellent, id forte nimium in modum multiplici & desperata plane cum contentionis serra fututum iri perspexerint, maluerunt sese à ceteris prorsus separare, peculiare constituentes Collegium, ut sic, præterquam quod speciali curia Prærogativis suis magis prospexerint, pristinum revera votorum suorum eminens retinerent pondus, dum nunc 7. vel hodie 9. illorum suffragia tantundem valent, ac ceterorum Principum universa. Similiter fundamenta suffragiorum Virilium & Curiatorum, quæ ferunt Prælati, Comites atque Barones, commodissime inde repeti possent, sed nimium jam excurrit notula. conferri interea potest Dn. Felz. seu potius Autor. Respond. Dn. Reisseisen *Diss. de Suffragiis Statuum in Comitiis Imperii Universalibus th.* 18. 19. ubi *Dissertatio* Linckiana Illustris Cocceji peculiaria *hactenus* principia fovens *ibid. Argent. sc. anno* 1709. *habita de fundamento voti Comitialis*, cujus supra fecimus mentionem, refutatur, quod quidem antea integra disp. etiam nobis jam allegata, Dn. Bœcleri *de superioritate territoriali Com. Imp.* operose susceptum.

(e) Hoc verum, quod Civitates seu Judices illi Civitatum non *soli & tantum* minores Status confecerint, quorum quippe numero adhuc comprehendebantur nobiles & alii forsan adhuc pagorum inferiores Judices sive populi seniores; & hoc sensu admitto, quod Illustr. L. B. de Lyncker *in Anal. ad Magnif. Dn. Præsid. Introd. J. P. p. gen. c. IV.* §. 7. observat, minus recte in diæta Osnabrugensi Civit. Imp. cum his minoribus comparari voluisse; sed nec ipsimet hoc intendebant, & parum etiam illis est consultum, ut jura sua eximia Comitiorum moderna à nimis remoto petant tempore, de quo *in ss. sq.*

(f) Scil. generatim legitur apud Scriptores convocatus populus, seniores populi, & absque distinctione Judices & multitudo, non tamen absque prærogativarum distinctione, uti credibile est pro diversa eorundem dignitate. Deficit Comitialis Historia, quæ vix Majorum, nedum minorum Statuum jura Comitialia antiquiora condigne referat. Sed stupidissimus sit oportet, aut protervæ malitiæ æque ac nugator ille, qui Halam Venedorum Civitatem Immediatam dixit ex eo, quod olim Comitiis interfuerit, qui à pristino illo Comitiorum statu maximas post alterationes passo, & ut in seq. evincam, Civitatibus Imperialibus in Statuum Majorum censum evectis, argumento à baculo ad angulum, ad moderna Comitia filum consecutionis ducere non erubuerit. Recentioribus à Rudolpho I. maxime curiis Regiis Civitates mediatas Immediatis fuisse admixtas, idoneo doceant argumento insulsi hac parte Adversarii; sed ad Calendas Græcas. Ex NB. *nuda* etenim ad Comitia vocatione jus voti & sessionis Civit. Imp. tribuere ineptissimum plane; quot enim quæso & quibus variis de causis *non status* vocati sunt, vocanturque ad Comitia, Exempla Papenheimii Vice-Marechalli, B. Lutheri, Assessorum Cameralium, imo exterorum sæpius Regum & Principum, conglomerare juncto Ddum agmine piget, cum toties jamjam fuerint inculcata. Et quid? quanto semper conatinne Status laborarunt immediati, ut mediati sui cives in confusa Imperii quondam, nec hodienum absoluta, matricula, vid. Maurit. *de Matric. Imp.* (quam non minus facete quam vere allusione Syllabica quispiam nominavit. *Materiam Tricarum, Curarum, Laborum*, vid. Dn Felz. *disp. de Statu Nobil. Immed. diss.* 2. *p.* 50.) tanquam Status erronee comprehensi expungerentur, nullum ad Imperii diætas aditum iis concedentes. Tandem esto, (quod autem oppidoquam fabulosum,) nonnullas mediatas Civitates Immediatis in recentioribus etiam Comitiis fuisse intermixtas citra controversiam, & hodienum hujusmodi obtinere σιδηρόξυλον. esto inquam. quis autem ab exorbitanti aliqua exceptione, quæ firmat regulam in casu non excepto, & à rarioribus, sepositis communioribus, ullam formaret præsumptionem? certe nemo, nisi qui cerebrum gerit in calcaneo. Sed pudet nos absurdis invidorum diutius inhærere assertis,

VIII.

VIII.

Cum ergo apud Scriptores remotioris nimium ævi nulla occurrant Civitatum Imperialium Jura Comitialia, quæ eximiis modernis fundamentum præbere valeant, consultius nos facturos spero, si non longe ultra, aut saltem Interregni tempora in illis adstruendis ascensum fecerimus, cum parum auctoritas Ordinum Minorum Comitialis, quibus olim adscriptæ, conducat. (a) Hinc respuo sententias, quæ Civitates Imper. Comitiorum participes vel ab Henrico I. Aucupe, (b) vel Ottone M. (c) aut *nimis confidenter & generatim* ab Henricorum & Friderici I. (d) ætate repetunt. Nostra, ut in compendium redigamus, hæc animo firmiter sedet de origine *voti decisivi*, quod in S. R. I. Diætis tenent Civitates, mens atque sententia. *Præparatoria* (non usus) ab Henrici IV. ætate petenda, dum ad libertatem & superioritatis paulatim adspirarent territorialis primordia; verum uti id lentis gressibus factum, ita demum Friderici I. temporibus (e) prima ejusdem occurrunt vestigia, sed particularia valde, & postmodum etiam rara, uti quidem omnia rerum initia solent esse comparata. Durante autem turbulento Interregni statu augebantur libertas & Jura Civitatum territorialia, ita, ut Comites urbium regalibus potioribus amissis, quibus dubio procul solenniter erant investiti, quorumque intuitu Comitiis tanquam Status Majores, Regni officia seu Regalia & Jurisdictionem nomine Cæsaris exercentes, interfuerint, ipsæmet Civitates eorundem subirent locum ex minori exigui momenti Ordine in Majorem classem evectæ, idque jure optimo maximo, cum parilia fere cum Principibus acquisierint regalia, & sic sese ad sublimem Ordinum Majorum Statum qualificaverint. (f) (crassa Minerva scribo, ut clarus sim.) Quæ autem Episcoporum, (quorum mitissimo olim subfuisse regimini plena credebatur libertas, (g) sed mutati mox ab illis.) vel Ducum sese subduxerant potestati, hoc ipso, quod Jurisdictionem & Regalia immediate nomine Cæsaris administrabant, (quod Stylo Coccejano officium audit Regni,) summa dignitate Status pariter sunt condecoratæ. (h) Et sic ergo ad Conventus Imperii speciales seu Majorum Ordinum, quos solitarii antea constituebant Principes, Comites atque Barones, cum eodem proportionabiliter votorum pondere Liberæ S. R. I. Civitates reali maximam partem jam tum Principis potestate fulgentes sunt admissæ,

Rejectis aliorum sententiis, auctoris de Voti decisivi Civitatum in Comitiis origine sententia.

 (i)

(i) salvis ceteroquin Principum prærogativis, quos tanquam superiora personalissimo Majestatis analogæ splendore Eminentia Imperii Membra submisso, salva saltem libertate, indesinenter venerari respectu sancte sibi dictum putavit, & adhuc putat, putabitque Civitatense Collegium. Minores autem cum suo voto negativo Ordines de die in diem magis magisque negligebantur; inde factum, ut cum nullam sui in Comitiis rationem haberi viderent, sponte se tandem penitus excludi paterentur. (k)

(a) inspiciatur in simili B. Dn. Kulpis. *Diss. de placitis Ordinum Imperii §. IX.*

(b) Inde frustra repetit Hagem. *de Comit. c. VI. admodum verosimile est*, inquiens, *quod Civitates beneficio Henrici Aucupis jus suffragii primitus obtinuerint.* consentit fere Arumæus *de Com. c. 7. §. 145.* Sed uti nullas asserti addunt rationes, ita etiam Historiarum id refragatur monumentis. Illa enim Henricum Aucupem plerarumque Civit. in Germania Magna Conditorem quidem, sed nuspiam libertatis, quam longe post obtinuere, referunt Autorem. Hinc etiam ex professo hanc sententiam profligavit Celeb. Dn. Wagenseil. *Diss. de Comit. Univers. S. R. G. J. §. L.* ubi quid forsan huic errori ansam dederit per conjecturas inquirit, sc. imposuisse credit Clarissimo Hagemajero locum Comitiorum, qui plerumque erant urbes ad majora capessenda incrementa, (de quibus generatim conf. Dn. Jacob. Brunnem. *de Incrementis Urbium Germanicarum.*) ut ipsas Civitates Comitiorum putarit factas participes. Minorum interea ordinum multitudini Civitatum pariter Judices, populique seniores fuisse admixtos, ex supra dictis repete, at neutiquam quasi liberas Civitates, verum tanquam Judices populique proceres inferiores, quæ huc non spectant.

(c) Huc ascendit Autor deß *Discurs* von Reichs-Vogt. *p.* 106. quod approbat Autor *Apologi*, Daniel Heider. *p.* 32. & 150. ex illis Knipschildius, idque autoritate Witteckindi *L.* 2. & Sigeb. Gemblac. *in Chron. Otton. I. sub ao.* 942. sed neuter evolvit ipsos Scriptores, Hottomannum in quæstionibus illustribus *L. I. q.* 3. fideliter secuti, in ceteris interim Viri laude dignissimi & strenui æque ac Eruditi Libertatis Civit. Imp. Vindices. Qui tamen Hottom. non ipsa, uti quidem videtur, d. Autorum verba

verba habet, verum mentem saltem & sententiam quæstioni, quam ibidem ventilabat, convenientem. Is Principes inter & Civitatum Legatos, cum in controversia de successione Patrui & nepotis conveniri non posset, gladiatorio judicio rem commisisse memorat Ottonem M. Inde nunc plenum Civit. Imp. suffragium decisivum vindicant d. Autores, contra quos alterum Oldenb. *in Limn. Enucleato L. IV. c.* 1. frustra hactenus dubia movet, quod vix conveniat Chronologiæ; sphalma enim typographicum loco priori *p.* 106. omisso sc. numero C. irrepsisse facile apparuisset, si modo Hottomannum, quo se refert, inspexisset, ubi Chronologia accurata, quam alterum pariter allegatum Sig. Gembl. genuinam servat, & in Apologia etiam *p.* 32. *&* 150. justa occurrit. Sed res ipsa omni plane fundamento destituitur. Producamus in medium ipsa verba Wittechindi, quæ etiam refert B. Dietrich. *in Ottone M. §. XIV. in not.* & Sigeberti Gemblacensis. Ita autem Wittechindus *L.* 2. *p.* 644. *ap. Meib. De Legum quoque varietate facta est contentio*, (sc. in illa congregatione Principum, de qua *d. l.*) *fuereque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hereditatemque legitime cum filiis sortiri, si forte Patres eorum obiissent Avis superstitibus. Unde exiit Edictum à Rege, ut* NB. *universalis populi conventio fieret apud Villam, qua dicitur Stela, factumque est, ut causa inter arbitros judicaretur debere examinari. Rex autem meliori consilio usus noluit Viros Nobiles* (i. e. Status Majores) ac NB. *senes populi* (i. e. Status Minores) *inhoneste tractari, sed magis rem inter gladiatores discerni jussit. Vicit ergo pars, qua filios filiorum computabant inter filios, &c. firmatum est, ut æqualiter cum patruis hereditatem dividerent pacto sempiterno.* Hæc Witt. Addamus jam verba Sigeb. Gembl. *ad ann.* 942. ibi: *Orta dissensione inter Principes de varietate legis, utrum deberent Avis superstitibus filii filiorum post parentes defunctos hæreditare, an exhæredatis fratruelibus, deberet hæreditas ad patruos redire; Ex Regis Ottonis cum Principum sententia cognitio veritatis commissa est gladiatorio judicio, cessitque victoria his, qui censebant, fratrum filios debere cum patribus* (lege patruis) *hæreditare.* Videmus hic Sigeb. Gembl. ne γρῦ quidem referre, quod nobis conducat, imo si verba Witiech. inspiciantur, prout habet Hottom. & Heiderus, d. Scriptores plane invicem contrariari videntur. Sigebertus enim testatur

de

de *nudo* dissensu inter *solos* Principes; Ex Wittechindo autem Hottomannus generaliter cum asseclis Principes & Civitates dissensisse docet. Sed illi ipsi invicem collati amice conspirant. Videlicet Sigeb. Gembl. rem strictim saltem & per compendium, uti totum testatur Chronicon, recenset, hinc de ipsius controversiæ modo definitione solicitus antecedaneas deliberationes plenarie non tetigit, sed primos saltem Principum conventus & dissensus; Witteckindus autem pinguiori calamo usus rem accuratius explicat, qua ratione multi conciliantur in speciem contrarii Scriptorum passus, & sic Dn. Imman. Weber, Prof. Giess. Celeberr. *Diss. de turbat. S. R. I. Circulis* §. 6. laudatissimum Historiographum Thuanum à sat crasso errore tanto Viro indigno, prout communiter ideo vapulat, vindicat vel saltem excusat. Wittechindus ergo non solum præcedaneos Principum conventus, (de quibus vid. Rühlm. *sæp. all. tr.* von Reichs-Tägen passim,) verum etiam postmodum generalissimam institutam tum Majorum cum Minorum Ordinum Curiam, & in utrisque meminit discordes sententias, quæ Cæsarem movebant, ut rem dubiam & in utramque partem disputatam more tum solito Judicio commiserit gladiatorio, offensam sic & dissentientium Principum & populi seniorum declinaturus. Ubi quæso nunc ulla sit mentio Legatorum Civitatensium? ita suaviter sibi finxit Hottomannus, senes populi similes modernis Civitatum Legatis interpretatus. Sed quinam illi fuerint, ex superioribus, ut opinor, constabit, Ordines np. minores, quibus tamen dubio procul Judices inferiores Civitatum fuerunt admixti, non tamen solenni legatorum, nullis tunc adhuc liberis Civitatibus, munere fungentes, sed in turba cum ceteris comparentes, non vi aliqua potestativa suffragii, sed voti saltem negativi & comprobationis ergo, cujus palmarium exercitium in reprobando sc. *ex causis sonticis* consilio majorum hoc ipse videmus, & quantum nobis ex Autoribus constat, unico fere exemplo. conf. superius dicta ad §. *VI.* In vanum hinc laborant, qui votum inde decisivum Statibus Minoribus vel Civitatibus, ut nostri h. l. eruere student. Ceterum Autor *Disc.* von Reichs-Vogt. *ibid. p. seq.* 107. rectius rejecisset plane temperamentum Bernh. Bertrami *de Comitiis*, inter vota Principum & Civitatum moderna, accu-

accuratiori substrato, quam ut cum limitatione in se quidem verissima, verum sat apertæ Bertrami sententiæ Civitatibus & justitiæ è diametro contraria, dum nudam saltem relinquit obsequendi gloriam, admiserit. de quo infra. vid. inr. Oldenb. *in Limn. Enucl. l. IV. c. I. §. 14. p. 5.* Certum interim manet, quod fallantur, qui in asserendo Civit. Imp. voto decisivo, Ottonis M. petunt tempora. Nec sane meliora credo allaturum argumenta Illustrem Autorem aurei alias operis (de quo vid. Dn. Hornius *in Jur. Publ. Rom. Germ. in præfat.*) des *Europäischen* Herolds *p. 1. p. m.* 179. ubi sub Imperio Ottonum vestigia Civitatum Imperialium facili reperiri posse industria monet.

(d) Non simpliciter nos improbamus hanc sententiam, sed id saltem notanter asserimus, quod nimis confidenter & NB. *generaliter* Jura Civ. Imp. Comitialia moderna à prioribus plane diversa inde repetant multi. Lehmannus certe in *Chron. Spir. L.* 2. *c.* 37. *L.* 4. *c.* 3. *L.* 5. *c.* 17. *& L.* 7. *c.* 18. itemque Autor *Apologi* von Reichs-Vogt. *p.* 150. 32. Besold. *de Civ. Germ. p.* 1. *c.* 8. *§.* 4. hosque secuti quamplurimi, novissime etiam Celeberr. Schilterus *Inst. Jur. Publ. L.* 1. *t.* 23. *§.* 3. re quasi evicta hoc intrepidè statuunt. Quid ergo? qualis tum Civit. Imp. in Comitiis ratio? Crevisse certe hactenus ab Henrici IV. ætate monuimus, factum ergo est, ut tandem incrementa ad tantos ascenderint ex improviso gradus, ut paulatim Civitates una post alteram Ordinum Majorum cœperint adscribi numero, hinc videmus sub Friderico I. primam Civitatum in Comitiis factam mentionem, & in negotiis Imperii NB. *decidendis* iis datum fuisse aliquid ponderis, formando Civitatensis Collegii primordia, cum antea sub populo generatim comprehenderentur cum exigua potestate, pueritiam adhuc agente libertate Civitatum. Nolim ergò cum Lehm. *L.* 5. *c.* 17. hodienum nimium contendere, quod Civitates sub populo olim fuerint comprehensæ, parum enim hoc illis prodest, sed potius docendum, quod ex ordine populi seu minorum potioribus acquisitis regalibus in Majorum Ord. fuerint evectæ. Illæ autem cum diversis temporibus libertatem & nobiliora inpr. regalia fuerint nactæ, & paucissimæ admodum ætate Friderici I. in Germania extiterint Principibus maximam saltem partem potestate æquales, dann die Mächtigere ihren Zweck ehender als die Geringere erlanget, uti cum B. Rhenano *L.* 2. quem

vid. ap. Heider. von Reichs-Vogt. *p.* 35. loquitur Dn. Autor des Europ. Herolds *p.* 1. *p.* 179. ita loca, quò provocant, Scriptorum sub Frider. I. Civitates primum speciali nomine Comitiorum participes docentium, Urbes potissimum concernunt *Italicas*, longe citius atque maturius ob absentiam forte Imperatorum remotiorem, quam Civitates Germaniæ, jura libertatis & avtocratiæ consecutas, quemadmodum etiam ipse Radevicus *L.* 2. *c.* 3. *ap. Vrstis. p.* 507. ubi de Comitiis apud Roncalias agit, expressissimis illud testatur verbis: His omnibus (recensuerat np. Principes Ecclesiasticos) cum frequentia Laicorum, Principum, Ducum & NB. *Universarum* in Italia *Civitatum* Consulibus atque Judicibus; quibus verbis tacite explicat, & *maximam partem* restringit priora, dum generaliter *ibid. cap.* 1. inquit: *Confluunt ex omnis Regni partibus cum magna frequentia Archiepiscopi, Episcopi, multique alii Ecclesiastici Viri, Duces, Marchiones, Comites & Proceres, Consules & Civitatum Judices.* Et sic etiam intelligendum venit juramentum Frider. I. quo pariter toties provocant Lehmannus, Heiderus cum Besoldo aliisque. cf. Wagenseil. *cit. disp.* §. 21. Conring. *de Civ. Imp. th.* 54. & *de Comit. Imp. th.* 52. ubi tamen juxta cum Wagens. *d. l.* ad mentem nostram nobilissimis nonnullis, licet perpaucis Germaniæ Civitatibus locum in Comitiis datum, auctoritate Radevici, dubio procul ob generalitatem sermonis & alia propullulantis jam tum quarundam urbium Germaniæ, in quas tamen nunc specialius inquirere non vacat, potestatis argumenta concedunt. Jungenda monent ex *Guntheri* Ligurino, (quem perperam multi vocant *Guntherum Ligurinum*, æque ac si diceres Virgilium Æneam) testimonia metrica, quæ Radevicum secutus *L.* 8. cantavit. Recenset ille primum Ligures, i. e. Italos, qui Comitiis apud Roncalias interfuerunt, post addit:

Hac & si qua pari fuerant obnoxia juri
Pralati, Comites, missisque potentibus urbes.

versiculos integros vid. ap. Arum. *de Comit. c.* 7. *n.* 145. Alios similes ex eodem Gunthero refert Besold. *de Jure Civit. Germ. p.* 1. *c.* 8. *n.* 4. ibi:

VVestphaliaque Urbes & Norica jura regentes
Allobrogumque Duces coeunt.

item:

item:

Quaque suos Urbes huc direxere potentes.
Claraque Teutonici coierunt nomina Regni.

conf. Knipsch. *L.* 2. *c.* 2. *n.* 76. 77. Interea, utut Civitates Italiæ citius, quam Germaniæ, meliori fuerint conditione usæ, & post à Rudolpho I. omnis planè libertas, cum difficile & desperatum esset in Italos Imperium, teste Antecessorum Historia, dato pretio vendita credatur, quod tamen Conring. *de fin. Imp. c.* 20. *&* 23. add. Dn. Struv. *Diss.* 2. *th.* 7. Textor. *Jur. Publ. Cæsar. tit.* 3. *n.* 22. *seqq.* ad dominium utile allatis documentis restringit; utut inquam hæc ita se habent, nihilo tamen secius haut inferiori honoris gradu censendæ veniunt Germaniæ liberæ Urbes, licet enim hodienum majori nexu & vinculo Romano adstrictæ sint Imperio, attamen omnium Augustissimo huic subesse regno cum participatione inpr. summi regiminis plena quasi libertas est. cf. Heiderus von Reichs-Vogt. *p.* 133. Autor *Comitiol. p.* 4. *num.* 171. *seq.*

(e) Sc. quoad potentiores quasdam Imperii Civit. Nobilissimas, de quo vid. not. præcedanea. Quanquam post Frid. I. nulla iterum apud Script. Civitatum in Comitiis fiat mentio, quod dubio procul ob numeri paucitatem neglectum, usque ad Interregni tempora. Quæ enim de Ambasciatoribus Civitatum in Comitiis *Parmæ* habitis sub Frid. II. refert Schilt. *L.* 1. *t.* 23. *§.* 131. ad civitates Ital. spectat.

(f) Conferri hîc omnino meretur Illustris Dn. Thomas. *Diss. de Statuum Imperii potestate legislatoria contra jus commune §. inpr.* 12. Dn. Rhetius *in Inst. Jur. Publ. L.* 1. *t.* 18. §. *inpr.* 7. add. Conting. *de Urb. Germ. §.* 119—128. *ibi §.* 127. ait: *In Comitiis Regni ad suffragia ferenda rari tunc admissi oppidani, sed plerumque Oppidorum Comites, post etiam hoc jus haut paucis cessit.* Nimirum excellentiora postquam regalia, quæ nomine Cæsaris primum juxta cum directione banni criminalis, & præsidio quandoque in civilibus sarta tectaque custodienda incumbebant Comitibus, ipsæmet acquisierint Civitates, hoc ipso Comites illi urbium ex Ordine Statuum majorum ceciderunt, Civitatibus in eorundem locum evectis, quem aucta indies potestate hodienum tenent. Nec obstat, quod ho-

hodie tamen dicantur die Niedere Stände; diverso enim prorsus hoc fit respectu, quatenus nempe ultimum occupant inter Status Majores gradum, & cum hodie Minores Ordines in pristino significatu penitus evanuerint, hoc ipso cadit dubium; quamvis ab initio hæc ipsa appellatio non parum visa fuerit suspecta, ne scil. inde excellentia seu prærogativa essentialis votorum inter Imperii Status eliceretur; sed cum reponeretur, dicta prædicata nude concernere eminentiorem dignitatem, personalesque Statuum prærogativas lubentissime admittentes, ipso hactenus frequentato exercitio comprobarunt. Nec ergo res amplius ulla versatur sub contradictione, vid. Magnif. Dn. Præses *P. Sp. S. 2. c. 1. §. 13.* add. Londorp. Act. Publ. *Tom. VII. lib. 6. c. 469. & lib. 7. c. 80.* Instrum. Pac. Westph. *art. 5. §. 29.* Post tempora autem interregni superfuerant diu adhuc quidem Comites seu Præfecti Urbium; sed potestas earundem plane fuerat immutata, & in nuda ferme banni criminalis directione, da sie den Stab geführt, aliisque *interdum* extra ordinem consistebat Juribus, unde ab uno ad alterum non statim valet consequentia, de quibus consulendus Autor von Reichs-Vogt. & ex eo aliisque Knipsch. novissime Excellentiss. Dn. Datt. *in volum. Rer. Germ.* passim. Nullos hinc amplius intuitu Præfecturæ seu Advocatiæ Civitatis publicis Imperii interfuisse diætis constat; & quamvis Advocatus Augustanus Matriculæ Imperii de anno 1471. legatur insertus, hoc tamen parum ad rem facit: Quis enim non novit, nullius esse fidei obsoletas illas infinitis erroribus scatentes matriculas. de quo vid. Mauritii supra allegata *Disp. de Imp. Matric.* hinc etiam in seq. & præcipue 521. quæ hodie non quidem plenam Status probationem, sed tamen validissimam gignit præsumtionem, nuspiam reperitur. cf. Heiderus sæpe alleg. *tr.* von Reichs-Vogt. *p.* 557. Et si, posito, daretur exemplum, illud certe non amplius ex ipsa præfectura nullam inducente territorii superioritatem, sed immediate ex benevola Cæsaris Statuumque resultaret beneficio. Hinc etiam hodienum nonnullis licet in Imperii Civitatibus Præfecturas gerant Principes vicini, exemplo *Northusa*, in qua ex jure præfecturæ & officio Sculteti Jurisdictionum exercet Rex Borussiæ, vid. Europ. Staats-Cantzley *Part. 4. cap. 8. pag. 449.* & Scriptum, quod prodiit sub nomine: Offenes *Instrument* über

das

dasjenige, so zwischen Königl. Preußischen *Commission* und dem *Magistrat* der Freyen Kayserl. Reichs-Stadt Northausen wegen *Reluition* der Reichs-Vogtey und Reichs-Schultheissen-Ampt daselbst vorgangen. itemque Wezlariæ, ubi Landgravius Hassiæ Præfecturam tenet Imperii, quæ investituris Cæsareis confertur, conf. Knipsch. *l.* 3. *c.* 57. Heider. *p.* 69. (collige inde, Comites olim Urbium, cum adhuc regalia vice Cæsarum tenerent, multo magis desuper fuisse investitos,) attamen nulla idcirco, prout est in propatulo, vota ferunt, nec per somnium petunt in Comitiis. Et quid de nobilissima illa decem Civitatum Alsatiæ Unitarum Præfectura dixerim? nullam illius certe intuitu Gloriosissimi Archi-Duces Austriæ Superioritatem, votum & sessionem affectarunt in Comitiis, sed libertatem & territorii jura, uti jure, ita & ipso facto sancte servarunt inviolata. Utinam Augusta Domus Austriaca æternos dedisset Præfectos, non jam in servitutem redactæ ingemiscerent! fatorum etenim injuria laudatæ Provincialis Præfecturæ sive Landvogteiæ Regi Galliarum per pacem Monasteriensem facta cessione heu! quam violentas mox expertæ sunt mutationes in Reunionis Alsaticæ Judicio, clarissimo pacis tenore ad libitum contorto, ita, ut amissa libertate, cujus hactenus frustra sperarunt restitutionem, municipalium sorte censeantur. Strenuum interea libertatis defensorem egit Illustris nunc Cameralis Judicii Assessor Schraagius *in tr.* cui titulus: *Nullitas Iniquitasque Reunionis Alsaticæ*, & *Deus* tandem *omnium fortissimus interpretabitur*, uti in frontispicio loqui amat Vir Celeberrimus. cf. quæ in Compendio disserit Reverendiss. Dn. Cancell. Jæger *Obs. ad Grot.* *p.* 719. *sq.* ubi etiam quædam acta publica, quæ plenissima in laudato Schraagiano opere habentur, inseruit. Ceterum apprime hic iterum notandum, ut probe sejungantur tempora acquisitæ libertatis, Superioritatis, & nunc liberationis ab Advocatiis & Præfecturis Imperii, vel plenarie vel secundum quid; quæ confusa nescio annon originem dederint, ut Autor des Europ. Herolds, *p.* 1. *pag. m.* 758. dilectissimam Patriam meam Hallam Suevorum, unam certe inter Imperii Civitates antiquissimas, anno demum 1360. recentioribus Caroli IV. temporibus libertatem ab Eberhardo Comite Würtembergiæ, cui nunquam subjecta, erronee adeptam scribat, his verbis: Ihre

Freyheit hat Sie alsdann erlanget, als Graff Eberhard von Würtemberg, ihr damahliger Landes-Herr Anno 1360. in des Reichs-Bann gefallen. Causa lapsus videtur, quod tum temporis Halla nostra inter illas Imperiales Sueviæ Civitates (vid. Knipsch. *l.* 2. *c.* 24. *n.* 33.) quarum Advocatia & Jus Protectionis Comiti Würtembergiæ Eberhardo Contentioso dicto, vulgo der Greiner, fuerat commissa, ab exorbitante illius protectionis exercitio una cum ceteris fuerit liberata, datis cum illis CXXXIIXM. flor. teste Dn. à Waldkirch *in Compend. Histor. p.* 270. Substituto in ejus locum Ruperto Comite Palatino. conf. Knipsch. *d. l.* & de funesto tum bello inter Comitem Eberhardum atque Sueviæ Civitates exorto, post autem anno 1378. composito, vid. latissime Dn. Datt. *l.* 1. *c.* 6. ubi etiam *cap.* 7. fœdera refert, quibus memoratus postea Comes se associarit anno nimirum 1382. Sueviæ Civitatibus. Halam Suevorum à nobilibus maximè, crescente postmodum plebis auctoritate emigrantibus, inhabitam, unde Civitas Nobilium, Eine Adels-Stadt, ipsa passim audit, speciali dissertatione ejusque antiquissimam libertatem juxta cum aliis prærogativis exponit, quantum nempe ob consumtum fatali incendio anno 1576. patrium Archivum & manca hinc Autorum scrinia integrum erat, Celeb. Dn. Joh. Pet. Ludovici, Halensis Suevus, *Hala Saxon. anno* 1699. *sub titulo: Commentaria Politica Rerum Halensium S. R. J. Libera Urbis.* Inde ex *p.* 16. & auctoritate ibidem allegatorum illud nos non incommode repetimus, quod anno 1340. Imperator Ludovicus (en! Judex immediatus est Cæsar) Patriæ nostræ, orto inter Nobiles & plebem dissidio, sententiam declararit per Ulricum Comitem Würtembergiæ, Eberhardi Patrem, illius ergò certe non fuit municipalis, cum *non tanquam Princeps & Dominus territorialis*, sed ut *Imperatoris Commissarius* laudatam dixerit sententiam. Et quid multis? videantur saltem loca apertissima apud sæp. laud. Dattium *l.* 1. *c.* 5. *n.* 29. 32. 38. ubi Hala nostra liberas inter Imperiales legitur Civitates anno 1307. 1331. 1356. male ergo anno demum 1360. libertatem adepta scribitur. Hæc ὡς ἐν παρόδῳ pietas inserere jussit, cum quantum nobilissimo operi des Europ. Herolds tribuatur, nec immerito, auctoritatis constet. Vellem, secundum

dum commune & unicum fere in hoc libro desiderium, ut asserti allegarit Autores, quibus fieri posset satis.

(g) vid. ex Adamo Brem. *L. 2. Hist. Eccl. cap.* 1. Christ. Jac. Peller. *diss. inaug. supra cit. de libertate à Jurisd. Principis p.* 34. hinc etiam proverbium: Unterm krummen Stab ist gut wohnen, de quo integra prostat *dissert.* Dn. Kreilii, nunc Prot. Helmst. *hoc titulo.* imo Civitates Imperiales cum loco Comitum olim Episcopis concederentur, non plus illis, quam Comitibus, in quorum locum successerant, datum est potestatis. Surrogatum enim sapit naturam ejus, in cujus locum est surrogatum. cf. Heider. *d. l. p.* 30. sed posteriori ætate cum à pristinis moribus degenerarent plurimum, intolerabile tandem Episcoporum Regimen excusserunt Civitates.

(h) conf. hic Illustr. Dn. à Coccejis *Diss. de Charactere Statuum Imperii,* der Reichs-Standschafft. *§.* 4. *S. III.* quæ autem §. 6. de Civit. tradit, quod quamprimum ex pagis immediatis factæ fuerint Civitates, hoc ipso Status Imperii & Comitiorum participes extiterint, hoc non ita intelligendum, ac si ipsæmet statim suo nomine interfuerint Comitiis, sed Comites & Missi Regii Urbes repræsentantes, de quo supra. Verum postquam illorum decrevit potestas, regalia & Jurisdictionem nomine Imperii Urbium sibi arrogarint minores antea magistratus, hoc ipso certe quamprimum aliquis pagus jura post nobiliora ipsarum Civitatum accepit, aut Civitas Municipalis excusso Principis Imperio, libertatem & jura territorialia exercuerit, in Ordinum Majorum classem evecta locum digniorem publicis in Conventibus sunt sortita, quanquam ex mente Coccejana nonnisi immediatæ à prima semper origine Civitates atque pagi jura post Civitatum nactæ Comitiorum factæ sunt participes, nulla Urbe Municipali exemta, quæ sententia pro fundamento habet alterum de terris immediatis & mediatis, altioris pro instituto indaginis. Quicquid id est, hoc certum, quod cum Civitas ipsa officium Regni, i. e. potestatem & Jurisdictionem Imperii nomine exercuerit, votum etiam & sessionem in Comitiis ad instar ceterorum, quibus jam reddita æqualis, consecuta fuerit. Obiter hic addimus, quod frustra Dn. Felz. *Diss. de Statu Nobilitatis Immed. S. R. I. dissert. III. p.* 65. sententiam Coccejanam,

quæ

quæ ad characterem Status Imperii officium Regni requirit, Civitatibus Imperii obstare credat, haud quidquam enim aliud per illud officium Regni intelligit, quam complexum regalium & Jurisdictionem nomine Imperii, quam omnino & citra controversiam tribuit Civitatibus, prout hoc ex laudata disputat. ad oculum apparet, in qua quippe principia sua Jurisprudentiæ publicæ magis magisque illustrat. Et hoc sensu etiam *Regalis dignitas* realis sc. & quatenus æquipollet Superioritati territoriali seu Regalibus in complexu, de Civitatibus prædicari posset. vid. Thomas. *cit. disp. de Stat. Imp. potestate Legisl. contra jus commune* §. *XII.* quo significatu etiam occurrit apud Illustr. Coccej. *in Jurispr. publ.* NB. *prioris edit. c. 19.* §. 1. Verum cum verbum, *dignitas regalis*, ex communiori hactenus recepto usu pro *personali* Eminentia Regibus pari sumatur, & sic Civitatibus necessario denegetur, hinc factum credo, ut saltem perspicuitatis ergo in posterioribus editionibus verba: *cum regali dignitate*, in definiendo Imperii Statum omiserit, non quod revera Civitatibus obstare crediderit, sed ne forsan, dum ipse minus usitato sensu innuat realem seu complexum regalium, quem omnino attribuit Civitatibus, alius intelligat *personalem* dignitatem regalem consuetum vocis significatum secutus, quem & ipsemet alibi servat, dum *c.* 21. §. 14. dignitatem regalem sine addito personalem denegat, & rectissime quidem liberis Imp. Civitatibus. Personalem autem dignitatem Regalem Virum Eruditissimum in decantatissima Status definitione indigno errore requisivisse, quis quæso crederet?

(i) Ex necessaria consequentia, dum Statibus Majoribus factæ fuerint æquales, non nomine, sed re Freye Reichs-Städte, & nobilissima Imperii membra. Jure ergo optimo maximo parilem, ceteris paribus, concursum cum Principibus in societate regiminis S. R. I. affectarunt, quo nunc magno numero conglomerare possemus argumenta infra allegandi Consilii Ludvvig. Grempens & Hieronymi zum Lamb der Freyen Reichs-Stätt Stand, Stimm aufm Reichs-Tag betreffend, exque illis DDrm quamplurimorum, sed cum laudatissimi Libertatis Vindices *d. cons. p.* 49. notanter inquiant: Bis hieher haben wir der Länge nach Bericht gethan, wie und welcher Gestalt die Erbarn Freye

Freye Reichs-Städte ihres Vorhabens und Begehrens so viel das alt Herkommen und hundert und mehr Jährigen Gebrauch belangen thut, fundirt und gegründet seyn, welches wir darum desto eigentlicher haben ausführen und quasi articuliren wollen, dieweil (so viel uns bewust) NB. **Chur- und Fürsten keinen andern Behelff haben/ auch ihres Ausschliessens keine andere Ursach fürwenden/ denn es seye in dem Heil. Reich also/ wie sie es fürgeben/ herkommen/** welchem aber durch den Weg und obangezogenen alten Reichs-Handlungen (de quo nos in seq.) hinfürter leichtlich zu begegnen, und das Widerspiel (im Fall der Nothdurfft) wol wird zu beweisen seyn. Sufficiat nobis hac vice pondus & primarium negotii fundamentum speciminis loco tetigisse, dum uti summo patrocinante æquitatis dictamine, quod nec ipsi Principes orta olim controversia, de qua post, abnuebant, ad nudam provocando contrariam observantiam, ita & exoptato juris exercitio Civitates voto decisivo Comitiorum evicerimus participes. Mirum interim hic nobis videtur, quod supra all. Autor der unmaßgebl. Gedancken über die neu-gesuchte Vota im Fürsten-Rath. *p.* 13. 14. & ex eo Rühlm. *c. tr. de Comit. p.* 33. & Struvius *d.* 22. *§.* 11. ex posterioribus temporibus secuta rarefactione & tandem plenaria cessatione Comitiorum Universalium, quo etiam vocati ordines minores, haut sine ratione scrupulum motum volunt Civitatibus, utrum habeant votum decisivum? filum ego connexionis non video. Civitates enim Majoribus adscriptæ Statibus post interregni tempora, quo decrevit paulatim minorum Ordinum Comitiorum frequentatio, crebrioribus semper documentis Parlamenti Germanici cum suffragio decisivo ad instar ceterorum Statuum leguntur participes, de quo mox. Quid ergo ad Civitates, quod post Ordines minores vel bona cum eorum gratia plane fuerint exclusi, ut illis idcirco aliqua juris specie voti decisivi moveretur controversia? Illud ceterum hic venit ex *sup. §. VI.* repetendum, conventus Statuum Majorum Comitiales fuisse vel generales vel speciales, cujus nos exempla & in seq. reperiemus, cum particularia Principum colloquia habita, in quibus autem nihil, ut antea, cum soli juxta cum Comitibus Baronibusque Status fuerint majores, in totius Imperii negotiis finaliter decretum, nisi etiam conclusivo Civit. Imp. impetrato

 pertrato

petrato suffragio, uti vel sola loca ap. Alb. Argent. de quo in §. *seq.* ostendunt.

(k) Multa hic de minorum Ordinum fatis disseri possent; occasio itidem daretur frequentissima de Nobilitatis Immediatæ pristino Comitiorum jure injiciendi mentionem, junctis novitiis in hanc rem actis publicis, sed peculiaris is est labor maximis gravissimorum Virorum contentionibus involutus, qui nos in præsenti non attinet.

IX.

Interregni tempora commune Civitatum Imperialium voti decisivi in Comitiis principium.

Prolixi hactenus præter opinionem fuimus, sed perplexa antiquiorum temporum id fere postulavit Historia, proma tamen conda consuetudinis & decantati illius Reichs-Herkommens (a), quo pleraque in Imperio nostro, ut & præsentis negotii, absolvuntur fundamina. Nunc strictim & remissive pergamus ulterius. Interregni nos tempora commune constituimus Civ. Imp. voti decisivi in Comitiis principium. Defectus Scriptorum, quid circa turbulenta illa ἀναρχίας tempora gestum, multum hic facit remoræ. Nulla nobis referunt universalia illa ætate Comitia. Varia interim bella gesta, icta fœdera, & conventus particulares Principes inter & Civitates habiti, manifesto pacificatæ potestatis indicio sunt. Quid? Comitia Statuum Majorum à Rege Wilhelmo habita leguntur, in quibus Principum & *Civitatum* consensus omne tulit punctum. Memorabilia sunt hanc in rem constitutionis Wilhelmianæ de anno 1255. verba (b): *Ut autem inter NOBILES TERRÆ & CIVITATES non possit dissensionis vel discordia scrupulus suboriri, per quem hoc Sanctum pacis negotium impediri valeat vel turbari, de concordi CONSENSU & UNANIMI VOLUNTATE NOBILIUM ETIAM & CIVITATUM ex matura deliberatione nostri Consilii sic decrevimus statuendum: ut nobiles & Domini terra &c.* En! vires civitatum & adaucta pondera! sic perpetuis post creverunt Civitatum Imper. Jura Comitiorum incrementis.

(a) cf. integr. Disp. Dn. Kulpis. *de observantia Imperiali*, vom Reichs-Herkommen. Dn. Ludw. *de Jure Adleg. Ordin. Imp. p. 16. seqq.* Ita cum Galliæ aliquando Legatus multa in Comitiis nostris audiret vom Reichs-Herkommen, vocis ignarus ad bibliopolam misit, ut sibi daret Reichs-herkommannum.

(b)

(b) Exhibet hæc singula & latius persequitur laud. Dn. Datt. *vol. rer. germ. l.* 1. *c.* 4. *per tot.* ubi optime observat, *nobiles & terræ Dominos* nil aliud denotare, quam Principes atque Comites, non inferiores communiter & absolute hodie nobiles dictos. cf. hic quæ *supr.* §. *VI. not. f. annotat. in fin.* & vid. saltem *Chron. Slav. L.* 1. *c.* 14. *ap. Leibn. Scr. Brunf.* ibi: coadunatis tamen Principibus *sive* nobilibus.

X.

Videamus nunc vel potius tangamus illustriora saltem & præcipua Civitatum Imperialium auctoritatis Comitialis momenta, quæ finito se produnt Interregno. Primus statim post turbulenta illa tempora Exoptatissimus Cæsar Rudolphus, gloriosissimus Augustissimæ Austriacæ Stirpis Sator & Stator, Principum NB. *& Civitatum* consensu in Comit. August. 1282. Austriam, Carniolam & Vindorum Marcam Alberto Filio (post Imp.) concessisse legitur. (a) Et in *R. I. de anno* 1287. pariter Civitatum Imperialium fit mentio in fine d. Rec. his verbis: Diese Satzunge und dürre Brieff ward gelesen und erneuet mit der Fürsten und der Land-Herrn und der Städte geschwornen Eyden. (b) Adolphi Nassovii *R. de anno* 1291. in Comit. Colon. distinctiorem adhuc & omnis plane dubii expertem Civitatum Imper. facit mentionem: Und wann Wir König Adolph diese Satzungen deß Land-Friedens von Wort zu Wort als hievor geschrieben ist, (*in Rec. Ru.*) von Rath und mit Gunst der Fürsten, Graffen, Freyen Städte und anderer Reichs-getreuen. (c) Sic sub Henrico VII. Luzelburgico notabilis huc spectat locus apud Alb. Argent. (d) Ille: *Mansit vero ibi* (in Conventu Spirensi 1309.) *Rex* (Henric. VII.) *sex hebdomadibus cum Principibus, Electoribus, & aliis Principibus &* NB. *CIVITATUM NUNTIIS de suo transitu & de præstandis servitiis in Italiam DISPONENDO.* Et quid dixerim de Ludovico IV. Bavaro? cujus sub Imperio quanta fuerit Civitatum in publicis negotiis auctoritas, quanta Cæsaris in easdem fiducia & favor, Urbium autem unanimis in devotione fervor, prolixe idem refert Albertus Argentin. (e) Falluntur ergo egregie, quotquot in deducenda Civitatum Imperialium suffragii conclusivi origine infra hæc tempora descendunt. (f)

Illustriora post Interregnum Civitatum Imp. Comitialis auctoritatis momenta.

Sub Rudolpho.

Adolpho.

Henrico VII.

Ludovico Bavaro.

(a) apud Gerard. de Roo *L.* 1. *Austriac. Hist. fol.* 34. citante Autore *discurs* von den Reichs-Vogteyen *p.* 121. Besold. *de Civit. Germ.*

Germ. p. 1. c. VIII. p. 91. & plures ex illis alii. Civitates autem intelligi Germaniæ, non Italiæ, nullum eſt dubium, haud quicquam enim Italos concernebat negotium.

(b) ap. Lehm. *in Chron. Spir. L. 5. c.* 108. & ex eo Arum. *de Comit. c.* 7. §. 145. Dubia hic quidem ſpecioſa in contrarium movet Dn. Felz. *Diſſ. ſap. all. de Comit. Imp. Univerſ. c. IV. §.* 3. quod in præloquio dicti Receſſus tantum Principum fiat mentio, & hinc verba ultima juratum ſaltem inferre obſequium notat. Verum ſi ſuperiora loca, ubi jamjam plenarium votum Civitatum Imperialium deciſivum apparet, conjungamus, Civitates paulo poſt ad nudam condecorationem theatri vocatas, probabile non eſt, potius honoris ſaltem gratia factum credo, ut ſtylus curialis in frontiſpicio Principes ſaltem, poſt autem in fine iterum Principes ac ceteros ſimul Status Majores, reſp. autem Principibus inferiores, nominarit. Quid enim num der Landes-Herrn, (i. e. Comitum atque Baronum, vid. *§. præc. not. b.*) pariter tum vota quieviſſe dixeris? utut enim alias ſub voce Principum generaliter contineantur, ibi tamen ex ſpeciali poſt facta eorundem mentione ſtricte ſic dicti Principes priori loco denotati videntur. Et quid ſi diceretur, Receſſum illum, quia Principum ab initio tantum fit mentio, eorundem præcipue conſenſu, ſed NB. *non quaſi ſolo neceſſario*, ſed NB. *vi juris majoris partis*, cui tamen mox ceteri, cum ſeſe *ex communi votandi natura*, de quo infra, victos viderent, acceſſerunt, confectum, & hinc poſtmodum ſub Adolpho iterum communiori Statuum conſenſu fuiſſe firmatum.

(c) habentur hæc ap. eund. Lehm. *L. V. c.* 119. & adeo apertum eſt atque clarum, ut nullum admittat dubium. inde hinc Dn. Felz. *c. diſp.* originem voti deciſ. Civ. Imp. repetit, ſed aliquanto altius per allata licebit aſcendere. Ceterum neſcio, an verba von Rath, i. e. ex conſenſu, quæ præmittuntur, reſpiciant ſpeciatim Status Majores usque ad Civitates incluſive, verba autem mit Gunſt, i. e. ex approbatione, vi voti negativi Status minores, die übrige Reichs-getreue per particulam und à ceteris diſtinctas. cf. *ſupr. §. VI.* Et ſic cum in Rec. laud. Rudolph. inſerta etiam fuerit de Princip. vox Gunſt, mox quaſi explanationis, vel correctionis gratia additum und auch mit Rath.

(d) *p.* 116. *ap. Vrſtis.* cf. Rühlm. von Reichst. *p.* 157.

(e)

(c) *p.* 134. & 139. exque illo Gold. *t.* 2. *fol.* 91. unde post Besoldus, Heiderus & Knipschildius, aliique in scrinia sua retulerunt. refert etiam Arum. *de Comit. c.* 7. *n.* 145. Dn. Kulpis *de placitis Ord. Imp. vulgo* Reichs-Gutachten. *p.* 17. & germanice ap. Rühlm. *cit. tr. p.* 162. Sc. *p.* 134. Spirensia ubi semper cum decisivo suffragio comparuere civitates in devotione ceterum ferventes. Loca sunt prolixiora, quam ut inseri possint integra, quædam interim proferamus. Ita ergo *p.* 133. *sq. Quibus articulis* (negotium Papale concernentibus) *Principi* (Imperatori) *præsentatis, ipse eorum copiam universis Principibus, præsertim Electoribus &* NB. *Magnis Civitatibus* (en! inter Status maximam Cæsar post Electores fiduciam ponit in magnas i. e. potentiores Germaniæ liberas Civitates, haud tamen neglectis ceteris, sed pariter ad suffragia definitiva ferenda convocatis. vid. sq.) *omnes Principes & Civitates & oppida totius Alemanniæ* (sc. Imperialia & libera, uti expresse in sq. & NB. omnes sunt vocatæ, licet de *magnis* speciatim fuerit sollicitus,) *ad Parlamentum publicum super ejusmodi facto in Francfort convocando. Electores autem Principes & inferiorum partium magnates* (Comites & Barones) *octo diebus ante hujusmodi terminum Colonia convenerunt, hujusmodi articulis se opponere concorditer decernentes.* (Conventus hic vides particulares antecedaneos Principum, sed cave credas, antiquioribus olim similes Civitatibus adhuc in ordine Minorum Statuum constitutis, ubi ad perfecta Principum decreta utplurimum & *fere* semper eas se accommodare opportuit, de quo supra. Hi etenim conventus particulares sunt Statuum majorum, de quibus pariter in præced. ubi inconsulto ceterorum omnium parili conclusivo suffragio haud quidquam Imperialibus in publicis negotiis finaliter decernitur, hinc sequitur generalis Majorum curia.) *Convenientibus autem in Franckfurt Principum & Magnatum &* NB. *Civitatum & Oppidorum Imperialium* (nota contra insulsos adversarios municipales etiam Comitiorum facientes socios,) *nuntiis, scilicet sub anno Domini M. CCC. XLIV. de Mense Septembri, & quærente Principe de Civitatibus* (ecce! primaria Imperat. quæstio & cura concernit civitates, vana certe, si nudi consilii ergo ad condecorandum Comitiale vocatæ theatrum,) *Aquensi, Augustensi & Uberlingensi & aliis* (magnis sc. & potentioribus, non tamen reliquis vilipendio idcirco habitis, quos

 ge-

generatim convocaverat. sed quod magnis forte absentibus haut ratum conduxerit res proponere, sed potius adventum exspectare, faciunt huc superius dicta ad §. *VII. not. d.*) *si adessent: & dicto quod sic, & auscultantibus omnibus Magister Wigkerus Protonotarius Archiepiscopi Trevirensis jussus per Principem sic incepit:* &c. Hic jam Imperatori refertur mens & sententia Principum. Post pergit Alb. Arg. *Quo dicto pro* (per) *illum finito quæsivit ipse Protonotarius à Moguntino præsente & legatis aliorum Principum, si ita esset in facto, illisque respondentibus ita esse: dixit Princeps* (Imperat.) *nunciis Civitatum: Vos audistis decretum & consilium Principum. Vos igitur nuncii exite, nobisque vestram deliberationem referte.* (non obtruditur Principum sententia Civitatibus, sed earundem pariter tanquam ultima formandi decreti concausa exquiritur,) *illique exeuntes diuque deliberantes ad principes redierunt & per Civem Moguntinum de mandato omnium taliter responderunt: Domine* (*notando Principem* (i. e. Cæsarem,) *Civitates adverterunt qualiter Papa cum articulis ad læsionem Imperii nititur. Et cum Civitates non possint stare nisi cum Imperio, & Imperii læsio earum sit destructio, si Dominus Papa in talibus persistere vellet, nos inopes omnibus viis, quas cogitaverunt Domini Principes Imperii ad manutenendum jura honorem & integritatem Imperii, erimus obedire & manutenere parati.* (conformarunt ergo Civitates sese Principibus, idque *non ex assentiendi necessitate*, sed quod *iisdem*, quibus illi, moti fuerint, *rationibus.* Interim quanto semper submisso respectu & devotissima reverentia libertatem suam cum Principibus exercuerint Civitates, hic ipse locus comprobat.) *Et quærente illo cive* (moguntino) *à nunciis, si ita esset, omnibusque nunciis dicentibus, quod sic: Princeps grates multiplices referens* (en! gaudium de consensu,) *ait illis: Post octo dies ego & Principes conveniemus in Rens super Rhenum* (iterum diæta particularis inter Status Majores,) *& avunculus noster Carolus Marchio Moraviæ, & deliberationem nostram cum vobis scripserimus,* (vide Imperator ipse censet, non posse conclusum formari sine exquisito Civitatum suffragio, hinc etiam decretum antecedens Principum imperfectum hactenus deliberationem saltem vocat.) *circa honorem nostrum & Imperii (ut confidimus) faciatis.* (digna Principe exhortatio!) *qui* (civitatum sc. nuncii) *hoc facere promiserunt.* (digna Civibus responsio!) De alteris Comitiis Spirensibus ita idem Alb. Argent. *p.* 139. *Convocatis*

quo-

quoque Civit. Spira ipsas concorditer reperit in sua devotione ferventes: ita, quod nec una earum Rheni, Suevia, vel Franconia electionem Caroli (post IV.) *aut processus Papa curavit, nec quisquam illarum partium aliquos contra Principem publicare processus audebat. Basilienses tantum licet ratione Episcopi sui & progeniei Monachorum inibi pravalentium & Carolini faventium ipsum receptare crederentur; videntes tamen aliorum Civitatum concordiam, se adhasuros Principi firmius, aliis decreverunt.* Notari meretur locus vel inde etiam, quod nobilissimum *de Civitatum Imperialium fidei & devotionis* constantia erga Cæsarem & Imperium præbeat testimonium, quæ res peculiare aliquando non inutile thema constituere posset, si vel sexcenta alia jungerentur. Videatur saltem simile exemplum memorabile in depos. Adolphi in *Chron. Colmar. part. alt. p.* 59. *ap. Vrstisium.* Adde speciatim de Norimbergæ constanti fidelitate multoties iterata testimonia in concessis privilegiis (quibus pleræque civitates meritorum intuitu ornatæ à glor. mem. Frid. III. (aliis IV. V.) ap. Æneam Sylv. in Diplom. vitæ Frid. adject. *p.* 258. 296. 203. *sq.* itemque de Argentorato *p.* 321. 324. sed quantum mutata ab illa? postquam unus alterve, frustra à nonnullis excusati, perfidorum Civium, quos superiori seculo & parum melioris farinæ adhuc protrudit Libertatis Germanicæ Civitatensis inpr. hostes, indelebilem pristinæ fidelitatis candori aspersit maculam. Verum præterquam, quod adhuc tamen prodat avitæ fidei & libertatis Patronos, inter quos etiam Illustris Autor tr. qui inscribitur: *Libertas Argentoratensium Stylo Ryswicensi non expuncta ad* 1707. commissum illud facinus ceteras Imperii Civitates ad fidelitatis devotionem magis exstimulat ferventes.

(f) Labitur hic ex parte Conring. *de Civib. Imp. th. LIV.* & de Comitiis *th. LII.* ubi seculo demum decimo quarto Civitates ad Comitia communiter admissas scribit, cum omnino per allata ad medium usque seculi decimi tertii ascendendum sit. Labuntur quotquot à Carolo IV. demum ex aurea bulla petunt initia. Omnium autem enormissimus & non tolerandus error est, si ita quidem, prout videtur, res se haber, Autoris der Politischen Frag der Ritterschafft Stand und *Session* betreffend, sub quo nomine latere volunt Ill. Casparum à Lerch. Ille *fol.* 52. junctâ maxime *inscriptioni marginali*: wie alt der Stādt Reichs-Stands

Stands acceptatio seye? ab anno demum 1582. accessisse videtur, quem rectissime notat laud. Dn. Datt. *L. IV. c. VI. n. 1. sq.* Verum enim vero aut ἀλλότρια egisse Virum Doctissimum, dum scriberet, aut nescio quid aliud favore vel odio partium factum crediderit, sed præsumptio indigna, vel inde vix redditur verosimilis, dum dictum assertum nullam modo veri speciem referat, nec fuco saltem aliquo coloretur. Videtur ergo laud. Autoris alia ac primo intuitu apparet mens & sententia, quæ sc. non tam originem Status, der Reichs-Standschafft, sed orta aliqua controversia plenariam approbationem rei ab antiquo competentis respicit. Et cum aliàs Doctores secundum allegata veniant interpretandi, vid. Heid. von Reichs-Vogt. *p.* 69. & hactenus excusabitur ad Lehm. *Chron. Spir.* provocans *L. IV. c. V. f.* 289. is autem *d. l.* apertissime dubium saltem natum refert, utrum Civitates voce Status in pace religiosa contineantur, quod post & Imperatoris & Principum confessione confirmatum, de quo vid. Lehm. *d. l.* & Datt. *c. l.* Quemadmodum autem rubrum cedere debet nigro in Corpore nostro Justinianeo, ita & hoc loco dubia contenta marginalia inconsulto calamo scripta, si non forte pro *acceptatio* legendum *approbatio*, ad textulam veniunt restringenda.

XI.

Carolo IV.

Succedit Caroli IV. ætas, ubi Comitia occurrunt Spirensia de anno 1349. quibus pariter interfuere Civitates (a), & dein celebratissima curia Noribergensis, in qua Aurea prodiit Bulla assidentibus Imperatori omnibus Principibus Electoribus &c. & NB. *Civitatum multitudine* numerosa (b). Sub Wenceslao notissima sunt Comitia Francofurtensia & Egeriana, ubi pax publica consensu etiam Civitatum constituta legitur (c). Quid nunc de subsequentibus dixerim, ubi Civitatum Imper. suffragia Comitiorum conclusiva secundum Ord. Imp. Rec. facillime venirent adstruenda. (d) Pro præsenti specimine nos saltem generaliter commendamus perpetuas Recessuum formulas, dum mit gutem Rath, Vorwissen rc. non solum Electorum & Principum, verum & Civitatum facti legantur, quibus adde convocationis formulam: Daß Sie wollen erscheinen mit und neben andern Ständen helffen handlen, rathschlagen und NB. schliessen. Videsis ergo Recessus Sigismundi, Alberti, & quamplurimos Friderici

Wenceslao.

et seqq. Impp.

rici III. (e) cujus sub Regimine in multis Comitiorum status passus est alterationes. Nos hac vice observamus 1. originem trium in Comitiis Collegiorum anno 1489. in diæta Francof. ex communi sententia; (f) 2. initium divisionis modernæ Civitatum in scamna Rhenanum & Suevicum in Comitiis Augustanis 1474. (g) 3. Diversitatem styli Curialis. (h)

(a) Vid. Alb. Argent. *p.* 151. 152. & ex eo Rühlm. von Reichs-Tägen *p.* 166. respiciebant illa Comitia conciliationem Carolum IV. inter & Güntherum Schwarzburgicum, hinc videmus frustra Dn. Struvium *diss.* 22. §. 11. tum demum Civitates ad Comitia ætate Friderici III. inclusive admissos scribere, si vel de Imperii Reformatione vel legibus publicis ferendis ageretur. Neutrum enim hic, uti & in Comitiis 1489. in quibus de Legatione ad Regem Hungariæ actum, & per majora Principum atque Civitatum votis decretum fuit, testibus Consil. Gremp. & Hier. zum Lamb *p.* 36. Comitiorum constituerat negotium, & tamen interfuerunt Civitates, & quid ni? cum Principibus æqualia acquisiverint Superioritatis jura. conf. *supra dicta.*

(b) vid. *Aur. Bull. in proœm. & c.* 12. ubi sub voce Procerum necessario, collato scil. proœmio, continentur Civitates, conf. Publicistæ hic uno quasi ore locuti omnes, illi saltem notam merentur, qui inde prima voti decis. Civitatensis initia petunt.

(c) Lehm. *Chron. Spir. L.* 7. *c.* 63. & 69. Rühlm. *c. l. p.* 169.

(d) Sed dum nos hæc scribimus iteratis literis ab Academia vocamur. Malumus ergo generalissimis nos expedire terminis, quam festinanti calamo specialiter rem tractando confundere.

(e) Inspici hic possunt scrinia Schilteri *in Append. histor. Jur. Publ.* Dattii *in vol. rer. germ.* Mülleri *in theatro Comitiali, itemque* im Reichs-Tags-Staat. Æneas Sylvius *in adjectis documentis vitæ Friderici III.* Lehmanni *in Chron. Spir.* & inpr. consilia mox specialius laudanda Grempiana & Hieronymi zum Lamb, unde defectus Recessuum in Codicibus, qui hodienum prostant, apparet, & maximam partem suppleri potest.

(f) Debetur illa Lehm. *in Chron. Spir. L.* 7. *c.* 120. scil. duæ semper ab antiquo erant classes Principum & Civitatum, separantibus

autem se Electoribus à Collegio Principum, tertium & supremum quidem Eminentissimum ortum est in Comitiis Universalibus specialissimum Electorale Collegium. Quod quo tempore factum, accuratius rem examinanti vix liquet. Communis sententia, quam ipsi quoque Principes A. C. in Scripto superioribus Comitiis anno 1653. & 54. habitis Collegio Electorali d. 2. Nov. 1654. exhibito ap. Limn. *Tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 1. n.* 293. suam fecerunt & approbarunt, secuta est Lehmannum; à qua tamen recessit Bœclerus *in Not. Imp. L.* 21. *c.* 1. & cum illo faciens Pfeffing. *ad Vitr. L.* 3. *c.* 8. §. 9. *lit. a.* qui evidentissima argumenta separatæ consultationis Electorum à Principibus hinc inde ex Aurea Bulla sumi posse contendit; sed pridem monuit Kulpis *de placit. Ordin. Imp.* §. 12. quod ad conventus saltem particulares testimonia illa pertineant. Longe majoris momenti sunt, quæ Dattius & Müllerus in contrarium movent, Ille *L.* 1. *c.* 29. *n.* 22. *p.* 209. *sq.* Hic in der VI. Vorstell. seines Reichs-Tags *Theatri c.* 42. Inde nostra hæc est sententia. Separationem NB. *Votorum Electoralium* à Principalibus longe antiquiora respicere tempora, & tantum evincere videntur argumenta Dattiana & ex parte Mülleriana; Quod autem separationem attinet quoad conclave, distinguendum inter secessionem *perpetuam & intervallatam*, quemadmodum alias distinguitur inter usum tituli *semper Augustus* perpetuam & temporaneam. Illam ne quidem à tempore laudato Lehmanno, sed recentiori adhuc repetendum verosimile reddit Müllerus *d. l.* §. 5. Hanc autem omnino crediderim hactenus referendam esse ad ann. 1489. cujus etiam expresse fit mentio in cons. laudat. *p.* 34. donec proferatur, de quo forte non desperandum, documentum antiquius. Tamdiu enim in Historicis legitima est negatio, quamdiu non adest legitima probatio. Non tamen ideo valet argumentum, prout format Rühlmannus *d. tr. p.* 37. Der Historicus meldet nichts davon, noch hat man wo anders her glaubige Nachricht davon, Ergo ist es nicht geschehen; sed ita: Ergo nobis non venit asserendum, nec factum *credibile* est. Quid enim, si nullus plane scripserit res gestas ut plerasque Germanorum, num ideo *in se* non Entia dixeris? absit. Immerito ergo hactenus notat Autorem Elect. Jur. Publ. quemadmodum etiam similis fere notula *p.* 3. quo eundem petit, supersedere potuisset. Non frustra enim

enim Autor ille, quisquis is est, majorem in medii ævi Scriptoribus scribendi notitiam & habilitatem requirit, cui in vanum opponit Dn. Rühlmann, quod nil referat, veritas an à rustico, an à Civitatensi dicatur. Verum hoc est, si uterque dixerit veritatem, sed de hoc nunc quæstio. Et quid ergo? Rusticus ne an Oppidanus & inprimis Eruditus æque capax est ad rerum politicarum juste concinnandam Historiam fabulis rejectis atque ineptiis? non videtur, quin toto potius cœlo crederem differentiam.

(g) cf. Lehmann. *l.* 7. *c.* 113. *p.* 974. D. Müll. Reichs-Tags Theatrum in der V. Vorstellung *c.* 44. §. 4. *p.* 619. Germ. Rheinische, male apud Goldast. in den Reichs-Händeln *pag.* 932. Römische und Schwäbische Banck, dicitur aliàs etiam Ober-Rheinische, *vid. Elect. Jur. Publ. l.* 1. *p.* 386. it. Oberländische, Hagem. *de Comit. p.* 76. *Elect. Jur. Publ. c. l. p.* 653. nulla in hac distinctione occurrit Civitatum Liberarum & Imperialium differentia. cf. hic *Dissert. inaugur.* Dn. Rau, *quam superiori anno sub Præsidio pariter Magnif.* Dn. Præsidis habuit *de Pari Nexu Civitatum Imperialium cum S. R. Imperio c. II.* §. 5. ubi & ex hoc capite novaturientium Adversariorum pœna digna explodit deliria.

(h) Multa de illo notabilia nobis suppeditat *egregium Comitiale Theatrum* Müllerianum, quod consule. Nobis inde notasse sufficiat, quod Civitates insigniantur speciali mox nomine der Stätte, mox der Stätte Freunde, Sendbotten, Bottschafften, mox sub generali voce der Lieben getreuen, Bottschafften, und gantzer Versammlung, 2c. comprehendantur. Ultimis demum Friderici III. temporibus modernus Comitiorum stylus, Chur-Fürsten, Fürsten und Stände, i. e. Civitates invaluit. Accuratius in hæc inquirere non vacat.

XII.

Civitatum Imp. suffragii decisivi libertas.

Specialiter adhuc tamen ratione votorum decisivorum, quæ plenissimo effectu in S. R. I. Comitiis illa etiam ætate tulerunt Civitates, addere perquam videtur necessarium: I. Sententiam Electorum atque Principum semper fuisse Civitatibus communicatam, justo concesso deliberandi spatio Civitates & Principes inter, atque postmodum amicos intercessisse tractatus, testantibus id *actis Comit.*

1400. 1426. 27. *&c.* II. Juri Majoris partis (a) perpetuo in Comitiis fuisse locum, exceptis causis excipiendis, quo ab antiquissimis temporibus semper spectabat materia collectarum. III. Civitates mox Electorum, mox Principum pro re nata accessisse dissentientibus suffragiis, jure sic majoris partis constituto. Sic accesserunt Electoribus anno 1497. in Com. Friburg. an. 1498. & antea multoties, teste *hactenus ipso* Moguntino, qui tamen frustra illud perpetuo factum asseruit. Principum sententiam contra Electores suam fecerunt Civitates anno 1489. & 1497. in Comit. Wormat. (factum id etiam est anno 1481. sed illud materiam collectarum concernebat, ubi major pars non concludit, de quo tamen hodienum multiplex disputatio.) III. Civitates in causis sc. ubi majora non obtinent, nullatenus paruisse sententiis sibimet contrariis Electorum atque Principum, sed distincta ab illis Imperatoribus obtulisse suffragia, tentata dein & obtenta concordia vel desperata, e. g. in Comit. 1431. 1466. 1479. 80. 81. idque inpr. in materia collectarum, omnibus contrariis ausibus in prima herba suffocatis. IV. Conspirantibus inter se tribus Comitiorum Collegiis, placita illa unanimia Ordinum æque Civitatum, quam Electorum & Principum fecisse mentionem, cum pari effectu, ceteris paribus, concausam decreti Comitialis egerint efficientem. (b)

(a) de quo infra remissive.

(b) Videri de his singulis possunt *laudata consilia* Ludvv. Gremp. von Freudenstein & Hieron. zum Lamb. *p.* 31. *sq. plur.*

XIII.

novioribus denegata temporibus,

Ceterum quantum maxime fieri potuit Electorum atque Principum sponte se conformarunt sententiis Civitates, (a) quod ipsum in fertilissima illa Comitiorum (b) ætate sub Maximiliano I. contigit (c); sed nescio, qua injuria temporum & pristinæ observantiæ oblivione mox in assentiendi necessitatem illud fuerit tractum, denegando post Civitatibus inveterati suffragii decisivi libertatem, nudumque deliberativum substituendo. (d) Hinc lites & acerrimæ animorum concertationes, quæ anno 1522. cœptæ (e), post anno 1541 -- 42 - 44 - 46-48. resuscitatæ, (f) & denuo iteratis vicibis anno 1555. 82. 94. 97. 1603. 08. (g) motæ, ad pacem usque Westphalicam protestando & reprotestando feliciter indecisæ

decisæ manserunt, Civitatibus antiquissimæ libertati fortiter inhærentibus, & ubi aliquid in præjudicium earundem susceptum, ingenue, submissa tamen, qua decet, modestia, reclamantibus, nec tum omni voti decisivi ipso exercitio ademto, (h) Jus plenarium autem, mediante protestatione per notoria, in salvo perstitit.

(a) partim ut gratiam Eorundem sancte habendam sibimet conciliarent, nec nimio forte non adeo necessario dissensu offensam incurrerent, partim quod raro à superioribus Statibus consilia ferantur, quibus se prægravari possint prætendere Civitates, aut quæ in melius mutari utilitas suadeat. vid. Oldenb. *in Limn. Enucl. L. IV. c. I. §. IV.* ubi recte notat Bertramum, qui ex assentiendi necessitate id fieri perperam scripsit. cf. ex Limn. *L. 7. c. 1.* Dn. Henricus Coselius, Prof. olim Witt. *de Comit. Imp. Rom. German. th. VI.* add. Dn. Cregel. Prof. Alt. *Diss. de Jure liberarum in Imp. R. G. Civitatum* §. 60.

(b) quibus an interfuerint Civitates, non amplius docendum, infinitis in os quasi loquentibus documentis & Imperii Recessibus. Comitia autem plura tunc sunt habita, quam Recessus in solenni habentur Codice Recessuum. Et in compendio refert illa B. Bœclerus *de rebus seculi post Christum natum XVI.* Müllerus im Reichs-Tags Theatro, quos vide.

(c) Amice sc. tunc tantum non semper conspirarunt Principes atque Civitates, & nullus fere legitur dissensus. De Comitiis Wormatiensibus anno 1509. ita ex Baselio & Mutio Bœclerus *c. l. p.* 137. Anno 1509. Cæsar absens in Italia Comitia Wormatiam indixit, subsidium pecuniarium petiit ab Ordinibus ad bellum Venetum. *Principes vero cum Civitatibus Regni*, habitis inter se variis tractatibus, *uno pariter ore* missis Oratoribus *respondent* &c. cf. Datt. *d. l. n.* 9.

(d) qua sententia adeo tum ignoro qua Civitatensibus invida schola edocti Principes, ut rem quasi certissimam Fridericus Palatinus in oratione ad Carol. V. quam integram vide ap. Hubert. Thom. Leodium *in Annalibus Palatini L. V. f.* 79. Sed Principes falli posse & falsos esse quid certius? non pendet sane Historiarum fides & observantia à nudis Eorundem assertis. Exemplo nobis est Elector Moguntinus in Oratione pro Caroli V. Electione, vid. Magnif. Dn. Præses *p. sp. s. II. c. II.*

§. 4. & in simili Giovanni (seu Jo. Pet. Ludvvig, uti ipsemet fatetur Diss. de Conrado I. *p.* 54. in fin. & alibi passim, imo in *ipsa Germania Principe* ad dissertationes Ludovicianas *p.* 207. 210. 218. 219. 547. sine addito nomine provocando partum suum agnoscit.) *L.* 1. *c.* 1. *p.* 131. Ceteros quod attinet contrarios Civitatibus Autores, respectu eorum, qui votum decisivum tribuunt & vindicant, quos magno numero coacervatos, ita tamen, ut plures adhuc ex recentioribus maxime addi possent, videsis ap. Knipsch. *L.* 2. *c.* 2. *n.* 61. deprehenderis perpaucos recensitos ex Limnæo inpr. à laud. Knipsch. *d. l. n.* 45. quibus bene addidit Bertramum, quem male post *n.* 61. in Consentientium numerum retulit, quicquid enim pro Civit. aliàs favorabile habet, uno halitu post conturbat assentiendi necessitate imposita, uti in præced. notavimus. Recentiori ætate postquam pace Westphalica plena suffragii libertas, ut in seq. audiemus, restituta, neminem novimus, qui scripto, quid enim inter claustra alii murmurent, non curamus, votum decisivum Civitatibus denegare ausus fuerit, modo licet exercendi aliquantulum dubio, de quo infrà. Ut adeo tantum absit, quin ex vero scribat re ipsa licet consentiens Dn. Lang. *in fine* zum *Jur. Publ. L.* 3. *S. II.* §. *XXIV. p.* 234. *rec. edit.* Ich finde zwar, daß die meiste Publicisten nicht meiner Meinung sind. ubi quæso? ut ne quidem quoad tempora antiquiora, nedum moderna procedat. Imo Scriptores olim dissentientes magis de ipso facto & exercitio, tum temporis, dum scriberent, maximam partem turbato, unde dein ab antiquo ita obtinuisse, falso sibi persuaserunt, testantur, quam de jure, à quo plane abstrahunt, & neminem ego memini, qui ex Scriptoribus Civitatum se opposuerit argumentis, licet Limnæus de *nonnullis* monuerit, quod non adeo sint stringentia, quæ tamen ipsa, utut absolute & separatim spectata non plene probent, juncta tamen aliis evidentioribus probabunt in turba, ut DDres loquuntur, sed Limnæo nulla mens fuit, Civitatensia impugnandi suffragia. Et sic suaviter etiam concordat Arumæus *ad A. B. diss.* 1. *n.* 8. coll. tr. *de Comit. c.* 7. *n.* 45. quem frustra Knipsch. cum aliis sibi vehementer contrarium pronunciat. Sub diversis enim nulla stat contradictio; ille autem loco priori de jure & justitia, imo & exercitio

exercitio ad tempora usque Caroli V. loquitur, & sic omnino Civit. vindicat votum decisivum, quæ late repetit *tr. de Comit. c.* 7. §. 145. *p.* 560-573. ubi distinctissime ipsemet sejungit duas quæstiones, unam *de jure*, quam affirmat, alteram *de exercitio*, quam quoad posteriora tempora negat, turbatam respiciens observantiam, idque ex ipsis consiliis sæpius laudatis, in quibus desuper conquestæ sunt Civitates. Ceterum animum Arumæi Civit. non adversum satis indicat votum, quod in calce *n.* 147. adjecit, conf. interim tamen notulam ult. ad h. §.

(e) Egregiè conducerent Archiva, in quibus multa adhuc inedita delitescunt, inpr. acta Wormatiensia, Heilbronnensia, Argentoratensia, Francofurtensia &c. itemque consilia Francof. Norib. Ulmana &c. quæ circa hæc tempora prodierunt, citata toties sæpius laudatis & proxime speciatim laudandis consiliis in hac causa datis. cf. interim Frid. Hortled. *L. I. c.* 37. *n.* 298. *&* 447. *p. m.* 255. *&* 276. Dn. Tob. Pfanneri *Historia Comitiorum L.* 3. §. 12--29. ubi totius controversiæ fata in justo compendio videsis. add. Dn. Datt. *lib. V. integro cap. VI. & VII.* ubi multa habet acta publica.

(f) Hæc circiter tempora, anno forte 44. 45., ulterius enim non ascendunt mox memorandi Autores, vid. *p.* 73. prodiit sæpiuscule jamjam nobis laudatum consilium (quo ex benevola Excellent. Dn. Dattii Magnifico Dn. Præsidi & inde nobis facta gratiosa communicatione uti licuit,) Ludvvig Grempens von Freudenstein & Hieronymi zum Lamb, quod postmodum juncto alio typis est expressum Spiræ, non addito anno, bey Elia Kembachen, in 4to. & inscribuntur: zween außführliche Rathschläge und stattlich abgefaßte Rechts-Bedencken des Heiligen Römischen Reichs Erbarn Freyen und Reichs-Stätten *Session*, Stand und Stimm betreffend. Sequitur der erste Rathschlag, vix octo constans pagellis, cum alterum ultra quadraginta contineat, ob nemlich die Erbarn Frey-und Reichs-Stätt schuldig und verpflicht seyn, was Chur-und Fürsten, Prälaten, Graffen und Freyen in Reichs-Handlung unbefraget der Erbarn Stätt Bottschafften Rath, Gutbedüncken und Bewilligung beschlossen, anzunehmen oder nicht?

Ist vormahls von einem fürnehmen Rechtsgelehrten, so damahls des Hochlöbl. Kayserl. Cammer-Gerichts treffentlicher *Advocat* gewesen, zusammen getragen. de quo etiam mentionem facit Boeclerus *in notitia Imp. L.* II. *c.* 3. *p. m.* 148. 150. ex schedis Marci Ottonis Reip. Argent. consil. ita enim legendum. vid. Datt. *L.* 5. *c.* 6. *n.* 42. Alterum consilium Autores simultaneos habet Ludvv. Gremp. & Hieron. zum Lamb, & hunc præ se fert titulum: Das andere Reichs-Bedencken begreiffet in sich Summam und Innhalt aller untergebenen Acten, und darauff von Herrn Ludwig Gremp, der Rechten Doctorn, und damahls der Stadt Straßburg *Advocaten*: und dann Hieronymo zum Lamb, der Rechten Doctorn, und damahls der Stadt Franckfurt *Advocaten*, gestellten Rathschlag von den Erbaren Frey- und Reichs-Städten Session, Stand und Stimm belangend. quod dubio procul innuit Dn. Wagenseil. *supra alleg. disp. de Comit. Imp. Univers. th.* 54. itemque Lampad. *p.* 3. *c.* 8. *§.* 11. ubi egregium citant *libellum*, (separatim forte possederunt mutato titulo dictum consilium,) qui inscribatur: Summa und Innhalt aller übergebenen Acten, und darauff gestellten Rathschlägen, der Erbarn Freyen und Reichs-Stadt Session, Stand und Stimm belangend, cum acta publica, quæ ibidem, manca licet, addit, ex nostro consilio *p.* 72. 73. sint desumta. in fine additus est der außführliche Bericht von Reichs-Tägen. Excell. Dn. Struv. *in Biblioth. Jurid. c.* 14. *§.* 61. aliam der gedachten beeden Rathschläge editionem Francofurtanam de anno 1615. memorat, sed fallitur, si sub initium demum superioris seculi, ubi controversia nostra iterum saltem recruduit, dicta consilia primum in medium prolata per editionem Francofurtanam existimat. An nostra, qua usi sumus, Spirensis illa sit antiquior vel recentior propter tempus impressionis omissum, nisi id sit annus M. DC. XVII. in fine expressus, nescimus, nec nobis constat, quo primum tempore typis publicis fuerint expressa, illud autem certum, quod circa annum 1543--48. in Comitiis fuerint confecta, vid. *p.* 109. & post Cæsari atque Superioribus Statibus communicata. Ludvvig Gremp & Hieron. zum Lamb Autores quinam fuerint, jamjam facta est mentio. Prior scil. Ludvvig Gremp von Freudenstein, J. U. D. & Civit. Argent. Advocatus, & tantum non perpetuus ad Comitia fuerat Lega-

Legatus, quemadmodum hoc patet ex subscriptione Recessuum 1542. 1555. 1557. 1559. 1566. 1570. ubi etiam tanquam Legatus una cum Jacobo Morero pro Comit. Oeting. tum sub tutela constitutis subscripsit. Hodie autem Civitatum Syndicis suscepto procuratorio in Senatu Principum suffragium ferre vix concedetur, si fides habenda Presbeutæ seu Henr. Henninges *de Jure Legat. Stat. Imp.* §. 145. quod quidem à libero dependet Principum arbitrio. Juvenis adhuc anno circiter 1535. in hac alma Tubinga degit, & universum Juris Civilis Corpus in methodicas retulit quæstiones, Argentinam postea vocatus; uti hac de re ipse testatur in præfat. quam præmisit Resolutioni Dialecticæ Institutionum, quæ prodiit Argent. an. 1567. ap. Samuelem Emmel, recusa an. 1569. ap. Theodosium Richelium. Grandævus Senex acquievit anno præter propter 1588. bibliothecam Illustri huic Nicrinæ per favorabile cessit legatum, fundato insuper largissimo pro Illustri familia stipendio, quod adhuc audit Grempianum. Et hodienum floret *Nobilis* in Alsatia familia Grempiana, licet Autor der Elsasser Chronick Bernhard Herzog Ludovicum nostrum Grempen von Freudenstein referat inter Nobiles extra Alsatiam *p. m.* 151. ubi juncta *p.* 149. 150. latissimum habet Catalogum illorum, qui ex numero Principum, Comitum, Baronum, Nobilium solennem Licentiati vel Doctoris assumserunt titulum. Alter Hieronymus zum Lamb, J. U. D. Civit. Francof. Syndicus pariter munus Legati ad Comitia creberrime gessit, & subscripsisse legitur R. I. 1541. 1542. 1544. Interfuit etiam Comitiis de anno 1545. Spirens. de quo non prostat Recessus. vid. Dn. Lersner Franckf. Chronick *L.* 1. *c.* 23. *p. m.* 143. & illis Comitiis duos nostros Advocatos junctim crediderim interfuisse, dictumque consilium confecisse; cum alias nunquam simul Recessibus subscripserint, nec Hieron. zum Lamb postea amplius Comitia frequentasse legatur. *Nobilis* familia Laud. Hieron. zum Lamb inter extinctas refert Lersner *d. l. c.* 21. *n.* 117. Enucleata dicta consilia videsis apud Knipsch. *L.* 2. *c.* 2. & *nervose* in compendio apud Syring. *de pace relig.* §. 39. *lit. b.* ubi tamen male Bertramum etiam consentientem allegat. Nos saltem notamus, quod illa argumenta, quæ Civit. Imper. contraria à statu Reip. Germanicæ opponuntur, non discussionem, sed exsibilationem merecantur. Quid enim? cur non

pari ratione à Garamantis & Indis, Arabis & Persis ad statum Germaniæ argumentantur insipidi? juste *hactenus* de abusu juris Romani conqueritur virulentus cetera Scriptor Hipp. à Lap. in præfat. ad Lect. cf. integra Disp. Dn. Lautensack, J. U. D. *de Inepta Ratione decidendi controversias Juris publici ex legibus Romanis & Jure Canonico, habita Erf. anno* 1710. add. Dn. Titius *Spec. Jur. publ. Rom. Germ. l. 2. c. 9. §. 29. sqq.* ubi inpr. Dissertationem sub Dn. Engelbrechti præsidio Helmstadii habitam anno 1692. *de Usu Juris Romani in controversiis Juris publici Germanici decidendis*, acriter perstringit. Meliora interim principia fovet dissertatio Werlhofiana *de usu Juris Romani aliorumque privatorum Jurium in decidendis controversiis liberarum gentium*, quæ eodem anno Helmst. prodiit, ubi quam sobrie concipienda & perrara inde haurienda veniant argumenta demonstrat. Ex memoratis consiliis merito etiam mireris pusillanimitatem quorundam Civitatensium, qui turbatam sibi suffragii libertatem derelinquere, quam, ut restituatur, urgere consultius duxerunt, quos tamen melius informarunt nostra consilia. Interim jam ante ætatem dictorum consiliorum hæc jura sua persequendi multos occuparat diffidentia, sed fuerunt semper libertatis, cujus dulcedinem non nisi amissam plene intelligimus, laudatissimi defensores. Inspiciatur hic Pfanneri *Hist. Comit. de anno* 1652. 53. & 54. *L.* 3. §. 20. *de Comit. August.* 1530. ibi: *Ast quamvis cedentibus Imperioso jussui ceteris, restitere Francofurtenses, Ulmani, atque Hallensis (Legatus patrius) mandata suorum excusantes, quorum injussis nefas sibi foret, qualibusque sive Cæsaris sive Procerum postulatis annuere.* Nec in vanum! felicissimus enim tandem per pacem Westph. respondit Eventus, ita ut remedia recuperatoria in mota quæstione status, (huc facit *integr. consil.* B. Magnif. Dn. Harppr. Præceptoris nostri post fata etiam Venerandi *vol.* 3. *cons.* 53.) de quo egregii illi consiliorum Autores sunt soliciti, non amplius, DEO sit laus, habeamus necessaria. Ceterum fallitur Lampadius, dum *p.* 3. *c.* 8. §. 11. decreto Ratisbonensi anno 1545. controversiam de voto conclusivo (ita vocant alii, inpr. Autor des Discurs von Reichs-Vogt. *p.* 106.) Civitatum affirmative decisam putat. Nam 1. nulla Comitia Ratisbonensia hoc anno habita, sed anno demum seq. 1546. 2. nullum in hac causa Ratisbonense interpositum legitur decretum, sed in Comitiis Augustanis 1548.

quod

quod exhibet Knipsch. *L. II. c. II. n.* 47. & Arumæus *de Comit. cap.* 7. *n.* 146. & 3. neutiquam illud, prout perlustranti ad oculum patet, & subdurans docet controversia, suffragii pristina jura restituit, sed amicabilem compositionem Electoribus & Principibus cum Civitatibus suadet, in hujus autem defectu causæ decisionem & disceptationem ulteriorem ad Cameram Imperialem remittit. vid. Dn. Cregelii antea laud. *Diss. de Jure liberarum in Imp. Rom. Germ. Civitatum* §. 58. *p.* 31.

(g) Huc spectant, quæ ex Schedis Marci Ottonis Reip. Argent. Consil. annotavit Bœclerus *in notit. Imp. L. XI. c. III.* §. 9. *in fin.* cf. Datt. *c. l.* itemque huc pertinet, gründlicher Bericht von den Freyen und Kayserl. Reichs-Stätten ihren Stand und Regalien, Franckf. 1612. 4. cit. Dn. Struv. *in bibl. Jurid. c.* 1. *p.* 526. cujus Autorem, addit, faciunt Johannem Gœddeum, Prof. olim Marpurg. famigeratissimum, qui vixit circa finem seculi XVI. & initia XVII. cf. tempus subscript. in præf. ad nobilis. Commentarium *de contrah. & committ. Stipul.* ubi habetur annus 1597. Allegatur idem scriptum, non addito tamen die & consule, ab Adamo Pisetzki à Kranichfeld. *in tr. de Statu seculari c. XIV. p. m.* 215. sed illius quidem nobis facta copia non est.

(h) Sc. orta est maxime controversia occasione collectarum, judice Knipsch. *L. II. c. II. n.* 46. quæ olim tentata, mox autem extincta iterum est, de quo in d. consi. *p.* 65. 66. dum Principes suam sententiam Civitatibus vel invitis obtrudere voluerunt; sed nunquam hactenus se passæ sunt Civitates obligari, & hoc ipso semper illæsum conservarunt votum decisivum, cum superiorum Collegiorum in causis, ubi majora non obtinent, contraria sibi placita non attenderunt, & sic causæ illæ nonnisi unanimi consensu omnium Statuum, confectæ, ubi tunc etiam Civitates tanquam concausæ voto suo decisivo influxerunt. Sic in Comitiis an. 1641. cum Sacræ Cæsareæ Maj. duo superiora Collegia Elect. & Principum pro sustinenda militia collectarum nomine centum & viginti menses Romanos vulgo Römer-Monath, conferendos promitterent, Civitatum Curia ob perpessas calamitates bellicas impossibilitatem demonstrando enixe obstitit, nec induci potuit, ut ultra 60. menses annuerent; de quo latissime agunt Acta publica Londorpiana. *Tom. IV. libr.* 4. *pag.* 1046. 1073. 1085. 1088. *seq.* 1092. & *Tom. V. libr.* 1. *Num.* 80.

pag. 169. *Num.* 82. *pag.* 171. *Num.* 91. *pag.* 214. *seq. Num.* 174. *pag.* 711. Hactenus autem turbatum est exercitium, quod non legali inveterato modo cum Civitatibus sæpiuscule post fuerit tractatum, & inprimis pluralitatem inter Collegium Electorale & Principale dissentiens constituere, qui tamen *potissimus* voti decisivi effectus est, simul denegatum; Arumæus *de Com. c.* 7. *n.* 147. *p.* 573. qui tamen minus recte NB. *totale* inde voti decisivi exercitium Civitatibus denegat, utut de *potissima* parte tum fuerat verissimum. Cujus intuitu solenniter semper confectis sæpe instrumentis sunt protestatæ Civitates, Recessibus contra observantiam decretis subscribere recusantes. vid. d. consf. *p.* 73. Quæ omnia tamen per pacem Westphalicam restituta videmus. Quid? quod jam antea in Conventu Osnabr. Monast. anno 1646. Evangel. Principes ac Status circa hanc rem tale gravamen in summum Civitatum favorem exhibuerunt: Daß der Ehrbarn Frey- und Reichs-Städte votum curiatum etwan in disputat gezogen werden wollen, ist bekandt: demnach aber dieselbe uff Comitia, und andere dergleichen Täge NB. als würckliche Stände des Reichs zu dem Ende beschrieben werden, daß sie NB. wie die andere beyde Reichs-Collegia ihr Votum Curiatum führen sollen. Also ist billich und Recht, gereichet auch zu guter conformitæt, daß NB. gleichwie die andern beyden Collegia, also auch sie bey dem Voto Curiato unbeeintrechtigt NB. *cum effectu* gelassen werden mögen. Illustre veritatis ex illustrissimo Principum ore testimonium! vid. ex Theatr. Europ. *Tom. V. ad d. ann. pag.* 105. & Londorpio *Tom. V. Act. Publ. lib.* 2. *cap.* 115. *pag.* 1055. *seq. n.* 5. Burgold. seu Oldenburg. *ad Instr. Pac. part.* 3. *Diss. X. th.* 3.

XIV.

per Instrumentum Pacis Westphalicæ restituta.

Aurea cum circa superioris seculi medium communis Libertatis Germanicæ tot tantisque bellorum intestinorum fulminibus afflictæ redirent tempora, quibus tranquilla pax antea sepulta ex mortuis quasi suscitata refulsit, Civitatibus etiam inter cetera nobilissimum *decisivum* Comitiale suffragium in decus pristinum fuit restitutum. (a) Ita enim instrumentum Pacis, Palladium illud Germaniæ æviternum (b) art. VIII. §. 4. clarissimo tenore disposuit atque pronunciat:

Tam

Tam in universalibus vero, quam particularibus diætis, Liberis Imperii Civitatibus NB. *non minus, quam cæteris Statibus Imperii* competat *VOTUM DECISIVUM.* ut hinc omnis, si quæ forte superest, insulsa Doctorum de *ipso* voto decisivo contentio, cum gravissima pœnis digna conjuncta sit injuria. (c)

(a) quid in tract. pacis Westph. hanc in rem præliminariter gestum, brevitatis necessario nobis studio referre supersedemus, maximè cum necessaria desint subsidia. conferri interim possunt script. Pacis Westph. inpr. Pfannerus *Histor. P. VV. l.* 3. *n.* 35. & Pufend. *de Reb. Suec. Lib.* 17. *§.* 90. aliique, quanquam hi pauca de his habeant. Prodiit etiam illa ætate novum consilium in hac causa Autore Davide Gloxinio, J. U. D. & Reip. Lubec. Syndico, Knipschildio valde familiari; vid. *L.* 3. *c.* 32. *p.* 793. quod ipsum autem an typis expressum prostet, nos latet.

(b) quod toties postea confirmatum est, tam omnibus & singulis Augustissimorum Imperatorum Capitulationibus, quam subsecuta postmodum pace Noviomagensi, Rysvicensi & novissima Badensi, adeoque sic æternam ejusdem stabilitam videmus auctoritatem, & per consequens nunc etiam articuli præsentis VIII. Civitatibus inter alia votum decisivum restaurantis. conferri hic generaliter meretur *Differt. erud. de Firmam. Convent. Public.* Gener. Dn. Fried. Ludov. VValdner de Freundstein, Eq. Als. habita Giess. anno 1709. Et quod articulus pacis Westphalicæ, sicuti generatim lex Imperii, *ex qua jus Statui quæsitum*, nec per majora, nec per unanimia, nisi & is consentiat, quem mutatio concernit, abrogari possit, ex naturali rationis dictamine per se patet. vid. interim præter sq. §. alleg. Doct. speciatim Illustr. Coccejus *Diss. de eo quod justum est circa numerum suffragiorum & calculo Minervæ §.* 25. *S. I.*

(c) Burgold. *ad Instr. Pac. c.* 1. sed quantum nobis constat scriptis hactenus nemo contrarium propugnavit; murmurationes autem privatas floccifacimus, quæ de voto decisivo nominali, impudentissimo ore ipsum Cæsarem & Principes, quasi contra communia sermocinantium officia egissent, lædente invidi pronunciant. Applica supra dicta.

XV.

De modo Votum illud decisivum exercendi novæ difficultates.

Sic ergo restauratum videmus Civitatibus Votum Comitiale decisivum. Sed de *modo* id exercendi, non *ipso suffragio decisivo*, proximis in Comitiis 1653. & iterum in modernis de anno 1663. gravissima orta est difficultas, Civitatibus *simultaneam* Re-& correlationem prætendentibus, cum superiora Collegia non nisi *successivam* concederent, quæ res protestando & reprotestando tum agitata ad hunc usque diem indecisa permansit, (a) salvo *ipsius voti decisivi* plenissimo valore, utut modus exercendi crebriori, ratione saltem pluralitatis faciendæ, usui aliquantisper injiciat remoræ. (b) Modernos nunc voti decisivi Civitatensis effectus age! in compendio profeeramus illustres. Constituunt illos I. communicatio conclusi Electoralis & Principalis tam consentanei, quam dissentanei (c) cum Civitatum Legatis, & inde formato Collegio Civitatensi, (d) NB. tractatibus mediante Re- & correlatione tamdiu invicem intervenientibus, donec aut dato aliquo & retento, ut ita loquar, conveniant, aut desperatus appareat dissensus. (e) II. Collegii Civitatensis in placitis Imperialibus formandis tanquam concausatum concursus & mentio. (f) III. Majoris partis seu pluralitatis faciendæ facultas. (g) IV. in causis exceptis (h) Civitatensis Collegii necessarius æque ac Electoralis Principalisque consensus. (i) Ita reapse *decidere* juvat votum præsentis considerationis (k) decisivum, & sic in plenissima Status dignitate liberarum S. R. I. Civitatum floret florebitque (l) Aurea Libertas!

Moderni Voti decisivi Civitatensis effectus.

(a) videri de illa poterit Autor der Grundv. *p. 2. c. 6.* & plenius quoad Comitia sc. 1663. Hagem. *de Comit. c. 6.* Lond. *p. 7. l. 6. c.* 265. 306. 307. qui omnes acta hanc in rem publica exhibent. cf. *Comitiol. Ratisb. p. 3. n. 3.* & Scriptum Satyricum *ominosa rerum series &c.* Textor. *de rat. Stat. p. 325. sqq.* Add. Dn. Pfanneri *Histor. Comit. L. 3. §. 24.—29. & §. 94.* ubi votorum refert summam tam Electorum quam Principum, inter quos Evangelici Civitatum petitis admodum favebant. conferri merentur, quæ habet Bœcler *in notit. Imp. L. XI. c. 3. p. m. 151.* ibi videsis ex actis noviss. Comit. wie das Wolfenbütlische votum auf der Städte Seiten zimlich favorabel gefallen. In delicata hac contro-

controversia nostrum privato studio scribentis ferre judicium, religio sit. Hoc saltem observamus, quod in responsis illis à superioribus Collegiis Civitatibus in hac causa datis nonnulla absque deliberata approbatione & partim improbatione irrepserint, quemadmodum de his testatur laud. Autor der Grundveste, quem perperam alii Civitatibus adeo vehementer contrarium scribunt, cum acta saltem publica sincera fide referat, additis potius in favorem Urbium Imperialium explanationibus, *p. 2. c. 6. p. m.* 143. ibi: Wiewohl nun diese Remonstration zimlich hart, auch der zwischen beyden fördern Reichs-Räthen genommenen Abrede NB. nicht allerdings gemäß gewesen, massen dann, daß solcher, ehe sie noch dem Städtischen Collegio communicirt worden, denenselben zu weiterer examination, sonderlich von Seiten des Fürsten-Raths (Electores autem Justitiæ amantissimi ipso facto, de quo Grundv. *p.* 152. & nos mox in sq. comprobarunt, quod contenta inpr. de dubia Civitatum majoris partis constituendæ facultate æquitati adversa plane respuant.) NB. sehr urgiret worden. *& c. 8. p. m.* 152. Allein gleichwie solche Schrifft von denen NB. meisten Ständen (superioribus sc.) zumalen was dieses præsuppositum, das nehmlich die Majora unter denen 3. Reichs-Collegien nicht gelten solten, betrifft, vor NB. unrichtig gehalten worden. &c. Hinc etiam hoc resp. Idem Autor *c. 6. p.* 118. non dubitat, de Responso illo sic scribere, eine sehr scharpfe und NB. fast auf nachtheilige Principia gegründete anz. Ut taceam, quod scripta controversa meritis causæ haut faciant præjudicium, & Principes tum exacerbatos videmus eam maxime ob causam, quod Eminentias suas Personales & submissum eapropter debitum respectum Civitates violare crediderint, sed devotissimum ipsæmet mox venerationis cultum, salvo tantum libertatis exercitio, sunt contestatæ, & ipso facto comprobare haut unquam desinent, & si loco exclusionis à simultanea re & correlatione innocentior inducta fuisset, aut adhuc induceretur Prærogativarum Principalium à Civitatensibus in jure suffragiorum exercendo distinctio, Urbes acquievissent & acquiescerent promptissimæ. Illud adhuc addimus, quod nonnulli turpiter errent, dum Civitates ab *ipsa* Re-& Correlatione, quæ Civitatibus nunquam denegata, & viva frequentatur experientia in communi buleuterio,

rio, den Re- und Correlations-Saal, excludunt, cum in *solo modo* difficultas hæreat, ratione NB. *simultanea* Re-& Correlationis. vid. Kulpis *ad Monz. p. 2. c. 5. §. 26. p.* 174. add. omnino Illustr. Henninges *in Medit. ad Instr. Pac. art.* 8. §. 4. *p.* 1307. *sq.* ubi notat Obrechtum. Celeb. Wagenseil. *supra alleg. disp. de Comitiis Univers. S. R. I.* §. 56. in fine tamen, dum carpit Conringium *diss. de Comit.* §. 53. quod ipsum votum decisivum Civitatibus adhuc dubium reddere videatur, ego Virum Celeberrimum non de ipso voto, sed modo quadantenus exercendi controverso, de quo *d. l.* agit, *quod parum adhuc exploratus sit*, scripsisse intellexerim, quo maxime faciunt ipsissima ejus verba: *qua ratione*, i. e. quo præcise exercendi modo, & hoc satis evincunt antecedentia, in quibus de ipsomet voto decisivo Civitatum olim in controversiam vocato, nunc vero per Pacem Westphal. extra dubium posito agit. Ceterum conferatur etiam hic *Dissertatio inaugur. qua Altorf. anno M D CC XIII. prodiit, de Jure Legationis Civit. Imp.* Autore Carolo Guilielm. Wölcker, design. Illustr. Reip. Norib. Syndico, §. *inpr. IV.* ibi in notis: *Æquitatem tamen desiderii* (ratione scil. simultaneæ Re-& Correlationis) *earum* (Civitatum) *solidis argumentis deducit ac evincere conatur.* Autor Microscopii Statistici sub tecto nomine Heleni Politani; (quem nobis videre non contigit,) *unde nec omnis spes abjecta, fore, ut ab aquanimitate Superiorum Imperii Collegiorum etiam hic plenus voti decisivi effectus obtineatur.* Votum nos saltem addimus, ut spes optima eventu sit felicissima.

(b) Scil. dum Electores atque Principes tamdiu invicem re-& correferunt remotis Civitatibus, *raro* evenit casus, ut dissentanea duorum Superiorum Collegiorum conclusa remaneant, inter quæ accessione tertii Civitatensis pluralitas possit constitui. Sed tamen præterquam, quod desperatus etiam non una vice remanserit dissensus, de quo in sq., hactenus etiam vis voti decisivi Civitatum Imperialium in ipsa simultanea illa Electorum atque Principum correlatione implicite sese videtur exserere, quod dubio procul illud Collegium dissentiens ex superioribus alteri se facilius conformabit, quod dissensurum à se Civitatense Collegium *præsumtive* noverit, ne ergo in casu pertinacis dissensus communicato postea utroque concluso Civitatibus jure majoris partis innoxio licet, vincatur, cedit in ipsa Re-

Re- & Correlatione alteri, à cujus partibus Civitates futuras verosimiliter existimat. Hinc etiam præter eas rationes, quæ supra *p.* notavimus, hodienum rarus est Civitatensis Collegii à duobus Superioribus dissensus. Ceterum dum Ill. Henninges *tr. de potestate Imperatoris circa profana c.* 2. *p.* 157. & post idem in *Meditat. ad Instr. Pac. p.* 1306. 1307. conditionem Civitatum à *simultanea* Re- & Correlatione exclusarum meliorem factam persuadere satagit, inde, quod earum conclusum tantundem valeat ac commune illud duorum superiorum Collegiorum, hactenus sc. ut illis invitis simpliciter obtrudi non possit, sed non obstante conformi illorum concluso cum Civitatibus re- & correferendo agendum, & irreconciliabilis tandem Civitatensis Collegii dissensus in Decreto conscribendo mentio facienda veniat; in eo ipsi ego cum laud. Auth. *cit. disp. de Jure Legat. Civit. Imp. d. l.* & multis dubio procul aliis, assentiri vix possum: Nam simultanea illa Re- & Correlatio contraria prout illi quidem videtur, non involveret, sed nihilosecius non obstante jure majoris partis observantia Imperiali quodam modo temperatæ, de quo in seq. dissentientis Collegii solita ratio, nach dem Reichs-Herkommen, habenda veniret.

(c) Minus recte Monz. *c. V. §.* 26. cum aliis alterum saltem casum conclusi consentanei exprimit, quasi sc. cum inter superiora Collegia conveniri non possit, Civitates non vocentur, nec audiantur. Accuratiores ergo hic inspice Magnif. Dn. Præsidem *p. spec. S.* 1. *l. c.* 30. §. 16. Autorem der Grundv. *p.* 2. *c.* 8. *p. m.* 150. Kulpis. *de placit. Ordin. Imp. p.* 27. *§.* 19. *noviss. Meditat. ad Instrum. Pac. p.* 1306. & vivam praxin.

(d) Scil. Civitates tanquam Universitates & corpora Comitiis non aliter interesse commode possunt, quam per Legatos. Knipsch. *L.* 2. *c.* 2. *n.* 113. cf. hic integra disp. Hertiana *de Uno Homine plures repræsentante Personas*; in specie antea laudata *Diss. de Jure Legat. Civ. Imp. per totum, cap. inpr. II.* Mittuntur illi ab ipsarum Civitatum Proceribus, cum olim Comites, urbium Magistratus superiores, non certe à Civitatum Magistratu inferiori, sed proprio jure ex investitura Cæsarea interfuerunt, intuitu licet Civitatum. Modernos Civitatum Legatos

tos æque ac superiores Status legitimatione habere opus, nec ab exhibitione mandati esse immunes, præter experientiam vel solum comprobat suffragii decisivi pondus, ne nulliter atque in vanum forte feratur. Ipsam praxin testatur proprio Legati exemplo Knipsch. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 116. & ex eo Magnif. Dn. Præses *p. sp. S.* 1. *c.* 30. §. 8. add. Herman Hermes *Fasc. Jur. Publ. c.* 36. *n.* 48. Melch. Junckeri *tr. de Legat. summor. Imperantium p.* 92. 93. 94. qui omnes notant Autorem dissentientem deß ausführl. Berichts, wie es auff Reichs-Tägen gehalten wird, cujus erroris origo alterum, quem idem de Civit. Imp. voto saltem consultativo fovet, sapere videtur, quasi sc. Civitates nudæ Consultatrices parum attendantur, an legitimatæ fuerint vel secus, sed quam longe cum aliis à vero aberraverit, abunde ut puto, ex dictis constabit. Et inde potissimum hæc d. Autoris sententia evertenda, cum cetera argumenta κατ᾽ ἄνθρωπον non adeo sint stringentia, neutiquam enim in favorem Civitatum, ut alii forsan crediderunt, sed odium id ille asseruerit, toto licet cœlo aberrans. Ceterum Legati Civitatum in Comitiis æque sedent (extra limites tamen superiorum Collegiorum in illustrioris Prosapiæ & regalis dignitatis reverentiam,) ac reliqui Status, eorumque Legati; vid. Hagem. testis oculatus *de Comit. c.* 2. *p.* 7. ibi: Extra cancellos Civitatum Imper. Deputati *INSEDERUNT* dispositis subselliis. cf. Knipsch. *L.* 2. *c.* 1. *n.* 60. sed quando votum ab iisdem exigitur, *tunc stantes* illud proferunt, Directorio interrogante, similique modo intra subsellia mense Directoriali astante, idque in honorem atque respectum summi Electorum atque Principum Collegii. Knipsch. *d. l.* & ita intelligendus Autor der Grundveste *p.* 2. *c.* 2. *& in adj. descript. actus processß. & proposit. in præsent. Comit.* quæ anno 1663. initium habuerunt, *n.* 13. 14. 23. 34. 38. Item Autor deß *Europ. Heroldsp.* 813. nec aliter sentit Magnif. Dn. Præses *c. l.* §. 9. *in fin.* conf. supra alleg. *Disp. inaug. de Exercitio juris circa sacra Civ. Imp.* quam sub Præsidio Wildv. Jenæ habuit Georg. Matth. Hirsch, Goslar. in Corol. III. Nuper an. 1706. d. 13. Maj. & iterum anno 1711. Superiores Status conquestos legimus de paucitate legatorum Civitatensium; quemadmodum de his videri potest Lunig. Reichs-Archiv *Part. Gener. pag.* 675. add. die Anmer-

ckungen

rungen über die Grundv. *in recentiss. edit.* 1714. *p.* 11. - 17. ubi etiam *p.* 14. literæ habentur responsoriæ Civit. Francof. ad monita Directorii Civitatensis solennem legationem obstaculis quibusdam cessaturis promittentes. Invitæ certe Civitates *splendidiori* hactenus per crebras Legationes voti decisivi exercitio abstinuerunt, dum temporum injuria & perpetua bellorum calamitas sumtus denegarent necessarios, quos in salutem Patriæ largiter alibi contulerunt promtissimæ; Facit hinc apprime Clementissimum Elogium, quod invictissimus Cæsar Carolus Noster in Decreto Commissionis, Præliminaria Pacis Rastadti Imperii etiam nomine conclusa concernente, Theatro belli oppositis Associatis Circulis sacratissimo ore tribuit, cujus merito partem non minimam devotissime sibi vindicant Liberæ Imperii Civitates, Illustria laudatorum circulorum membra, Verba sic sonant: Wobey Ihro Kayserl. Majestät jedoch einigen Reichs-Ständen, und NB. sonderheitlich denen öffters gemeldten Associirten Crayßen das Zeugnus zu geben nicht umgehen können, daß sie neben allerhöchst Deroselben zu NB. ihrem unsterblichen Nach-Ruhm für das Vatterland alles gethan, was von ihnen zu solchem Ende hat begehrt werden können, denen übrigen aber &c. ap. Struv. Autorem der *Historie* der Rastadter Friedens-Handl. *p. m.* 49. Verum enim vero postquam Augustissimi Imperatoris

ConstantIa & FortItVDIne
ConCorDIa & FeLICItas
ConCILIata est FessIs } 1714.
FatIgatIs } 1715.
&
post Deum
Vnsers grossen CarLs BestänDIgkeIt
1714. { sezt
1715. { gIbt Vns Lang beständ'ge FrIeDens-ZeIt.

nullum est dubium de crebrioribus mittendis ad Comitia Legatis fore sollicitos. Quid? quod desuper cum aliis almam Patriam agitare aut propediem agitaturam consilia, facti sumus certiores.

 (c) No-

(e) Nobilissimum hic primum, sed non unicum, uti cum aliis novissime vult Dn. Struv. *Diss.* 22. *§.* 27. voti decisivi effectum. vid. Henninges *de potest. Imp. circa prof. c. II. p.* 157. dum non *nuda* intercedit communicatio conclusi superiorum Collegiorum & post exquisitio Civitatensis, prout in votis fieri solet consultativis, sed tractatus interveniunt pro & contra, ita, ut mox Civitates pro re nata ex libero arbitrio cedant superioribus, & hi vicissim in multis se conforment Civitatibus, prout id ipsum ex diligenti actorum Comitialium perlustratione patescit. vid. saltem illustre testimonium Viri Politicarum rerum exercitatissimi Autoris sæpius laudati Europ. Herolds *p. m.* 831. Inmaßen Sie (die Städte) dann auch bey bißherigen Reichs-Versamlungen je zuweilen solche vernünfftige und tapfere Gutachten an die vördere Collegia gebracht, daß diese kein bedencken gehabt, sich mit ihnen zu confirmiren. cf. Autor Medit. ad Instr. Pac. *p.* 1306. Et quantum novissime in Capit. moderna Augustiss. Cæsaris Potentissimi Electores Civitatum Imperialium monita *gratiose* respexerint, diligenter observarunt in notis Autor spicileg. observ. ad Capit. Augustiss. Caroli VI. & Autor idem qui est deß Europ. Herolds, vid. Curieus. Bücher-und Staats-Cabinets XXVI. Eingang *p.* 943. der gegenwärtigen Verfassung der Kayserl. Regierung in Teutschland, wie solche enthalten in Ihrer Römisch Kayserl. Majestät Wahl-Capitulation, passim.

(f) Hinc ille tritissimus Stylus curialis: So ist in allen dreyen Reichs-Collegiis dafür gehalten und geschlossen worden. de quo generatim plena sunt Acta publica. vides hic concausam scribi conclusi Comitialis Civitates æque cum superioribus Statibus influentes in effectum, ac alias posteriora Collegiorum membra consententia cum prioribus æqualiter constituunt Collegiale Decretum, utut in casu dissensus major pars seu ficta unanimitas id pariter effecerit, non ex defectu voti decisivi plenarii inferiorum, sed ex natura votandi, quæ similiter conspirantibus in unum posterioribus, priorum vota exercitio uno alterove irrita reddere valent. In vera ergo votorum unanimitate singula æqualiter ceteris paribus sunt decisiva, & inepte admodum tunc tibi finxeris jus majoris partis, sc. fictam unanimitatem, cum veritati semper cedere debeat fictio. Revera

vera ergo hactenus etiam Civitates in conformi sententia vota ferunt decisiva, conf. Ill. Coccej. *c. XX. §.* 41. in fin. Hinc & cum ceteris Statibus subscribunt pariter & subsignant Imp. Recess. Civitates. Ceterum hac occasione paucis observamus mutationem recentissimam Styli Comitialis, quo loco vocis Reichs-Gutachten, ut antea placita Ordinum Imperii insigniebantur, vid. sub hoc titulo Diss. Kulpisiana. postmodum ab anno 1701. Conclusum Trium Collegiorum appellari cœperit, quod nomen quidem olim etiam competebat Conventioni Statuum, sed NB. antequam in solennem placiti formam redigeretur, quo facto nomen accepit eines Reichs-Gutachtens, cum hodie pristinum retineat. Occasionem mutationis refert Wallrabus Christ. Ackermann *supr. alleg. diss. de Commission: Cæsarea in Comit. Imp.* §. *ult.*

(g) Quod autem Civitatensis Collegii valor tantus sit, ut inter superiora Collegia pluralitatem constituere possit, vis & natura voti decisivi *potissimum* involvit, quanquam casus non adeo facile existat ob toties iteratas Re- & Correlationes Elect. & Princ. separatas. vid. tamen nota præcedanea. Nec quenquam movere debent contrarii passus, qui de pluralitate votorum Curiatorum in Responso sup. Coll. supra allegato occurrunt, cum citra mentem plerorumque Principum fuerint inserti, & hactenus plane improbati, teste laud. Aut. der Grundv. *p. m.* 152. vid. supr. *p.* Hinc videmus, cum die 20. 30. Jan. 1654. (ergo post Resp. illud, quod prodiit anno 1653.) Electores & Principes inter se convenire non possent, majora fecisse Civitates accedendo Collegio Electorali, de quo Grundveste *d. l.* und ist vom Directorio die Anzeig dahin geschehen: Was den andern punct anbetreffe, weilen die Stätt mit der Chur-Fürsten Meynung überein kamen, so geben es die Majora inter ipsa Collegia, und wäre darnach nunmehr das Reichs-Gutachten abzufassen. conferatur *Europ. Herold. p.* 831. ubi ait: daß der Stätte conclusum dahin gültig erachtet worden, die Majora inter ipsa Collegia zu machen; & paulo post: und ist es allerdings ausser Zweiffel, daß sie neben dem Collegio, welchem sie beyfallen, die Majora zweyer tertien machen können. Kulp. *de plac. Ord. Imp.* §. 14. Vitr. *L. IV.* §. 70. conf. supra *p.* dicta, ubi antiquiss. observantia occurrit. Sed turpiter fallun-

tur, & vel crassam ignorantiam aut potius pessimam in temerarie irritandis Principibus malitiam suam produnt, qui sic Civitatum arbitrio & quasi dominio Electorum atque Principum substerni placita vel credunt stupidi, vel quod magis est, simulant invidi. Quis autem quæso non novit innoxiam majoris partis indolem & communem votandi naturam? conf. not. præced. & vid. omnino nervose & perspicue disserens laud. *Europ. Herold. d. l. add.* Grundv. *c. l.* Illud interim verum, quod observantia Imperialis jura majoris partis certis incluserit cancellis atque limitibus, vario addito temperamento, sc. quod non obstante duorum Collegiorum consensu cum tertio dissentiente re-& correferendum veniat, an forte & illud tandem consentiat, aut si irreconciliabile apparuerit, separatim ejusdem in relatione ad Cæsarem fiat mentio, ut denuo tentetur concordia, & illa demum deficiente, finale formetur Comitiale Decretum, & sic tandem dissensus tertii ex communi votandi natura erit frustraneus, antequam autem illud fiat, jura majoris partis, seu duorum Collegiorum conclusum, dissentiente tertio, audit ein unvollkommener Schluß. Et sic invicem concilianda dubia Doctorum hanc in rem tradita, nec sic obstant, quæ habet Henning. *in Medit. ad Instr. Pac. p.* 1306. & *de potest. Imp. circa profana p.* 157. juri majoris partis finali, ille enim de temperamento saltem loquitur. Et ita etiam declinari possunt argumenta, quæ in contrarium movet Textor *de ratione Status cap.* 13. *pag.* 327. *seqq.* cum aliis. Frustra vero Titius *Sp. J. P. L. VI. c. IV.* §. 47. 48. jura majoris partis in Imperio rejicit, inter alia, quasi ex Jure civili petita, cum potius ex ipsissimo Juris naturalis dictamine profluat, de quo & generatim de suffragiis cf. Ill. Cam. Assess. Schrag. *de Jure Majoris Partis* & *de scrutin. Elect.* itemque Praschium, Bœclerum *de calculo Minervæ*, Tabor *de suffragiis.* adde latissime hanc in rem congesta notabilia in Consilio Ill. Fac. Tub. quod in causa Masneriana nuper prodiit, & novissime Dn. Coccej. Diss. *de eo quod justum est circa numerum suffragiorum*, Commentatores ad Grotium suis locis, & DD. ad *l.* 19. *de Municip.* it. ubi agunt de Syndicis, qualia etiam tetigit Venerandus Dn. Avus, quem dum nomino, totus in vota resolvor, servet adhuc Deus atque secundet sancte mihi colendam extremæ ejusdem ætatis canitiem, Dn. Ludov. David Müller, J. U. L. Diss. Inaug. Marburgi habita anno 1661.

de

de *Postulantibus* §. *VII.* cf. supra *p.* 14. alleg. disp. Mejeriana Erfurt. Non inscite quidam Angliæ Legatus, teste B. Hertio Diss. *de quasi possidente probante*, coroll. X. dixit, Rempublicam, in qua plurium sententiarum jus non valeat, virgini esse similem, quam prisci Autores memorent discerptam contendentium inter se rivalium manibus. Superflue etiam Hornius *J. P. Cap. XLV.* §. 17. Legem publicam in hac causa requirit, cum sufficiat 1. observantia, & 2. quod nulla saltem Lex Imperii naturali æquitati obstet. Sed satis quidem de hoc. Ceterum dum concurrentiam voti collegiati seu curiati Civitatensis cum ceteris duobus jam maximam partem videris, mireris forsan, quod nulla mentio decantati illius duplicis voti curiati secundum scamna Civitatum facta fuerit mentio, quod tamen in ore est omnium, quanquam multi communem tantum sententiam referant, nec calculum suum addant, rem in medio relinquentes, qua ratione legitur etiam in Magnif. Dn. Præsid. Viri tam profundissimæ Eruditionis, quam innatæ & quasi propriæ humanitatis atque modestiæ gloria, dudum Celeberrimi, *Introd. p. sp. S. I. c. XXX.* §. 14. sed fabulam esse nescio quo primum cerebro natam, & post æque ac anilia commenta de Quaternionibus propagatam, variis Doctorum in non Entis adhibita contorta explicatione magis intricatam tantum non apud omnes invaluisse, ipsa nos schola docuit interior Schwvederiana. Et olim jam Lampad. Vir rerum Germ. peritissimus, in libell. *de Rep. Rom. German. p.* 3. *c.* 8. professus est, se rem non intelligere, imo Wagenseilius *Diss. sap. cit. de Comit. Univ. S. R. I.* §. *LIII.* inutiles tricas similiter agnoscit, quin novissime Dn. Titius *c.* 1. *L. VI. c. IV.* 58. rotunde dixerit fabulam, quæ num orta ex sextante, qui æque Elect. Princip. quam Civitatibus adscribitur, uti vult Titius *d. l.* aut potius ex divisione Civit. in duo scamna, nos nunc parum attinet. Provoco ad cottidianam Comitiorum praxin, utrum ullus communis doctrinæ usus sit? nullus certe, quantum nobis quidem tam ex perlustratione actorum publicorum, quam ex aliorum discursu constat, nec ab ullo memini relatum desuper in Comitiis vel verbo actum esse unquam, solo excepto Autore Mercurii Germanici, qui sub tecto nomine Sinceri Germani à Lapide latere voluit, is *p. m.* 164. de Civit. scribit, *quod plura suffragia, quam duo sibi petant concedi, cumque majora Comitibus onera,*

imo

imo Principibus paria ferant, hinc quatuor sibi minimum competere dicant. Nescio quid hic de Autore, qui multa alias singulariter notabilia refert, dixerim. Novam meminit controversiam ratione fabulosorum illorum suffragiorum in Comitiis intercedere, de quo tamen in Actis publicis & ap. Scriptores altum & necessarium silentium. Somnium crederem obrepisse Viro, dum hæc scriberet, quod forte excitavit nimis alta intricatæ & confusæ fabulæ de Civit. duplici voto meditatio. Dicendum nunc etiam esset, quid juris, ubi diversa, quod rarius fit, DEO sit laus, Singulorum Collegiorum sunt placita, sed ad finem nobis est properandum, hoc ergo saltem ex Autore Medit. ad Instr. Pacis *p.* 1306. & Struv. *Diss.* 22. *§.* 28. addimus, quod tunc omnium adeoque etiam Civitatum in Decreto mentio facienda, & singula separatim ponenda veniant conclusa, quæ Cæsari Augustiss. post offeruntur. Conferri hic generaliter possunt acta publica novissima in der Münsterischen Erbmänner Sach, quæ iterum de novo moveri incipit, und Hessen-Darmstädtische Bußecker-Thal Sach, de quibus plurima habent Staats-Cantzley, & Staats-Spiegel, item Electa Juris Publici. Inde multa nobis tractationi nostræ apprime convenientia exponenda essent, si tempus permitteret.

(h) causas à jure majoris partis generaliter exceptas vide *in Instrum. Pac. Westphal. art. V. §.* 52. & apud laudatos magno numero sup. not. Scriptores, adde discursum, in quibus causis majora vota valere non possint, nec debeant, ex eoque extractum Bericht etlicher durch die Protestirende auf dem Reichs-Tag Anno 1613. übergebenen Fällen, in welchen sie nicht gestatten können, daß die Majora vota den Vorzug haben sollen. Kulpis. ad Monz. *p. II. c. V. §.* 26. *p. m.* 174. Grundv. *p.* 2. *c.* 5. *p.* 100. *p.* 3. *c.* 7. *p.* 255. *c.* 8. *p.* 260. cf. inpr. Magnif. Dn. Præses *p. sp. S. I. C. XXX. §.* 18. ubi optimè notat Bertramum nimium illas extendentem, ita, ut jura majoris partis fere destruat. Hisce autem in præsenti immorari non licet.

(i) Maximus is est & notabilis *voti decisivi* effectus, quem semper in vexatissimis etiam temporibus tenuerunt Civitates, ita, ut in quibus nunc causis unanimia requiruntur, necessario Civitatum

tatum concurrere debeat, de quo prorsus non controvertitur, consensus, tanquam indubitatissima plane concausa, & hic non videtur modo, sed quasi palpatur *voti decisivi* Civitatensis plenissimus *valor*. In defectu certe voti *decisivi* nulla haberetur ratio absolute necessarii consensus Civitatum „ Electoribus tantum & Principibus *decisa* ferentibus, at nunc non sola Collegia superiora, sed & Civitatense reapse & modo sensibili *decidit*, ita ut dissensus egregie admodum operari possit. vid. Dn. Coccej. *c. XX. §.* 41. Et sic itaque *tam nomine quam omine* seu *re & pondere* Civitatibus competit *votum Decisivum.*

(k) Excrevit specimen nostrum citra opinionem, ita, ut nunc vela contrahere necesse habeamus, contenti, quod sub Tersanctissimi Numinis gratia, *ipsius voti decisivi Civitatensis vim, potestatem & concurrentiam cum ceteris generaliter* saltem pro virili demonstrare licuerit. Si quid perperam dictum est, non dictum esto.

(l) Sub umbra & tutela, Patrocinante Deo, Alarum Romanorum Aquilæ, Augustissimi Cæsaris, ac Serenissimorum Principum Virtute & Assistentia. Redundabunt impia Malevolorum pro extinctione Urbium Imperialium Libertatis consilia in propria ipsorummet capita. Meliora Teucrorum Principibus præcordia finxit Titan, quæ nefario ausu scelerati Adulatores corrumpere student, varios formando iniquitatis velandæ prætextus, quibus certe facili negotio vel terrarum sic vindicaveris orbem. Sed discite Justitiam moniti & non temnere Divos! commendari hic meretur Aureus tractatus B. Ahasveri Fritschii, Viri & JCti tam Eruditionis præstantia quam Pietatis gloria post fata etiam Celeberrimi, *de Peccatis Ministrorum Principis.* Sed non est, cur Cyclopica metuamus tempora. Voto nos interim finem imponimus, auspice Duce & Comite Christo, quem cœpimus, labori. Faxit Præpotens in cœlis Numen, ut Sacrum Romano-Germanicum Imperium, Eminentissima illa ex Præsagio Danielitico Monarchia ad (vid. contra modernos dissentientes Joh. Guilh. Jani, Prof. Vratisl. *diss. Histor. Politica de Quatuor Monarchiis.*) finem usque seculi exoptatissimo Capitis & Membrorum inconcussa perstet Harmonia, & aurea, quæ iterum refulgent, Pacis tempora æterna sint vel saltem longissima,

ſima, & deſideratiſſimus reſpondeat eventus ominibus, quæ felicia apparent in Pace Noviſſima Raſtadto-Badenſi, prout ſequens refert Chrono-Diſtychon:

PerpetVa! en! FrIDerICh, FrIDeLIn Dant otIa feſsIs
Poſt RegIna probat. TaLIa fata! fatIs.

Beatus interim, imo terque quaterque beatus, cui in hac rerum ſublunarium viciſſitudine eſt

Nomen Domini Monumentum.

DISPV-

DISPVTATIO XXXII.

EX

JVRE PVBLICO

IMP. ROM. GERMANICI POSITIONES CONTROVERSÆ

JOHANNIS JACOBI OBRECHTI,
Stuttgard.

hab. ad d. Septembris MDCCXV.

SVMMARIA.

JUs Publicum in Academiis tractandum. Pos. I. Principia Juris Publici communia. Pos. II. Aurea Bulla non modo mutationi obnoxia, sed & re ipsa & facto non uno in articulo jam tum mutata. Pos. III. De Capitulationibus Cæsareis; earum concipiendarum Jure; Pos. IV. vi atque effectu. Pos. V. VI. Constitutionum Imperii efficiens causa: vis obligatoria. Statuum Imperii legislatoria potestas contra Jus commune. Pos. VII. De Profana & Religiosa Pace. Pos. VIII-X. De Pace Westphalica. Pos. XI. De forma Imperii. Pos. XII. Imperii divisiones, una in Circulos, altera in Caput & Membra. Pos. XIII. De Imperatoris Electione; Pos. XIV. Coronatione. De Regis Rom. Electione. Pos. XV. Imperatoris Jura. Pos. XVI. De Imperii Membris. Pos. XVII. Delicti ab imme-

diate Imperio subjecto in alterius immediati territorio commissi cognitio & animadversio non ad Dominum territorii, sed ad Imperatorem pertinet. Pos. XVIII.

I. N. D.

LUstrum est & quod excurrit, ex quo in Illustri & perantiquâ hâc Almâ Eberhardinâ, Deo Auctore, prima Juris fundamenta posui, uti autem omnia in tanto temporis spatio accepta ad solam Summæ Trinitatis refero providentiam ac bonitatem, ita & mearum partium esse duxi, materiam à B. DN. D. HARPPRECHTO, Præceptore ac Patrono etiam post fata summe colendo, mihi olim jam commendatam, grati animi contestandi causâ, publice ventilandam proponere, cum autem temporis augustia integram & justam Dissertationem conscribere non patiatur, Sacratissimus insuper Juris nostri Civilis Rom. Conditor & Legislator Justinianus Imp. publici æque ac privati Juris studium nobis commendet, periculum profectuum in haud negligenda Juris Publici disciplina, ante discessum ab hâc Academiâ, in cathedra facere decrevi, & sic theses hasce quales quales Juris Publici & Feudales Miscellaneas Ductu Magnifici DN. PRÆSIDIS festinanti calamo conscripsi, si itaque vitiorum quicquam irrepserit, ipsemet æquanimo, Candide Lector, corriges Judicio, cum in nullo aberrare & omnium habere memoriam, Divinæ utique solius non autem mortalis sit constantiæ.

I.

Jus Publicum in Academiis tractandum.

JUs Publicum in Academiis tractare non modo integrum maximeque consultum est, sed & Studiosus Juris nomen Studiosi Juris non meretur, si nobiliorem hanc Juris partem negligat, nec æque publici quam privati Juris cognitionem sibi in Scholis Majoribus comparet, omnium ludibrio ac risui se expositurus, si Disciplinæ hujus fundamentis haut imbutus ad negotia publica in Aulis, congressibus & Diætis publicis ac Judiciis tractanda accesserit.

II.

II.

In Principiis Juris publici communibus primum locum meritò sibi vindicat Historia Patria cum Politica, (quæ cum Juris publ. prudentia non confundenda, sed ab hac probe distinguenda,) subinde vero etiam Jus Naturæ & Gentium, Jus Feudale & suo modo Jus quoque privatum in subsidium vocandum.

Principia Juris Publici communia.

III.

Aurea Bulla ceu Lex fundamentalis Imperii antiquissima, quam Carolus IV. Imper. communi Procerum seu Ordinum Imperii Consilio & consensu in Comitiis Imper. Norimbergens. & Metensibus promulgavit, non modo mutationi obnoxia, sed & reipsa & facto non uno in articulo jam tum mutata est, ut inde quoque jam Limnæi votum fuerit, ut nova Aurea Bulla conficeretur ab iis, ad quos ea potestas pertinet, in qua usus hodiernus, & decisio quæstionum inter Electores hactenus controversarum exhiberetur, aliaque, quæ vel in veteri omissa, vel non satis exacte tradita, explicarentur, sicque hodierno statui in omnibus accommodaretur.

Aurea Bulla non modo mutationi obnoxia, sed & reipsa & facto non uno in articulo jam tum mutata.

IV.

Capitulatio, quæ male à nonnullis Lex Regia Germanorum dicitur, & respectu habito ad ipsum Imperatorem pacti seu conventionis, quoad Imperatoris Ministros vero & Judicia Imp. publica Legis nomine venit, non modo recte noviter electo Imperatori præscribitur, ab eoque salva conscientia Juramentum desuper exigitur, sed & optimum salutis publicæ tàm conservandæ quàm promovendæ dici potest remedium. Jus autem concipiendæ Capitulationis Electores sibi solis nunquam non exclusis Principum votis arrogarunt, & quanquam cæteri Imp. Ordines ex postfacto desuper conquesti in tractatu Pacis Westphal. perpetuæ & certæ Capitulationis in comitiis formandæ promissionem obtinuerint, res ipsa tamen, spreta illorum protestatione, & monitorum Electoribus oblatorum in vim suffragii facta exhibitione, in statu quo diu permansit, donec tandem novissima Moderni Augustissimi Imperatoris Caroli VI. Capitulatio juxta tenorem & formam concepti perpetuæ Capitulationis in plerisque fuerit adornata, Ferdinandi IV. autem, Leopoldi & Josephi Capitulationes modo Instrumento Pacis conve-

De Capitulationibus Cæsareis;

earum concipiendarum Jure;

veniente factæ nequaquam dici possunt; neque tamen eas, ut Conringii fert opinio, propter interpositam à Principibus & Statibus Imperii contra illas protestationem, nullam Legis Fundamentalis vim nactas esse sustinendum.

V.

vi atque effectu.

Nec hoc modo concepta Capitulatio Imperatoris Potestatem ac Majestatem auget, sed potius limitat & restringit, nec tamen eam prorsus ita destruit, ut nudus ille maneat Minister ac Director, quemadmodum Bodinus, Hippolit. à Lapide acNovaturienses quidam perperam censent, sed cum promissio ipsius jurata in Capitulatione non tantum in Exercitium illorum jurium Majestatis, quæ in ista tanguntur ac describuntur, (præter quæ alia adhuc Majestatis Jura Imperator utique habet, quæ liberæ suæ dispositioni absque Statuum consensu exercenda reservat,) sed directo in ipsam quoque facultatem ea non nisi accedenteStatuumImp. consensu exercendi cadat, & sic ad rationem Imperii pertineat, Potestas summa illi soli absoluta in omnibus concessa dici nequit, quippe in cujus communionem quoad Jura in Capitulatione expressa Ordines Imperii simul admittuntur, qui hic una cum Imperatore proximum & adæquatum Majestatis subjectum quoad illa constituunt; quatenus autem Majestas pro summa Dignitate & externo splendore accipitur non tantum, sed etiam quatenus summæ potestatis nota est, in Juribus Imperatoris solius arbitrio Reservatis, eam soli Imperatori tanquam Capiti Imperii recte tribui, ultro largimur.

VI.

Capitulationes strictissimi Juris esse dicuntur, nec Imperator in aliquo necessitatis casu contra illam quid facere poterit, nisi negotium nullam plane moram admittat & salus Reipubl. in puncto quasi consistat. Regulariter enim omnia contra Capitulationem acta & suscepta ab ipso Imperatore in eadem annullantur ac irrita declarantur, depositioni tamen illius ob quamvis contraventionem locus minime est, cum clausula commissoria ei nullibi inserta.

VII.

Constitutionum Im-

Constitutiones Imperii Imperator solus condere & rursus abrogare nequit, sed Electores, Principes & alii Imperii Status per ma-

majora consentientes, cum eo causam Recessuum Efficientem constituunt, unius ergo vel alterius Statûs protestatio hic parum efficit, nec ullatenus attendenda: Legitime formatis & promulgatis Recessibus autem non minus Imperator & Status constituentes, vi conventionis, quam jure comitiorum destituti Imperii subditi immediati & mediati, vi Legis univers. obligantur omnes. Potest tamen quandoque Princeps in territorio suo statuta non modo Juri communi Romano Justinianeo, sed & Recessibus Imperii contraria condere.

perii efficiens causa; vis obligatoria.

Statuum Imperii legislatoria potestas contra Jus commune.

VIII.

Pax Profana & Religiosa tempore & Objecto quidem differunt, sibi ipsis tamen non adversantur, sed amice potius conspirant; Illius autem saluberrima constitutio Maximiliano I. Imper. ut Authori recte tribuitur, ceu qui unanimi Statuum Imp. consensu, proscripto prorsus inde Jure manuario, das Kolben- und Faust-Recht, cum maximo Reip. Patriæ damno hucusque exercito. Pacem publicam universalem æterna ac perpetua Lege in Comitiis Wormatiensibus anni 1495. sancivit & promulgavit, promulgatam tam ipse quam successores ejus in Imperio necessitate ita flagitante auxerunt & declararunt, atque in Capitulationibus *art.* 2. & Pace Westphalica *art.* 17. §. 4. 5. 6. 7. 8. confirmarunt. Præcipuos autem Pacis hujus articulos summa æquitate ac ratione fundatos quod attinet, illi ipsi, ut paucis multa dicamus, id volunt, ut tuta inter improbos sit innocentia, neve quis alteri vim inferat injustam, eumque bonis ac Juribus armata manu, factoque violento privet &c. Si contra quis fecerit, in pacem publicam deliquisse aut eam fregisse dicitur, & hinc de fracta pace publ. accusari potest, nec refert, an immediate vel mediate Imperio subjectus majorum aut minorum gentium, an mas vel fœmina sit, utrum pacem hanc frangens persona sit secularis vel Ecclesiastica, (modo hæc Imperio immediate sit subjecta,) an vera vel Mystica. Accusare vero possunt non modo læsi, & cognationis vinculo vel alias ipsis conjuncti, sed etiam alii quicunque, quin & Judæis quoque & extraneis in Imperio demorantibus, tranquillitatis turbatores, fractæ pacis publicæ accusandi facultas datur. Judex denique competens est Camera vel Judicium Aulicum vel Loci Ordinarius, & sic læso liberum relinquitur, utrum civiliter ad damna resarcienda restituendaque ab-

De Profana & Religiosa Pace.

ablata, an criminaliter ad Bannum aut pœnam pecuniariam, an ad utrumque simul agere velit.

IX.

Religiosæ Pacis, vi ac metu, fremant licet curiæ Romanæ assentatores, Carolo V. Imper. à Protestantibus neutiquam extortæ, neque per Concilium Tridentinum sublatæ, multo minus ex defectu consensus Pontificii ab initio irritæ, Effectus primarius consistit in libero Religionis alterutrius ex permisis exercitio, cujus non minima pars est Disciplina Ecclesiastica, ad quam itidem pertinet Suspensio Ecclesiasticæ Jurisdictionis Pontificis Rom. & Episcoporum Romano-Catholicorum, quam Principes & Status Imperii A. C. superioritatis & sic optimo Jure sibi iterum vindicarunt & receperunt. Prædicta enim suspensio ex postfacto iterum iterumque Pace Westph. confirmata, non negative modo, sed destructive & translative, i. e. pleno cum effectu facta intelligitur, quia in ipsa sanctione pragmatica Instrum. Pacis Westphal. *art.* 5. §. 48. disponitur, quod Jurisdictio Ecclesiastica intra terminos territorii cujusque Status A. C. addicti se continere h. e. exerceri debeat, à quo vero nisi à Domino territorii? Eoque ipso cuilibet A. C. Statui plena potestas asseritur, omnia, quæ ad sacra & religionem spectant ordinandi, Consistoria & Ministeria Ecclesiastica constituendi, verbi divini Ministros vocandi, & si doctrina aut moribus degenerant, removendi, de ritibus & Ceremoniis in cultu Divino observandis, aliisque quæ sacrorum jure continentur, disponendi ac Leges condendi, nec tam temporalis quam perpetua est, cum Pax Religiosa ex vera & seria eam constituentium voluntate mente & intentione durare, & sancte ac inviolabiliter ex omni parte observari debeat usque ad Christianam amicabilem compositionem discordantium religionum in Imperio receptarum, quæ certe nec cum Pontificiis, nec cum Reformatis unquam speranda, eaque haud secuta licet, nihilo tamen minus Pax Religiosa in omnibus suis punctis & articulis undequaque constans, firma & inconcussa, perpetuòque duratura Pax esse & permanere debet. R. J. de anno 1555. §. 25. *Instr. Pac. Westphal. art.* 5. §. 1. 14. Libertas autem illa Religionis, quæ dicta Constitutione concessa, ad Romano-Catholicam, Augustanam & Reformatam est restricta, & sic Pater Pontificiæ Religionis filium Lutheranæ Religioni se addicentem, vel contra, eo nomine exhæredare nequit;

nequit; præter has autem in Imperio permissas Religionem aliam Pacificatio hæc agnoscit minime, hinc reliquæ omnes plane excluduntur, adeoque qui ab una harum ad Anabaptistas, Arianos, Socinianos, Weigelianos, Quackeros aliosque ejus secis Sectarios posthac transierit, tolerandus non erit, poteritque contra talem reformandi jus nullo emigrandi Jure concesso rigorose exerceri. Sed si Dominus Territorii semel hujusmodi Sectarios, vel Judæos etiam receperit, contra illa pacta ab eo aut ejus successoribus illi non sunt gravandi, maxime si absque scandalo quiete & pacifice secundum Leges & statuta vivant.

X.

Et hæc alterutrius Religionis exercendæ facultas competit non modo Cæsari, (2) Regi Rom. sed & (3) omnibus & singulis Statibus & sic etiam Liberis Imperii Civitatibus, necessarium tamen non est, ut Senatus & Cives in Reformationem consentiant, sed ille solus etiam jus reformandi exercere absque consensu civium poterit, quippe qui Principis loco est, modo §. 31. Instrumenti Pacis Westphal. probe observet; nec non (4) Nobilibus Imperio immediate subjectis, & (5) ipsis civibus, vasallis, Landsassiis atque subditis mediatis, qui propter religionis mutationem, vigore Instrumenti Pacis nullo modo malè tractari, sed à Domini religione dissentientes hujus cultus exercitio destituti è territorio libere exire, nec inviti retineri queunt, nec ullum impedimentum iis inferri poterit, Dominus tamen Territorii subditos à Religione suâ dissentientes etiam invitos, ut emigrent, jubere potest, & sic emigrationem à parte subditorum, h. e. quatenus principium actionis ab his profluit, liberæ & spontaneæ voluntatis esse dicimus, ita, ut quandocunque ipsis libuerit, Domino volente vel nolente, iis emigrare liceat; à parte vero Domini, i. e. quandò principium actionis ab hoc profluit, dicimus, ipsum pro arbitrio & beneplacito subditis aliam à sua Religione amplexis emigrationem imperare posse, ipsos vero sine exceptione mandato Domini parere, familiamque suam, salvis §. 36. *artic.* 5. Instrum. Pac. beneficiis, alio transferre teneri, & sic emigrationem in horum persona hoc casu præcisæ necessitatis esse, quod tamen de illis tantum intelligendum, qui 1. Jan. ann. decret. 1624. liberum Religionis exercitium publicum aut privatum non habuerunt, subditis enim, qui anno 1624. publicum sive

vè privatum hujus aut illius Religionis exercitium habuerunt, *§. 31. art. 5. Instrum. Pac. W.* prospectum est, ut id etiam in posterum retineant, cum annexis, quatenus illud d. anno normativo exercuerunt; unde sequitur, quod si subditi Principatus aut Regionis alicujus anno 1624. A. C. exercitium publicum solitarium & exclusivum habuerunt, Dominus territorii ad Romano-Catholicam Religionem noviter transiens, aut religionem illam noviter vigore pactorum familiæ, aut per successionem, aut alium modum legitimum acquirens, exercitium suæ Religionis subditis invitis in territorium suum publice introducere, & vel nova templa extruere, vel in ipsorum templis cöexercitium concedere minime possit, alias enim subditis ejus A. C. addictis exercitium suæ Religionis solitarium & exclusivum non maneret, quatenus illo anno 1624. gavisi. Quod tamen non impedit, quo minus pro se & Aulæ suæ Ministris aliisve, qui idem cum ipso sentiunt, suæ Religionis exercitium in aula sua habere possit, cum hoc solum, si aliud non accedat, exercitio Religionis subditorum nihil præjudicet. Isthac autem Pace ipse etiam Imperator non secus ac aliis LLbus fundamentalibus obligatur, & si aliquem in Exercitio Religionis turbet, res ad comitia erit deferenda, alias in causa fractæ pacis Religiosæ Judex competens est tam Camera Imp. quam Senatus Aulicus, nihilque interest, sive litigantes mediate, an vero immediate Imperio sint subjecti. Rec. Imper. de anno 1555. *§. 13.* R. J. de anno 1566. *§. 6.*

XI.

De Pace Westphalicâ.

Pacificatio Osnabrugo-Monasteriensis, Palladium illud & arx Imperii inexpugnabilis, à cujus authoritate salus & tranquillitas Reipubl. dependet, merito fundamentum Pacis Noviomagensis, Rysvvicensis & novissimæ Rastado-Badensis constituitur, ipsa autem Constitutio recte solennis & perpetuo duratura conventio dicitur, imprimis quoad Imperatorem, Regem Galliæ & Sueciæ, quibus Imperator LL. præscribere nequit, quatenus vero concernit Imperatorem & Cives Imperii immediatos vim Legis fundamentalis, quoad subditos tamen mediatos rationem Legis proprie sic dictæ habet. Notandum autem (1.) quod in ipso Instrumento Pacis Westph. præ cæteris LL. fundamentalibus Imp. studiose legendo, cum plurium controversiarum duobus superioribus seculis exorta-

exortarum & agitatarum decisionem contineat, & Statibus Imperii suam libertatem & superioritatem territorialem indeque dependentia Jura Territorialia confirmet, occurrant, quæ partim salutaria, partim Reipublicæ nostræ, Protestantibus præprimis, admodum gravia sunt. (2.) quod Pontifex Rom. per Nuncium suum Fabium Chisium contra eandem acerbe, sed nulliter fuerit protestatus. Prioris generis quod maxime utile Imperio est, speciatim consistit in optima Religiosæ Pacis confirmatione, & certa eidem inserta sanctione, quæ exequendi modum & pœnam pacifragis determinatam concernit: Grave autem Imperio nostro, maxime autem Augustanæ Confessioni addictis, illud est, quod Reservatum Ecclesiasticum Religiosæ Paci invitis Protestantibus insertum, contra quod tam in ipso constitutionis actu, quam postea, quotiescunque & ubi occasio se obtulit, seriò protestati sunt, & tolli iterum voluerunt, Legisque publicæ vi, indole ac robore hinc plane destitui, fusius probavit Jacobus Lampadius, Consiliarius Brunsvvicensis, singulari tractatu sub ficto Scipionis Aretini nomine anno 1630. evulgato, in Instrumento Pacis per qualis qualis æqualitatis sanctionem *artic.* 5. §. 14. 15. confirmatum & obligatorium redditum videtur, quod tamen, si, quod res est, dicendum, Juri Divino, rectæ rationi, conscientiarum libertati oppido contrarium. Pontificis protestationem vero & Bullam Innocentii X. Pacis hujus annullatoriam, ineptiis pluribus scatentem, quod attinet, ea ut intumescens aquæ bulla mox evanuit, ipso Instrumento Pacis *artic.* 5. §. 1. verbis: ***non attenta cujusvis seu Ecclesiastici seu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore, interposita contradictione vel protestatione, qua omnes inanes & nibili vigore horum declarantur;*** add. *artic.* 17. §. 3. & stricturis ac animadversionibus Davidis Blondelli sub nomine Amandi Flaviani, Joh. Hornbeckii, Herm. Conringii & Carpzovii sub ficto nomine Ludovici de Montesperato editis, annullata ac prostrata; Hinc mirandum, quod eam ipse Imperator Ferd. III. per Nuncium Pontificis, Viennæ, publicis templorum valvis affigi permiserit.

XII.

De forma Imperii.

Capitalem illam Jurispubl. quæstionem: Quænam Imperii forma sit? ex supra dictis facile decidere licebit, dum Rempubl. nostram non nisi ex Monarchia & Aristocratia Mixtam agnoscimus, illam vero Feudum Pontificis, ac Imperatorem Augustissimum ejus vasal-

lum esse, dicere putidissimum est commentum, meliori Jure hic illum pro Vasallo haberet.

XIII.

Imperii Divisiones, una in Circulos, altera in Caput & Membra.

Sunt quidem unâ plures Imperii Divisiones, nos autem, brevitatis ergo, duas tantum notamus, quarum una, prudenti consilio in Circulos facta, Authorem habet Maximilianum I. Imp. altera vero sacratissimum Imperium in Caput & Membra dispescit, illud est Imperator, qui nullo Jure cum Limnæo *l.* 1. *c.* 10. *num.* 50. ex Disciplina Hippol. à Lapide *lib.* 1. *c.* 7. qua talis Vasallus Imperii dici potest, sed tanquam summus Princeps, qui nec ipsum constituentes pro superioribus agnoscit, ipsis potius præest, & ad Leges in Capitulatione definitas imperat, hæc, membra sic præcipua, sunt Status.

XIV.

De Imperatoris Electione;

Modus Imperatorem constituendi non est successio, sed Electio; Personæ eligentes sunt Electores tam Ecclesiastici quam seculares, qui ante impetratam ab Imperatore Investituram, ut & illi etiam ante Pontificis confirmationem, nec non Pallium obtentum, ad electionem convocandi & admittendi sunt. Jus autem convocandi neque Palatino soli, nec conjunctim cum Moguntino competit, sed hic ut Collegii Electoralis Decanus, jus hoc, non tantum ordinaria sed & extraordinaria Electione incidente, solus, & quidem sine Pontificis consensu exercet; In ipso autem Electionis actu necessarium non est, ut omnes & singuli in unum consentiant, licet votorum, quæ utique à singulis feruntur, publicationem & executionem non nisi major pars ut actum collegialem expediat. Persona eligenda, ut pauca quædam de illa tangamus, debet esse habilis, & sic (1) Vir, non fœmina, quippe quæ naturâ non ad imperandum, sed ad parendum nascuntur, & sceptri regulariter capaces non sunt, nisi Lege, consuetudine vel patrio more iis hoc concedatur. (2) Laicus, non Clericus, quod vero (3) Germanus præcise in Imperatorem sit eligendus, ex Aurea Bulla probari nequit, sed hoc potius ex inveterata consuetudine & observantia descendit; Alius denique (4) quam Catholicæ Religioni addictus, Lutheranus nempe vel Reformatus eligi omninò poterit.

XV.

XV.

Electionem sequitur Coronatio, quæ tamen plus solennitatis quam Juris habet, dum eâ Imperator non fit, sed potius declaratur: Triplex autem illa coronatio necessaria non est, sed Imperator etiam ante Coronationem Romanam recte utitur Titulo Imperatoris & Imperatoria potestate, nec hodie ad eam petendam amplius obstringitur; Et licet alias mundus duobus solibus regi nequeat, fieri tamen salva Imperii substantia potest, ut Imperatore adhuc vivo successor Regni designetur, & sic Electio Regis Rom. in genere spectata, cum utilitate Imperii non pugnat, nec per eam libera eligendi facultas coarctatur, proinde minime è re Imperii esse dici nequit; habet vero potestatem suam Rex Rom. non tantum ex delegatione Imperatoris, sed potius vi Electionis, imò eâdem Majestate gaudet, qua Imperator, sed in actu tantum primo, actus enim secundus tum ex conventione seu pacto Capitulationis, tum ex Observantia Imperii modum accipit.

Coronatione.

De Regis Rom. Electione.

XVI.

Effectus seu Jura, quæ noviter electus Imperator per Electionem consequitur, in tria revocantur capita: quædam enim Imperator solus, (2) quædam cum Electoribus, & (3) quædam cum Statuum Imperii consilio & consensu exercet: ea quæ solius Imperatoris sunt, dicuntur Reservata & quidem active non passive talia sunt, nec omnia Imperatoris Jura exhauriunt, quæ neque Capitulationibus plene describuntur, sed ex peculiari singulorum Majestatis Jurium consideratione investiganda veniunt; Inter reservata communiter refertur Jus circa Statuum Investituras, & Jus cognoscendi de Feudis Regalibus, hinc, exercitii gratia, illorum subscribimus sententiæ, qui dicunt: tempus petendæ renovationi Investituræ, Jure feudali Longobardico præscriptum, non minus in Feudis Imperii Regalibus, quam aliis, obtinere, sub pœna privationis feudi observandum. Investitura itidem feudi abusiva, non jus ad rem tantum, sed & jus in re investito tribuere nobis videtur. Cognitio autem de Feudis Imperii Regalibus inter vasallos Imperii non ad Austregas, nec quidem per reconventionem, neque ad Cameram, sed ad Imperatorem, cum Paribus Curiæ communicaturum, pertinet, & quidem non tantum in petitorio, sed etiam in possessorio, sede vero Imperiali vacante, etiam Vicarii de iis cognoscere possunt.

Imperatoris Jura.

Qq 3 XVII.

XVII.

De Imperii Membris.

Membra Imperii præcipua constituunt Status Imperii, qui male nudis Consiliariis comparantur, sed tanquam Imperii consortes Jus sessionis & suffragii in Comitiis habent, superioritate territoriali gaudentes, cujus vi, si non majorem, æqualem tamen fere potestatem in territoriis suis habent, qualem exercent Cæsares in Universo Imperio. Illud nihilo minus observandum: Non omne membrum, licet Imperio immediate sit subjectum, & Jurisdictione territoriali gaudeat, statim esse Statum, sic enim Nobiles Imperii Immediati non minimum repræsentant Imperii membrum, nec tamen Status sunt.

XVIII.

Delicti ab immediate Imperio subjecto in alterius immediati territorio commissi cognitio & animadversio non ad Dominum territorii, sed ad Imperatorem pertinet.

Illud denique, cum temporis & Instituti ratio ulterius progredi non patiatur, coronidis loco addimus: Delictum ab immediate Imperio subjecto in alterius immediati territorio commissum, non à territorii Domino coerceri posse, sed ejus cognitionem & animadversionem, ex Juris Publici Principiis & analogia, ad Imperatorem pertinere, ipsumque Jure sibi asserere, vi universalis Jurisdictionis in omnes Imperio immediate subjectos sibi competentis, in actionibus personalibus, quibus illi conveniuntur, inprimis exercendæ.

TANTVM.

DISPV-

DISPVTATIO XXXIII.

DE AVTORITATE PVBLICA *AD* PIGNORIS SEV HYPOTHECÆ PVBLICÆ CONSTITVTIONEM NECESSARIA.

SPECIMEN ACADEMICVM

EBERHARDI DRAING, Hamburgensis.
Supr. Curiæ Württemb. Advoc.

hab. ad d. 10. Martii. MDCCXVI.

SVMMARIA.

T*Hematis Objectum. §. I. Tractatio Thematis primùm per ἀρχὴν, generali hypotheca publica definitione præmissa; Ex qua sequitur I. quod hypotheca publica sola partium voluntate constitui nequeat. §. II. II. Quod publica hypotheca rite primum constituta, deinde per debiti solutionem vel alium modum extincta, rursus autem alii Creditori, verum sine Magistratus nova approbatione, constituta, non publica, sed privata tantum hypotheca naturam sortiatur. §. III. An idem & tunc, si primus debitor, constitutâ Creditori suo publicâ hypothecâ, in vicem sui deleget tertium, annexo pacto, quod in causa constituta hypotheca nihil debeat mutari? §. IV. III. Quod nec talis hypotheca, quæ privato Creditoris & Debitoris pla-*

placito conventa, seu jamjam plene & perfecte constituta, ex postfacto tantum à Magistratu in judicio confirmatur, naturam & effectus publici pignoris sortiatur. §. V. Quid, si IV. aliquis prædium suum locaverit, annexo pacto: Daß der *Conductor* wegen erweißlicher *Meliorationen* und vorgeschossener *Contribution* nicht einen Fuß breit aus dem vermietheten Guth zu weichen schuldig, sondern solches *in possessione* zu behalten befugt seyn soll; *eundemque contractum Dominus feudi confirmaverit, &, se in illum consentire, expressis verbis significaverit, an tunc Conductor jus habeat hypothecæ? Alii affines casus, remissive. §. VI. Quid V. si Creditor & Debitor inter se privatim conventam hypothecam, una cum contractu inter ipsos celebrato, toti Judicio seu Senatui Civitatis in loco Judicii insinuaturi, hoc specifice desiderent, ut solenniter hæc ipsorum desideria audiantur; Senatus vero duntaxat nonnullas privatas personas ad ipsos deputet ipsorum postulata coram percepturas, & ab his tum in judicio relatio facta fuerit, & Senatus, quod hæc ita constituta hypotheca per omnia jure publica hypotheca censeri debeat, in specie permiserit? §. VII. VI. Instrumentum debendi, licet à Magistratu confirmatum, si tamen in illo nullum pignus sit constitutum, hypothecam haudquaquam tribuit. §. VIII. VII. Nec publici nec jurati Notarii confirmatio hypothecam privato arbitrio conventam & absolute seu plenarie constitutam publicam reddere potest. §. IX. VIII. De Codicibus Mercatorum, an in illis constitutum Jus pignoris hypothecæ publicæ efficaciam habeat? §. X. IX. Tametsi mandatum à Debitore de rebus suis oppignorandis in publico Instrumento apud Acta judicii vel à Publico Notario confecto sit datum, si tamen deinceps, juxta tenorem istius mandati, Procurator hypothecam in privato tantum Instrumento constituat, hæc nec in vim publicæ nec quasi publicæ hypotheca subsistet. §. XI. X. Quid, si debitor creditori hypothecam in privato duntaxat Instrumento constituat, deinde vero illud coram Judice recognoscat, an hæc ipsa Recognitio Judicialis hujusmodi hypothecam ex se privatam convertat in publicam? Alia quæstio: Utrum sola Recognitio scripturæ privatæ, imo etiam solennis & publici Instrumenti, hypothecam, tametsi inter Contrahentes nihil unquam de illa actum sit, inducat? §. XII. Quid si XI. Instrumentum, in quo debitor creditori hypothecam constituit, non in loco judicii, & apud Acta confectum, sed tantum publico Civitatis sigillo munitum sit? §. XIII. XII. Coram Camera Domaniorum publicum pignus constitui nequit. §. XIV. XIII. Si debitor creditori apud acta judicii hoc saltem promiserit, quod ipsi hypothecam constituere velit, hoc ipso hypotheca non est constituta. §. XV. Quid si XIV. hypotheca quidem primitus, in loco judicii, & apud Judicem conventa legaliter inter partes contrahentes, verum, quantum ad publicæ Autoritatis interpositionem informiter & nulliter constituta,*

post

post aliquod tempus, ab eodem quidem Judice, verum non in ipso judicii loco, sigillo publico communiatur? §. XVI. Definitio thematis per thesin. Modus ad publica hypotheca constitutionem à Legibus, Statutis, vel Consuetudine præscriptus aut requisitus præcise observandus. Modus in Jure Lubecensi præscriptus. §. XVII - XIX. itemque Hamburgensi. De Statutis Reip. VVratislaviensis; Jure Saxon. Jure Provinciali VVürtemb. & aliis. §. XX. Ubi sic per Statuta hypotheca publica in Senatu vel judicio constitui & libro publico inferi jubetur, ipsam constitutionem & relationem in librum publicum præcedere debet causa cognitio. An Senatus vel Judicium, si easdem res coram se pluribus creditoribus oppignorari patiatur, cum tamen omnibus non sufficiant, posterioribus ad interesse teneatur? §. XXI. Inscriptio sive relatio hypotheca in librum publicum quomodo fiat? §. XXII. Ubi Statutis vel consuetudine loci non sit certa ejusmodi forma constituendi hypothecam publicam determinata, qua ibi vi Juris communis pro publicis habenda? §. XXIII. Recensitarum publicarum hypothecarum specierum effectus idem. §. XXIV.

Adsit Propitiator JESUS!

PROLOQUIUM.

DUrum telum Paupertas, durissimum, pauperem esse Debitorem! verissimum, & ipsa rerum omnium Magistra, Experientiâ, imo planè Evidentia comprobatum dicterium; cujus plures, quas insinuat, gravissimas sequelas magis, quam Rationes, qui paulò penitius videre anhelat, adeat Dn. Lauterb. *in præf. sua de beneficio competentia anno 1650. jam habita Inauguralis.* Ex quo omnia Divina, & non planè efferorum hominum Jura, ut Pauperum ratio atque commiseratio, tum quà alios in ipsos beneficos respectus, tum ut ipsis præprimis etiam mutuatitio nummo subveniatur, seriò & enixè inculcare videmus, & ab ipsorum cumprimis Sanctissimo nostro Salvatore in illo Lucæ: *Date mutuum nihil inde sperantes:* de quo tamen & similibus videantur, quæ sentiunt B. Dn. Cancell. Osiander in *th. explicat.*

VII. Prac. Balduin. de *casibus Conscientiæ lib.* 4. *c.* 3. Christoph. ab Hagen de *usu usurarum cap.* 4. *per integr.* Voetius ad *tit. π. de usur. §.* 4. Gutierrez *Pract. Quæst. lib.* 2. *Q.* 135. *n.* 1. B. Dn. D. Harpprecht de *Tacito pacto major. usur. remissor. ex solut. minor. præsumto §.* 4. Sed cum non solùm pauperes, sed & sæpè ditissimi mutuam capiant pecuniam, & hos inter creberrimè etiam rei mercatoriæ non minus gnarissimi, quam simul integerrimi & cautissimi Mercatores; tum & alii, in sublimi sæpè, imo planè sublimissimis dignitatibus positi, aliique quicunque Patresfamiliarum, vel pro suæ familiæ necessitate, vel majori, quam ex tali pecunia sperant, utilitate; alii etiam ut suo indè genio indulgeant, & in necem creditorum delicatè ex illorum sudoribus vivant; quocircà, ne vel aliquorum perfidia, & ingrata malitia, nihilo minus quandoque, quam talis pecuniæ redditionem bona fide faciendam, in animo habentium, vel ad incitas, præter omnem suam exspectationem, per varios novercantis fortunæ casus, redactorum inhabilitas, ad sortem, cum licito interusurio, creditori reddendam, Christianos & candidi pectoris creditores justissimè quæsitis facultatibus suis exuat, ab omni retrò antiquitate omnis generis Cautiones salutariter inventæ, & in omnem propemodum Rempubl. introductæ; eo fine hodienum plerubique frequentantur, ne & ipsos creditores idem illius Paupertatis telum ad eandem cum illis miseriam redigat. Cum verò inter istas Creditoribus præstandæ securitatis plurifarias species haud postrema sit illa, quam Publici Pignoris Autoritas præstat, quapropter à meo per omnem ætatem Venerando Parente, Dn. Paulo Draing, Suavissimæ meæ Patriæ Hamburgi Senatore, tum inter universos suos Cives & incolas æstumatissimo, tum per omnes gravissimæ suæ spartæ functiones, de omnibus & singulis meritissimo, mihi iterum benevolè concessum, hoc præsens de publica ad publici Pignoris Constitutionem præcise necessaria Autoritate selectissimum thema secundi speciminis loco publicæ trutinæ submittere. Hoc quidem sub Umbone Beati Dn. D. FERDINANDI CHRISTOPH. HARPPRECHTI, Præc. quondam mei Fidelissimi ad finem perducere mihi proposueram, qui precibus meis quoque benevolas præbuit aures, & statim ad elaborationem accessit. At verò Laudatus Dn. Præceptor jam inter Cœlites Glorians, dolorosissimo Podagræ morbo non tantum impeditus, sed & fato præventus, ideoque huic opellæ ultimam manum imponere

ponere non potuit. Ille confecta modo & absoluta anthithesi, cujus maximam partem lecto assidens ex Ipsius ore excepi, pedem figere coactus fuit: Ne verò Tanti Viri per Universam Europam Famigeratissimi cœptus labor planè intercideret, jam diu ex singulari non tantum erga Defunctum Dn. Præceptorem pietate, sed & omnium sacræ Themidos Cultorum favore, in lucem emittere mecum decrevi. Quod meum propositum cum præsenti Dn. Præsidi, Præceptori itidem meo ad cineres usque colendo, aperuissem, statim annuit, & thesin quam brevissimè fieri potuit, cum plurima fusius in ἄρσι jam exposita, paucis concinnavit Verbis. Ut autem egregium publicum & cum illo præprimis sese jugiter diffundens *Summi Numinis* Gloria ex hac publica & solenni dissertatione simul adaugeatur, benignissimè affulgeat Ipse Luminum Pater, & Triunus ab alto Justitiæ Præses!

I.

Thematis Objectum.

DE vario Pignoris & præcipuè publici significatu, itemque de aliis hic pariter prælibandis ut hic non pluscula præfaremur, tum communia DDrum, qui de Pignorum in Foro utilissima materia suas orbi erudito eruditas hinc inde meditationes pridem communicarunt, tum & illa quæ jam alibi B. Dn. Præceptor in *differt. de Pign. Publ.* à Commilitone quondam meo Dn. Obrechto defensa præoccupavit, à nobis facilè obtinuerunt. Et quum etiam illa, quæ, ex parte Debitoris & Creditoris, à Quo, & Cui tale pignus constituitur, ad ipsam hujusmodi Conventionem, qua id, quantum ad ipsos, in esse producitur, efficaciter celebrandam necessaria sunt, in eadem publica differt. satis constabilita videri possunt, quocirca his tribus B. L. præmonitum velimus, quod hoc peculiare thema, tum his, tum aliis omnibus sepositis, nihil aliud, quam solam Publicam Autoritatem, ad hunc ipsum effectum, ut Hypotheca inter partes conventa publici Pignoris efficaciam atque indolem induat, ab Ipsis præcisè requirendam & attribuendam, pro objecto agnoscat.

II.

Tractatio Thematis primum

Quid ergo ad hoc, ut Pignus hanc ipsam adjectitiam Qualitatem, nempe Publici Pignoris adipiscatur, necessarium sit? per

per ἄφεσιν, generali hypothecæ publicæ definitione præmissâ; Ex qua sequitur 1. quod hypotheca publica sola partium Voluntate constitui nequeat.

ἄφεσιν primùm sive remotionem, deinde etiam per θέσιν, sive positionem, paulò enucleatius investigaturi hanc omnium primò generalem præmittimus definitionem: Quod Publica Hypotheca à modo eandem constituendi sic dicta, hoc nomen non aliter mereatur, quam si illa, juxta Creditoris & Debitoris conventionem sive juxta privatum ipsorum pactum, apud Acta Judicii, sive publico Judicis, vel alterius Publicæ Personæ interventu, consensu, vel autoritate constituatur. Quibus consequens est, quod, *Primò* talis publica Hypotheca sola Partium Voluntate constitui nequeat; Verum etiam Autoritas Publicæ Personæ, regulariter talis, quæ vel ipsa Civili vel voluntaria Jurisdictione, vel saltem illius, à Magistratu, vel summo, vel alio, ad autorisandam Pignorum constitutionem, specialiter commissæ, Vicario Exercitio instructa sit, accedere debeat. Ut enim Hypotheca Publica dici mereatur, id non oritur ex sola Partium voluntate seu ex facto & pacto Debitoris & Creditoris, seu illorum, à Quo & Cui Pignus constituitur; sed ex Autoritate Personæ Publicæ, quæ non aliter, quam si negotium apud Acta Judicii, aliove in qualibet Civitate, vel Provincia, recepto Modo, decenter proferatur, eo quod quidem hoc in Partium arbitrio & potestate positum sit, utrum Publicam Hypothecam constitui velint; Verum Ipsæmet publicam efficere nequant; cum quod publicum est, potestatem singulorum seu Privatorum excedat notoriè, arg. *L.* 18. *§.* 1. *ff. de aqua pluv. arcenda:* neque aliter effectus Juris Publici oriatur, quam ex Magistratus vel Officialis ad hoc Autorisati voluntate & Decreto, nec non ex Actorum veritate & fide. Ex quo enim Acta Judicii valent, id non privatæ; sed publicæ voluntatis rectissimè dicit in rebus forensibus versatissimus Mevius in *P.* 7. *Dec.* 178. *n.* 5. *&* 12. *& notis ad utrumque eorum.* Joh. Schilterus in *Pr. for. Ex. ad ff.* 33. *§.* 7. *in fine:* ibi *Judicialis*, *id est*, *præter* Consensum Contrahentium, etiam Judicis approbatio & confirmatio accedat. Licet igitur expresso inter Creditorem & Debitorem Pacto convenerit, quod privatim inter ipsos condita Hypotheca perinde, ad omnes Juris effectus, haberi debeat, ac si toto Civitatis Senatu præsente, solennissimè instituta, & publico libro, dem Gerichts-Protocoll, oder Unterpfands-Buch, speciatim inserta esset,

set, talis conventio ipsi soli Debitori; (quippe qui generaliter nullam prorsus de hoc, quod privata tantum, & non publica hypotheca huic vel illi sit constituta Creditori, exceptionem objicere potest, ut in puncto Perillustr. Dnus L. Baro de Lyncker *Cent.* 10. *Dec.* 1931. *pag.* 411.) aliis verò creditoribus nihil penitus præjudicii creare poterit; Tum ex rationibus hucusque præmissis, tum ex illo celeberrimo Nostrorum dicterio, quod Privatorum pactis & factis Juri Publico, in publici Pignoris constitutione alia omnia requirenti, derogari non possit: *L.* 38. *ff. de Pact.* Tum ex eo, quod etiam Prætoris, vel alterius Magistratus factum juri nihil derogare queat. *L.* 1. *ff. §.* 1. *de fer.* Et dehinc licet Judex non Dycastas seu Scabinos, sed aliquot Privatas duntaxat Personas ad eum, qui vult apud Acta testari, sive Judiciale testamentum conficere, ablèget, seu deputet, inde ex certo hoc promisso, quod ipsius testamentum nihilominus perinde, ac si integro Senatu, in ipso judicii loco, præsente, atque ita vel maximè apud acta Judicii conditum esset, in vim judicialis seu apud Acta confecti testamenti subsistere debeat, tamen etiam hæc omnia nihil validitatis eidem concilient, per ea post Berlich. Carpzov. quæ differit B. Dn. Præc. D. Harppr. *in suo Conf.* 54. *n.* 137. Imo, quod ne tum quidem, si Hypotheca, privata tantum inter solum Debitorem & Creditorem inita conventione, condita fuerit, etiam si hæc in ipso Judicii loco seu in ædibus Curiæ & cum totus Senatus in eadem congregatus esset; verum tamen absque ullo Illius interventu vel autoritate, vel uno tantum alterove Dycasta instar Arbitratoris saltem interveniente, constituta probari queat, illa Publicæ Hypoth. naturam sortiatur, vel ex eo liquere potest, quod Locus Judicii, nec in aliis articulis, vel ad alios effectus, inter conventionum Roboramentum, seu vestimenta in LLbus referatur; & dehinc, sicut pactum in se nudum, & ad producendam actionem minus efficax, ex sola loci videlicet Judicii adjacentia hanc *ἐνέργειαν* haud consequitur; juxta eas quæ in terminis annexa sollicita resolutione apparenter adversantis *L.* 40. *§.* 1. *ff. de Pact.* docet Beatus Dnus Præc. de *transact. Judic. th.* 26. sic & talis hypotheca, ex solo loci publici adjuncto, vel unius aut alterius Jurati Scabini, vel Judicii Actuarii vel ipsiusmet Judicis Extrajudiciali præsentia, in vim publ. Hypoth. evalescere haut poterit; quo & facit *L.* 7. *Cod. de sent. & interloc.* verbis: *Nec vox omnis Judicis, judicati continet auctoritatem.*

III.

II. Quod publica Hypotheca ritè primùm constituta, deinde per debiti solutionem vel alium modum extincta, rursus a. alii Creditori, verum sine Magistratus nova approbatione, constituta, non publicæ, sed privatæ tantùm hypothecæ naturam sortiatur.

Secundò & hoc ex proximè præmissa regula efficitur, quodsi publica hypotheca semel ritè apud Acta Judicii constituta, deinde per debiti Solutionem, vel alium Modum illam iterum tollendi, ipso Jure extincta, ab eodem debitore, rursus alii Creditori, verum sine Magistr. nova approbatione, fuerit constituta, illa quidem subsistat, arg. *l.* 11. *§.* 1. *ff. de pign. act.* ibi: *si convenit, ut pignus repetatur.* verùm primordialem suam naturam haud recipiat; sed privatæ hypothecæ naturam, effectus & Jura sortiatur; cum haud dubie hypotheca non saltim per debiti solutionem, seu naturalem rei debitæ præstationem, sed & aliam quamlibet satisfactionem, ipso jure sublata, *L.* 5. *pr. & §. ult. L.* 6. *pr. & §.* 1. *L.* 13. *ff. quibus mod. Pign. solvitur. L. ult. Cod. de Luit. Pign. L.* 4. *ff. qui pot. in pign. L.* 8. *ff. de distr. Pign. L.* 9. *§.* 3. *ff. de pign. act.* Julius à Beyma ad *L.* 6. *§.* 1. *quibus mod. pignus solvitur.* Mercurialis Merlius in *tr. de pign. & hypoth. lib.* 5. *Tit. I. Q.* 1. Lauterbach in *Coll. ff. ad Tit. quibus mod. Pignus solvitur*, *th.* 2. *& sqq.* Huberus *eod. tit.* §. 1. *&* 2. non magis privato Debitoris arbitrio, in vim publicæ Hypothecæ, Secundo, seu alii, quam Primo Creditori, obstringi valeat. Cum hoc quidem semper à privato contrahentium arbitratu dependeat, utrum publicam Ipsi Hypothecam constitui velint; Verum publicam Ipsi, nec primam facere, nec semel factam seu constitutam, sed rursus extinctam restituere valeant, quod in terminantibus concludente exemplo & Ampl. Facult. Jurid. præjudicio illustratum videre est apud B. Dn. D. Harpprecht. in *Resp.* 92. *n.* 50. *& sqq.* ubi ita in puncto: Nachdem der Junck des Michael Kleinen von Ehingen Tochter, umb Ihre Funfftzig Gulden satisfaction gegeben, und diesen Gild-Brieff wieder von sich gelöst, so ist die dafür eingesetzte Hypothec hierdurch gäntzlich erloschen, vide *text. expr. in L.* 6. *pr.* ibi: *liberatur pignus, si vel solutum est debitum, vel eo nomine satisfactum. ff. quibus mod. pign. s. Hypoth. solvitur. L.* 13. *§.* 2. *ff. de pign.* Franzkius ad *tit. quib. mod. pign. solv. num.* 9. *cum seqq.* optimè Voetius ad *eund. tit. §.* 2. Wannenhero der Junck zwar durch die neue mit dem Hayden getroffene Convention wohl dieses firmiter & validè thun können, daß diese zuvor des Kleinen Tochter versetzt gewesene Unterpfänder hinführo sein des Hayden Hypothec seyn sollen, dieses aber, daß dieselbige

Ihre

Ihre vorige Natur wiederum an sich nehmen, und eine publica Hypotheca auf denselben hafften solle, das ist in seiner Macht nicht gestanden. 2c.

IV.

Sed an idem & tunc, si primus debitor v. c. Christianus, constituta Creditori suo, Maximiliano, publ. Hypoth. in vicem sui deleget Carolum, annexo expresso & specifico Pacto, quod in causâ jam jam Illi primo Creditori suo, Maximiliano, cui Ipsi hunc alium, in locum sui, nempe Carolum delegat, Constitutæ Hypothecæ nihil debeat mutari, daß mit denen allschon dem Creditori Maximiliano vor der ordentlichen Obrigkeit, oder ganzen Gericht, eingesetzten Unterpfändern Alles in statu quo oder ganz ungeändert gelassen werden solle; dergestalten, daß die von dem Ersten und bißherigen Schuldner Christiano, Ihme Maximiliano, publica Autoritate verhafftete Güther fürthers hin auch für den Ihm delegirten Neuen Schuldner Carolum eodem jure verhafftet seyn sollen, dicendum veniat? utilissimè hic subnectitur: Et cum hactenus etiam veræ & voluntariæ novationis quædam species interveniat, quæ vulgò sub nomine delegationis venit, *L.* 11. *& t. t. de Nov. & Deleg.* quocirca & hactenus pariforme judicium videbatur ferendum; per *reg. L.* 32. *ad L. Aq.* juncta *L.* 11. *§.* 1. *ff. de pign. act. L.* 18. *ff. de Novat. & L. fin. Cod. eod.* Merc. Merlinus de *Pign. L.* 5. *tit.* 1. *Q.* 30. *n.* 1. Sed ut hactenus diversam sententiam præferamus, exigit, Primò, notabilis hanc in rem text. *dicta L.* 11. *§.* 1. *ibi Novata debiti obligatio Pignus peremit, nisi convenit, ut Pignus repetatur. ff. de pign. act.* ubi vid. Brunnem. *num.* 2. junctis illis quæ tradit Ant. Negusantius *in tr. de Pign. & H. membr.* 3. *Part.* 6. *num.* 7. *Gail. L.* 2. *Obs.* 30 *num.* 10. Mynsing. *Cent.* 1. *obs.* 95. Schifferdecker *ad Ant. Fabr. lib.* 3. *tr.* 23. *Q.* 23. Struv. *Exerc. ad π* 46. *§.* 60. *ibique* Müll. *in* addit. *ad lit. z.* Wissenbach *ad ff. tit. de Nov. §.* 7. ubi dicunt, quod vi hujusmodi Pacti etiam retineatur Prioritas temporis secundum priorem seu primam factam pignoris constitutionem, ità nempè, ut eadem illa prærogativa, quæ primum constitutæ Hypoth. competiit, etiam tali specifico Pacto repetitæ similiter competat. Id quod etiam satis disertè corroborat *lex Unica*

An idem & tunc, si primus debitor, constitutâ Creditori suo publicâ hypothecâ, in vicem sui deleget tertium, annexo Pacto, quod in causa constitutæ hypothecæ nihil debeat mutari?

ea in verb. *Pignus intercidit, si, novatione facta, in alium jus obligationis transtulisti*, nec, ut ea res pignoris nomine teneretur, tibi cautum est. Quodsi pactum *inter Te, eumque, qui postea Dominus fundi constitutus novam obligat. susceperat, intercessit, ut idem fundus Tibi pignoris nomine teneretur, pignoris habes persecutionem. Cod. etiam ob chirograph. pec. pign. teneri posse.* addatur *L. 3. pr. ff. q. pot. in pign. habentur.* quem & ipsum elegantem pro hac decisione textum collaudat laudatus Gail. *d. num.* 10. ubi etiam addit, quod juxta eundem Augusta Imperii Camera judicaverit; si igitur ordo Prælationis in ejusmodi pignore, non obstante interposita Novatione, seu delegatione, in suo valore, vi dicti pacti nihilominus persistit; quid ni etiam hanc publici Pignoris Qualitatem, ei semel efficaciter & legaliter imprægnatam, vigore ejusdem pacti, illibatam conservari, nobis liceat asserere? Si enim, 2do, etiam alias pacta reservatoria hanc omninò singularem habent indolem, ut non saltim, absque ulla alia quasi traditione, Servitutes prædiales & personales, per illa, constitui, in re vendita *Hypotheca*, imo etiam in prædiis Minorennium, adhuc emtori venditis, absque ullo Magistratus interventu, vel Decreto, Hypotheca constitui; Verum etiam Rerum, quæ ex venditionis, vel alia quacunque Dominii translativa causa alicui traduntur, Dominium, per illa, potentissime reservari potest, per ea quæ legimus *in L. 33. pr. ff. de Serv. P. R. L. 41. pr. de R. V. L. 32. de Usufr. L. ult. Cod. de Pact. int. Emt. & Vend.* Dn. Lauterb. *in tr. Synopt. tit. de L. Comm. §. 1. num. 9.* Quid obstat, quo minus etiam in casu talis Novat. vel deleg. per consimile pactum, priorum Jurium reservatorium, seu in specie jamjam legaliter constitutæ Publicæ Hypothecæ Reservativum, horum Jurium Extinctio efficaciter præcludatur. Quo & oppidò facit, quæ insimili operosius tradit B. Dnus Præc. in *P. 2. tract. acad. de success.* & in ipsis terminis ex Surdo, Menochio, Pacifico, Rota Romana, Mercur. Merlinus *dict. Q. 30. num. 22.* verbis: *sufficit, ut in nova conventione facta fuerit* reservatio jurium antiquorum, *quia* excluditur Extinctio Hypothecarum præcedentium, post Heringium, Mev. *P. 3. Dec. 338. num. 7.* ubi pariter dicit, quod reservatio remedium sit hypothecam conservandi. Quibus addimus, quod hæc ipsa hypotheca, quam primordialis Debitor,

bitor suo Creditori publica Autoritate pro seipso constituit, per alterius debitoris delegationem, nullam aliam, quam hanc solam mutationem patiatur, quod, cum primus ille Debitor eam suo Creditori Maximiliano pro semetipso seu in propriam debiti securitatem constituisset, illam semel legitimè seu publicè constitutam, mediante tali pacto, in posterum tantum pro eodem illo debito, quod ipse contraxit, sed modò cum consensu sui hactenus Creditoris, in alium devolvit, (prout constat, quod quilibet, etiam pro debito in totum alieno, ad omnes effectus, sua bona obligandi licentiam habeat. *L. 5. in f. ff. de pign.* B. Dn. Lauterb. *in tract. synopt. de pig. seu hypoth. §. 9. num.* 46.) in eodem planè statu & quod (4to) non minus hujus decisionis æquitatem adauget, absque ullo aliorum, quos habet Christianus, creditorum dispendio, in præcipuum Maximiliani favorem, inconcussum conservet: de his & aliis in *Praxi for. utiliss. quæst.* plura videre est apud B. Dn. Præc. D. Harppr. *in Resp.* 93. *num.* 7. *& seqq.* Ferdin. Arias de Mesa *variarum Resol. L.* 1. *c.* 18. *per tot.*

V.

Tertio & hoc ex præmissis efficitur, quod nec talis hypotheca, quæ privato Creditoris & Debitoris placito conventa, seu jamjam plenè & perfectè constituta, ex postfacto tantum à Magistr. in judicio confirmatur, naturam & effectus publici pignoris sortiatur ac habeat. Eo quod in hujusmodi confirmatione hypothecæ ex se duntaxat privatæ non adsit ratio publici pignoris inductiva, quæ in ipsa illius constitutione ab Autoritate publicorum Judicii Actorum dependet, quibus solis hoc datum, ut coram illis gestum publicum fiat, id quod de sola Magistratus confirmatione dici non potest, quippe quæ ex postfacto demum superveniens Actum ipsum non facit; sed jamdum factum duntaxat corroborat. Et cum utcunque talis saltem subsequens confirmatio, nec contrà Tertium, cui jam anteà privata Hypotheca constituta, & jus prioritatis exindè quæsitum, æquè ac Acta publica fidem conciliet; nec in Tertii præjudicium retrotrahi valeat, advertente Wesenbecio *vol.* 1. *cons.* 1. *num.* 163. post Bartolum, Dynum, & Corneum, Barbosa *L.* 3. *c.* 46. *axiom.* 1. neque novi quid conferat, *c.* 6. *§. porrò. X. de fide Instrum.* adeoque nec pignoris ex se privati qualitatem mutare, idque in

III. Quod nec talis hypotheca, quæ privato Creditoris & Debitoris placito conventa, seu jamjam plene & perfecte constituta, ex postfacto tantum à Magistr. in judicio confirmatur, naturam & effectus publici pignoris sortiatur.

n præjudicium aliorum creditorum, nec citatorum, nec auditorum, qui quidem & ipsi tantum privatas, verum tempore priores hypothecas jam habent, in publicum pignus transfundere valeat, per ea, quæ tradit laudatus Barbosa & Joh. Otto Tabor *d. c.* 46. *ax.* 2. ubi vide quæ habet Gail. *L.* 2. *O.* 1. *num.* 18. tandemque per talem confirmationem non nunc demum pignus constituatur, ubi apud Acta Judicii contrahitur, sed privatim jam contractum per illam, tantùm in suo genere, inter ipsos contrahentes, tale robur accipiat, ut ipsos ad arctiorem observantiam adstringat & eatenus validius efficiatur, non verò in damnum aliorum anterius. Si enim & hunc tali confirmationi effectum certe maximum adscribere vellemus, quantæ felicitatis hoc quæso foret, & cum quanta aliorum injuria conjunctum, si illi qui pignora privata tantum confirmari curantes, illa hoc ipso publica possent efficere? id quod multos sanè nescios & inauditos suo jure, contra jura, naturalia non minus quam civilia, & præcipuè contra illam sollicitam sanctionem, quam ferè in terminis nobis exhibet *L.* 2. verbis: *Vel quem alium in fraudem Creditorum præponat. L.* 10. *§.* 13. ibi: *Sed in vetus creditum pignus acceperit. ff. quæ in fraud. cred.* de qua videsis Brunn. *num.* 19. & ab illo laudatum Joh. à Sande in *Dec. Fris. L.* 3. *tit.* 13. *Def.* 1. ubi istas duas leges in specie de illis Creditoribus explicant, qui privatas duntaxat hypothecas habentes, ex quo debitorum insolventiam rescìscunt, publicam sibi hypothecam constitui curant, damnosissimè exueret, prout optimè anno 1659. die 17. Jun. supremum Wismariense Tribunal judicasse recenset Meritissimus illius Vice-Præses Mev. *P.* 7. *Dec.* 232. add. *P.* 8. *Dec.* 139. *num.* 2. *&* 3.

VI.

Quid, si IV. aliquis prædium suum locaverit, annexò pacto: Daß der Conductor wegen erweißlicher

Affinis his, *quartò*, est hic notabilis articulus. A. U. M. suum prædium R. locavit ad triennium R. M. annexo hoc pacto: Daß der Conductor wegen erweißlicher Meliorationen und vorgeschossener Contribution nicht einen Fuß breit aus dem vermietheten Gutb zu weichen schuldig/ sondern solches in possessione zu behalten befugt seyn soll. Eundem contractum cum Dominus feudi non solum confirmasset; verum etiam expressis, se in illum consentire, verbis significasset, quæsitum fuit: An Conductor in isto feudali prædio jus habeat hypothecæ? B. Brunnemann. cum suis in Francovadana

dana Collegis in affirmativam ex eo concessit, quia ipsa modo relata verba ad constitutionem hypothecæ sufficiant, per tradita Mozzii in *tr. de contr. tit. de substantialibus pign. n. 9.* & Ant. Fabri in *Cod. Sabaudico L. 8. tit. 7. Def. 7. num. 5.* & tametsi 2do non Domini consensus, sed duntaxat illius Confirmatio adesse videri queat, re ipsa tamen verus ipsius consensus, ex eo, rectè adesse dicitur, quia Dominus non solum contractum ipsum, pactumque eidem adjectum confirmaverit, sed & se consentire, expresse adjecerit, ita Dn. Brunnem. *Cent. 2. Dec. 45.* quam decisionem suo quoque suffragio Dominos Antecessores Giessenses comprobasse, refert Dominus Hertius *in suis opusculis tomo 3. Diss. de pign. convent. tacito §. 11.* sed si liberè veritatem in libera Republica dicere fas est, & vel maximè decet, nobis ista decisio religiosissimi JCti, & ejusdem Assectarum minus tuta videtur, & per dictum pactum, ejusdemque à Domino feudi factam confirmationem, nulla prorsus Hypotheca, nedum publica, constituta intelligi potest. Tum (1.) ex eo, quia ipse nativus istorum verborum: **Daß, wenn der Beständer einige melioramenta im Guth gemacht, oder Contributiones vor dasselbige bezahlt zu haben erweisen könne; Er nicht eines Fusses breit aus demselbigen zu weichen schuldig sey; sondern solches in possessione zu behalten befugt wäre:** significatus nihil aliud importat, quam solum Jus retentionis, ut inprimis patescit ex istis: **Aus dem Guth nicht zu weichen/ und dasselbe in possessione zu behalten;** juncta definitione retentionis, exhibita in Diss. Laut. *de retentione th. 2. in fine.* ibi: *Quo Creditores res Debitoris* apud se existentes tamdiu retinent, donec illis de credito satisfactum. Tum (2.) ex hoc, quod hypotheca conventionalis nunquam sine expressa conventione constituatur, licet illud rarissime ex conventione exerceri advertat B. D. Lauterb. in *d. Diss. th. 25. vid. L. 1. pr. & §. 1. ff. de pignorat. act. L. 23. ff. de R. J. L. 4. ff. de P. & Hypoth. L. 44. §. 5. ff. de usurp. & usuc.* vel, si mavis, non aliter, quam si constet de mente pignus constituentis, quod Hypothecam Creditori constituere & res suas in debiti securitatem obligatas esse velit, *d. L. 4. ff. de pign. & hypoth.* addatur omninò *L. 17. C. eod.* in verbis: *Nisi specialiter vel generaliter Tibi prædium obligaverit, tua pecunia numeratio in causam pignoris non deduxit, sanè personali actione debitum petere non prohiberis. L. 3.* ibi: *non aliter* nisi convenerit, *ut sibi eadem res esset obligata. ff. quæ res pign.* Jac. Otto Tabor. *Relat. Argent. 60. num. 4.*

Meliorationen und vorgeschossener Contribution nicht einen Fuß breit aus dem vermietheten Guth zu weichen schuldig, sondern solches in possessione zu behalten befugt seyn soll; eundemque contractum Dominus feudi confirmaverit, &. se in illum consentire, expressis verbis significaverit, an] tunc Conductor jus habeat hypothecæ?

num. 4. Lauterb. *in tract. synopt. de Pign. sive Hyp.* §. 6. *num.* 32. Mudæus ad *tit. Pand. de pign. rubr. quomodo hypoth. constituatur. num.* 17. Tum & (3.) ex hac præcipuè ratione, quod, quemadmodum inclusio unius regulariter alterius exclusio est, *L.* 12. *ff. de jud. L.* 21. *C. de Proc.* latè Tabor & Barbosa in *axiom. voc. Inclusio. ax.* 2. & pariter concessio duntaxat unius est alterius exclusio & denegatio, per congesta eorundem *voc. concessio. axiom.* 12. ita, cum in proposito pactum de exercendo solo retentionis jure, aus dem Guth nicht zu weichen/ sondern die Possession zu behalten, conventum fuerit, & contra de jure hypothecæ nihil penitus adjectum: Illa verò sent. Molignati in *tr. de retent. Q.* 117. & Medices *tr. de compensat. P.* 2. *Q.* 16. *num.* 13. quod retentio absque pignore non possit subsistere, ipsa planè non subsistat, sed exactè hoc profligetur in *L.* 1. verb. *Etiamsi res* Pignoris jure teneri *non possit, quæ nunquam pignori sit data, nihilominus tamen* per exceptionem retentionis *rem teneri posse. ff. de pign. & hypoth.* add. *L.* 1. *Cod. si res aliena pign. data. L.* 15. §. *fin. ff. de furt. L.* 33. *L.* 51. *ff. de condict. indeb. L.* 21. *ff. ad SCt. Trebellian.* Cum retentio longè latius pateat, quam hypotheca, & in plurimis casibus, ubi nulla expressa vel tacita hypotheca concurrit, nihilominus competat, advertente Carpzovio *J. For. P.* 2. *C.* 22. *num.* 4. Vinc. Carocio *tr. de except. contra excuss. except.* 133. *num.* 28. Ant. Fabro in *Ration. ad L.* 25. *de Proc. & in Cod. Sab. L.* 5. *tit.* 34. *Def. un. num.* 2. Mev. §. 5. *Dec.* 133. *n.* 7. & B. Dn. Lauterb. *de Retent. th.* 19. Tum & (4.) ex eo, quod quidem hæc pacta, quod si debitor non solvat, creditor bona debitoris vendendi, vel illa propria Autoritate ingrediendi, facultatem habere debeat, ad hypothecæ constitutionem sufficiant; de quibus etiam hoc solitariè adstruitur à Mozzio & Fabro, locis supra adductis, sed quod etiam illud pactum, quod conductor donec sibi de solutis & melioramentis plenè fuerit satisfactum, in fundo & ejus possessione manere debeat, præter retentionem porrò etiam Hypothecæ constitutionem involvat & implicet, hoc equidem ex proprio & nativo istorum verborum sensu extendi haud poterit, longè siquidem major & latius patens est ista facultas; quod creditor in casu non subsequentis solutionis debeat habere potestatem, Bona sui debitoris propria Autoritate ingrediendi, quam hæc altera, quod Conductor, pro suis expositis, donec hæc refundantur, in possessione manere debeat; cum hæc quidem Conductorem in nuda sua, quæ sola notoriè

conductoribus competit, *L.* 30. §. 6. *ff. de acq. vel amitt. possess.* *L.* 37. *eod.* §. 5. *Inst. de interd. L.* 1. §. 9. & 10. *de Vi & Vi* 31. §. 3. *de usurp.* Detentione defensum velit; sed illa hoc dum potestas creditori datur, Bona sui Debitoris propter de- non solutum propria Autoritate ingrediendi, (jung. iò Joh. Harpprechtus ad §. 4. *num.* 226. *Inst. quibus mod. re itur.*) simul etiam Effectus exinde fluentes, ut videlicet Cre- illa non solum retinere, verum etiam distrahere, & sibi ex exinde redacto, pro debita sorte & usuris, satisfacere, tum in casu excitati concursus, aliis Creditoribus Hypothecariis, re posterioribus, imò si hypotheca, hoc ipso sub pacto, apud idicii sit constituta, etiam anterioribus, privatas duntaxat hecas habentibus, præferri mereatur, ei pariat & adjiciat. nim Creditori hæc tota facultas utplurimum in casum ces- satisfactionis indulgeri consueverit; in hoc ipso verò cum ori hæc omnia notoriè competant; quare rectè hoc pactum ad inducendam pignoris constitutionem sufficere defi- Hincque ita in puncto Perillustr. L. B. de Lyncker: Ob- runnem. *II. Decis.* 45. dafür hält, *quod Clausula*: Soll eher ub zu räumen nicht schuldig seyn, biß er bezahlet worden, eine hecam inducire. So wird doch solches aus denen von ihm Autoribus nicht erwiesen. *Imo nihil aliud inde, quam* Reten- *petere potest; quæ verò* Ius Reale *non inducit, quamvis* judicia- onfirmatus *sit contractus. Ita* im Rothfeldischen *Concurs* nach enstein in Nov. 1689. *in Dec. cent.* 5. *Dec.* 425. De aliis affinibus casibus, primò hoc, si convenerit; Damit aber es von Peter vor solch Geld versichert, hat er ihm dem es sein Häußlein eingeraumet, dasselbe einzuheben, und zu besi- i Johannes alles seines vorgestreckten Geldes wiederum begnü- bezahlet. Secundò hoc, si fidejussor per sent. Jud. pro Reo ili solvere jubeatur, adjecta clausula: Das er nach beschehe- zahlung sich an seines Schuldners Güther so langehalten i ihm seine Pfenninge wieder entrichtet. Conferantur quæ Hert. in *d. Disp.* §. 10. & 12.

Alii affines casus remissive.

VII.

Quid V. si Creditor & Debitor inter se privatim conventam hypothecam, una cum contractu inter ipsos celebrato, toti judicio seu Senatui Civitatis in loco Judicii insinuaturi, hoc specifice desiderent, ut solenniter hæc ipsorum desideria audiantur; Senatus vero duntaxat nonnullas privatas Personas ad ipsos deputet, ipsorum postulata coram percepturas, & ab his tum in judicio relatio facta fuerit, & Senatus, quod hæc ita constituta hypotheca

Quinto etiam illud his præmittendum, quod si Creditor & Debitor inter sese privatim conventam hypothecam, una cum contractu inter ipsos celebrato, Toti Judicio seu Senatui Civitatis in loco Judicii insinuaturi, hoc specificè desiderent, ut solenniter hæc ipsorum desideria audiantur; Senatus verò nequidem aliquot Assessores vel Dycastas, sed duntaxat nonnullas privatas Personas ad ipsos deputet, ipsorum postulata, ex ore ipsorum, coram percepturas, hoc licet secuto, & ab his in judicio facta relatione, tamen hæc hypotheca pro judiciali, seu in loco judicii, & coram Senatu constituta hypotheca considerari vix posse videtur, etiam si Senatus hoc in specie permiserit, quod illa per omnia jure publicæ hypothecæ censeri debeat, *per reg. L.* 1. *§.* 1. ibi: *Nec enim factum Prætoris juri derogare potest*, illis vulgò scribentes *ff. de feriis L.* 15. *ad Municip.* Si enim nec tale supremum elogium, quod ipse testator, in loco Judicii, ipse animo & corpore præsens, legitimo modo ordinaturus, à judice jussus, ut illud tantum coram aliquot privatis, à Senatu ad hoc specialiter deputatis, conficere debeat, annexa specifica promissione, quod illud perinde, ac si toto Senatu in ipso Judicii loco præsente, & ipso similiter præsente, confectum esset, in vim judicialis testamenti valere debeat, hunc ipsum effectum sortiri potest, prout in individuo ita conditum testamentum reprobandum censuerunt Dn. Lips. apud Berl. *Dec.* 94. ubi latè in hunc ipsum articulum inquirit, ut & apud Carpz. *P.* 3. *C.* 3. *D.* 24. ubi elegans eorundem præjudicium exhibet. Quibus adde sis quæ eidem sententiæ subscribendo commentatur B. Dn. Lauterb. de *test. jud. th.* 4. Richter *Dec.* 48. *n.* 8. Mevius ad *Jus Lub. Part.* 2. *tit.* 1. *art.* 2. *n.* 92. B. Dn. Præc. D. Harppr. in *Cons.* 54. *num.* 137. Sanè etiam de taliter constituta hypotheca, militante rationis identitate, idem etiam judicium ferendum videtur, arg. *L.* 10. *& seqq. de LLbus. L.* 32. *ad L. Aq.* Verumtamen pressius hunc articulum expendentibus hæc ipsa, quam proximè adduximus, ratio diversum ex eo suadere videtur, quod in quolibet testamento, etiam Principi oblato, & apud acta judicii confecto (quicquid regerat Tabor de *test. Princ. obl. c.* 2. *§.* 15. *& c.* 50. *§.* 10. & B. Dn. Stryk. in *annot. ad Schütz-Lauterb. L.* 28. *tit.* 1. *p.* 699. *ad verb. Procuratorem.*) ipsius testatoris præcisa præsentia in actu illius insinuationis requiritur, per latissimè stabilita à B. Dn. Præc. D. Harppr. in

d. Cons.

d. Conf. 54. per tot. Ut proinde coram aliis, quam judicii Assessoribus constitui non possit. Verum cum ad Hypothecæ Judicialis constitutionem, ut & aliam contractuum insinuationem hujusmodi præcisa Ipsius Debitoris & Creditoris comparitio in Persona nec in jure communi, nec locorum statutis, quantum quidem nobis constat, ceu præcise necessarium requisitum exigatur; sed & per alios intermedios fide dignos æquè facilè expediri queat. His convenienter nobis magis videtur, quod si Debitor & Creditor sui animi sententiam de hypotheca apud Acta judicii constituenda Magistratui ipsimet jamjam manifestaverint, & deinde tantum coram privatis aliquot ab Illo ad ipsos specialiter deputatis, tum constitutionem contractûs, pro quo hypotheca constituenda, tum & suam voluntatem de ipsa Hypotheca, quam velint constituere, speciatim enumerent, & in pleno Senatu referenda committant, cum rogatione, ut hæc ipsa Hypotheca Actis publicis inferatur, his omnibus subsequentibus illa valide constituta intelligi debeat, ad omnes, quos publica in jure habet hypotheca effectus: per ea quæ etiam de talis hypothecæ constitutione, per Procuratoris vel aliam etiam Personam intermediam facienda, nobiliter tradit Dn. D. Stryk *in U. M. ff. de Pign. & Hypoth. §. 13. in* Ibi: *Judici perindè sit, sive ipse debitor in propria persona, sive alius ›s Mandator confirmationem expetat.*

per omnia jure publicæ hypothecæ conferri debeat, in specie permiserit?

VIII.

Illud ferè supervacuum ducimus monere, quod licet, *Sexto,* ſtrumentum debendi seu obligatorium à Magistratu fuerit nfirmatum, si tamen in illo nullum pignus expresse constium sit, Confirmatio hæc sola in genere ad pignoris constitu- ιem haudquaquam sufficiat; nedum ad pignoris judicialis, hter. de *Priv. cred. c. 4. Sect. 2. num. 126.* ubi addit præjudicia nnem. de *proc. Concurs. cred. c. 5. §. 45.* & Illustris Dn. Stryk. in *tam. ad Comp. Schüzio-Lauterb. tit. de Pign.* ad verb. *Publica.* ibi: *'o hypothecam contineat:* nam sola scriptura publica, aut confiro Judicis hypothecam non tribuit. Qua eadem ratione, si ι pendente processu edictali, liberis Debitoris, qui bonis cesb Hospitali, vel quo alio pio corpore, alimenta ad jussum ri..rum præstita fuerint, tamen ipsum hunc jussum ad statuıdum jus publicæ hypothecæ & prælationis haudquaquam suf- , notabiliter Illustris Juridica Illustrissimæ hujus Eberhardinæ

VI. Instrumentum debendi, licet à Magistratu confirmatum, si tamen in illo nullum pignus sit constitutum, hypothecam haudquaquam tribuit.

Facul-

Facultas resp. apud B. Dn. Præc. D. Harppr. in *Vol. Novo*, *Consil.* 69. *n.* 169. *& multis sqq. ubi n.* 184. *& sq.* ita in specie de tali hypotheca: Warwider auch dieses, daß ein Löblicher Magistrat Ihres Hoßpithals-Pflegern die Erlaubnuß gegeben, zu der Cramerin und Ihres Kindes sustentation die Nothwendigkeit herzulehhen, nichts zu würcken vermag, wohlerwogen, daß ein solcher Jussus Superiorum ad statuminandum jus Hypothecæ vel prælationis nicht genug ist, arg. eorum quæ passim DDres etiam de pignoris judicialis, itemque prætorii constitutione tradunt ex *& ad L.* 26. *§.* 1. *de pign. act. L.* 2. *Cod. L.* 10. *ff. qui pot. in pign.* ex Brunnem. & Richter, Gosvvinus ab Esbach in *addit. ad Carpz. J. F. P.* 1. *C.* 28. *Dec.* 129. Julius à Beyma ad *tit. Cod. de pign. act. & ad tit. si in causa Judicati. eod.* B. D. Lauterb. in *tr. Synopt. de pign. s. Hypoth. §.* 3. *num.* 11. *&* 12.

IX.

VII. Nec publici nec jurati Notarii confirmatio hypothecam privato arbitrio conventam & absolute seu plenarie constitutam publicam reddere potest.

Quibus *Septimo* & hoc procul dubio convenit, quod nec publici nec jurati Notarii confirmatio hypothecam privato arbitrio conventam, & absolutè seu plenariè constitutam possit publicam reddere, de quo ita in puncto hujus argumenti pronunciatum esse, *mense Sept.* 1681. testatur Perillustris Dn. Lib. B. de Lyncker in der Teuchmüllerischen Concurs-Sache/ quod hypotheca à Notario confirmata non sit judicialis, sed privata. Nec obstat, daß der Creditor (weil Er pendente jam concursu, vid. Bechm. in *Comm. ad ff.* qui dicit, quod pendente Creditorum concursu etiam judex non amplius in hypothecæ constitutionem consentire queat,) durch sein Anlehen getrachtet, etliche Stück Guths an sich zu bringen; den Gerichtlichen Consens nicht erhalten können; Lib. B. de Lyncker in *Resol.* 240. *p.* 356. non enim obstat, daß Er das Geld zur Tilgung etlicher Creditorum dargeliehen / und diese damit bezahlt worden; *Cent.* 2. *Dec.* 119. nam & hactenus recurrunt illæ Mevii rationes, quod si hypotheca in privato solummodo instrumento constituta, ex postfacto à Principe vel Magistratu vel Cæsareo Notario tantum confirmetur, hæc ipsa confirmatio ideò ex privata non facit publicam, quia nunquam Confirmatio illorum, quæ saltem privata fide atque autoritate plenariè peracta, tantundem efficaciæ & potentiæ illis tribuat, quantùm primordialis eorundem suprema constitutio Principis & Magistratus, vel Cæsarei

Cæsarei Notarii ad hujusmodi negotia æquè validè peragenda sub peculiari jurisjurandi religione autorisati, ab ipso Cæsare pendula Autoritate profecta & facta Hæc sola actum coram talibus personis peractum & gestum publicum facit. Confirmatio sicuti ipsum actum non facit, ita nec publicum. Confirmatio Pignoris in se privati non æquè ac publica illius celebratio seu Constitutio, vel Scrinii Principalis vel actorum judicii, vel jurati Protocolli & solennis juramenti fide subnixa, vel fidem, vel jus contra Tertium facit, per quod ei jamjam quæsitum Jus æquè labefactetur, ac si ipsa verè coram Principe, Magistratu, vel Cæsareo Notario, ab ipso primordio tota facta fuisset, Confirmatio nihil novi dat, nec ultrà id quod merè & verè inter duos privatos privatim gestum est, negotium extendit, sed retento eodem statu, in quo illud deprehendit, ei saltem robur addit, inter solos contrahentes vires suas exerciturum; sed in tertii præjudicium, & juris eidem jamjam quæsiti interversionem, haud retrotrahendum; per *reg. leg.* 4. *Cod. de emancip. lib. & L.* 20. §. 10. *ff. ne quid in loco publ. fiat.* jus si quidem tertii in Principis confirmatione etiam semper excipitur, etiamsi ex certa scientia processit, Cothmann. *Vol.* 4. *Conf.* 9. *num.* 118. neque aliter confirmatio Summi etiam Principis, jus tertio quæsitum intervertere potest, quam illo prius citato & audito, sicque causâ à Principe plenissimè cognitâ; Gail. *L.* 2. *Observ. I. num.* 11. Menoch. *Consil.* 501. *num.* 42. Mev. *P.* 1. *D.* 6. *num.* 1. junctis illis, quæ in specie hypothecæ in se privatæ, non ab inferiore solum Magistratu; verum etiam à Principe facta confirmatione, ab eodem solidissimo Vice-Præside traduntur in *P.* 7. *Dec.* 232. *per tot.*

X.

Et quia ad talis publicæ hypothecæ constitutionem Magistratus, vel alterius publicæ personæ consensum, vel autoritatem necessariam diximus, quocircà, *Octavo*, etiam illud hinc prono promanat alveo, quod tametsi nonnulli Codicibus Mercatorum consimilem autoritatem adscribant, arbitrati, quod si unus Creditorum ex privato instrumento agat, alius verò Debitoris mercatorium librum proferat, hic alteri ex privato Chirographo agenti præferri debeat,

VIII. De Codicibus Mercatorum, an in illis constitutum jus pignoris hypothecæ publicæ

efficaciam habeat?

debeat, tamen & istis libris hæc insignis autoritas assignari non possit, ut in illis constitutum jus pignoris eo modo æstimetur, ut eandem cum pignore in publico Instrumento, seu apud acta judicii constituto, efficaciam habeat; prout meritò contrarium nonnullorum assertum in puncto refellit Ant. Matthæus in *tract. de judic. Disp.* 14. *th.* 35. Ulricus Huberus in *comm. ad ff. tit. qui pot. in pign.* §. 25. Ant. Matth. *cit. th.* 35. *in f.* quidem addit, Codicibus Mercatorum à nonnullis eundem effectum tribui, quod meritò all. Hub. improbat. Quia verò inspectis modernis moribus, per plurima Provinciarum statuta, Mercatorum Codicibus, in rebus, quæ mercaturam concernunt, (jung. P. J. Marperger *Commerc. Colleg. p.* 119. *sq.* Hodierna ad *Surdi Dec.* 312. *n.* 6. Gratian. in *Dec. For. c.* 727. *n.* 1. *sqq.* Dn. Lauterbach. *Disp. de jure in cur. mercat. usit. th.* 289.) vel omninò absoluta & plenissima fides, vel ad certam duntaxat quantitatem adscribitur. vid. Hub. in *comm. ad ff. de fide instrum.* §. 19. *in f. ibid.* hoc quoque tenendum, jus hoc rationum Mercatoriarum ad res, quæ ad negotiationes pertinent, spectare, non ad alia; quemadmodum & fides relationum, quas homines publici faciunt, de expeditionibus tantum, ad quas ipsi mittuntur, & quas officii ratione peragunt, non ad exotica referri debeat. De his div. Civitatum statutis vide plura apud B. Dn. Lauterb. in *d. Disp. th.* 285. si præsertim Mercator bonæ vitæ & famæ suos libros Mercatorios etiam morte obsignavit; quibus in terminis passim etiam Dr. adstruere videmus, quod tales libri non vim habeant publici instrumenti; verum laudatiss. Inclutæ Civ. Hamb. Statuta plenam adscribant, quod patet *ex Part. I. tit.* 30. *art.* 7. & nobiscum advertit B. D. Lauterbach. in *Disp. ad Jus statut. Hamb.* §. 33. ergò etiam Hypothecam talem in bonis Mercatoris Debitoris producant, in tantum, ut etiam in concursu alterius solennis & publici, apud acta judicii vel à Publico Notario confecti instrumenti, cum hujusmodi libro, & hypothecis in illis constitutis, sola temporis prioritas attendi debeat; ut in specie de Statuto Florentino hoc perhibet Ant. Negusant. de *pign. P.* 5. *membr.* 2. *num.* 47. Hieronymus Magonius *Dec. Florent.* 122. *num.* 8. ubi tamen sub verbo fortè hoc adstruit. Socinus, *Sen. Vol.* 2. *cons.* 240. Surdus in *Dec.* 312. *num.* 3. Gaitus de *credito cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 98. & 90. Sciopp. ad *Grat. in Dec. March.* 203. *num.* 2. Carolus Ant. de Luca ad *Grat. Discept.* 171. *num.* 2. Merlinus de *pign. & hypoth. L.* 4. *tit.* 1. *Q.* 15.

Q. 15. *num.* 31. Rationem insignis istius asserti ex eo desumunt, quod quemadmodum scriptura, ex se privata, à tribus integræ frontis & famæ testibus subscripta, sicque ex sanctione *L.* 11. *Cod. qui pot. in pign. hab.* solennisata, ex ipsius hujus legis autoritate vim publici instrumenti habet, & propterea tempore posteriori verè publico instrumento, sicque etiam pignus in tali trium testium munito instrumento constitutum, in posteriore solennissimè licet condito instrumento constitutæ hypothecæ præfertur, *per dict. text.* Joach. Chemnitius de *jure pral. credit. th.* 215. *p.* 37. ubi consentientem laudat Calcaneum, Belold. ad *Jus Würtemb. p.* 2. *th.* 23. *pag.* 64. Ant. Gabriel. in *Comm. concl. tit. de prob. concl.* 11. *per tot.* Mev. ad *Jus Lub. part.* 3. *tit. & art.* 1. in add. post alios plurimos Polyd. Ripa *obs.* 261. *num.* 1. *sqq.* Barbosa ad *lib.* 1. *P.* 2. *num.* 6. *in fin. ff. sol. matr.* Nic. de Passeribus, Merlinus de *Pign. lib.* 4. *tit.* 1. *Q.* 15. *num.* 3. Gaitus de *credito, cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3204. ubi dicit, hoc intrepidè admitti debere; Petr. Peckius ad *capit. qui prior. num.* 14. *ampl.* 5. Ernestus Cothmannus *vol.* 5. *Resp.* 34. *num.* 45. ubi dicit, quod si hypotheca coram inferiori Magistr. Ordinario, vel coram libro publico, vel apud Acta, vel coram Notario, vel etiam coram tribus testibus facta sit, Illæ etiam hypothecis per Illustrissimas personas confirmatis pares sint in omnibus, perque omnia, & qui prior sit tempore, potior sit jure: Gail. *lib.* 2. *obs.* 25. *num.* 10. Ita etiam de scriptura seu Codice Mercatorio, cui Statutum simul robur publici instrumenti, paratamque ex illo confert executionem, idem etiam dicendum erit. Et quod libri hujusmodi non solum contra ipsum Principalem Debitorem, verum etiam contra tertium easdem vires habeant, per præstantissimos optimæque conscientiæ ac judicii DDres, Joh. Perusium de Perusio, & Bened. Capram consultum testatur, idem sentiens Socinus *cit. loc.* etiam hujus rationis præsidio suffultos, quod & talibus in libris, si in illis requisita omnia concurrant, (de quibus post alios Dominus Lauterbach in *Colleg. ff. tit. de fide Instrum. th.* 50. B. Dn. Præc. D. Harppr. *in differ. Jur. Civ. & Wirtemb. th.* 1.) non facilè Fraus (quam palmariam pro publico instrumento, & in illo constitutæ hypothecæ privilegio, ut privatæ præferatur, militantem DDres in oculis habent,) committi queat, cum singulis diebus, & cumulativè, illis data & accepta inseri soleant, sic inde propemodum impossibile sit, veritatem dierum in illis mutare, talisque mutatio, si omnino quæ

fieret, à talium peritis facile detegi queat, & quæ plura hisce similibus recenset Neguf. *c. l. n.* 4. 7. & breviter Merlinus *d. n.* 31. Licet autem haud pauci planè eo dilabantur, ut non tantum quoad talia Statuta, quæ codicibus Mercatorum, præter plenam vim probandi etiam hanc efficaciam expresse attribuant, quod etiam hypotheca pro debitis tali libro insertis competere debeat, verum etiam quoad illa quæ hujusmodi libris vim publici instrumenti adscribunt, sed de jure hypothecæ nihil in ore ferunt, idem pronuncient, Magonius, qui *ita all. num.* 8. *partita sumta ex libris Mercatorum, vigore statuti Florentini habent executionem paratam & bona debitoris*, NB. intelliguntur obligata. Quæ verbotenus sua fecit Steph. Gratianus in *Dec. Marchia* 203. *n.* 5. tamen rectius modo laudatus Ansaldus quoad istum articulum ita distinguit, ut siquidem Statutum pro debitis in libros Mercatorum relatis etiam expresse hypothecam concedat, tunc hoc jus hypothecæ, hac præcipua ratione, impugnari non possit; quod Princeps vel alii Statutorum conditores hypothecam procul dubio concedere valeant, *L.* 1. in verbis: *Qua etiam nullo verbo pracedente possit ab ipsa lege induci. Cod. Comm. de Legat. L.* 6. *in fin.* ibi: *Cum tacitas hypothecas tum veteres* leges induxerint, *Cod. de bon. qua liber.* ex congestis Socini, Gratiani, & Scioppii, in locis quos refert Ansaldus *num.* 98. Si verò Statutum non expresse hypothecam pro talibus debitis mercatoriis inducat, sed simpliciter dicat, quod libris Mercatorum stari, & parata ex illis executio locum habere debeat, tunc quidem adversus ipsum Mercatorem effectum hypothecæ illis pariter adscribit, verum tamen contra Tertium, ex publico instrumento suum debitum petentem, tantundem illis roboris non audet adscribere; eo quod alioquin concursum plurium specialitatum admittere opporteret, primum scil. hanc, quod tali libro fides etiam in Tertii præjudicium haberi debeat; (2do.) quod ille cum solenni & publico instrumento concurrat, & (3tio.) virtualiter hypothecam contineat, tandemque (4to.) quod hæc ipsa hypotheca etiam adversus tertium possessorem exercibilis sit, contra regulam, quam DDres vulgò depromunt *ex L.* 1. *Cod. de dot. promiss.* illustratam à Barbosa *vocab. specialia, axiom.* 13. nisi tale Statutum expresse hoc dicat, quod libro Mercatoris etiam contra Tertium fides haberi vel forma probatoria in *L.* 11. *Cod.*

qui

qui pot. in pign. hab. præfinita, quoad tales quoque liberos, etiam inter Tertios suppleta censenda sit, de quo pluscula apud ipsum Ansaldum videre est, add. Gratian. *d. Dec.* 205. *num.* 4. *cum seq.* Et quæ generalius de hoc articulo, utrum libri Mercatorum etiam adversus Tertium probent, sub trium casuum distinctione tradit Dominus Rösener de *libr. Merc. c.* 12. *num.* 73. *& sqq.* planè quod hodiè in Foro Saxon. aliisque Prov. in quibus oppignoratio immobilium bonorum non aliter subsistit, quam si facta sit cum consensu Magistr. aut Judicis, etiam inter Mercatores idem obtineat, compluribus Præjudiciis illustrat Carpz. *J. F. Part.* 2. *C.* 23. *D.* 2. Richt. de *jure & privil. cred. c.* 4. *sect.* 2. *num.* 81. Atque, quod hodiè in Foro Saxonico id obtineat, etiam testatur Mev. ad *Jus Lub. P.* 3. *tit.* 4. *art.* 1. *num.* 10. De eo si etiam alia (quam Mercatorum) privata scriptura, ex forma seu specifica sanctione Statuti, vim publici Instrumenti habere debeat, an illa prævaleat alii instrumento, & illo constitutæ posteriori hypothecæ? diversas sententias nobis exhibet Gabrielius *d. tit. de prob. concl.* 10. *n.* 18. Tiraquellus & alii, quos laudat Merlinus *Quæst.* 15. *num.* 29. *&* 30.

XI.

IX. Tametsi mandatum à Debitore de rebus suis oppignorandis in publico Instrumento apud Acta judicii, vel à Publico Notario confecto sit datum, si tamen deinceps juxta tenorem istius mandati,

Illud, *Nono*, facilioris decisionis videtur, quod tametsi mandatum à Debitore, de rebus suis oppignorandis, in publico Instrumento, apud Acta Judicii, vel à Publico Notario confecto sit datum, si tamen deinceps juxta legem & tenorem istius mandati Procurator hypothecam in privato tantum Instrumento constituat, hæc nec in vim publicæ, nec quasi publicæ hypothecæ subsistat, sicque alii in publico instrumento constitutæ, ex eo cedere cogatur, quia aliud longè est, Mandatum de rebus oppignorandis apud Acta Judicii, vel coram Notario & testibus impertiri, & aliud hypothecam juxta illud mandatum apud Acta constituere, vel coram Notario ejusque testibus Instrumentariis, sive aliud est mandatum de obligando; & aliud bona actualiter obligare. Aliud mandatum de contrahendo, aliud contractus. Neque enim obligatio vel actio ex hujusmodi antecedente mandato, sed ex actu demum, mandato congruente subsecuto, proficiscitur, de quo pluribus conferri meretur Gratianus *Discept. for. c.* 267. *n.* 29. Tiraquellus

locis ibi relatis: quibus gemina exhibet Ant. Gabrielius *dicto tit. de prob. concl.* 10. *n.* 3.

Procurator hypothecam in privato tantum Instrumento constituat, hæc nec in vim publicæ nec quasi publicæ hypothecæ subsistet.

XII.

X. Quid, si Debitor Creditori hypothecam in privato duntaxat Instrumento constituat, deinde vero illud coram Judice recognoscat, an hæc ipsa Recognitio Judicialis hujusm. hypothecam ex se privatam convertat in publicam?

Plus dubii, *Decimo*, illa multis approbata assertio recipit, utrum si Debitor Creditori hypothecam in privato duntaxat Instrumento constituat, deinde verò illud coram Judice recognoscat, an hæc ipsa Recognitio Judicialis hujusmodi hypoth. ex se privatam convertat in publicam? id quod sub fœdere hujus distinctionis plerique definiunt, ut talis Recognitio (tanquam confessionis species, quæ notoriè tertio nullatenus præjudicat, Steph. Gratianus *Disc. For. cap.* 501. *n.* 14.) nihil præjudicii pariat illis Creditoribus, qui tempore factæ talis recognitionis & confessionis judicialis, in ejusmodi debitoris bonis hypothecam jam habent; quippe quibus hoc solo facto recognitionis, quæ soli Debitori recognoscenti, non etiam Tertio præjudicare debet, ipsorum jura jam anteà quæsita interverti non posse, vulgarissima juris nostri Principia præcipiunt *L.* 11. *L.* 75. *de R. J.* ibique DDres, Hieronym. à Laurentiis in *Dec. Aven.* 133. Joh. à Sande in *Dec. Fris. lib.* 3. *tit.* 12. *&* 13. Hoc insuper habito, quod Wesenb. *Consil.* 3. *n.* 33. Colerus *de proc. execut. P.* 3. *c.* 1. *n.* 98. *cum sqq.* dicant, quod instrumentum privatum, in judicio recognitum, habeat Autoritatem & vim publici instrumenti, ad quod optime respondet Dominicus Gaitus in *tr. de Credito c.* 2. *tit.* 8. *n.* 3181. *&* 3189. ex quo & passim talem recognitionem omnibus aliis Credit. qui pinguius jus habent, haud præjudicare, rectissimè determinat Paulus Christinæus *Vol.* 1. *Dec. Belg.* 146. post Heraldum B. D. Stryck. in *addit. ad Brunn. tract. de Proc. Concurs. Cred. cap.* 5. *§.* 46. ad verba *in præjudicium.* Verum quoad Creditores, qui demum post talem recognitionem cum eodem debitore contraxerunt vel pacti sunt, & ab illo hypothecam acquisiverunt, quantumvis publicam, alia omnia dicenda esse, autor est Gratianus *Disc. for. cap.* 286. *num.* 9. operosè Joseph. Vela de Orenna *diss. Jur. controv.* 21. præcipuè *num.* 21. *&* 56. *cum sqq.* ubi fusè ad contraria. Pareja de *universa instrum. edit. tit.* 1. *resol.* 3. *§.* 5. *num.* 63. *& sq.* Salgado de Samoza in *Labyr. cred. P.* 3. *cap.* 13. *num.* 31. *sq.* Joh. Gutierrez in *Pr. Quæst. L.* 1. *Q.* 175. *num.* 8. Magon. in *Dec. Flor.* 122. *num.* 1. Covarruv. *var. resol. L.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. vers. *cui illud adjiciendum.* Parlador. *rer. quotid.* *L.* 2.

L. 2. c. fin. Part. I. §. 5. num. ult. Gundisalvus Paz in *Praxi Part. 4. tom. 1. cap. 1. num. 21.* Fachinæus *lib. 3. conf. 31. num. 5.* Renat. Choppinus de *moribus Paris. L. 3. t. 2. num. 20.* ubi dicit, quod Gallicis sanctionibus αὐτόχειρ scriptura personæ obligatæ nullam creditori hypothecam tribuat, antequam publicitus cognita sit. Eo quod talis Recognitio debitoris privati instrumento in judicio recognito tantum tribuat valoris, ac si à publico Tabellione sive Notario confectum esset. arg. *L. 26. ff. depos.* ex Alexandro & Bartolo Gratianus in *Disc. for. c. 501. num. 14.* in tantum, ut licet idem debitor, qui primum *in privato* instrumento uni ex creditoribus hypothecam constituit, & hoc ipsum instrumentum, priusquam alii juniori hypothecam constitueret, in judicio recognovit, deinceps huic ipsi Juniori creditori, in publico instrumento hypothecam constituat; tamen is, qui privatæ sed in judicio legaliter recognitæ hypothecæ innititur, huic posteriori præferri debeat, juxta hæc Brunnem. formalia verba: Hypothecæ publicæ confert Salgado hypothecam in instrumento privatim constitutam, sed coram Judice recognitam, ita ut talis hypoth. fiat publica ob recognitionem, non quidem in præjudicium Creditorum, qui antea contraxerunt, sed eorum qui postea, *d. c. 5. §. 46.* quod plenissima manu exequitur Vela de Orenna in *Diss. 21. per integr.* præcipuè *num. 22. cum sqq.* addatur omninò Joh. Coppen in *Dec. 46. num. 29.* ubi dicit, quod solius Debit. recognitio ad eundem effectum non aliter sufficiat, quam si recognitio simul etiam à tribus testibus, qui simul subscripserunt, facta sit. Cæterùm quod talis instrumenti privati recognitio in judicio modo dictum effectum tum demum producat, si debitor non solùm suam manum & sigillum, verum etiam illius contenta recognoscat, sicque illa Recognitio DDrum effato absoluta & simplex sit, & dehinc è diverso Hypotheca in publico instrumento constituta, tali alteri hypothecæ in privato instrumento non absolutè & simpliciter recognito constitutæ præferatur, dispalescit ex iis, quæ disserit Textor in *Diss. 20. th. 19.* addens *in th. 20.* idem dicendum esse etiam de absoluta & simplici tali recognitione instrumenti privati, quæ fit coram amicabili commissione Cæsarea, quales hodiè valdè frequentes sunt; Et quod etiam talis absoluta recognitio in illis locis, ubi ad hypothecam bonorum immobilium Magistratus Autoritas, Consensus vel appro-

approbatio requiritur, ut inferius videbimus, ad istum effectum haudquaquam sufficiat, eo quod illa saltem hoc operetur, ut hypotheca pari jure censeatur publica, ac si à tribus testibus subscripta esset; cum è diverso acta Judicii fidem faciant sine teste; neque tamen propterea pro judicialiter approbatâ habenda foret. *in addit. ad Brun. d. cap. 5. §. 46.* Illa alia planè & diversa est Quæstio: Utrum sola Recognitio scripturæ privatæ, imo etiam solennis & publici instrumenti, hypothecam, tametsi inter ipsos contrahentes, seu inter Debitorem & Creditorem, nihil unquam de illa dictum vel actum sit, inducat vel pariat? quam rectissimè contra alios diversum sentientes decidit Ant. Matthæus *lib. 4. de Jud. Disp. 14. th. 21.* Ulricus Huberus ad *ff. qui pot. in pig. §. 25.* latissimè Gaitus in *tr. de credito c. 2. t. 8. num.* 3181. *& plurimis sqq.* addatur omnino Ant. Faber in *tr. de Error. Pragm. Decad. I. Error. 1. & in Cod. Sabaud. lib. 8. tit. 7. Def. 8. & 9.* ubi etiam de Epistolæ judicialis recognitione idem pronunciat, post alios quam plurimos Beat. Dn. Præc. D. Harpprecht *in Tract. XX. pign. taciti §. 17.* ubi suave hoc somnium totaliter dispulsum videri potest. Si tamen omninò in aliquo loco hæc à juris ratione alienissima sententia, consuetudine vel Statuto approbata, probari queat, quod post instrumenti recognitionem Creditoribus jus Pignoris judicialis, & adeò publici, competere debeat, ut in Regno Galliarum, juxta regias Constitutiones, ex omnibus chirographis, nullum pignus continentibus, Recognitio jus taciti pignoris inducit, & si in illis exprefsè de pignore conventum occurrat, jam illud privato instrumento insertum, suas demum ab ista recognitione vires sortitur, & perinde habetur, ac si publico instrumento constitutum fuisset, & propterea priori, similiter privato, necdum recognito, Instrumento inserto præferri consuevit. Gerhardus Maynardus in *Dec. Tholos. lib. 3. Dec. 2. & seq.* Joh. Grivellus *Dec. 7. num. 12. cum sq.* vide tamen quæ de his notabiliter differit Bertrandus Argentræus ad *Consuet. Britannicas, rubr. des obligations, actions &c. art. 194. Gloss. 2. lit. C.* his verbis: *Hac Datta non probatur privatis instrumentis, schedulis, apochis & talibus Chirographis, ac ne* Recognitione *quidem* Debitoris, *nisi* testibus *adjuventur. Atque adeò semper talia postponuntur* publicis, *etiam tempore posterioribus, quod est ab Imperatore constitutum L. scripturas. 11. C. Qui Pot. in P. habeantur, cujus dicti* Ratio *est, quia aliter observantibus nihil facilius futurum erat,* quam

Alia quæstio: Utrum sola Recognitio scripturæ privatæ, imo etiam solennis & publici instrumenti, hypothecam, tametsi inter Contrahentes nihil unquam de illa actum sit, inducat?

quam Creditores fraudari, solutionis ordine debito, & pacta Mercede, aut Remissione Partes debiti anterioris intervertere, cum victa prioris partis schedula, & repetita Die, quod textus in L. repetita. ff. de prob. testatur, si Mendacis Debitoris mendax manus legem poneret Creditoribus, quia scriptura privata, licet fidem faciat recognita adversus Recognoscentem, *tamen de Tempore* adversus extraneum *non facit: alioquin postponere tam posset anteriorem, quam anteponere ultimum. Sed nec recognitio quidem Debitoris quidquam valet ad Datta prioritatem, quod existimant perperam intellecta Ordinat.* 1539. *art.* 93. *qua cum* hypothecas Recognitione *tribuit, intelligenda est* inter Debitorem & Creditorem *statuere; quod* ad alios Creditores *vitium plane nihil habet. Quare* aliter judicatum, *& ex hoc textu quaesitas schedulas privatas obligationum prioritates obstupui, cum apertissima Ratio, & fraudes ingruentes hanc sententiam manifestissime refellant.*

XIII.

Quid *Undecimo* de eo haberi debeat, si instrumentum, in quo debitor Creditori hypothecam constituit, non in loco judicii, & apud Acta, (cujus generis quæ sunt, notoriè nulla egent solennitate; *arg. L.* 19. *Cod. de testam.* Guido Papæ *Dec.* 175. Mynsing. *Cent.* 6. *Obs.* 29. Colerus de Proc. execut. *P.* 3. *c.* 1. *num.* 81.) confectum, sed tantum publico Civitatis Sigillo munitum sit? planè non satis planum vel obvium est; Receptissima alioquin hæc Distinctio est, quod si publicum sigillum illis adhibeatur, quæ ad sigillantis officium pertinent, tunc sigilli appositio instrumentum, cui apponitur, efficiat publicum. Jungatur omnino Theodoricus Hoepping. *de jure sigill. c.* 4. *n.* 30. *& c.* 9. *§.* 1. *n.* 10. *cum sq.* nec non *c.* 11. *§.* 2. *Concl.* 5. *& sq. n.* 150. si vero in talibus adhibeatur, quæ à Sigillantis officio aliena, tunc sigillum regulariter nihil operatur, nisi tale instrumentum præter sigillum etiam aliquot testium subscriptione sit corroboratum; vel in loco singularis consuetudo vel statutum adsit ac probari queat, ut publico sigillo, contractibus privatorum etiam absque ullius testis subscriptione impresso, nihilominus plena fides haberi debeat. De quibus Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 57. *n.* 13. 14. *&* 22. Cujusmodi consuetudinem in Gallia & Orientali Frisia viguisse, sed hic quia frau-

Quid si XI. instrumentum, in quo debitor creditori hypothecam constituit, non in loco judicii, & apud Acta confectum, sed tantum publico Civitatis sigillo munitum sit?

dibus ansam præbere potuerit, ex parte abrogatam testatur Joh. à Sande *in Dec. Fris. lib.* 3. *tit.* 12. *def.* 14. addantur omninò quæ ex *cap.* 2. *x. de fide Instrum.* Colero, Everhardo, Fabro, Hœppingio tradit B. Dn. Præc. D. Harppr. *in Vol. Nov. Cons.* 4. *n.* 626. *& tum sqq. tum antecedent.* & quæ etiam in specie de tali Hypotheca in instrumento, solo publico Civitatis Berolinensis sigillo, sed nullius personæ subscriptione munito juxta dictæ civitatis consuetudinem, valido, constituta, latè disserit B. Brunn. *Cons.* 79. *n.* 68. *per tot.* Addatur Georgius Mundius à Rodach *Vol.* 2. *Cons.* 4. *n.* 30. Quod si ergò instrumentum, in quo pignus constituitur, publico alicujus Civitatis sigillo & prætereà Testium subscriptione, præcipuè duorum vel numero plurium Personarum Publicarum, v. c. Consulis & Secretarii seu judicii Actuarii munitum sit, tunc id meritò pro publico habendum, ex doctrina Covarruviæ, Joach. à Beust, & Wesenb. idem celebratissimus laudatæ Curiæ Frisicæ Senator pro indubitato reputat, addens, hinc quoque factum, ut suprema hæc Curia instrumentum sigillo Urbis Leovardianæ, manuque Consulis & Secretarii constabilitum judicaverit publicum; & ex eo Creditorem Hypothecarium prætulerit alteri habenti duntaxat instrumentum privatum. Cum verò è contra instrumentum non publico civitatis sigillo, sed tantum Secretarii & Consulis Manu confirmatum, in eadem Curia produceretur, illam hypothecam & instrumentum pro privatis declarasse, subnectit tamen h. limit. nisi Debiti Recognitio coram Consule & Secretario facta probari queat; Tunc enim hypothecam pro publica habendam, senatum censuisse, licet publico Civitatis sigillo carentem, in dicta *Decis.* 14. Cui eidem sententiæ adjicit calculum suum Hub. *in comm. ad ff. tit. qui pot. in P. §.* 25. verbis: *Quando posterior hypotheca* publico Instrumento, *id est*, apud Acta judicii conscripto, *vel* sigillo publico civitatis ac subscriptione alicujus è judicio *juxta* scribam publicum *munito continetur.* B. Dn. Stryck *de caut. Cont. Sect.* 2. *c.* 4. *§.* 2. ubi tamen merito consultius pronunciat, si expressa Magistratus Confirmatio exigatur. Addantur, quæ idem etiam de Consensu Domini Feudi, ex eo quod ipse actum gestum sigillo suo approbasse censeatur, tradit ex Rosenthalio *de feud. cap.* 9. & B. Dn. Stryck. *in dict. Sect.* 2. *c.* 4.

§. 4.

§. 4. Quemadmodum verò hæc non ubivis uniformiter frequentari, insinuat Huberus *ad tit. qui Pot. in pign. §. 12. Nam hypotheca vulgares Actis publicis insinuata, sicut apud Nos* (in Hollandia puta) *vel et alibi publica forma constituta sigillove munita, etsi tempore posteriores, occupant locum priorem, p. 29.* ita illa in foro cumprimis Saxonico, in bonorum immobilium oppignoratione, ideò non quadrare, quia semper Magistratus seu Judicis Autoritas ad eandem requiritur, Autore Carpz. *in J. For. P. 2. Const. 23. D. 1.* notabiliter advertit D. Stryck *cit. loc.* Id quod etiam in hoc Würtemb. Ducatu ea maxime ratione dicendum videtur, quia quoties Hypotheca Judicialis constitui debet, Serenissimus istarum Terrarum Nomotheta diligentem non saltem causæ cognitionem, sed & judicialem insinuationem, & in publicos libros specialiter de talibus Hypothecis conscribendos, die Unterpfands-Bücher, relationem desiderat; sub onerosissima eadem correali obligatione omnium & singulorum Judicii Assessorum, qui tempore constitutæ talis publicæ hypothecæ in judicio præsentes fuerunt, Jus Prov. Würtemb. *P. 2. tit. 7. §.* Wann ein liegend Guth. ibi: Soll dasselbe in das Gerichts-Buch eingeschrieben. item in Novell. Würtemb. *XIII. §. 2. & seq.* ubi vide omninò; Et quod eadem definitio etiam aliis in curiis, in quibus hic ipse mos pariter invaluit, ut publicè libris publicis Hypothecæ inscribantur, attendi debeat, notabiliter recitat B. Mevius *P. 7. D. 179.* Tametsi verò hunc ipsum morem, ut tum alii Civium contractus & Actus, tum præcipuè Hypothecæ libris publicè inserantur, non solum oppidò commendet Mevius ad *Jus Lub. L. 5. t. 6. art. 1. num. 2.* Sed & hodiè illum ubique observari generaliter testetur *dicta Dec. 179. num. 9. in not.* ibi: Mos *ta* ubique observat, *ut publicè publicis libris inscribantur hypotheca.* Tamen hanc consuetudinem non ubivis obtinere, elucescit tum ex proximè *praced. §. hujus Diss.* tum ex illis quæ tradit Cothmannus *Vol. 5. Resp. 34. num. 45.* & quæ in specie de Hypotheca in instrumento, cui publicum Civit. Berolin. sigillum impressum fuit, etiam sine ullius publicæ personæ subscriptione, constituta, multis disputat Brunnem. *in Conf. 79. num. 61.* ubi dicit, non quidem improbanda esse talia Statuta de habendis libris publicis, quibus Pignora immobilium bonorum inscribantur; sed esse Quæst. *An & tale Statutum Berolini sit conditum, non hic agi, quid Juris Statutarii sit Lubeca, vel*

 Sedini,

Sedini, sed quid Berolini aut Jure Communi requiratur? Jure autem Communi Inscriptionem in librum publicum ad Hypothecam constituendam requiri, probari (quæ verba omissa sunt) *nequit.* Hahn. ad *Wesenb. qui pot. in pign. habentur. num.* 2. ubi dicit, sic nunc passim ferè constitutum esse, ut Hypothecæ rerum immobilium fiant coram Senatu, & libro publico seu Actis inserantur. Quibus omnibus congruenter aliter dici vix potest, quam quod in decidenda hac ardua Quæst. An sola sigilli appositio publicam faciat hypothecam? ad cujusvis Provinciæ Statuta & Mores respiciendum sit, tametsi nonnulli generaliter sic loquantur, quod sive Contractus venditionis immobilium rerum Sigillo, seu subscriptione Judicis confirmetur, seu Archivo aut Libro Judicii ordinario, dem Gerichts-Buch, insinuetur, simul etiam Lex pignoris eidem apposita, firmitatem accipiat; licet Judex eandem nominatim & expresse non confirmaverit, eò quod Judex per ipsam judicialem insinuationem Pignoris conventionem ratam habuisse existimetur, ut his ipsis formalibus hunc articulum determinat Andreas Rauchbarus in *Quæst. Jur. Civ. & Sax. L.* 1. *Q.* 6. *num.* 24. *sqq.* Addantur quæ tradit Dn. Sam. Stryck. in *annot. ad Compend. Schuzio-Lauterb. tit. de Pign. & Hypoth. ad verb. publica*, ubi pariter scribit, quod si saltem instrumentum, quo hypotheca constituta, publico sigillo munitum sit, illa publicæ Hypothecæ qualitatem & jura induat. Quod & dicit Brunnem. *in Conc. Credit. c.* 5. *n.* 54. Interim illis in locis, ubi tales Hypothecæ coram toto Senatu constitui debent, vor gesessenem Gericht, sigilli appositio v. c. à Præfecto, vel alio consimili Officiali, einem Fürstl. Stabs-Beampten, vix aliter valebit, quam si talis Hypoth. Senatus consensu & approbatione prius fuerit constituta, sic, ut tali instrumento à Præfecto sigillato hypotheca non demum constituatur, sed coram judicio jamjam constituta per illud deinceps duntaxat probari queat. Quo faciunt, quæ tradit arg. *L.* 2. *Cod. de reb. al. non alien. & cap.* 2. *verb. sigillorum. de off. Ordin. in* 6. ex Tiraquello, Barbosa, Cravetta, Mascardo, Tuscho, Klockio & aliis laudatus Brunnem. *d. cons.* 79. *num.* 22. *Verbis, cum judicium Berolinense suum sigillum judiciale suppresserit, documento obligationis planum est*, hanc oppignorationem consensu judicii esse factam; *cum appositio sigilli arguat consensum.* Perillustr. D. de Lyncker in *Resol. Jenens.*

esol. 626. p. 1149. ibi: quin & dispositio *Leg.* 11. *Cod. qui pot. in pign.* *c autb. sequens*, *solum* de probatione disponunt. Brunnem. ad *L.* 1. *num.* 9. ibi: *Quando instrumentum hypotheca* NB. constitutæ *sigillo ublico*, *sine subscriptione judicis munitum est*, *hoc sufficere puto*, *& sic* ju-licatum *scio. Cod. dicto tit.* Id etiam satis evidenter corroborat Justi-iianus in *d. L.* 11. *Cod. qui pot. in pign.* dum expresse ibi dicit, quod le præferatur, qui instrumentis NB. publicè confectis nititur, id uod de instrumento ab Officiali, quantumvis publicè tantum si-;illato, si non aliundè de consensu ipsius judicis constet, in tali-ius locis, ubi judicialis requiritur autoritas, prædicari non potest. dem in hoc Ducatu Würtemb. dicendum, quod nimirum jus & iomen publici pignoris illud solum mereatur, quod prævia diligen-i causæ cognitione, coram toto senatu constitutum, libro publico nsertum est, si etiam publicum, super ipso contractu & pignore onstituto, instrumentum conficiatur, hoc vel à Præfecto, aliove onsimili Officiali, mit seinem Ampts-Siegel, oder von dem Bür-ermeister-Ampt, mit gemeiner Stadt-Insiegel, corroboretur, elu-escit ex specifico Illustris in hac Alma Eberhardina Facultatis Juri-licæ responso *d.* 10. *Julii Anno* 1685. Quo ita ad Judicem Vini-nontanum in der Steeblischen Creditor-Sach pronunciavit. Sola igilli Judicis aut Officialis Instrumento facta appositio, hypo-hecam de cætero inter privatos extra locum judicii constitutam, ion facit publicam. Quam definitionem etiam Serenissimi Can-ellariam sequi, ex fide dignissimis accepimus testimoniis. Tandem i de valde gravi præjudicio quæratur, tunc an etiam solum civi-atis sigillum sine subscriptione unius aut alterius haberi debeat? ceti potest ex iis, quæ tradit Höpping. *d. tract. c.* 11. §. 2. *num.* 108.). Dn. Stryck. *de civit. obærata*, *c.* 2. *num.* 12. *in fin.* Cothmann. *ol.* 1. *Resp.* 68. *num.* 62. *& Resp.* 45. *num.* 29. post alios plurimos Bea-us Dn. Præc. D. Harppr. in *vol. Nov. consf.* 4. *num.* 628. ubi docet, uod quoties de gravi præjudicio agitur, etiam publica sigilla, ine Domini ipsius vel illius Cancellarii, Secretarii, aut Actuarii ubscriptione, tam in extrajud. quam judicialibus nullam penitus idem faciant, maximè quando agitur non tam de ipsius sigillantis, uam de Tertii grandi & gravi præjudicio, eandemque doctri-iam ex lecturis & tractatibus, itemque respons. & consil. nec non

Decisionibus & Conclusionibus, operosè statuminat, addens, illam generali consuetudine observari, omnique dubitatione carere. Illud verò omnino ἐξαγώνιον est, quod si aliquis chirographum sigillo quidem publico munitum habeat, sed absque expressa hypothecæ constitutione, ille ultimæ Creditorum, videlicet simplicium, classi connumerandus sit, quam in rem præjudicia adducit Richterus de *jure & priv. Credit. cap. 4. Sect. 2. num. 126.* verbis: *Si quis habeat Chirographum, quod* publico sigillo *quidem est munitum, sed absque* constitutione hypothecæ, *hoc casu inter Chirographarios referendus est Creditores, veluti in Coll. nostro mens. Majo, anno* 1612. *Præfecto* zu Suhla, *& mense Febr.* 1615. *in causa* Hansen Gebert zu Breitenbach *Creditorum responsum fuit.* Eandem sententiam etiam alio Dominorum Lips. responso constabilitam invenire quis potest apud Joh. Volckmarum Bechmannum in *Comm. theor. Pract. ad ff. lib. 20. tit. in quibus caus. pign. tac. contrah.* verbis: licet quis haberet instrumentum Sigillo Magistr. confirmatum, & in eo non contineatur expressa pignoris constitutio, ille refertur passim inter Chirographarios. Ita responderunt Nostri JCti *anno* 1615. & Lipsienses *mense Aprilis anno* 1638.

XIV.

XII. Coram Camera Domaniorum publicum pignus constitui nequit.

Ex præmissis & illud non adeò difficilis est determinationis, quod nec, *Duodecimo*, coram Camera Domaniorum, einer Fürstl. Rent-Cammer, tale publicum pignus, seu hypotheca judicialis constitui valeat, eo, quod illa quæ Jurisdictionis, ad eandem non pertineant. Stryck de *caut. testam. cap. 7. §. 5. p.* 287. De quo ita in puncto L. B. de Lyncker, die Ausfertigung des Kauffs-Brieffes von Fürstl. Cammer kan keinen Gerichtlichen Actum machen. Und ist bekandt, daß die Fürstl. und andere Rent-Cammern keine Jurisdictionem weder voluntariam, noch contentiosam haben, wie dann auch selbige nicht einst einem Creditori eine Hypothec kräfftig confirmiren kan; sondern dasselbige vielmehr von dem Hochfürstl. Justitz-Collegio, oder welches gleich-gültig, der Fürstl. Herrschafft selber geschehen muß: in *resolut. Jenens. Cent. 4. Resol.* 372. Quæ novissima verba extra dubium hoc indicant, quod sub Autoritate atque approbatione ipsiusmet Principis talis publica hypotheca efficacissimè, multò magis, quam coram illis, qui omnem suam quam habent

iabent potestatem seu jurisdictionem, à Principe ceu fonte omnis urisdictionis habent, constitui valeat. de quo pluscula in seqq. vileatur interea Frideric. Pruckmannus vol. 1. *cons.* 24. *num.* 101. & 102. bi: *Illius, qui feudi Dominus & superior simul est, consensus operationes itas usque ad allodialia, si in literis obligationis exprimuntur, extendet, si ion in vim consensus, saltim in vim instrumenti publici. Unde & is, qui hu-us consensus literis adjuvatur, meritò quoque* Privilegii *leg. scripturas.* 11. *Cod. qui pot. in pign. habentur.* commodum *sentiet atque percipiet.* Bened. Carpzovius *Dec.* 64. *per integr.* Beatus Domin. D. Bardili *ad priorem Digestorum partem, Exercitatione* 39. *conclus.* 4. Ernest. Cothnannus *Vol. V. Resp.* 34. *num.* 44. ubi ita insigniter, quid si Crediores qui publicam sive Electoris Autoritate confirmatam hypohecam habeant? scimus enim, publicas istas hypothecas jus prioriatis conferre.

XV.

Decimo tertio, ex iis quæ in præced. §. diximus, & hoc efficitur, quodsi Debitor Creditori, apud acta judicii hoc saltem promiserit, quod ipsi hypothecam constituere velit, hoc ipso hypotheca non sit constituta, prout in individuo in der Küchlerischen Creditor-Sach *Anno* 1676. den 28. Oct. Celeberrimi hujus loci Dni Antecessores opera B. Dn. Lauterb. ad Judicem Stutgardianum responderunt: Daß, obschon in einem zwischen dem Debitore Johann Erhard Küchlern, und seinem Stieff-Bruder Wolff Heinrich Seidlin, auch dessen Mutter, 1662. errichteten Vergleich annectiret worden, daß Er Herr Seidlin vor eine Waaren-Schuld à 2208. Gulden gegen Herrn Johann Peter Braunen Handelsmann zu Franckfurth, als Bürg obligirt und gehalten seyn solte; auch Num. actorum 43. fol. 5. versprochen, daß, woferne Er Braun Ihn Seidlin nicht erlassen würde, Er gebührende Rück-Bürgschafft, mit sattsamlich gerichtlich erkandten Unterpfänden, in gewöhnlicher Form leisten wolte, so befinde Er doch nicht in Actis probirt, daß solches geschehen, und ins Werck gesetzt worden wäre. Hujusmodi autem generalis promissio de pignore constituendo non sufficit ad pignus introducendum, vide Mant. *de T. & A. C. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 14. maximè cum hic judicialis Hypotheca fuerit promissa, & quidem in futurum casum, wann der Braun den Seidlin nicht dimittiren würde: Cujus-

XIII. Si Debitor Creditori apud acta judicii hoc saltem promiserit, quod ipsi hypothecam constituere velit, hoc ipso hypotheca non est constituta.

Cujusmodi Conventio & promissio non sufficit ad judicialem hypoth. constituendam. Vid. Mudæus *de pign. tit. qui hypoth. constituere possunt, num. 4. & 5.* Quamvis enim haud pauci Celeberrimi Dres quoad istum articulum diversum sentiant, quod videlicet etiam ex nudo pacto de se obligando efficax obligatio & Hypotheca constituatur, sic ut ex illa agi queat, juxta traditionem Gabrielii *lib. 1. Consil. 58. num. 11. &* Stephani Gratiani *Discept. c. 964 n. 26.* in quam etiam sententiam se consuluisse scribit Mercurialis Merlinus in *tract. de pign. lib. 2. tit. 4. Quæst. 110. num. 1.* Unde, si quis rem aliquam pignori dare promiserit, hoc ipso eandem pro tradita habendam, & pignus contractum videri, dicit post Franciscum Aretinum Cardinalis Mantica *de Tac. & ambiguis convention. lib. 11. tit. 3. num. 14. per l. 1. princ.* ibi: *Nuda conventione. ff. de pign. act.* add. Bachov. *de pign. lib. 1. cap. 3. num. 3.* Quod verò hæc ipsa nonnullorum sententia veritati legali haudquaquam conveniat, & nuda promissio de pignore tradendo & constituendo ad pignoris vel hypoth. constitutionem non sufficiens sit, sollicitè statuminat Gabriel Mudæus *in tr. de pign. rubr. quomodo hypoth. contrahitur, n. 24.* ubi ita notabiliter: Non tamen, inquit, hæc sic accipi velim, quasi non posset esse ulla Promissio hypothecæ, quin mox Hypotheca constituta sit. Nam ut qui promittit se pignus daturum, tenetur act. de constituto, *L. qui autem. §. si quis constituerit. ff. de const. pec.* & restat executio facienda ejus quod promissum est, ita quoque qui in genere hypothecam aliquam promisit, & hypothecam aliquam constituit; quod nihil repugnat huic loco, intellige *l. 4. ff. de pign. & Hypoth.* ubi NB. præsentibus verbis convenit, ut res pro debito esset obligata, & quidem res certa & determinata Nempe si ita dixerim Creditori, quo lubentius crederet: (rem mutuam daret,) Erit Tibi Hypotheca aliqua, jam Hypothecæ promissio fit; sed nondum hypotheca fit; si verò sic: Erit HOC tibi pignus, vel hæc res obligata pro debito, ex hujusmodi promissione non fit personalis actio ad hypothecam constituendam, sed jam constituta sit, si jus mihi fuit eam constituendi, ut non oporteat actum agere. Ita optimè Mudæus, apud quem plura videri possunt. Addatur B. D. Lauterb. in *tract. synopt. de Pign. §. 6. num. 25.* vide etiam *l. 11. §. 2. ff. qui pot. in pign.* ubi optimè Gajus, si, ait, Colonus cum locatore prædii rustici convenerit, quod ab ipso adhuc inferenda & invehenda,

henda, pro assecuranda annuâ pensione pignori esse debeant, tunc nullum adhuc nexum pignoratitium contractum esse, & dehinc, si Colonus, priusquam res suas in prædium à se conductum inferret, easdem alii alicui Creditori hypothecæ supposuerit, & demum post hanc de præsenti & purè constitutam Hypothecam, illas prædio inferat, tunc posterior Creditor priori præferendus sit, eo quod res in prædium rusticum (& sine hujusmodi expresso pacto etiam in quodvis prædium urbanum) invectæ & illatæ non ex tali præcedanea sive præparativa saltem conventione, sed ex ipsa actuali demum illatione atque invectione, nexu pignoris teneantur & afficiantur, *d. L.* 11. §. 2. in verbis: Quia non ex conventione priore obligatur, *sed ex eo* quod inducta res est, quod posterius factum est, *ff. dicto tit.* Anton. Perezius *ad tit. Cod. in quibus causis pign. tac. contrah. num.* 4. B. Dn. Lauterb. & Kurrer *in disput. de tac. pign. th.* 40. Joh. Voetius *in comm. ad ff. eod. th* 55. Hoc quidem extra omnem controversiæ aleam positum est, quod si debitor dicat: Er setze hiemit sein Hauß, Garten, Weinberg, oder auch seine sammtliche Haab und Güther zum Unterpfand ein, quod etiam per nudum hujusmodi pactum, absque ulla harum rerum traditione, vera hypotheca ad omnes effectus, quos strictè sic dicta Hypotheca conciliat, rectè constituatur; *L.* 1. *ff. de pign. act.* & egregium Gaji effatum in *L.* 4. *ff. de pign. & Hyp.* item Lauterb. *d.* §. *VI. num.* 30. *seqq.* Quod verò & tunc, si debitor nihil aliud quam hoc promittat, daß die Ihm prætendirte Schuld hiernechstens verbriefet/ oder dessenthalb ein Unterpfand *constituiret* werden solle/ sive quod Hypotheca demum debeat constitui, idem debeat sentiri, quod nempe per tale nudum promissum de Hypotheca demum constituenda, actualiter & protinus jus hypothecarium constituatur, id sæpè adducta *L.* 1. *ff. de pign. act.* ullove alio ex libris nostris textu, non nisi ad Græcas probabitur Calendas. Quemadmodum enim Dr. passim tradunt, quod etiam nostris moribus pacta futuri, seu adhuc inter Partes ineundi contractus saltem præparatoria efficacem ad agendum obligationem non pariant. Carpz. *Pr.* 6. 33. *D.* 23. Lauterb. in *tract. de arrha th.* 104. Hahn. ad Wesenb. *tit. de prosc. verb. n.* 1. *in fin.* Excell. Dn. Præc. D. Grassus in eleganti Dissert. *de Pacto futuri Contr. præparatorio per integr.* ita dubium subest nullum, quin talis promissio Conventionis de Hypotheca constituenda saltem præparatoria, ad producendum jus Hypothecæ sufficiat vel minime: maximè cum hoc ipsum quod contrà regulam *L.* 3. *pr. ff. de oblig. & act.* me-

mediante nudo pacto seu conventione prætorio jure sic informata (ex quo tamen minus rectè in classem pactorum legitimorum nonnulli referunt. Addatur B. D. Stryck *de A. F. Invest. Sect.* 1. *memb.* 3. §. 24. Hertius in *opusc. suis tom.* 3. *Diss. de pignore conventionis tacito* §. 3. junctis illis quæ tradit Dn. Laurerb. in *tr. synopt. de pign. seu hypoth.* §. 6. *num.* 30.) jus hypothecæ constitui valeat, jam aliquid irregulare sit. Bachov. *de pign. & Hypoth. L.* 1. *c.* 3. *num.* 1. *& sq.* Unde etiam Franc. Cardinalis Mantica, & Franciscus Aretinus, ipsi suam sententiam hoc modo temperant, ut, si quis rem certam se pignori dare promiserit, conventio valeat; Non etiam si generaliter promiserit, se pignus daturum esse, Mantica *d. L.* 11. *tit.* 3. *num.* 14. *in fin.* conferantur & illa quæ de pacto contr. pignoratitii saltem præparatorio egregiè disputat Joh. Gœddeus in *tract. de contrah. & Comm. stipul. c.* 1. *num.* 36.

XVI.

Quid si XIV. Hypotheca quidem primitus, in loco judicii, & apud judicem conventa legaliter inter partes contrahentes, verum, quantum ad publicæ Autoritatis interpositionem informiter & nulliter constituta, post aliquod tempus, ab eodem quidem judice,

Quod *decimo quarto*, Hypotheca quidem primitus in loco judicii, & apud judicem conventa legaliter inter partes contrahentes, verum, quantum ad publicæ Autoritatis interpositionem perperam & informiter ac sic etiam infirmiter & nulliter constituta, post aliquod tempus, ab eodem quidem judice, verum tamen non in ipso judicii loco; sed extrà illum sigillo publico communiatur, utrum talis consignatio ad hujusmodi hypothecam publicam reddendam sufficiens sit? in Regio Suecico quod Wismariæ floret supremo Tribunali *anno* 1659. in causa Johann Herlings & consorten contra Wilhelm de Muma venditatum, & negative definitum recenset Vir in rebus quoad viveret forensibus Exercitatissimus B. Mevius his ferè formalibus: Quærebatur, inquiens, de constitutione Hypothecæ apud Judicem in loco judicii primitus conventa; at qua publicam Autoritatem inutiliter; sed post biennium, apud eundem, verum extra judicii locum consignata, conclusum fuit, eam publicam non esse, ideo aliis Hypothecis (quod publicæ hypothecæ privilegium est. *L.* 11. *Cod. q. pot. in pignore.*) non anteferri. Quod enim dicitur Acta esse, ubicunque est Judex, *L.* 7. *cum sq. ff. de manumiss. vind.* & dehinc apud acta geri, quod fit apud Eum, tametsi extra judicii locum, Baldus ad *L.* 5. *Cod. de S. S. Eccles.* Wesenb. *ad Tit. qui testam. fac. poss. num.* 10. duntaxat ad ea,

ea, quæ planè sunt voluntariæ jurisdictionis, & proinde ubique apud quemcunque judicem expediri possunt, *L.* 8. *Cod. de feriis*, *L.* 2. *ff. de Off. Proconf.* Non etiam ad illa, quæ formam judicii requirunt, eo quod coram Judice solo peracta, apud Acta in forma judicii facta, non intelligantur. Bald. ad *L. scimus. Cod. de Agric. & Cens.* Nec etiam ad illa pertinere censetur, quod præsente fit populo, hoc est, in loco publico & in judicio. Ita pergit Vir Doctiss. Publicè Hypothecam publicam, ideo coram Judice, in loco publico constituendam esse cavetur, nempe *L.* 11. *Cod. qui pot. in pign. Auth. si quis vult. Cod. eod.* quam securius sequimur, præsertim accedente tali observantia. Ita Mev. *P.* 7. *Dec.* 179. *per tot.* Cum vero hic ipse laudatissimus Vice-Præses contra istud decisum disertissime doceat, quod cum etiam Immobilium Oppignoratio nullam causæ cognitionem desideret, ideò illa non solùm à Magistratu pro Tribunali sedente, sed & extra Ordinarium judicii locum, in privatis ipsius vel alterius ædibus sine strepitu judicii, de simplici & plano benè fieri soleat, *ad Jus Lub. L.* 3. *t.* 4. *art.* 1. *num.* 32. ibi: Unde etiam dici solet, *non opus esse, ut oppignoratio fiat apud judicem, coram tribunali sedentem.* Quod & dicit Colerus *in tr. de proc. execut. P.* 1. *cap.* 10. *num.* 201. Carpzovius *Part.* 1. *Decis.* 64. *num.* 17. *& Part.* 2. *Constit.* 23. *Dec.* 21. *num.* 2. ubi scribit, non requiri de necessitate, ut in oppignoratione bonorum consensus requiratur, à judice pro tribunali sedente, cum hic actus non sit contentiosæ, sed voluntariæ jurisd. & dehinc ille etiam à judice deambulante vel in domo ipsius, vel alio expediri queat. Berlich *P.* 2. *Concl.* 29. *num.* 73. Richt. *de Præl. credit. cap.* 4. *Sect.* 2. *num.* 63. Quocirca si primò & hunc generaliorem & latius patentem juris articulum, utrum Oppignoratio Bonorum immobilium etiam extraordinarium judicii locum fieri possit? saltim digito indice hic attingere velimus, ita nobis sentiendum brevissimis videtur, quod si quidem alicujus Civitatis, Provinciæ, vel Regni Statuta, ad validitatem talis judicialis Oppignorationis, specialem Causæ Cognitionem requirant, vel ut illa vor einem sitzenden Rath peragatur, id quod tum Hamburg. *in P.* 2. *tit.* 4. *art* 3. verbis: Unbewegliche Erbe sollen für einem sitzenden Rath in öffentlicher *Audienz* verlassen, und ausgeruffen werden. tum quod Lubecana Statuta desiderant, *P.* 3. *tit.* 1. *art.* 6. ibi: Der solle es thun vor dem Rath. ibique Mev. *num.* 33. verbis: *Unde dici solet*, daß die Unter-

verum non in ipso judicii loco, sigillo publico communiatur?

pfändungen vor einem sitzenden Rath geschehen sollen/ vel quod illa vor Gericht an ordentlichen Gerichts-Tägen perfici debeat, quod hujus Ducatus Jura (in causis quando Debitor Creditori suo publicam Hypothecam constituere vult, jungatur *Jus Prov. Würtenb. P. 2. tit. 7. rubr.* Von Verpfändung liegender Güther. & *Nov. Würtenb. XIII. §. 1. cum duobus seqq.* Beatus Dn. Præc. D. Harppr. de *pign. publ. §. 20.*) nuncupatim efflagitant, in *P. 2. tit. 7. juncto sq. & 13. princ. & tit. 18. §.* Wann einer ꝛc. ut & dicta Novella XIII. §. 2. tunc illa non nisi in ipso solenni judicii loco, & proinde nec in judicis, nec alterius cujus quam privatis ædibus nec in alio loco peragi valeat. Si vero nihil tale Statuta vel certæ consuetudines definiant, tunc nulli dubitamus, quin illa etiam extra locum judicii cum omni effectu peragi valeant, per ea, quæ legimus apud Dn. Lauterb. de *volunt. jurisd. th. 50. it. th. 41. 47. in fin. eod.* Quibus convenienter si jam etiam in specie quod de præmissa Mevii Decisione *in d. P. 7. D. 179.* sentire debeamus, liberè dicere velimus, ita nobis videtur, quod, cum ratio, qua utitur Vir de Publico Egregio egregiè meritus, quod videlicet Hodie mos ubique sic observet, & Publica Hypotheca non nisi coram Judice in loco publico constituta subsistat, & quod illam publicè libris publicis inscribi oporteat; quod dicit *in fin. dicta Dec. num. 9. & in not. ibid.* non sit universalis, nec ubique attendatur, ideoque hæc decisio in illis quidem regionibus & locis, ubi ille plerubique receptus mos obtinet, & etiam ipsa obtineat: Ubi verò generaliter hoc saltem receptum, quod publica Hypotheca Autoritate Judiciali vel coram Judice loci Rei sitæ constitui debeat, neque quidquam de hoc, quod hæc ipsa constitutio vel in solenni judicii loco vel prævia plena causæ cognitione; vel per publicè faciendam inscriptionem in librum publicum, & sic deinceps fieri debeat, ibi etiam ab initio ad judicialem Autoritatem respectu habito, inutiliter constituta, extra locum judicii bene convalidari, & in locis ubi etiam publici sigilli (de quo fusè superiùs,) impressio sufficit, idem publicæ ac validæ hypothecæ effectus consimiliter obtineri queat, satis superque jam præmisimus.

XVII.

Definitio

Ex hactenus latissime deductis ergo tandem consequitur, ut nunc

Thematis per thesin.

nunc brevissimis quoque per thesin seu positionem rem definiamus, Pignus vel hypothecam Publicam constitui, cum Creditor ac Debitor non tantum inter se de re pignoris nexu obliganda conveniunt, sed Magistratum vel aliam personam publicam hac potestate instructam quoque adeunt, & petunt, ut authoritate sua, qua pollet publica, juxta ipsorum voluntatem pignus vel hypothecam, modo à Legibus vel Statutis præscripto aut requisito firmet ac constabiliat. Enimverò si specialibus cujusque loci Statutis vel consuetudine certus modus præfinitus ac determinatus sit, quo in Publici pignoris vel hypothecæ constitutione publica Magistratus authoritas interponi debeat, hic præcise & stricte ad unguem observandus, alioquin veræ hypothecæ publicæ jure & effectu alio modo constituta hypotheca haud fruetur. Ita e. g. certa forma, certusque modus præscriptus est in Jure Lubecensi, (cujus usus quousque ex spontanea receptione pertingat, declarat Consultissimus, & de Republica imprimis Sacræ Themidis literaria meritissimus Mevius, cujus cineres adhuc eruditus Orbis meritò veneratur, in eleganti ac doctissimo suo ad illud conscripto commentario. *Quæst. pralim. 2da per tot.*) ad publicæ rerum immobilium oppignorationis efficaciam requirente 1. ut coram Senatu fiat, & 2. libro publico seu actis inseratur. Tenor ejus *part.* 3. *tit.* 4. *art.* 1. ita sonat: Will jemand seine ligende Gründe und stehende Erbe versetzen oder verpfänden, der soll es thun vor dem Rath, so ist es kräfftig und beständig: Ubi voces ligende Gründe und stehende Erbe satis innuunt, non de quibusvis rebus, mobilibus etiam, sed tantum de immobilibus, quorum in numero sunt fundi ac ædificia seu domus, quæ verbis stehende Erbe imprimis designantur, sermonem esse, ac licet duæ istæ species rerum immobilium saltem referantur, non tamen reliquæ exclusæ censentur, sed quæcunque rerum immobilium nomine comprehenduntur, sub dispositione d. articuli meritò quoque continentur, nec aliter publicæ hypothecæ nexu obligari possunt, quam coram Senatu in Curia legitime convocato, vor sitzendem Rath / tanquam apud Judicem & Magistratum loci ordinarium, sub quo bona oppignoranda sunt sita, cujus & non alterius Judicis assensus & authoritas hypothecam publicam efficit. Zanger. de *except. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 84. Mev. ad *dict. textum Jur. Lubec. num.* 24. Sicut & voce Jemand innuitur, ad Statuti hujus observationem adstringi omnes omnino debitores sine discrimine conditionis,

Modus ad publicæ hypothecæ constitutionem à Legibus, Statutis, vel consuetudine præscriptus aut requisitus præcise observandus.

Modus in Jure Lubecensi præscriptus;

ditionis, mercatores æque ac alios, qui ad creditorum suorum instantiam ipsos ex asse securos reddere volunt per pignoris vel hypothecæ constitutionem.

XVIII.

Licet autem ex verbis Statutorum Lubecensium: So ist es kräfftig und beständig ꝛc. primo intuitu sequi videatur, quod si res immobiles, solennitate hac statutaria neglecta, solo creditoris ac debitoris pacto, privatim oppignoratæ fuerint, hypotheca ista plane sit invalida & nulla, nec ullo pignoris vinculo res obligatæ censeri queant, quia Statutum formam actui præscribens non observatum efficit, quod geritur, nullum esse, etsi de annullando actu Statutum ne verbum quidem addiderit, cum forma, quæ rei vel actui dat esse, *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* ad unguem sit observanda, & in minimo neglecta vel non observata totum actum vitiet atque annullet, ita, ut nihil actum censeatur. *L. 5. C. de Legib.* Attamen Usum fori verba ista sic declarasse notat laudatus Mevius *d. loc.* ut hactenus communiter per observantiam judicialem accepta fuerint de effectu hypothecæ publicæ, quod nempe hypotheca solennitate hac statutaria observata constituta sit vere publica, & ea polleat efficacia, ut ea gaudens creditor in concursu creditorum aliorum hypothecariorum hypothecam talem publicam ex præscripto Statuti non habentium prærogativam habeat, & iis anteponatur, utut ipsi tempore sint anteriores, illius autem hypotheca sit tempore posterior, minime verò id insinuent, quod respectu debitoris, ejusque heredum, nullius sit momenti hypotheca solo privatorum consensu extra consessum Senatus constituta, nec libro publico inscripta cum illos utique ex nudo consensu æque obliget hypotheca privata, atque si legitime juxta Statutum libro Civitatis publico jussu Senatus per Actuarium inscripta, dum hos adversus solutionem omissa juris solennitas cum labe bonæ fidei juvare non debeat, id quod etiam merito illam juris rationem suadere ait, quæ creditorum securitatem præcipuè concernit, non vero debitorum compendia. In quem sensum & Jus Saxonicum, quod similiter res immobiles non nisi coram Magistratu, cujus jurisdictioni subjacent, oppignorari vult, ejus interpretes explicant. Vid. Carpzov. *p. 2. c. 23. d. 5.* Hinc indubiè quoque privatam ejusmodi hypothecam

cam in bonis immobilibus nactos Jure Lubecano creditoribus Chirographariis præferri, neque his accenseri asserit idem Mevius *ad Part.* 3. *tit.* 1. *art.* 12. *num.* 63.

XIX.

Pro hypothecâ itaque publicâ jure prælationis præ aliis anterioribus solennitate ista destitutis gaudente vi Statutorum horum Lubecensium tantum habetur & æstimatur, quæ coram Senatu legitimè convocato est constituta, & libro publico seu Actis publicis inscripta, quod ita utiliter constitutum omnis fraudis præcavendæ & evitandæ gratia, tùm ne eadem res sæpius pluribus pignori supponatur, ultra veram illius æstimationem, in posteriorum creditorum præjudicium & damnum; tùm ne quis occasionem arripiat publicam hypothecam privatis pactis in anterius tempus simulatè conjectis evertendi, tùm ut eo securior sit ejusmodi rerum alienatio ob non extimescenda onera forsan inhærentia; tùm ut constet, quibus oneribus res quælibet obnoxia sit, ne, quod sæpe contingere aut fieri solet, creditores per onerum reticentiam & suppressionem defraudentur ac eludantur. Mevius *d. l. num.* 4.

XX.

Itemque Hamburgensi.

Eadem forma, idemque modus constituendi hypothecam publicam, qui Jure Lubecensi præscriptus, & Jure nostro Statutario Hamburgensi definitur, dum hoc *part.* 2. *tit.* 4. *art.* 4. sequentem in modum disponit: Aber unbewegliche Erbe und Zinse sollen für sitzendem Rath in offener Audientz verlassen und auffgetragen werden, und was also für dem Rath verlassen, und in dem Stadt-Buch geschrieben wird, dar gehet kein Zeug über rc. *ac seq. art.* 5. Auch da jemand einem andern für eine Schuld Sein Hauß oder unbeweglich Erb, obgesetzter Massen, vorm Rath verpfändlich versetzt und aufflässet, derselbe mag die Ubermaß, und so viel das Erbe besser ist, dann vorige Schuld, einem andern auch verpfänden, doch daß solches, wie gemeldt, vorm Rath geschehe, damit ein jeder, so dawider zu sprechen hat, solches daselbst offentlich thun, und darauff ferner wie Recht verfahren möge. Ac *tit.* 5. *art.* 1. sancitur: Wann wegen der Vorzugs der Glaubiger Streit verfällt, so soll zuforderst, was vor dem Rathe verlassen, und in das Stadt-Buch verzeichnet worden, allen andern verpfändungen, so nicht vor dem Rathe beschehen, und einge-

eingeschrieben, vorgezogen werden; quibus verbis clare edocemur, & hoc jure eam tantum hypothecam pro publica haberi ac æstimari, quæ coram Senatu constituta, libroque publico inscripta est, hancque præferri omnibus aliis hypothecis quomodocunque constitutis, perinde ut Lubecano, hinc sine dubio hypothecam talem etiam prærogativam habere præ pignoribus ac hypothecis, quæ nituntur aut instrumento publico à Notario confecto, aut scriptura per tres testes probatæ fidei subscripta juxta *L. 11. Cod. qui potiores in pig.* licet his tempore sit posterior. Pari modo itidem Statutis inclytæ Reip. Wratislaviensis res immobiles non nisi coram Magistratu pro Tribunali sedente oppignorari possunt in tantum, ut regulariter nec coram solo Prætore id fieri queat, B. Dn. Stryck. *vol. 2. disp.* 22. exhibente Collationem Juris Statutarii Wratislaviensis cum Jure Civili & Saxonico *Art. XI. num.* 3. ubi subnectit: Et Jure Saxonico rerum immobilium oppignorationem coram Judice fieri necesse esse, non tamen præcise requiri, ut pro Tribunali sedeat. vid. Carpzov. *p.* 2. *c.* 23. *d.* 21. Quid Jure Provinciali Würtemb. cautum sit & obtineat, traditur à B. Dn. Præc. D. Harpprechto *in disp. de Pign. Publ. th.* 18. & 20. de aliorum locorum Statutis immobilium bonorum oppignorationem publica Magistratus authoritate faciendam injungentium vid. modò laudata *disp. th.* 12.

De Statutis Reip. Wratislaviensis, Jure Saxon. Jure Provinciali Würtemb. & aliis.

XXI.

Ubi sic per Statuta Hypotheca publica in Senatu vel judicio constitui & libro publico inseri jubetur, ipsam constitutionem & relationem in librum publicum præcedere debet cau-

In his locis, ubi sic per Statuta Hypotheca publica in Senatu vel judicio constitui & libro publico inseri jubetur, ipsam constitutionem & relationem in librum publicum præcedere meritò debet causæ cognitio, quam Senatus vel ordinatum judicium instituat, sollicitè inquirendo 1. in debitoris qualitatem, utrum oppignorandi facultatem habeat, vel non; 2. in veritatem negotii vel contractus, in cujus securitatem pignus vel hypotheca vult constitui; 3. in bonorum oppignorandorum qualitatem, æstimationem & pretium, utrum libera aut jam ante obligata, nexuque pignoris affecta, aut aliis oneribus obnoxia, & an creditor sufficientem securitatem sit impetraturus, tam ratione sortis, quam usurarum seu interesse sibi debiti, ac pro ratione circumstantiarum vel in oppignorationem consentiet, eamque confirmabit ac authoritate sua stabiliet, vel si per eam creditori non satis consultum esse deprehendat aut existimet, consensum & confirmationem denegabit. Num autem Senatus vel Judicium, si easdem

easdem res coram se pluribus Creditoribus oppignorari patiatur, cum tamen omnibus non sufficiant, deinde posterioribus, qui inde satisfactionem suam non obtinent, ad interesse teneatur? quæstionis est. Et nonnulli quidem id affirmant, quia Creditores fidem Magistratus secuti, nec admoniti, ejus culpâ decipiuntur, cum Senatus vel Judicii autoritas inter alia ex ratione requiratur, ne eadem res pluribus obligetur & aliquis lædatur. vid. Berlich. *part.* 2. *concl.* 29. *num.* 71. Sed negativam veriorem censet Mevius ad *Jus Lub. part.* 3. *tit.* 4. *art.* 1. *num.* 53. quam ante ipsum etiam defenderunt Virgil. Pingizer *quæst. illustr.* 8. *per tot.* Hartm. Pistor. *lib.* 3. *q.* 17. *num.* 2. ex defectu causæ obligationis. Nam Statutum hanc cautionem invenit, ut creditores sibi consulant & prospiciant in quantum possunt, non ut Magistratus illis per eam solennitatem obligetur. Quoties enim quis consentit negotio ad se non pertinenti, quod geritur, ut illi authoritatem sive licentiam præstet, vel robur addat, inde neutiquam obligatur, sibique in proprio jure præjudicat. *l.* 26. *C. de administr. tut.* 39. *ff. de pignor. act.* ubi id notat Paul. de Castro, Hartm. Pistor. *lib.* 2. *Q.* 27. *num.* 15. Virgil. Pingizer *d. q.* 8. *num.* 83. Idemque suadet etiam trita illa Juris regula, qua traditur: Officium sive Beneficium suum nemini damnosum esse debere, *l.* 7. *testam. quemadm. aper. l.* 29. *ex quib. caus. major.* Nec culpæ Senatus aut Judicium juste arguitur, dum ex Statuto non tenetur ad eam diligentiam, ut propria sponte in creditorum gratiam anteacta investiget & manifestet, sed his incumbit petere inspectionem libri publici, aut contenta ejus rogare, quod si neglexerint, sibi, non vero Senatui vel Judicio socordiam imputare debent. Mev. *d. l. n.* 56. Idem *part.* 7. *Dec.* 142. *num.* 5. qui id limitat, nisi Magistratus copiam libri istius denegaverit, aut rogatus affirmaverit, bona oppignorata idonea esse, nec alii obligata, re tamen aliter se habente, tunc in eo officium excessit, & creditorem alias forte non crediturum induxit ad credendum, sicque immunis non est à culpa, ideo hoc casu merito ad damni restitutionem tenetur, per tradita Rauchbari *part.* 1. *Q.* 29. *num.* 29. Molleri *lib.* 1. *semestr. cap.* 21.

se cognitio.

An Senatus vel Judicium, si easdem res coram se pluribus Creditoribus oppignorari patiatur, cum tamen omnibus non sufficiant, posterioribus ad interesse teneatur?

XXII.

Inscriptio sive Relatio hypothecæ in librum publicum vel Civitatis, die Einschreibung ins Stadtbuch, si petita, vid. Mev. *part.* 7. *Dec.* 142. *num.* 6. à Senatu committi vel injungi communiter solet

Inscriptio sive relatio hypothecæ in librum

publicum quomodo fiat?

Actuario publico, qui ut persona publica sub juramenti ad id & alias muneris sui partes sedulo expediendas ordinata, vi sui Officii in peculiarem librum eum in finem specialiter confectum consignat, quis, cui, quid, qua ex causa, vel pro quo debito, quo tempore, anno nempe, mense, die & horâ, coram Senatu hypothecæ nexu obligaverit, petieritque, eam hypothecam Civitatis libro inseri vel inscribi, quæ ultima circumstantia ratione temporis ea ex causa exprimenda est, quia notissimi juris esse constat, quod pluribus hypothecis, eodem modo constitutis, & hinc pari jure gaudentibus, concurrentibus, tempore prior, jure potior, *L.* 2. *L.* 4. *L.* 7. *seq. C. qui pot. in pignor.* prioritas illa temporis autem non tantum ex dierum & mensium, sed etiam ex horarum, imò & momentorum intervallis æstimetur, ut post Gailium *L.* 2. *O.* 25. & alios tradit Struv. *Ex.* 26. *th.* 27. B. D. Lauterbach. in *Coll. ff. tit. qui potior in Pign. th.* 7. Si igitur debitor saltem coram Magistratu solutionem promiserit sub oppignoratione omnium bonorum, hac promissione nondum satisfactum est Statuto, nec Hypotheca sine Statuto designata Autoritate constituta istam prærogativam hypothecæ publicæ debita solennitate constitutæ & in librum Civitatis publicum relatæ, quam præ omnibus aliis hypothecariis, utut tempore anterioribus, habet, nec alios ejus effectus v. gr. jus paratissimæ executionis sibi vindicare poterit. Non enim potest pro verè publica hypotheca haberi, & ejus privilegiis frui, quæ non habet formam verbis Statuti congruam. Legali solennitate verò ad certum tempus constitutæ, tempore illo elapso, nec prorogatione temporis expresse vel tacite facta, Jus hypothecæ publicæ extinguitur, ita, ut excitato Creditorum concursu deinde cedat hypothecæ posteriori, authoritate Magistratus constitutæ, idque procedit sive clausula cassatoria vel annullatoria oppignorationi temporali addita sit, sive non, Rauchbar. *lib.* 2. *Q.* 23. *num.* 1. Berlich. *part.* 2. *concl.* 66. *num.* 18. Limitata enim causa non potest alium, quàm limitatum producere effectum. *L.* 63. *ff. de contrah. empt. L.* 16. *ff. de acquir. rer. dom.* Hartm. Pistor. *l.* 2. *Q.* 7. *num.* 29. 38.

XXIII.

Ubi Statutis vel consuetudine

Ubi verò Statutis vel consuetudine loci non est certa ejusmodi forma constituendi hypothecam publicam determinata, ibi vi Juris communis illa pro publicis habentur, quæ publica quadam authoritate nitun-

nituntur, nempe si hypotheca coram Principe vel in Cancellaria ejus, aut coram Magistratu constituitur, etenim quin talis Jure communi publica sit dicenda, nulli dubitamus cum B. Dn. Bardili *Ex.* 39. *concl. for.* 4. *lit. C.* Aliud autem dicendum, si privatim constituta à Principe vel Magistratu ex postfacto confirmetur ex doctrina Mevii *part.* 7. *Dec.* 232. vid. supra §. 5. quod sic intelligendum monet, si alteri ex hypotheca jam jus quæsitum sit. Publica item est hypotheca, quæ in Judicio, sive coram Judice Scabinis vel Assessoribus suis stipato constituitur, non item, quæ coram solo Officiali extra locum Judicii constituta. Mev. *part.* 7. *Dec.* 179. Publica porro est, quæ in Cancellaria Feudali, in der Lehens-Cantzley, cum Domini Feudi consensu super feudis constituitur. B. Dn. D. Stryk *Disp. de Obligat. Feudi consensu munita, cap.* 3. *n.* 48. Nec non, quæ in Instrumento Publico à Notario confecto constituta est, quia Notarii Publici, qui alias & Tabelliones, Judices Chartularii, & Ordinarii, Logographi, &c. dicuntur, utique sunt personæ Imperatoriâ authoritate, immediatè vel mediatè, ad hoc constitutæ, ut cum decenter requisiti fuerint, res ac negotia coram ipsis gesta literis notent, & certæ ac perpetuæ memoriæ gratia desiderantibus instrumenta publica plenam fidem facientia desuper conficiant. Vid. Constitutio Maximiliani I. Imp. zu Cöln den 8. *Octobr.* 1512. von Notariis und ihrem Ampte promulgirt, in qua forma & omnia requisita in conficiendis ab ipsis Instrumentis observanda breviter recensentur, ac latius explicantur à B. D. Lauterbach. ad *tit. ff. de fide Instrum.* §. 37. *seqq.* Hahn. ad Wesenbec. *d. t. n.* 5. Unde non potest non pro publica quoque haberi hypotheca, quæ coram Notario publico decenter ad id requisito est instituta, si ipse desuper Instrumentum publicum legitime confeceret, per quod illa probetur. Textor *Vol.* 1. *Disp.* 20. *de concursu hypotheca ex publ. & privat. Instrum.* §. 2. 4. Denique quasi Publica est hypotheca, quæ constituitur in scriptura privata trium testium omni exceptione majorum, adeoque masculorum, & probatæ atque integræ fidei, qui præsentes fuere constitutioni, subscriptione munita, vi *L.* 11. *C. qui potior. in pignor.* ibi Brunnemann. Quæ eandem vim habet, quam hypotheca publica, modò de manu & subscriptione testium ex recognitione ab ipsis facta, si haberi possunt, si autem quidam decesserint, superstites non tantum propriam, sed & defunctorum subscriptionem recognoverint, vel, si testes haberi nequeunt, aut omnes mortui fuerint, ex comparatione literarum constet. Brunnem.

ad d. l. 11. Nicol. de Passerib. *lib.* 1. *de script. privat.* Q. 4. *num.* 205. 206. *&* Q. *ult. concl.* 3. *num.* 48. *sqq.* atque partes ipsæ quoque subscripserint. Idem Brunnemann. *ibid.* Nic. de Passerib. *d.* Q. *ult. concl.* 3. *num.* 24. Dixi: *Trium masculorum subscriptione munita.* Nam si fœmina una cum duobus masculis subscripserit, non æquipollet scriptura privata, & in ea constituta hypotheca, publicæ quoad vim & effectum, per tradita Mascardi de *probat. concl.* 285. *num.* 5. Nicol. de Passerib. *tr. de Scriptura privata lib.* 1. Q. *ult. concl.* 3. *num.* 21. quia licet fœminæ regulariter ad testimonium admittantur. *L.* 18. *ff. de testib.* attamen cum hic subscriptio Virorum de forma requiratur *d. l.* 11. verbis: *Trium vel amplius virorum subscriptiones, &c.* arcentur utique fœminæ, quoniam solennia specifice adimplenda, nec per æquipollens suppleri debent aut possunt. Dixi: *Trium testium probata atque integra fidei subscript. munitâ.* Nam debent esse Viri honeste viventes, honestamque artem aut opificium exercentes, ita, ut eorum fides nullo modo elevari possit, seu nihil ad reprobandam illorum personam ac depositionem ipsis objici queat, arcentur ergo personæ viles & levis opinionis, Wesenbec. de *testib. n.* 7. Mascard. *d. concl.* 285. *n.* 6. Sunt quidem multi magni etiam nominis JCti, qui huic hypothecæ, quæ in scripturâ, sed trium testium dictæ qualitatis subscriptione munitâ, constituta, eam quoque æquiparant hypothecam, quæ equidem sine tali scriptura trium testium subscriptione corroborata est constituta, probari tamen nihilominus potest per tres testes ejusmodi, qui in ejus constitutione præsentes fuere, arg. *L.* 15. *C. de fide Instrum.* quos inter est Gail. 2. *Obs.* 25. *num.* 10. Franzk. ad *tit. ff. qui potior. in pignor.* Vinc. de Franchis *Dec.* 95. Mev. *p.* 7. *Dec.* 157. imo hic ad hypothecam probandam pro obtinenda ejus præferentia etiam binarium testium numerum sufficere dicit, dummodo constitutioni hypothecæ interfuerint, & de eadem jurato deponant, *part.* 8. *Dec.* 362. similiter Textor *d. Disp. th.* 12. 21. Contraria tamen sententia, quod non sufficiat, per tres testes, qui in constitutione præsentes fuere, hypothecam probari posse, ad hoc, ut eadem quasi pro publica habeatur, & prælatione gaudeat, sed requiratur omninò, ut in scriptura trium testium subscriptione confirmata sit constituta, verior, jurique convenientior per *d. l.* 11. ibi: *Trium vel amplius virorum subscriptione, &c. Cod. qui pot. in pign.* & regulam *L.* 14. *ff. de legib.* quod jus singulare non sit trahendum ad consequentiam, cum *d. l.* 11. scripturam trium virorum subscriptione munitam ad substantiam magis, quàm ad fidem

dem exigat, videtur Brunnem. ad *d. l. num.* 10. Stryckio de *cautel. contract. Sect.* 2. *c.* 4. *§.* 2. B. D. Bardili *Ex.* 39. *concl. for.* 3. & ipsi Mevio sibi contrario *P.* 7. *Dec.* 233. Struvio *Ex.* 26. *th.* 26.

XXIV.

Recensitarum publicarum hypothecarum specierum effectus idem.

Hasce species omnes publicarum hypothecarum quoad effectum Dd. imò & LL. ipsæ exæquant, ita, ut quoties de prioritate inter creditores quæstio incidit, solo contrahentium consensu privatim constitutis præferantur, & in foro, excitato concursu creditorum, pari virtute gaudeant, ubi nulla earum ex speciali lege, statuto, vel consuetudine potiorem locum habet, (quemadmodum supra Jure Statutario Hamburgensi, Lubecensi, &c. prærogativam præ omnibus habere diximus eam, quæ coram Senatu constituta & libro Civitatis inserta est;) adeoque inter illas saltem temporis ratio habenda & ex tempore collocandæ, cum inter alias æquales potior, qui tempore prior. *L.* 11. *pr. ff. qui potior. in pignor.* Mev. *P.* 7. *Dec.* 139. *num.* 8. Sed si concurrat hypotheca posterior Instrumento verè publico constituta cum priori hypotheca in Instrumento privato, sed à tribus testibus subscripto, constituta, annon illa huic præferenda? Ita omninò videri posset, quia Instrumentum quasi publicum tantum æquivocè & impropriè publicum dicitur, propriè autem id de vere tali prædicatur. Sed eo non obstante hanc præferendam esse, tradunt Chemnitius de *Jure prælat. creditor. th.* 115. Besold. ad *Jus Prov. VVürt. Diss.* 2. *th.* 23. Gabrielius *tit. de probat. concl.* 10.

D. T. O. M. S. L. & G.

 DISPV-

DISPVTATIO XXXIV.

DE

CONCVRSU ET ELECTIONE VTILIORI REMEDIORVM CONTRA SENTENTIAS IN SVPREMIS IMPERII TRIBVNALIBVS LATAS,

INAVGVRALIS

CHRISTIANI HENRICI Hiller,
Biberaco-Suevi.

hab. ad d. 13. Septembr. MDCCXVII.

SVMMARIA.

CAPVT I.

Necessariam Terminorum in rubro occurrentium expositionem, eorundemque varias acceptiones exhibens.

N*Ecessarium fuit visum, palmario Dissertationis objecto explicationem præmittere in rubro occurrentium terminorum. Et quidem, quantum ad* concursus *vocabulum, illud in Jure nostro tribuitur* Personis, Rebus, *&* Actionibus; *& præterea etiam, maxime Stylo loquendi hodierno,* Jurisdictioni. *e. gr. intuitu actio-*

actionum realium: & in rem scriptarum, personalium. descendentium vel ex conventione; vel ex delictis. Et sic concurrere etiam dicuntur Statuta plurium Dominorum Territ. quoad personas, actus & res. It. hodie, Jurisdictio Cameræ Imp. & Jud. Aul. in causis plerisque. Nec non Jud. Rotbvv. & Prov. Suev. rat. subditorum, cum Statibus & Magistratibus, illorum foro atque Jurisdictioni subjectis, nec specialiter contra illa, quoad causas quoque exceptas, privilegiatis. quid in Judiciis hisce Prov. sint causa illa excepta? & quot? §. I. Electionis vox non obtinet, nisi inter plura, maxime vero æqualia. &, in Jure nostro, refertur ad Personas, Res & Actiones. quæ ultima significatio nostri est fori. Ratio, cur illa superinducta fuerit concursus vocabulo. §. II. Explicatio remissiva vocabuli utilius. Definitio utilioris, ex pluribus remediis, electionis. §. III. Remedii vocem vindicant sibi I. Medici. II. Icti, & quidem in sensu 1. improprio: 2. proprio. Hic vero loci, quid denotet in specie? §. IV. Sententiæ vox accipitur late; 1. 2. 3. & stricte; eoque modo iterum vel improprie, vel proprie. Ejus Synonyma. Disting. aliàs à re judicata; quæ quid sit? quæ tamen differentia, fundata magis in Schola Doctorum, quam veritate Juris, Procedere vix videtur quoad Judicia Imperii suprema: Et quamvis contra sententias Illorum, præter Revisionem & Supplicationem, dentur adhuc suspensiva remedia alia; Resp. tamen 1. 2. 3. 4. Rationis Ratio 5. §. V. Suprema Imperii Tribunalia sunt Judicium Aulicum & Camerale: quorum sedes describitur hodierna. Non etiam Judic. Rothvvil. per rationes, 1. 2. 3. Multo vero minus Judicia subalterna reliqua. Et quamvis deliberatum olim fuerit in Tract. Pac. Westph. de erigendis adhuc duobus novis; res tamen in nudis consultationis finibus perstitit, & ad hodiernam lucem mansit infecta; ex rat. &, si in posterum quadam vellent erigi, in consilium quoque adhiberi deberent Statibus Imperii. §. VI.

CAPUT II.

De Remediis, contra Sententias, in Supremis Imperii Tribunalibus latas, ipsis, in genere.

Q*Uamvis contra sententias Judicii Aulici atque Cameralis proprie sic dicta appellatio non detur; ob rationem duplicem: &, quamvis omnino repro-*

reprobanda sint frivola sententiarum impugnationes; quia tamen errare est humanum, atque etiam per supremorum horum Judiciorum sententias facile quis se sentire potest gravatum, ex causa vel maxime justa; hinc ipsa suasit aequitas, ut & contra sententias Illorum superessent quaedam Remedia. Quem in finem, tam quoad Judicium Camerale quam Imperiale quoque Aulicum, in Constitutionibus Imperii, concessa sunt ejusmodi varia. §. I. Quorum I. est, quoad Jud. Cam. *Revisionis beneficium. Revisio; unde suam accipiat denominationem? Locum habet semper, quando interponi amplius nequit appellatio. Hinc adhibetur non solum in Dicasteriis Statuum Imperii gaudentium privilegio de non appellando; vel omnibus Statibus communi; vel sibi tantum proprio; eoque vel limitato; quale quinam habeant? traditur remissive: vel illimitato, cujusmodi privilegio quinam gaudeant? indicatur iterum remissive. Sed &, vel maxime, ratione Sententiarum Cameralium; ubi, quid sit? definitur. quando habeat locum? Formula illius, remissive proposita. §. II. Formalia, circa Revisionis intentationem observanda, sunt* 1. quoad modum, *ut non solum denuncietur Electori Moguntino, qui implorationi etiam indistincte deferre tenetur. Sed etiam insinuetur Camerae Imperii. II.* quoad tempus: *ut fiat intra quadrimestre spatium à tempore lata sententia, non solum* 1. *interpositio, & notificatio; sed etiam* 2. *Juramenti praestatio, tam à parte, quam illius Advocato; quid si sit Status Imperii Consiliarius effectivus? eorundemve Procuratore; sub poena desertionis; & denique* 3. *sub poena praeclusionis, illa posthac apponendi, non deserta Revisionis, productio gravaminum; quae debent esse verisimilia, non notorie frivola; & deduci ex solis actis prioribus, non rationibus novis. III.* Quoad causam: *& quidem ejusdem α.* qualitatem; *ut causa appellabilis sit de Jure communi; quamvis inappellabilis sit ratione specialium privilegiorum. Unde locum non habet* 1. *in Possessorio summariissimo.* 2. *adversus sententiam pravio juramento judiciali latam.* 3. *si quis condemnatus fuisset propter contumaciam.* 4. *in Criminalibus.* 5. *in causis, per viam Compromissi, ad Cameram delatis. Bene tamen, quando intervenerunt tres conformes sententiae; quae, quando intervenisse dicantur? traditur remissive. It. in casu L. Diffamari; nec non causis exemtionum.* β. Quantitatem; *ut summa adaequet* 2000. *Imperial. absque computatis usuris atque interesse. IV. Ut Revisionem petens certam summam pecuniae vel realiter deponat, aut pro illa caveat, datis fidejussoribus, vel, quoad pauperes, juramento corporali. Quamvis enim O. C. conjunctim exigere videatur & depositionem, & cautionem, propter particulam* Und; *quia tamen particula illa non semper compulative, sed quandoque ad declarationem*

tionem aut continuationem praecedentium adhibetur, quandoque etiam pro disjunctiva accipitur. Inde, illa particula non obstante, sufficiet ex illis alternativè una. Quae dispositio etiam mutata non debet censeri per R. Nov. §. 126. cum in dubio Leges Legibus semper concordare praesumantur. §. III. Supplicatio *considerari potest vel in genere, vel in specie, & quoad Judicium Aulicum. In genere considerata quid sit? & ubi illo in sensu locum habuerit jam olim? & habeat etiam hodienum? In specie accepta iterum sumitur in sensu vel latiori, vel strictiori, nobisque h. l. proprio. Et intuitu hujus posterioris significat definitur. Per quam definitionem ferme eadem constituitur cum Revisione Camerali. A qua tamen differt non solum aliàs, atque in genere; sed etiam in specie, & ratione Judicii Aulici. 1. Ratione Notificationis ad Elector. Mogunt. 2. rat. fatalium supplicat. denunciandi. 3. rat. Deputatorum Statuum, hic non necessariorum; cum omnia hic peragantur à Judicio Aulico, ita tamen, ut adhibeatur alius Referens & Correferens, & Assessores quoque alii. Id quod fieri in Judicio hoc posse, demonstratur. Non tamen diff. ulterius atque 4. rat. Sportularum. nec 5. rat. Summae supplicabilis. §. IV. Requisita formalia, ad Supplicationem cum effectu intentandam, necessaria sunt I.* quoad tempus: *ut intra quadrimestre continuum à tempore latae sententiae non solum 1. fiat remedii hujus apprehensio. sed & 2. juramentum praestetur calumniae. 3. deponantur sportulae, vel realiter, vel cautio pro iis praestetur sufficiens. 4. exhibeatur Libellus Gravaminum, aut, si hoc fieri nequeat intra hunc terminum, ejus petatur prolongatio. II. quoad* Causam, *ejusdemque* 1. qualitatem, *ut appellabilis sit de jure communi.* 2. quantitatem, *ut bis mille contineat Imperialium. §. V.* Restitutio *in integrum, ex clausula illa generali, hodie contra omnes, etiam Cam. Imp. sententias concedi solita,* quantum ad Cameram Imperii *quid sit? locum habet contra sententias definitivas, & interlocutorias vim definitivarum habentes causa, hodie, non amplius articulatim, sed summarie sunt proponenda.* intuitu Judicii Aulici *quid sit? §. VI. Ut quis petat Restitutionem cum effectu, requiritur* in Camera Imperii: *1. ut quis illam non petat per calumniam, sed 2. subsint causa nova: & quidem 3. graves. 4. ut Procurator praestet juramentum Restitutionis non tantum in Principalis atque Advocati, sed propriam quoque animam; quamvis posterius hoc vix observetur. 5. ut petitio illa fiat intra quadriennium continuum. & praeterea* in Judicio Aulico, *6. ut petatur non principaliter, sed per viam Supplicationis. §. VII.* Syndicatus. *quando, & contra quem locum habeat? An etiam huc pertineat? & R. Aff. per rationes 1. 2. 3. 4. Quid sit intuitu Judicii Came-*

ralis? Et quid intuitu Judicii Aulici? §. VIII. Solemnia circa eundem instituendum sunt eadem quæ sunt Revisionis, atque Supplicationis in specie sic dictæ. & idem quoque Judex. Differentiæque, inter duo hæc Judicia venditatæ, sunt omnino spuria. §. IX. Remedii Nullitatis *etymologia remissive proposita; ejusdem encomia.* In genere *quid sit? definitur. nec commentum tantum esse Doctorum, ostenditur. Quemadmodum remedio huic hodie vix datur locus in Camera Imperii; ita quoque eliminatum illud esse è Judicio Aulico, tradunt nonnulli, quæ tamen sententia simpliciter procedit vel minime. Objic. Instrum. Pac. VVestph. sed Resp. 1. 2. 3. & defenditur, quod omnino in Judicio Aulico proponi possit per viam Supplicationis. §. X. Querela Nullitatis* in specie quoad Judicium Aul. *definitio. Requisita illius sunt I. ut instituatur mediante Supplicatione. II. intra tempus legitimum. III. Ex justis causis, quales sunt* vel Judicio huic propriæ; *e. gr. si in causis diversarum religionum non adhibiti sint Assessores ex utraque religione. An vero etiam, si pronunciet in causis matrimonialibus, versantibus inter personas A. C. addictas.* Vel cum aliis Judiciis communes: *Et quidem I. ex parte Judicum, si pronunciaverint corrupti per sordes. Num vero etiam, si juste recusati? II. rat. personæ* pro *qua lata est sententia; si pro absente & ad totam causam non citato. III. rat. personæ* contra *quam; 1. si contra non contumaciter absentem, vel contra non citatum. 2. si contra pupillos vel minores indefensos. IV. rat. personarum in judiciis accessorie intervenientium. 1. si pronunciatum sit contra Procuratorem falsum; 2. si Procurator vel Advocatus sit prævaricatus. 3. si lata sit sententia ex dolo testium ipsorumque falsis testimoniis. V. rat. substantial. Processus; si omissa sit Citatio: Litis contestatio: causæ cognitio; it. si insuper fuerit habitum Juramentum Calumniæ à parte adversa exactum. VI. Ex re sive causa: si pronunciatum sit contra Jus in thesi, sub lim. tamen; non vero etiam si contra Jus in hypothesi. Si contra communem Drum opinionem. Contra Statutum vel Consuetudinem, non etiam, si contra privilegium partis. Si sententia non sit conformis libello. Si lata sit ad libellum ineptum. Si pendente Dilatione. IV. ut demonstretur ex iisdem Actis. V. ut Juramentum præstetur Calumniæ. §. XI. Præter vero explicata Remedia supersunt nulla: vix enim locum hic habet denunciatio Evangelica. Multo minus Appellatio à Cæsare male informato ad melius informandum. Nec provocare hodie amplius licet ad Consilium Imperatoris Secretius. Nec 2. ad Comitia Imperii. omnium vero minime in causis civilibus ad Sedem Papalem. Quid dicendum de provocatione ad Tribunal Christi? remissive resolvitur. §. XII.*

CA-

CAPUT III.

De Remediorum hactenus explicatorum Concursu in specie.

A*Ctionum Concursus cum sit duplex,* **Electivus** *nim. &* **Cumulativus**; *hicque iterum vel* simultaneus, *vel* succesivus; *ad Concursuum horum species nostra conferemus remedia. §. I. Et quidem, quantum ad Concursum* **Electivum**; *Ille, quoad Remedia hac, vires suas regulariter non exserit. Quia* 1. *in Constitutionibus Imperii actoris in favorem simpliciter sunt concessa.* 2. *Concursum hunc excludere videtur distinctio titul. atque §. §.* 3. *Ex diversis oriuntur causis atque fontibus.* 4. *Accedit ratio aequitatis. §. II. Nec* regulariter *cumulativus* **simultaneus.** 1. *Quia competunt ferme ad idem. &* 2. *pleraque sibi invicem sunt contraria. §. III. Sic e. gr. cum* **Revisione** *vel* **Supplicatione** *simultanee non concurrit I.* **Restitutio** *in integrum.* 1. *propter Reg. l.* 57. *ff. de R. J.* 2. *propter contrarietatem. omnium maxime vero* 3. *propter diversos Judices. II.* **Syndicatus.** *Neque quatenus instituitur* Criminaliter. *quia diversi hic intercedunt Judices. Quia vero Syndicatus in hoc sensu hic non accipitur, prolixiori deductione hanc in rem opus non est. Neque quatenus agitur* Civiliter. *Sive pronunciaverint Judices muneribus corrupti, aut dolo quoque simplici, contra Jus Constitutionis. Sive non corrupti & contra Jus tantum partis dolo tamen malo. Obst. tamen* 1. 2. 3. *Resp. autem ad* 1. *ad* 2. *Resp.* 1. 2. *Resp. ad* 3. *Et demonstratur, quod hoc in casu Judicium Syndicatus sit rei persecutorium non poenale. Obj. Resp. §. IV. Nec II. cum* **Restitutione** *simultanee concurrit* **Syndicatus**, *non tam propter L.* 57. *ff. de R. J. quam potius propter rationem. & contrarietatis; & absurditatis; & impossibilitatis. aut* **Querela Nullitatis**, *propter Reg. dict. L.* 57. *& rat. contrarietatis. §. V. Patiuntur tamen hactenus dicta limitat. in* **Syndicatu**, *atque* **Querela Nullitatis**; *quando Judices pronunciarunt muneribus corrupti, aut ex dolo quoque simplici, contra tamen Jus in thesi. Quia cessant hic omnes simultaneum concursum impeditiva rationes. Obj.*

Resp. §. VI. Unde sequitur, quod concursus horum remediorum regulariter sit potius Cumulativus Successivus. *Obst. qua habet B. Mevius. Resp. autem* 1. 2. *Et colligitur, quod & ipse concursum horum Remediorum statuat esse subordinatum. Ut vero rationibus potius quam Doctorum pugnem Authoritatibus, quoad singula Remedia, seorsim atque in se considerata, Concursus demonstrabitur* regulariter *Successivus. §. VII. Sic, si quis in Camera Imperii succubuerit in* Revisione, *licet ulterior Revisio prohibita sit indistincte atque simpliciter, concedenda tamen est adhucdum I. in integrum* Restitutio. *quia duo hac remedia* 1. *ex diversis oriuntur fontibus.* 2. *ad finem quoque tendunt diversum.* 3. *obtinet in illis diversus procedendi modus.* 4. *Restitutio durat per quadriennium.* 5. *In dubio tanquam aequissima atque favorabilissima semper admittenda. Objic. Resp. II.* Syndicatus *Judicium. quia* 1. *ex diversis oriuntur fontibus.* 2. *ad finem quoque tendunt diversum. Objic. Resp. §. VIII. Qua autem dicta sunt hactenus de Camerali Revisione, vera sunt etiam rat. Supplicationis intuitu Judicii Aul. intentanda. Objic.* 1. 2. 3. *Hisce tamen non obstantibus post Remedium Supplicationis nihilominus adhuc regressus datur ad alia. Ex rationibus:* 1. 2. 3. 4. 5. & 6. *§. IX. In petita* Restitutione *in integrum si quis succumbat, uti poterit adhucdum I.* Revisione *propter Correlat. imo propter majoritat. ration.* 2. *quia denegata Restitutione in integrum conceditur Revisio; Inde, propter paritatem rationis idem quoque dicendum in casu non denegata quidem, sed sine effectu concessa Restitut.* 3. *quia per restit. in int. proprie loquendo, injustitia nondum incusata fuit sententia. II.* Syndicatu, 1. *quia ex diversis proveniunt fontibus.* 2. *ad finem tendunt diversum & alias quoque diversus obtineat in illa procedendi modus. III. In Judicio Aul. adhucdum* Querela Nullitatis. *quia* 1.) *ex diversis proveniunt fontibus.* 2.) *diversis gaudent effectibus.* 3.) *quia de Jure communi possunt in uno libello proponi alternative: & sub conditione. Inde etiam institui poterunt successive. etiam in Judicio Aul. §. X. Qui succubuit in* Syndicatu; *uti adhuc poterit, non quidem* Revisione, *bene tamen* Restitutione. *Objic. Resp. Et* Querela Nullitatis, *ex capite tamen alio. Nec objici ipsi poterit exceptio rei judic. cum sententia strictissima sit inter-*

interpretat. §. *XI. Si denique in Jud. Aulico frustra quis intentarit remed.* Nullitatis, *potest adhucdum instituere I.* Remed. Supplicat. *quia 1.) iterum ex divers. descend. fontib. 2.) finem intendunt divers. II.* Restitut. in integrum. *Obst. quod duo hæc Remedia contraria sibi sint statim rat. originis. Resp. Limit. Proposit. hanc; illiusque neg. conseq. cum contrar. abunde pateat ex* L. 16. C. d. Inoff. Test. *III.* Syndicatum. §. *XII. Subjungitur quæstio, numne recursus hic successivus ab uno Remedior. ad aliud, admittendus etiam sit in casu, ubi instituendi Remedii fatalia jam sunt elapsa. Et quamvis videri posset quod non: ex rationibus duabus. Verum tamen de Jure communi, potius est contrarium. quia non censeri potest in totum negligens, qui remedium arripuit insufficiens. Quorsum pertinet vel maxime text.* l. 16. C. d. Inoff. Test. *Et quæ ex illa eruunt Ddres in communi. Interim tamen assertio hæc limitatur; modo remedium, in quo quis succubuit, etiam institutum sit intra tempus, Remedio, ad quod quis confugere vult, præfixum. propt. Reg.* l. 29. D. de R. I. §. *XIII.*

CAPVT IV.

De laudatorum Remediorum Electione utiliori.

REmedia plura quando alicui competunt, in ipsius est arbitrio, maxime commodo uti. Hinc de Electione utiliori, in hoc cap. §. *I. Dici autem potest Remedium aliquod altero utilius I. Facilitate probationis fundamenti intentionis; et hoc respectu, præ Nullitat. atque Syndicat. querela, Revisio præstat Actor. quia Nullitas probationis est difficilior. ad Syndicatum vero probationes contra Judices requiruntur luce meridiana clariores, cum præsumtio semper sit pro Judice, & quod pronunciaverit, potius ex ignorantia, quam dolo; At vero rat. Judic. Camer. Syndicatus de culpa institui nequeat, sed eum in finem pateat Revisio. Et quamvis sufficiat dolus quicunque, circa illum tamen probandum cautione opus est vel maxima. Ad revisionem vero obtinendam, gravamina quidem etiam petita esse debent ex actis prioribus, ita, ut, si sint amissa, non concedatur; sub distinct. tamen. nec adducere licet aliquid novi, nisi id ipsum noviter supervenerit. Imo non admittitur, nisi scriptum unicum; sub limitat. tamen. Interim tamen ad gravamina illa adducenda quis non tenetur simpliciter. Omnium vero maxime, rat. probationis, ejusdemque facilitatis, præferenda est petitio Restit.*

in integr. Utpote ubi quis non adstrictus est ad acta priora, sed adducere potest, imo debet, causas atque rationes novas; sub juram. corporali, se illarum notitiam antea non habuisse. Ita tamen ut cumulare liceat cum novis caussis veteres. §. *II. II. Objecti latitudine: Et eatenus utilior est Syndicatus: Ratio.* §. *III. III. Forma adjuncto, & quidem* 1. *rat. modi procedendi,* α. *Brevioris: praeferenda est reliquis restitutio. Ratio quanam?* β. *Exactioris: & eatenus restitutioni praevalent Revisio & Syndicatus. Si vota Revisorum sint paria, praevalet sententia confirmatoria. Et licet recusare Revisores. Et idem, quod de Revis. dictum, dicendum quoque est de Supplicat. quamvis differentiam insignem in eo constituat Auth. Med. ad Instr. Pac.* 2. *Rat. Adjuncti Processus; & in eo reliquis utilior est in integrum restitutio.* §. *IV. IV. Finis* 1.) *certitudine: Eoque respectu, satius est, intentare Revisionem, quam querelam Nullitatis; propter controversam illius existentiam; aut Syndicatus; non quidem quod non amplius sit in usu, contrarium enim manifeste docet exemplum novissimum; sed quod valde sit periculosus, Revisionis vero petitio vel Supplicatio longe est favorabilior. Et quamvis non solum hanc, sed & restitutionem contra sentent. definit. rarissime intentari tradant nonnulli; in specie tamen quoad restitutionem monstratur contrarium.* 2.) *Jucunditate, ubi praevalet Syndicatus.* 3.) *Utilitate; eoque respectu praestat iterum reliquis Syndicatus.* §. *V. V. Fori Conditione: Et hic Restitutioni praevalent Revisio, atque Syndicatus.* §. *VI. VI. Effectus momento: & quidem* 1. *rat. periculi ex contrario processus exitu metuendi: ibique Syndicatu & Revisione utilior est Restitutio.* 2. *utilius est per cujus intentationem rem servamus in statu pristino, illo, quo contenti esse debemus satisdatione tantum; Unde* 1. *Revisione, utpote cujus effectus hodie non est amplius suspensivus, nisi* 1. 2. 3. 4. 2. *Supplicatione, tanquam remedio, hodie etiam tantum effectu devolutivo gaudente; contra dissentientes.* 3. *Syndicatu, utpote cujus effectus dici non potest suspensivus, ex rat. triplici; tam quoad Jud. Cam. quam etiam quoad Judicium Aulicum.* 4. *Nullitatis querela; cum illa quoque regulariter sententiam non suspendat; nisi* 1. 2. 3. 4. & 5. *utilior est Restitutionis in integrum petitio: quia per illam Executio suspenditur. Id quod tamen limit.* 1. & 2. 3. *per cujus impetrationem rem consequimur ipsam, illo, ubi tantummodo aestimationem; et eatenus reliquis iterum praevalet in integrum restitutio.* §. *VII. VII. Durationis praestantia. Et hoc respectu utilior est reliquis querela Nullitat. Revisio enim ut & Supplicatio per spatium tantum durat quadrimestre; quemadmodum etiam quoad Cameram Imperii & Jud. Aul. Syndicatus. Restitutio in integrum per quadriennium continuum. Nullitatis vero querela per annos*

nos 30., modo ſecundum Rec. noviſſ. nullitas ſit inſanabilis, ſi enim ſit ſanabilis, fatale ejusdem quoad Jud. Aul. ſpatium tantum eſt quadrimeſtre. Longumque temporis ſpatium Remedium hoc omnino meretur. §. *VIII. VIII. Rat. maturandæ Executionis; ſicque anteferenda reliquis remediis eſt in integrum Reſtitutio.* §. *IX. Concluſio.* §. *X.*

Q. D. B. V.

CAPUT I.

Neceſſariam Terminorum in rubro occurrentium Expoſitionem, eorundemque varias acceptiones exhibens.

PRæſentis Diſſertationis Inauguralis Objectum Cardinale atque palmarium delineare antequàm aggrediar, abs re non futurum, quin neceſſarium potius duxi, præmittere pauca quædam, *non ſolum* de Remediis, quorum de Concurſu & Electione hic tractabitur potiſſimum utiliori, ipſis in genere; *Verum etiam* de vocabulorum in rubro occurrentium ſignificatione varia. Quamvis enim *potior* ſit rerum conſideratio, per *L.* 17. *ff. d. LL.* & *arg. L.* 13. *§.* 2. *ff. de Excuſ. Tut. Prior* tamen verborum habenda eſt ratio, per *L.* 7. *§.* 2. *ff. d. Supellect. Leg. c. Clericus.* 5. *Qu.* 1. *cauſ.* 12. & *arg. L.* 1. *pr. ff. d. J. & J. L.* 1. *§.* 1. *ff. de Pact. L.* 51. *pr. ff. ad L. Aquil. l.* 1. *ff. depoſ. l.* 1. *ff. d. furt. L.* 6. *ff. d. bon. damnat. L.* 49. *ff. d. V. S. cap.* 6. *X. d. V. S.* vid. Tabor *in Partit. Elem. JPrud. Meth. p.* 3. *S.* 4. *th.* 2. B. Sam. Stryckius *diſſ. de Imputatione facti alieni, cap.* 1. B. Dn. D. Frommannus *diſſ. de Jure Variandi, p. gen. c.* 1. *pag.* 3. Quemadmodum verò illis deſtinatum eſt Caput ſequens ſecundum; Ita huic non immerito dicabitur hoc Primum.

Neceſſarium fuit viſum, palmario Diſſert. objecto explicat. præmittere in rubro occurrentium terminor.

I. Quan-

I.

Et quidem, quantum ad concursus vocabulum, illud in Jure nostro tribuitur: *Personis*,

QUantum itaque attinet, primo loco quod oculis sese subjicit, Concursus vocabulum, de eo notandum venit inprimis hoc, quod, missis, quibus extra Jus nostrum gaudet significationibus aliis, in Jure nostro accipiatur potissimum *tripliciter:* De Personis nim. Rebus, & Actionibus. *Personarum* concursus contingit regulariter ob æqualitatem Juris, & quod plures rem prætendant eandem; Veluti ejusmodi Concursus est Coheredum, & Collegatariorum, sive verbis tantum, sive re tantùm, sive re & verbis simul conjunctorum; vid. *L.* 16. §. *ult. ff. de Leg.* 1. *L.* 80. & 89. *ff. d. Legat.* 3. *L.* 142. *d. V. S.* Vinn. *ad §.* 8. *Inst. de Legat. num.* 15. *seqq.* Excell. Dn. D. Majer, *Patronus atque Præceptor meus Colendissimus, in Comment. ad Instit. ad dict. §.* 8. *p. m.* 601. B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. ad tit. de Legat. §.* 68. *seqq.* & Creditorum, & quidem vel in pignore, vid. *L.* 7. *§.* 1. *ff. qui potior. in pign.* vel extra pignus quoque, in genere, rat. bonorum debitoris obærati, intentione sæpius diversa, vid. B. Dn. D. Bardili *de Judicio Concurs. Univers. cap.* 1. *posit.* 2.

Rebus,

Rebus quando applicatur, plerumque æqualitatem denotat utriusque, quo in sensu quantitas dicitur concurrens, in *L.* 4. *C. d. Compensat.* Interdum verò denotat etiam cumulationem; Sic concurrens dicitur causa lucrativa in *§.* 6. *Inst. d. Legat.* Sic concurrentia delicta in *L.* 2. *ff. d. privat. delict.* vid. B. Sam. Stryckius *in annotat. ad Joh. Brunnem. Prælect. de Processu Concurs. Creditor. cap.* 1. *§.* 1. *p.* 3. B. Brunnem. *Tract. de Concursu, Cumulat. & transmiss. Action. c.* 2. *§.* 1. *p.* 21. Christ. Phil. Richterus *in disp. de Concursu Actionum, cap.* 1. *n.* 4. 5. & 6. Dn. Joh. Frid. Rhetius *de Concurrentium Actionum natura & effectu, cap.* 1. *§.* 2. *p.* 6.

& *Actionibus*.

Actionum verò Juridice & proprie sic dictus fit concursus, cum duo pluresve Actiones *α.* eidem Actori, *β.* adversus eundem reum, *γ.* circa eandem rem vel objectum competunt, ex una vel diversis causis, vid. *L.* 18. 19. *L.* 32. 34. 53. & 60. *ff. d. O. & A.* Stryck. *d. l.* Brunnem. *d. l. §.* 2. 3. & 4. Richterus *dict. disp. c.* 2. *n.* 4. *seqq.* Struv. *in S. J. Civ. Ex.* 46. *th.* 88. & 89. B. Joh. Rebhan *in Hodoget. Jur. p.* 762. Lauterb. *in Colleg. ad tit. d. Interdict. §.* 23. & *ad tit. d. Oblig. & Act. §.* 90.

& præterea etiam, maxime stylo

Præter tres verò recensitas hactenus significationes, (ex quibus posterior de Actionibus nostro potissimum inserviet instituto) Concursus vocabulum haud male videtur mihi applicari posse adhuc-

hucdum 4.) *Jurisdictioni*; quæ acceptio, quamvis in LL. Juris nostri Civ. non occurrat quoad verba, occurrit tamen quoad rem, & approbata etiam est vel maximè moribus, & usu loquendi hodierno. *Sic* enim Jurisdictio concurrere dicitur, quoad Actiones Reales, & in rem scriptas, Judicis rei sitæ, atque domicilii; quoad Personales verò, descendentes ex conventione, Judicis domicilii, atque contractus, ex delictis autem, domicilii, loci delicti commissi, atque deprehensionis; vid. B. Ern. Frid. Schrœterus *disp. de Competentia Fori communis & privilegiati, per tot.* cui jung. Illustr. Cocceji *Disp. de Fundata in Territorio, & plurium locorum concurrente Potestate, tit.* 4. & Joh. Justi Gersten *Disp. Inaug. Giessæ Anno* 1685. *habit. de Judice competente in Causis matrimon. cap. I. p. m.* 4. *seqq.* *Sic* porro concurrere dicuntur Statuta plurium Dominorum Territorialium, tàm quoad personam ipsam, quàm quoad Actus, atque Res; vid. Dn. Coccej. *dict. Disp. tit.* 5. *§.* 2. *& tit. seqq. per tot.* & *integr. Diss. Giessæ Hassor. hab. Anno* 1715. *R.* Joh. Gottfr. Mejero *de Statutorum Conflictu, Eorumque in exteros valore.* *Sic* denique, (quamvis hoc olim controversum fuerit acriter, vid. Besoldus *de Jurisdict. J. R. G. c.* 12. Limn. *in J. P. L.* 9. *c.* 4. *num.* 8. *& seqq.* & Auth. *pecul. Tract. Ambergæ editi Anno* 1608. *sub tit.* **Gründlicher Unterricht/ ob der Kayserl. Hof/ mit und neben dem Kayserl. Cammer-Gericht zu Speyer** *concurrentem Jurisdictionem* **in allen und jeden Sachen/ ohn Unterschied habe?** ap. Londorp. *T.* 1. *L.* 1. *c.* 3. & Celeberr. Dn. Lünigium, Patronum meum Colendiss. *Tom.* 1. **der Staats**-*Consilior. sub num. CXX. p.* 645. *seqq.*) hodie, concurrens dicitur *non solum* Jurisdictio Judicii Imperialis Aulici atque Cameræ Imperii, in plerisque, & tam in prima, quam secunda Instantia; vid. *Ord. Jud. Aul. tit.* 5. *§.* **so wollen wir auch**/ 8. add. Instr. Pac. West. *art.* 10. §. 12. & latius Magnif. Dn. Præses *in Introd. ad J. P. P. Spec. S.* 1. *c.* 12. *§.* 7. *& c.* 13. §. 8. *in fin. &* §. 11. Vitriarius *in Inst. J. P. L.* 4. *t.* 7. §. 22. Leipold. *de Concurrentia Jurisdict. R. G. J.* apud Arumæum *T.* 1. *Disc.* 13. *qu.* 4. *p.* 205. Mauritius *de Judicio Aulico, th.* 12. *seqq.* Paurmeister *de Jurisdict. L.* 2. *c.* 5. Gail. *L.* 1. *Obs.* 121. *num.* 3. Joh. Andr. Gerhard. *in Disc. d. Suprem. in Imp. Rom. Judiciis, Disc.* 1. *c.* 2. 4. *&* 5. *per tot.* B. Dn. D. Bardili *de Judicio Aulico cap.* 7. *th.* 2. Joh. Deckerrus *in Vindic. ad Blumii Proc. Cam. tit.* 25. *num.* 41. *p.* 151. *multisque seqq.* add. Idem *ad n.* 60. *&* 61. *pag.* 169. *&* 170. Joh. Christoph. ab Uffenbach *d. Consilio Cæsareo - Imperiali Aulico cap.* 10. *p.* 81. *seqq.* *Sed &* Judicii Rothvvilensis atque Suevici,

loquendi hodierno, *Jurisdictioni.* e.gr. intuitu Actionum Realium: & in rem Scriptarum, Personalium, descendentium vel ex conventione; vel ex delictis. Et sic concurrere etiam dicuntur Statuta plurium Dominor. Territ. quoad personas, actus, & res. It. hodie, Jurisdictio Cameræ Imp. & Jud. Aul. in causis plerisque.

Nec non Jud. Rothvv. & Prov. Suev. rat. Subditorum, cum Statibus & Magistratibus, illorum foro atque Jurisdictioni subjectis, nec specialiter contra illa, quoad causas quoque exceptas, privilegiatis. quid in Judiciis hisce Prov. sint causæ illæ exceptæ? & quot?

rat. Subditorum, cum Statibus & Magistratibus aliis, Illorum foro atque Jurisdictioni subjectis, nec, contra Illa, privilegio avocatorio munitis, vel munitis quidem, sed non specialiter, (id quod fieri omnino posse, contra Uffenbachium *de Judic. Imp. Aulico c.* 12. *sect.* 1. *subsect.* 2. *p.* 153. & ipsos Rothvvilenses, Status contra hos casus reservatos privilegium exemptionis impetrare posse, frustra negantes, latius probant Mauritius *de Judicio Rothwilensi, cap.* 2. *§.* 11. B. Phil. Knipschild *de Civit. Imperial. L.* 2. *c.* 33. *n.* 257. & Joh. Wolffg. Textor *ad Rec. Noviss. p.* 2. *Disp.* 1. *th.* 87. *&* 88. qui tamen posterior, affirmativam hanc, simpliciter, & de sola Imperatoris concessione, procedere negat:) contra causas exceptas, reservatas, atque irremissibiles, (quæ causæ exceptæ & reservatæ, vulgo Ehehafften dictæ, quid sint? vid. die Schwäbische Land-Gerichts-Ordn. *d. Anno* 1618. (quam exhibet Excellent. atque Consult. Dn. D. Joh. Steph. Burgermeister, *Consiliar. Reipubl. Ulmens. meritiss. Patronus meus singulariter colendus, in Corp. Jur. Publ. & Privati, Tom.* 2. *p.* 694. *seqq.*) *p.* 2. *t.* 4. Magnif. Dn. Præses *in Introd. ad J. P. P. Spec. S. I. c.* 14. *§.* 5. & quot? vid. die Kayserl. Rothweyl. Hof-Gerichts-Ordn. *p.* 2. *t.* 5. apud laud. Dn. D. Burgermeist. *d. l. p.* 644. *seqq. &* die Schwäbische Land-Gerichts-Ordn. *itidem p.* 2. *tit.* 5. apud Eund. *p.* 724. *seqq.* Phil. Knipsch. *d. Civit. Imper. dict. L.* 2. *c.* 33. *n.* 256. *seqq. & de Jurib. Nobil. l.* 3. *c.* 23. *n.* 723. *seqq.* Jac. Otto *in pecul. Tract.* uti etiam, de modo in illis procedendi admodum singulari, rat. Citationis, sive denunciationis, der Verkündigung, oder Fürgebott, vid. pot. *dict.* Ord. Jud. Prov. Suev. *p.* 2. *t.* 3. *in fin.* & Andr. Christ. Schneider *in Proc. Jur. Judic. Prov. Suev. p.* 1. *t.* 16. *num.* 11. *seqq.*) vid. die Schwäbische Land-Gerichts-Ordn. *p.* 1. *tit.* 1. *pr.* ibi: und mit lauffender Gerichts-Zwang, *& in fin. tit.* 2. *pr. & fin. atque passim*; Dn. Præses *d. c.* 14. *§.* 7. *&* 11. Textor *cit. p.* 2. *D.* 1. *th.* 84. Phil. Knipsch. *d. loc. num.* 230.

II.

Electionis vox

Electionis vox, (de cujus etymologica notatione vid. Magnif. h. t. Universitatis hujus Rector, Dn. D. Grassus, *Patronus atque Præceptor meus sanctissime devenerandus, in Disp. Inaug. sub præsidio B. Dn. D. Fromanni habit. de Electione Actionis utilioris, th.* 1. *p.* 7. Ejusque Gener, Excellent. Dn. D. Mœgling, *Fautor atque Præceptor meus itidem singulariter colendus, in Disp. Inaug. de Electione certa*

ta Persona industria, *cap.* 1. *§.* 1.) non obtinet, nisi inter plura; vid. B. Dn. D. Frommann. *de Jure variandi, p. Sp. S.* 1. *c.* 3. *m.* 1. *p.* 35. & quidem maximè inter æqualia atque similia, vid. August. Barbosa *in Thesauro locupl. L.* 5. *c.* 5. *ax.* 13. & in Jure nostro, perinde uti antea de Concursu monitum, refertur ad Personas, uti in *L.* 12. *§.* 1. *ff. de Sponſ. L.* 36. *ff. de Excuſ. Tut. L.* 41. *ff. de Recept. qui arbitr. recep.* Res, *in L.* 6. *§.* 1. *ff. quando dies legat. L.* 2. *§. fin. L.* 4. *ff. de Opt. Legat. l.* 2. §. 3. *ff. de eo quod certo loco; L.* 13. *§.* 3. *ff. d. S. P. Ruſt.* & Actiones, *in §.* 5. *Inſt. quod cum eo, qui in al. pot. l.* 9. *§.* 1. *ff. de Trib. Act. l.* 76. *§.* 8. *ff. de leg.* 2. *l.* 34. *pr. ff. d. O. & A.* Dn. D. Mœgling. *d. l.* Quemadmodùm verò inter trinas hasce significationes locum sibi hîc vindicat non nisi ultima; Ita, cur eandem in Inscriptione hujus Dissertationis adhuc Concursûs superaddiderim vocabulo? ratio est admodùm manifesta. Synonyma etenim, quoad Actiones, non sunt, Concursus & Electio; Concursus siquidem est *Juris*, competentiam denotans actionum plurium, prout radicatæ sunt in persona Actoris, & actum respicit magis signatum; Electio verò, perinde uti cumulatio, est *facti*: respiciens magis actum exercitum, atque modum utendi; nam, quod hæc vel illa actio concurrat cum aliis, acceptum ferendum est dispositioni Legum, quod verò instituta sit ex pluribus concurrentibus, hæc præ alia à libero agentis provenit arbitrio, qui hac actione institutâ, quod intendit, facilius se consecuturum speravit, quàm alia; Unde etiam est, quod in Actionibus elective concurrentibus, & ubi electio obtinet consumptiva, (in actionibus enim cumulative concurrentibus, & ubi electio non est consumptiva; tantum non imminet periculum,) si instituta fuerit actio minus idonea, hoc ipsum eligenti imputetur, isque se ipsum decipere dicatur, quasi mala Electio sit in culpa; quemadmodum, si quis malum socium, vid. *§. ult. Inſt. de Societat.* imperitum Advocatum, vel Medicum; negligentem servum, vid. *L.* 27. *§.* 9. *ad Leg. Aquil.* Minorem in Procuratorem; vid. *l.* 73. *ff. de minorib.* aut exercitor improbum elegerit nautam; vid. *L.* 7. *pr. ff. naut. caup. ſtab.* Menoch. *Arbitr. Jud. quaſt.* 65. *n.* 11. Barbosa *dict. Tract. l.* 5. *c.* 5. *ax.* 2.

non obtinet, nisi inter plura, maxime vero æqualia.

&, in Jure nostro, refertur ad Personas, Res, & Actiones, quæ ultima significatio nostri est fori.

Ratio, cur illa superinducta fuerit concursus vocabulo.

III.

Dictionis utilius significatio, à communi & vulgari usu, non

Explicatio juris

remissiva vocab. utilius.

juris proprio, petita, cùm pateat jam per se, quod nim. remedium aliquod ita dicatur *comparativè*, quod scilicet ex pluribus, compendiosum magis, & ad finem, qui intenditur, obtinendum, sive actu, s. potentia, s. in thesi, s. in hypothesi, est conducibilius; Illaque præterea delineata jam sit *in cit. Disp.* Dn. D. Grassi, *§. 4.* Ejusdem ulteriori explicationi supersedere, illiusque loco definitionem Electionis remediorum utilioris subjungere constitui, quæ,

definitio Utilioris, ex pluribus Remediis, electionis.

juxta tradita Dn. D. Grassi *in dict. disp. §. 5.* & B. Dn. D. Fromanni *in Disp. de Jure Variandi, P. Sp. Sect. 1. cap. 3. m. 1. n. 16. p. 37.* esset nihil aliud, quàm actus voluntatis ejus, qui plura Juris remedia habet, unum ex illis, quod conducibilius videtur, assumendi, illudque, præ ceteris, in Judicium deducendi.

IV.

Remedii vocem vindicant sibi 1. Medici; II. JCti. & quidem, in sensu 1. improprio: 2. proprie.

Remedii vocem, compositam ex præpositione *re*, & simplici verbo *mederi*, primo omnium sibi vindicant *Medici*; sicque accepta, pro Synonymo agnoscit Medicinæ vocabulum, hocque sensu remedium adhiberi dicitur ægrotis. Secundo verò loco nec ignota illa est *Jureconsultis*, denotans (1.) in sensu satis *improprio*, donationem, vid. *L. 20. C. d. donat. ante Nupt.* qua remedium nuptiale significat idem, ac propter nuptias donatio; (2.) in *proprio*, opem & auxilium Juris, quo in significatu usurpata reperitur in *L. 1. ff. de Jurejur.* & in integrum restitutionis materia, in *L. fin. C. in quibus caus. in integr. rest. necess. non est;* vi cujus eo utenti succurritur, *arg. L. 3. C de execut. rei jud.* quemadmodum hoc modo dicimus Remedium *can. Redint. in c. 3. qu. 1.* Remedium *L. Diffamari, 5. C. de Ingen. manumiss. It. L. 2. C. de Resc. Vend.* & sic porro. vid. Joh. Lud. Mylius *in Disp. Inaug. Altdorfi habit. Anno* 1707. *de Remediis sententia executionem impedientibus, Sect. 1. c. 1. §. 1. p. 8.*

Hic vero loci quid denotet in specie?

Hic verò *loci* Remedium dicitur in specie illud, quod impugnationi inservit sententiarum Judicialium, sive illud deinceps effectu gaudeat suspensivo, sive tantummodo devolutivo; Conf. Dn. Guil. Hieron. Brücknerus *disp. de Remediis contra sententiam in Judicio possessorio summariissimo latam c. 1. th. 2.* Et vel propterea hoc, præ Actionis, vocabulo, uti placuit; quod universa illa remedia, in inferioribus evolvenda actionis proprie sic dictæ nomine vix insigniri posse videantur, conf. B. Dn. D. Grav. *in Disp. de Judicio* Syndi-

Syndicatus, *c.* 1. *th.* 4. *p.* 4. Remedii verò vox sit generalis. sec. B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. ad tit. de Reb. Cred. §.* 56.

V.

Sententiæ, derivatæ à sentiendo, nomen modis accipitur potissimum *duobus*: Late nim. (1) pro brevi quadam & concinna oratione, quæ integrum tamen & perfectum sensum, inque recessu habet acumen, ein Spruch: (2) pro opinione quadam firma, quam quis mente concepit; seu facta secum animi credulitate, vid. Calvin. *in Lex. Jurid. hac voce*: à Germanis nuncupata eine Meinung: à Gallis, un sentiment, une sentence; ab Italis, sentimento: (3) pro sensu & intellectu dictionis alicujus, vid. *L.* 15. *§.* 3. *ff. ad L. Corn. d. falsis; L.* 22. *§.* 8. *ff. eod. l.* 1. *§.* 13. *ff. ad Sc. Turpill.* Mylius *in dict. Disp. S.* 1. *c.* 1. *§.* 2. *p. m.* 8. *&* 9. & stricte: pro decisione rei litigiosæ; & tunc quidem iterum, vel *impropriè*, quatenus comprehendit Decretum, *L.* 48. *ff. de Re jud. l.* 75. *ff. de Judic.* & Arbitrium, vid. *L.* 1. *L.* 19. *§.* 2. *ff. de recept. qui arbitr. l.* 2. *C. de sent. & Interloc.* vel *propriè*, quatenus nim. est pronunciatio, à Judice, rite & legitime facta, causæ controversæ decisionem continens, *L.* 1. *l.* 14. *ff. de re jud. d. l.* 19. *§.* 1. *& l.* 6. *C. de Appellat.* Joh. Brunn. *in Proc. Civ. cap.* 27. *n.* 1. & venire aliàs etiam solet sub nomine Decreti, Pronunciationis Judicis, *vid. d. l.* 1. *§.* 1. *ff. ad Sc. Turp.* sive Juridicæ, *vid. l.* 3. *C. de fruct. & lit. expens.* Definitionis, vid. *L.* 2. *C. d. temp. & repar. app.* Germ. idiomate, ein Urtheil, B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. ad tit. de re jud.* §. 3. Bescheid, Sentenz, Rechtliches Erkanntnuß, Ausspruch, Rechts-Gerichts-Urthel, End-Urthel; conf. Carpzov. *in Proc. Juris, tit.* 16. *art.* 1. *num.* 4. Et distingui aliàs solet, in hoc sensu, à Doctoribus, ut causa à causato, à re judicata, quæ est sententia talis, quæ silentio decem dierum ita corroborata est, ut finem liti imponat, nec aliquod remedium contra eandem adhuc supersit, quod ipsam possit suspendere à viribus rei judicatæ; B. Sam. Stryck. *in Us. Mod. §.* 19. *de Re jud.* & *Introd. ad Prax. For. c.* 22. *§.* 1. B. Lauterb. *d. l. §.* 2. 3. *&* 25. Dn. D. Böhmerus *de sententiis in rem Judic. non transeuntib. th.* 1. *&* 2. Mylius *in supracit. Disp. S.* 1. *c.* 2. *th.* 2. *in fin. p.* 12. B. Joh. Sam. Stryk. *disp. de Remediis contra rem judic. cap.* 1. *num.* 2. *seqq.* Andr. Chr. Schneider *in Proc.*

Sententiæ vox accipitur Late.
1.
2.
3.
& Stricte.
eoque modo iterum vel impropriè.
vel *propriè*.
Ejus Synonyma.
Disting. aliàs à re judicata; quæ quid sit?

quæ tamen differentia, fundata magis in Schola Doctorum, quam veritate Juris.

Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl. 3. *t.* 1. *n.* 2. *p.* 357. Quæ differentia, fundata quidem non admodum in veritate Juris, (utpote in quo sententia, statim, postquam à Judice est lata, res dicitur judicata, vid. *L.* 7. *pr.* 1. *L.* 11. *ff. de Transact. L.* 40. §. 1. *d. pact. L.* 23. §. 1. *ff. de Condict. Indeb. L.* 14. *C. d. Appellat.* ac vis tantum atque effectus sententiæ & rei judicatæ exserere se demum dicitur post decendium, si nimirum intra illud sententia per appellationem non fuerit impugnata, vid. *L.* 14. §. 1. *ff. de Appell. L.* 2. & 4. *c. de re jud. & simil.* Bachov. *ad Treutl. V.* 2. *D.* 23. *th.* 1. *lit. a.* Struv. *in S. J. Civ. Ex.* 44. *th.* 10.) in Doctorum tamen schola, ad distinguendam nimirum sententiam, auctoritatem plenam nactam, vel minus, non male introducta, quamvis locum habere queat intuitu Judiciorum Inferiorum, à quibus conceditur adhucdum appellatio ad superiorem; obtinere tamen posse vix videtur in Summis Imperii nostri Tribunalibus, cum ex eo, quod à sententia in Ipsis lata, ulterior proprie sic dicta non detur appellatio, ratione Executionis nullum expectandum sit decendium, (cujus tamen tantummodo intuitu aliàs sententia à Doctoribus nondum dicitur res judicata, vid. *Auth. antea cit.*) adeoque coincidere ferme in ipsis videantur sententia & res judicata.

Procedere vix videtur quoad Judicia Imperii suprema:

Et quamvis contra sententias illorum, præter Revis. & Supplicationem,

Quamvis enim contra sententias illorum, præter Supplicationis atque Revisionis, (utpote rat. quarum, postquàm illæ hodiè *regulariter* effectum habent tantummodo devolutivum, non suspensivum amplius, *sec. infra latius tradenda*, intuitu executionis eo minus remanet dubii, *argum. Rec. Noviss. d. Anno* 1654. §. in Fällen/ 124. ubi, Revisione intra quadrimestre spacium desertâ, illàque dehinc pro nulla, vel nunquam petita habitâ, sententia, tanquàm res judicata, executioni mandari jubetur *simpliciter*: manifesto omninò indicio, quod et petitâ quoque Revisione, sententia in rem transierit judicatam, & executioni quoque mandari queat, verum non simpliciter, sed præstita demum cautione idonea, sec. *§. ejusd. Rec.* nach Berathschlagung/ 124.) non desint Remedia alia, quibus ipsis interpositis atque impetratis, non solum executio nondum facta suspendi, verùm etiam jam facta, unà cum tota Sententia, in Camera Imperii, vel Judicio Aulico lata, retractari, vel plane queat annullari:

dentur adhuc suspensiva remedia alia.

Resp. tamen 1.

Respondeo tamen, 1.) cum Judicium Aulicum atque Camerale, non obstante, quod forsitan sententia in iis lata per Remedia hæc impugnari possit, illorum intentationem, uti intra decendium Judices Inferiores appellationem expecta-

expectare non debeant, sed sententiam suam statim mandare queant executioni, opinionem meam nihilominus mansuram esse firmam; (2.) Etiamsi per Remedia illa sententiæ executio impediatur, illud ipsum tamen fieri tunc demùm, si illa quoque ante factam Executionem sint intentata; Cum tamen in Inferioribus Judiciis intra decendium illud sententiæ effectus sit in suspenso, etiamsi intra illud institutum non fuerit Appellationis remedium: (3.) Rc. per Remedia illa, etiam in Inferioribus Judiciis, rem potiùs impugnari judicatam, quàm sententiam, *arg. t. t. C. si adverſ. rem judic.* cùm, usque dum, intentatis illis atque obtentis, sententia prior reformetur, judicatum subsistat, etiam in querela Nullitatis instituta, sec. Carpzov. *in Pr. Jur. tit.* 19. *art.* 3. *num.* 4. Unde etiam (4.) in illis ipsis, post decendium, sine appellationis interpositione, elapsum, sententia transiisse dicitur in rem judicatam, non obstante, quod (1.) & post decendium opponi queant Remedia sententiam impugnativa alia, vid. Illustr. L. B. de Lyncker *d. Gravam. Extrajud. c.* 7. §. 5. *n.* 10. *&* 11. *p.* 604. imo (2.) in specie, in casu competentis querelæ Nullitatis, sententia prorsus nunquam transiisse dicatur in rem judicatam, in *L. ult. C. de sent. ex peric. recit. L.* 1. *C. quando provoc. non est nec. Clem.* 2. *§. ut igitur, de sentent.* Dn. D. Böhmerus *dict. disp. de sententiis in rem judicat. non transeunt. th.* 31. Idque, non solùm ex eo, quia Remedia illa non ita expectare tenetur Judex, uti Appellationis, vid. Dn. Lyncker *d. Tract. c.* 9. *p.* 2. §. 38. *n.* 4. *p.* 835. *&* 836. sed &, quoniam quoad querelam Nullitatis sententia nunquam in rem judicatam transiisse dicitur, non revera, sed fictione tantùm Juris, & ratione effectus, cùm executio, post decendium appellationis facta, perinde habeatur, ac si nunquàm fuisset facta, & in totum annulletur: (5.) Huc facere etiam videtur *antea cit.* §. 125. *Rec. Noviss.* ubi res dicitur judicata, non attento eo, quod & Revisione deserta, hæc tamen supersint sententias impugnandi Remedia.

2. 3. 4. Rationis Ratio. 5.

VI.

Suprema Imperii Tribunalia, à quibus appellatio denegetur ulterior, habemus non nisi *duo:* Judicium nimir. Imperiale *Aulicum*, quod Viennæ hactenus & *Camerale*, quod, urbe, ubi olim ejus fuerat sedes, Spirensi Anno 1689. à Gallis in cineres redactâ, soloque æquatâ, Wezlariæ, (*de qua vid.* pst. Ph. Andr. Oldenburger

Suprema Imperii Tribunalia sunt Judi-

in

cium Aulicum & Camerale: quorum sedes describitur hodierna. Non etiam Judic. Rothvvil. per rationes,

in *Limn. Enucl. l.* 4. *c.* 61. & Phil. Knipschild *de Civit. Imp. l.* 3. *c.* 6. *n.* 47. *& l.* 3. *c.* 59.) jam floret ab Anno 1690. de quibus ipsis plura habet Magnif. Dn. Præses *in Introd. ad Jus Publ. P. Sp. S.* 1. *c.* 12. *&* 13. *per tot.* Non enim referri huc meretur Judicium Aulicum *Rothvvilense*, das Kayserliche Hof-Gericht zu Rothweyl, non obst. quòd in diplomate Maxim. I. sæpiss. vocetur, Unser, und des Reichs Hof-Gericht, utpote cujus jurisdictio 1.) se non extendit per universum Imperium, sed quatuor tantummodo Circulos; Austriacum; Suevicum; Rhenanum Super. atque Franconicum; Oldenburger *d. l. c.* 74. *§.* 3. *p.* 355. Phil. Knipsch. *de Jur. Nob. L.* 3. *c.* 23. *num.* 684. ita, ut & in his multi quoque ab ea sint exempti, vel speciali privilegio, vel consuetudine, Præscriptione, Ordinatione, vel Transactione, de quibus vid. latius Dn. Præses *d. l. c.* 14. *§.* 4. nec 2.) cum Camera & Judicio Aulico, sed cum Statibus tantummodo concurrit, Dn. Præses *d. l. §.* 7. *circa fin.* B. Knipsch. *d. Civit. Imp. L.* 2. *c.* 33. *n.* 230. *&* 231. *& d. Jur. Nob. d. l. n.* 686. *&* 687. Textor *ad Rec. Novifs. p.* 2. *Disp.* 1. *th.* 84. Imo potius 3.) pati hodie debet, ut ab eodem adhuc appellatio fiat ad utrumque, per *R. J. d. Anno* 1570. *§.* und nachdem uns fürkommen/ 71. *Reform. Rothvvil. p.* 3. *t.* 17. Capit. Leop. *art.* 18. Josephi, *art.* 17. & *Augustissimi Imperatoris nostri moderni*, *Art.* 18. Dn. Præs. *d. l. §.* 9. Textor *d. l. th.* 92. Nic. Mylerus ab Ehrenb. *ad Mart. Rümelini Comment. ad A. B. p.* 2. *D.* 1. *th.* 7. *p.* 237. Dn. de Lyncker *Tr. d. Gravam. Extraj. c.* 8. *§.* 12. *p.* 680. *n.* 7. *&* 8. Maurit. *de Judicio Rothvvilensi, c.* 4. *th.* 5. Oldenb. *d. loc.* Knipsch. *d. Civ. Imp. dict. L.* 2. *c.* 33. *n.* 263.

Multo verò minus Judicia Subalterna reliqua; Et quamvis deliberatum olim fuerit in Tract. Pac. Westph. de erigendis adhuc duobus novis; res tamen in nudis consulta-

Multo verò minus illis annumeranda sunt Judicia subalterna reliqua, quibus de vid. Dn. Præs. *ibid. §.* 11. Textor *d. l. th.* 89. cùm & ab illis, non obst. amplius, in specie quoad Judicium Suevicum, cassatione Cæsarea, de Anno 1656. *ap.* Dn. D. Burgermeister. *in Corp. Jur. Publici & Privati*, *Tom.* 2. *p.* 814. *seqq.* perinde, uti à priori concedatur Appellatio ad Judicium Aulicum vel Camerale; vid. *antea cit. text.* Et quamvis jàm dudum, atque in Pacificat. maximè Westph. Tractat. de abolendis hisce Judiciis subalternis, & è contra ad eò meliùs inter tot tantasque lites, maturandam Justitiæ administrationem, de erigendis adhuc duobus novis Supremis Imperii Judiciis, saluberrime admodum fuerit deliberatum; res tamen in nudis consultationis finibus substitit: vid. Dn. Præs. *d. l. §.* 13. Puffend. *in Hist. Suec. L.* 17. *§.* 113. Buckisch. *ad Instr. Pac. Westph.*

art.

art. 5. §. 53. *Obs.* 156. Pfannerus *in Hist. Pac. V Vestph. L.* 2. §. 71. B. Nitzschius *in Comment. ad Capit. Jos. art.* 17. *num.* 49. *seqq. p. m.* 388. & 389. & hactenus adhucdum mansit infecta, cùm, præter defectum mediorum, sustentationi eorundem parium, ne, novis ordinatis, veterum Judiciorum authoritas evilesceret, Status metuerint ipsi, vid. post *Consultiss.* Dn. Dattium *in eleg. Tract. de Pace Publ. l.* 4. *c.* 1. *num.* 31. Auth. *Spicil. Observat. ad Capit. August. Imp. Caroli VI. p. m.* 241. *ad art.* 16. (ex quo notand. quod, si in posterum talia vellent erigi, Imperator perficere id aliter nequeat, nisi comitialiter in consilium adhibiti Electores, Principes, Statusque Imperii nostri reliqui, in id suum præbuerint assensum.)

tionis finibus perstitit. & ad hodiernam lucem mansit infecta; ex rat. & si in posterum quædam vellent erigi, in consilium quoque adhiberi deberent Stat. Imper.

CAPVT II.

DeRemediis, contra Sententias, in Supremis Imperii Tribunalibus latas, ipsis, in genere.

I.

QUanquàm contra Sententias supra laudatorum duorum Imperii Tribunalium, propter eorundem, tùm supremam Jurisdictionem, tùm maximam quoque authoritatem, ac optimam, omnis dexteritatis, bonitatis, ac Justitiæ administrationis, pro iis militantem præsumtionem, & quod Assessores illorum, ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad ejus officii magnitudinem adhibiti, non aliter judicaturi creduntur, pro Sapientia ac Jure dignitatis suæ, quàm judicaturi essent Imperator atque Imperii Status ipsi, quis, proprie ac strictè loquendo, Appellationis beneficio sibi consulere nequeat, vid. *R. J. d. Anno* 1530. §. **dieweil nun unser Cammer-Gericht.** *Ord Cam. p.* 2. *tit.* 35. & *p.* 3. *tit.* 51. & 53. Magnif. Dn. Præses *in Introd. ad J. P. P. Sp. S.* 1. *c.* 13. §. 15. Phil. Knipsch. *de Jurib. Nob. l.* 3. *c.* 4. *num.* 196. & *c.* 23. *n.* 643. & *de Civit. Imp. l.* 2. *c.* 33. *n.* 200. Phil. Andr. Oldenb. *in Limn. enucl. l.* 4. *c.* 73. §. 48. *p.* 352. & Joh. Andr. **Ger-**

Quamvis contra sententias Jud. Aul. atque Cam. proprie sic dicta appellatio non detur; ob rationem duplicem.

hard *in Disc. de Supr. in Imp. Rom. Judic. Disc.* 3. *c.* 4. §. 1. Et præterea quoque notatu oppidoquàm sit dignissimum illud Baconis de Verulamio, *d. Certit. Leg. aph.* 94. 95. 97. *Non facilis esto, aut proclivis, ad rescindenda Judicia, aditus, per appellationes, aut impetitiones de errore, aut Revisus, & similia: Via ad rescindenda Judicia sit arcta, confragosa, & tanquam muricibus strata: & Judicia, si forte rescindi necesse sit, sepeliantur saltem cum honore.* Imo, quamvis optandum foret, cum Joh. Petr. Ala. *in Tr. d. Advoc. Christ. p.* 1. *qu.* 46. *in pr.* ap. Ventur. de Valent. *in Parthen. litigios. l.* 2. *c.* 14. *num.* 19. ut Angeli in auribus Advocatorum & Causidicorum assiduè intonarent, quantopere læderetur divina Majestas, & quàm gravia incommoda redundarent in litigatores, ex supervacaneis & cavillosis Sententiarum impugnationibus, utque semper cogitarent, quoties ita impugnarent, toties peccarent, proximi charitatem violarent, divinam in se severitatem excitarent; haudque se redderent valdè absimiles prædonibus, nisi quod cædant lentiùs, uti argute, post Barclajum, loquitur Petr. Müllerus *de Everticulo suspicionis, th.* 18. Add. Arnold. Maurit. Holtermann *disp. de Usu & Abusu Juris in curia, th.* 19. & 20. Quia tamen à quolibet homine, (etiamsi esset Summus Princeps, Pontifex, Cardinalis, vel Sacerdos, cum & hi regantur affectibus, non minus, quàm privati; vid. post Coler. *p.* 2. *Dec.* 241. *n.* 7. Carpzov. *p.* 1. *Dec.* 77. *n.* 10. & vel Imperatores quoque meminisse oporteat, se esse homines, & fragilitati subjectos, post Oldendorp. *Enchirid. Except. For. p.* 105. Schneider *de Proc. Judic. Suevic. cl.* 3. *t.* 5. *n.* 4.) nihil humani alienum, errare verò est humanum, sec. Constit. Tanta. *d. confirmat. Digest.* §. 14. ibi: *penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis est*: Et verò facilè etiam in Supremis Imperii Judiciis accidere potest, ut quis per sententias in illis latas, *vel* propter non adhibitam adeò accuratam Actorum perlectionem, (id quod inter tantam litium multitudinem totque Dominorum Assessorum negotia gravissima, fieri nonnunquam, præter intentionem, posse, nemo ibit inficias:) *vel* propter proprium facti errorem, *vel* ob Adversarii: Testium: quorundamve ex Judicibus: aut Referendariorum, dolum aut imperitiam, similemve causam legitimam, quis se sentire queat gravatum; Æquitas omnino suasit ipsa, ut, si quis ita in illis læsum se esse, juste putaret, ipsi etiam aliquo succurratur Juris beneficio. Quem in finem concessa quoque legimus ibidem gravatis, *quoad Judicium Camerale*, Revisionis, Restitu-

[Margin: &, quamvis omnino reprobandæ sint frivolæ sententiarum impugnationes.]

[Margin: quia tamen errare est humanum, atque etiam per Supremor. hor. Judiciorum Sententias facile quis se sentire potest gravatum, ex causa vel maxime justa.]

[Margin: Hinc ipsa suasit æquitas, ut & contra sententias illorum superessent quædam Remedia,]

ſtitutionis in integrum, & Syndicatûs; Quoad Judicium vero *Imperiale Aulicum*, loco Revisionis Cameralis, Supplicationis, & præter hoc, Reſtitutionis quoque in integrum, Syndicatûs, atque Nullitatis Remedia, ita tamen, ut tria hæc poſteriora, in Judicio hoc inſtituenda ſint, non principaliter, ſed per viam potius humillimæ ad Maieſtatem Cæſaream Supplicationis; vid. *Ord. Jud. Aul. tit. V. §.* **Dafern**, 7. Quò itaque conſtet, de quonam in præſentiarum ſimus acturi, naturam priùs horum Remediorum, atque formam ſpecificam, quantum propter illorum diverſitatem fieri poterit, adumbrabimus pauciſſimis.

quem in finem tam quoad Judicium Cam. quam Imperiale quoque Aulicum, in Conſtit. Imperii conceſſa ſunt ejusmodi varia.

II.

Reviſionis vocabulum denominationem ſuam agnoſcit à revidendo, eò, quod ſcil. Acta revideri & examinari debeant perluſtratione ſtudioſa, ſollicita & accurata, vid. *O. Cam. p.* 3. *tit.* 53. §. 1. Unde etiam revidere, in genere nihil eſt aliud, quam exactâ attentione relegere, ac relegendo iterum, de tota cauſa accurate & fundamentaliter cognoſcere, vid. Joh. Ludov. Benderus *de Reviſ. Camer. Concl.* 16. *n.* 11. Et locum ſibi vindicat ſemper, quoties interponi amplius non poteſt appellatio; Hinc videmus, quod non ſolum adhibeatur in Dicaſteriis Statuum Imperii, à quibus prohibita eſt appellatio, ob privilegium, vel omnibus Imperii Statibus commune, quando nim. ſumma non eſt appellabilis, nec quantitatem excedit 400. Imperialium in ſorte, abſque uſurarum computatione, & acta transmittenda ſunt ad Collegium quoddam Jureconſultorum, vel aliorum quoque Impartialium; per *R. I. de Anno* 1600. §. 16. & *Rec. Noviſſ. de Anno* 1654. §. 113. & tradita Joh. Wolffg. Textor. *ad illum Rec. p.* 2. *D.* 13. *th.* 23. *ſeqq. & in Prax. Judiciar. p.* 1. *c.* 12. *num.* 143 *ſeqq.* & Mich. Wilderi *in int. Diſſ. de Reviſione particulari Juris communis, in cauſis, ex privilegio Principum & Statuum Imperii, inappellabilibus* atque à me, occaſione forſitan alia, D. V. adhuc latius deducenda: vel certis tantummodo proprium, illudque vel *limitatum*, & ad certam quandam ſummam reſtrictum, cujusmodi ex Statibus Imperii ſunt, quos recenſet Magnif. Dn. Præſes *in Introd. ad J. P. P. Sp. S.* 1. *c.* 11. §. 3. quibus jungi merentur Electores Brandenburgici, rat. eorum Ducatuum, Principatuum, atque Comitatuum, quos poſſident extra Electoratum, e. gr. Ducat. Magdeburg. Principat. Halberſtad. &c. ob privilegium, quod impetrarunt ab Imp. Leopoldo

Quorum I. eſt, *quoad Jud. Cam. Reviſion. benef.* Reviſio, Unde ſuam accipiat denominationem? Locum habet ſemper, quando interponi amplius nequit appellatio. Hinc adhibetur non ſolum in Dicaſteriis Statuum Imper. gaudentium privilegio de non appellando; vel omnibus Stati-

bus communi; vel sibi tantum proprio; eoque vel limitato; quale, quinam habeant? traditur remissive. vel illimitato. cujusmodi privilegio quinam gaudeant? indicatur iterum remissive. Sed & vel maximè, rat. Sententiar. Cameral. ubi, quid sit? definitur. quando habeat locum?

Anno 1702. *d.* 16. *Decembr.* ap. Dn. Lünigium im Reichs-*Archiv, Part. Spec. p.* 282. & B. Sam. Stryckium *in U. Mod.* §. 8. *à quib. app. non lic.* vigore cujus, à sententiis in Possessorio definitivè latis, in ditionibus illis, subditis suis, prorsus non, à sententiis in Petitorio latis verò, tunc demum appellare licet, si causa superat valorem 2500. Aureorum Rhenanorum, Gold-Gulden, & recursum suum sumere debent ad Judicium Appellationis, das Ober Appellations-Gericht, à nuper defuncto Electore Friderico *Anno* 1703. *d.* 4. *Decembr.* Berolini institutum, vid. Jac. Brunnem. *in Exam. J. Publ. l.* 5. *c.* 3. *qu.* 11. *p.* 145. *vel illimitatum*, & ad nullam plane summam restrictum, cujusmodi privilegio quinam gaudeant, & quinam eodem adhuc hodie utantur? vid. ap. sæpius laud. Dn. Præsid. *d.l.* §.2. B. Lauterb. *d.l.* §.5. *&* 6. B. Stryck. *U. M.* §.1. *à quibus app. non lic.* Sed etiam, & quidem vel maxime, rat. Sententiarum à Judicio Camerali prolatarum. Quo in sensu, nobis hîc loci proprio, definiri poterit, quod sit *Remedium Extraordinarium*, (latius hoc ipsum post longam examinationem probante Joh. Lud. Bendero *de Revis. Cam. Concl.* 1. *n.* 23. *seqq.* Martin. Rümel. *ad A. B. p.* 2. *D.* 2. *th.* 20. *ibique* Nic. Mylero *in addit. p.* 346. *cum alleg. quam plurimis.* Phil. Andr. Oldenb. *in Limn. Enucl. l.* 4. *c.* 73. §. 49. & frustra proinde Diss. Joh. Wolffg. Textore *ad Rec. Noviss. p.* 2. *D.* 13. *th.* 8. contradicente sibi quodammodo ipsi, *ibid. in* §. *præc.* 2. *&* 3.) *quo, ibidem lasis, per Commissarios Imperatoris & Statuum Imperii*, (specialiter ad id, vel etiam ad Visitand. Cam. deputatos, Juramentoque firmatos corporali, vid. Textor *d. l. th.* 35. Oldenb. *d. l.* §. 61.) *revidendo acta priora, succurritur adversus sententiam*, (sive definitivam, sive interlocutoriam, vim modo definitivæ habentem, aut gravamen irreparabile continentem, Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *c.* 6. *n.* 5. *p. m.* 395. Oldenburg. *d. loc.* §. 55. Phil. Knipsch. *de Civit. Imp. l.* 2. *c.* 33. *n.* 203. *& d. Jur. Nob. L.* 3. *c.* 23. *n.* 648. Mart. Rümel. *d. l. th.* 26. *p.* 357. ubi tamen *in thes.* 27. cum Dn. Lynckero *d. Grav. Extraj. c.* 9. *p.* 2. §. 17. *n.* 4. *p.* 805. notat, quod nihilominus tum ad Cameram Imperii remittatur iterum causa principalis; Non vero etiam contra decretum extrajudiciale, Processuum denegatorium; vid. Joh. Deckherrus *in necess. not. & animadvers. ad Auth. Summor. in Germ. Trib. Proc. Informat. c.* 5. *p.* 99. *&* 100. nec contra gravamen aliquod extrajudiciale; vid. Textor *d. l. th.* 5.) *sine dolo, non tamen sine errore aut culpa Procuratorum, Judicum, vel Referentium, prolatam*; vid. Dn. Præses *d. l. P. Sp. S.* 1. *c.* 11. §. 4. Guil. Rhoding. *in Pand. Jur. Cam. l.* 3. *tit.* 61. *n.* 2. *p.* 911.

p. 911. Bender. *d. Concl.* 1. Coch. *in Prax. For. p.* 4. *c.* 31. §. 1. B. Joh. Sam. Stryck *de Remediis contra rem judic. c.* 4. *n.* 8. *seqq. p.* 62. Joh. Andr. Gerhard *de Supremis Imperii Judic. Disc.* 3. *c.* 4. §. 6. *p.* 66. Joh. Frid. Hofmann. *in Praxi Jur. & Proc. Cam. t.* 23. §. 1. *p.* 912. *Ejusque petitio* nihil est aliud, quàm provocatio, quâ Revisores ad sententiam à Camera Imperii perperam latam, repetita diligenti Actorum inspectione & consideratione, in melius formandam & corrigendam, implorantur: vid. Blum. *in Proc. Cam. tit.* 79. §. 4. *p.* 630. Stryck. *d. l. n.* 7. Et quod in aliis Judiciis quæritur per Supplicationem, illud in Camera intenditur per Revisionem: Formulam autem, petendi hanc Revisionem, vid. apud Schwanm. *in Proc. Cam. l.* 1. *cap.* 75.

Formula illius remissive proposita.

III.

Formalia circa Revisionis intentationem observanda sunt

Hoc Remedium introductum ab initio, fine optimo, subsequentibus temporibus, temere litigantium cohors cùm rapuisset in abusum, vid. Rümel. *ad A. B. p.* 2. *D.* 2. *th.* 20. *p.* 344. *fin.* Ph. Andr. Oldenb. *in Limn. Enucl. l.* 4. *c.* 73. §. 50 & 51. Phil. Knipsch. *de Civit. Imp. l.* 2. *c.* 33. *n.* 219. & *d. Jur. Nob. L.* 3. *c.* 23. *n.* 670. necessum omnino fuit visum Prudentissimis Germaniæ nostræ Nomothetis, ad illud ipsum in posterum refrenandum, certa quædam introducere requisita, quibus ipsis demum observatis, illud esset admittendum, & alias non; Quæ ipsa potissimum sunt hæc: I. *quoad modum*; ut *non solum* Electori Moguntino, tanquam Archicancellario Imperii, aut, si ipsius interesse concernat causa, Trevirensi, (junctâ copiâ sententiæ à Cam. Imp. pronunciatæ; Joh. Andr. Gerhard *d. l.*) denuncietur in scriptis, isque imploretur, ut revisionem interpositam Cæsareæ Majestati, ac futuris Revisoribus indicare haud velit dedignari; cui implorationi Moguntinus etiam indistinctè deferre tenetur, nec ad eum cognitio spectat, utrum bene vel male interposita sit Revisio: vid. post Blum. Proc. Cam. *t.* 79. *n.* 15. *seqq.* Schneid. *d. Tr. cl.* 3. *t.* 6. *n.* 13. *p.* 396. *Sed &* Cameræ quoque Imperii notificetur per schedulam, ex Cancellaria Moguntina supplicanti, in testimonium acceptatæ Revisionis dari solitam, den Notifications-Zettel, das Denunciations-Schreiben; (cujus formulam exhibet Dn. Lunig im R. A. *Part. Gener. pag.* 1113. & Gerhardus *dict. Disc.* 3. *c.* 4. §. 7. ubi quoque exhibet formulam notificandi Revisionem interpositam Cameræ) idque per Procuratorem, non Cameræ Imperii Ordinarium, ob respectum, quem Cameræ debet; Gerhard. *d. loc.* Paul. Gamsius *ad R. Nov.* §. 125. *lit. r. p.* 122. sed vel extraneum, vel

I. *quoad modum*, ut non solum denuncietur Electori Moguntino, qui implorationi etiam indistinctè deferre tenetur. Sed etiam insinuetur Cameræ Imperii.

tarium, etiam non immatriculatum, vid. Jac. Blumius *d. loc. n.* 13. *&* 15. Rhoding. *in Pandect. Jur. Cam. l.* 3. *t.* 61. *n.* 6. Rümel. *ad A. B. d. l. tb.* 21. Textor *in Pr. Judic. p.* 1. *c.* 12. *n.* 130. & *ad R. N. p.* 2. *d.* 13. *tb.* 18. B. Lauterb. *in Colleg. §.* 7. *qua sent. sine appell.* Joh. Sam. Stryck. *diss. de Remed. contra rem judic. c.* 4. *n.* 13. Dn. Præs. *d. Tr. P. ff. S.* 1. *c.* 13. *§.* 15. II. *Quoad tempus*: ut intra quadrimestre continuum, à tempore latæ Sententiæ computandum; vid. Rec. Noviss. *d. Anno* 1654. *§.* 125. *junct.* O. Cam. *p.* 3. *t.* 53. *§.* 1. *ibi*: **von Zeit an der gesprochenen Urtheil.** Blum. *d. l. §.* 14. Rhod. *d. l. n.* 8. Joh. Andr. Gerhard *d. l. §.* 6. Oldenb. *in Limn. Enucl. cit. l.* 4. *c.* 73. *§.* 52. *in fin. p.* 353. Laut. *d. l.* Dn. Præs. *cit. §.* 15. *& ad Rümel. p.* 2. *D.* 2. *tb.* 21. *p.* 347. Schneider *dict. cl.* 3. *t.* 6. *n.* 9. *p.* 395. *& n.* 17. *p.* 397. Dn. D. Burgermeister *in Corp. Jur. Publ. & Priv. T.* 2. *p.* 337. non solum 1.) interpositio fiat coram Elect. Mogunt. atque insinuatio Cameræ; sed etiam 2.) parte adversa petente, Juramentum in Camera præstetur Revisorium, tàm ab ipsa parte, quàm ipsius quoque Advocato, (etiamsi is esset Principis, aut Status Imperii Consiliarius actualis sec. tradita Rhodingii *dict. loc.* §. 10. *p.* 913. Paul. Gamsii *ad cit. §.* 125. *Rec. Nov. lit. f. p.* 122. ubi præjudicia. Dn. Lynckeri *d. Libert. Statuum; S.* 3. §. 9. *p. m.* 67.) firmata, imprimis per ea, quòd (1.) dispositio §. 125. *Rec. Noviss.* sit generalis, nec hos, vel alios, à necessitate jurandi excipiat; (2.) nec Status ipsi, si revisionem petant, à Juramento hoc ullibi reperiantur esse immunes; (3.) plerumque, & sæpiùs, Status Imperii, ob commodum continuandæ possessionis, remedio hoc Revisionis abutantur; (4.) quòd *Rec. Noviss.* *§.* **über dieses,** 43. Consiliarios Statuum Imperii à Juram. Calumniæ eximere videatur tantummodo in causis per modum appellationis ad Cameram delatis; Inter has vero, & causas in Revisionem deducendas, differentia adsit non minima. Verum, hisce non obstantibus, Serenissima Domus Wirtemb. in controversia cum Marchione Badensi, tàm in hac Revisione, quàm in specie etiam in Restitutione in integrum, à præstatione Juramenti Calumniæ, Consiliarios Principum & Statuum Imperii immunes esse, constanter defendit, ex eo, quia Rec. Deput. Spir. *de Anno* 1600. *§.* **und obwohl hierbey,** 145. *& cit.* §. 125. Rec. Imp. Nov. generaliter tantùm loquantur, nullâ injectâ mentione de Princip. atque Statibus Imperii, quos tamen (2.) sub dispositione hac non comprehendi, admodum reddatur verosimile *ex ejusd. Rec. §.* **über dieses,** 43. ubi Consiliarii Statuum

II. *Quoad tempus*: ut fiat intra quadrimestre spatium à tempore latæ sententiæ, non solum 1.) interpositio; & notificatio; sed etiam 2.) Juramenti præstatio: tam à parte, quam illius Advocato. Quid si sit Status Imperii Consiliarius effectivus?

Statuum eximantur à Juram. Calumniæ, generaliter, prout hoc etiam agnoſcere videntur Blum. *in Proc. Cam. t. 72. ʃ. 19.* Auth. *Notar. ad Rhoding. l. 1. t. 26. n. 19. p. 339.* atque in Controverſiis & inſtantiis omnibus; nec tantummodo in appellationibus, ad Cameram Imperii delatis; cum in toto illo, atque præc. quoque, & ſubſeq. §. usque *ad ʃ. 58.* nulla appellationis injiciatur mentio; (3.) Quia, quantum in ſpecie ad Reſtitutionem, decretum illud commune, d. 7. Jul. 1671. Principibus Statibusque Imperii præjudicare, vel aliquam, quoad ipſos, inducere non poſſet obligationem; Undè etiam, ne reliquis Electoribus atque Principibus per actum ſuum aliquod inferret præjudicium, controverſiam potius ad Comitia referre Ipſi placuit Univerſalia, ut ab illis, tanquam poteſtatis ferendi leges in Imperio univerſales, cum Imperatore, proprio Subjecto, pragmatice decideretur: vid. *Imploratio pro Reſtit. in integr. pag. 6. & Replic. p. 9. 10. & 11.* (Copiam verò Literar. ad Comitia Imperii vid. **in den Beylagen, ſo zu vorhergehender** *Replic*-**Schrifft gehören,** *lit. Ii. p. 45.* inter Acta, **in Sachen / ſo zwiſchen dem Hoch-Fürſtl. Hauß Baden-Durlach / Klägern an einem, und dem Hoch-Fürſtlichen Hauß Würtemberg, Beklagten am andern Theil / an dem Hochlöblichen Kayſerl. Cammer-Gericht von** *A.* 1655. **verhandelt worden:**) eorundemve Procuratore, Mandatis ſpecialibus eum in finem instructo. vid. Rec. Deput. Spirens. & Rec. Noviſs. *dd. ll.* B. Gravius *d. Judicio Syndicatus, c. 5.* §. *7. p. 42. & 43.* (ubi *in th. ſeq.* 8. poſt *cit.* Rec. Noviſs. Juramentum hoc, non amplius adverſario demum petente, ſed ultrò tradit eſſe præſtandum,) Et hæc quidem ſub pœna deſertionis & jacturæ cauſæ, d. Receſs. Noviſs. *cit. ʃ. in fin. ad eumque* Textor *ſupra cit. loc. 6. 18. & 19. & in Pr. Jud. d. loc.* Gerhard. *cit. Diſc. 3. c. 4. ʃ. 7.* Rhoding. *d. l. ʃ.* 8. Dn. Præſ. *d. l.* Schneiderus *d. l. num. 9.* Et denique 3.) producantur intra hunc, (vel, ſi ob legitimum impedimentum, quod veriſimiliter doceri queat, fieri id nequeat, intra ipſi ad petitam prorogationem à Camera, vid. Paul. Gamſius *dict. loc. lit. u. p. m. 123. in fin.* præfinitum,) terminum, ſiquidem Reviſionem petenti aliqua proponere placuerit, gravamina veriſimilia; (ſi enim gravamina eſſent notoriè frivola, reviſioni haud eſſet deferendum, *arg. L. 2. C. quorum app. junct. c. 61. X. d. app.* Textor *d. l. th. 17. in fin.*) modeſte atque reverenter, ſine omni taxatione Judicis, vel Referentis, concepta, in ſcripto unico, (ſub limit.

eorundemve Procuratore; ſub pœna deſertionis.

& denique 3.) ſub pœna præcluſionis, illa poſthac apponendi, non deſertæ Reviſionis, productio gravaminum; quæ debent eſſe veriſimilia.

non notorie frivola, & deduci ex solis actis prioribus, non rationibus novis. III. *Quoad causam*: & quidem ejusdem qualitatem: ut causa appellab. sit de Jure communi, quamvis inappellab. sit rat. specialium privilegior.

limit. tamen, quam reperies *infr. cap.* 4. *§.* 2. *in med.*) absque novorum deductione, in duplo, (unum exemplar clausum, ab Electore Moguntino, ad Judicium Camer. transmittendum, ibique, usque ad conventum Dominorum Revisorum, ita clausum asservandum, alterum verò apertum, vid. B. Lauterb. *d. §.* 7. *quæ sent. sine app.*) Idque, sub præjudicio præclusionis, illa posthac apponendi, non verò desertæ Revisionis, vid. Blum. *d. l. §.* 18. *p. m.* 632. per rationem exhibitam *infr. cap.* 4. *§.* 3. *cca med.* III. Quoad *Causam*, & quidem ejusdem 1.) Qualitatem; ut causa sit, rat. naturæ suæ, *de Jure communi* appellabilis; Quæ enim causæ in se non sunt appellabiles, sive, quæ per appellationem à Judicio inferiori, ad Cameram deferri non potuissent, illæ, licet per modum simplicis querelæ in Camera sint introductæ, nec sunt Revisibiles: cit. Rec. *§.* **zu Abkürtzung**/ 127. Blum. *d. t.* 79. *§.* 9. (*ubi*, ut & *§. seq.* 10. putat, requiri etiam rat. qualitatis, ne introducta sit causa, per viam simplicis querelæ, in qua ab Inferioribus Judiciis, *propter speciale privilegium*, appellari non potuisset, id quod affirmat etiam Textor *cit. loc. th.* 21. *&* 22. *& in Pr. Jud. p.* 1. *c.* 12. *n.* 133. *sq.* in quo ipso tamèn, contradicentes habent Bender. *d. Revis. Cam. Concl.* 26. Rhoding. *d. l. §.* 67. *& maxime* 103. *&* 104. Dn. Coccejum *de Judiciis Revisor. §.* 8. & Paul. Gamtium *ad Rec. Nov.* 127. *lit. b. p. m.* 125.) Rhoding. *d. l. §.* 40. Dn. Præs. *cit. §.* 15. Dn. Coccej. *dict. disp. §.* 8. *seq.* Hofm. *in Prax. Cam. t.* 23. §. 8. Textor *d. l. th.* 21. Jac. Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 119. Schneiderus *d. Tr. d.* 3. *t.* 6. *n.* 17. *p.* 397. (unde facile colligere licet, quod locum non habeat 1.) adversus sententias, super Possessor o Summariissimo, in Camera Imperii latas, propter *L. un. C. si de moment. possess.* Textor *d. l. th.* 42. maxime, cum in illis ne quidem locum habeat Restitutio in integrum. vid. Dn. D. Majer *disp. d. Restit. in int. contra rem judic. c.* 4. *th.* 1. *§.* 2. Dn. Coccejus *d. disp. th.* 13. ubi in *th. præc.* 12. *& seq.* 14. 15. *&* 16. in reliquis possessoriis momentaneis, (sive quod melius, in reliquis possessoriis ordinariis,) nihilominus locum tradit habere Revisionem; jung. citati à Mylero *ad Rümel. d. p.* 2. *D.* 2. *th.* 28. *p. m.* 362. Nec concedenda sit 2.) parti deferenti, adversus sententiam Camer. prævio Juramento Judiciali latam, vid. Dn. Coccej. *d. l. th.* 19. Idque *propter L.* 12. *§.* 3. *C. d. Reb. Cred. L.* 34. *§. fin. ff. eod.* & tradita B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. §.* 71. *de Jurej.* & B. Dn. D. Harppr. *in disp. de Appellatione à Jurejur. th.* 6. Nec

Unde locum non habet 1.) in Possess. Summariissimo.

2.) adversus sententiam, prævio Juram. Judiciali latam.

3.)

3.) ſiquis condemnatus fuiſſet legitime, ex contumacia, *arg. L. properandum*, 13. §. 2. *C. de Judic.* Textor *d. l. th.* 16. Dn. Coccej. *d. diſp. th.* 17. ubi tamen id ipſum limitat *in th.* 18. Mev. *p.* 4. *dec.* 353. Nec 4.) in Criminalibus, Bender. *Concl.* 33. Rümel. *d. l.* & Mylerus *ibid.* (ubi *ad th.* 23. *p.* 354. adhuc plures refert caſus, in quibus Reviſio, ex alio quoque capite, non habet locum) Coccej. *d. diſp.* §. 9. *junct.* §. 10. Nec 5.) in cauſis, per viam Compromiſſi, ad Cameram delatis, Rhoding. *d. L.* 3. *t.* 61. §. 38. Textor *d. loc. th.* 17. Bene tamen in caſu, ubi intervenerunt tres conformes ſententiæ, cum, non obſt. *L. un. C. ne lic. in una ead. cauſ. & Cap. ſua nobis*, 65. *X. d. App.* atque iis, quæ habet David. Mevius *p.* 7. *Dec.* 308. *n.* 2. *ſqq.* Camera Imperii, tali in caſu, nihilominus recipiat appellationes, vid. Perez. *ad d. l. un.* B. Laut. *in Coll.* §. 21. *d. Appell.* Coccej. *d. diſp. th.* 20. ubi id ipſum tamen limitat; B. Stryck. *d. remediis contra rem jud. c.* 4. *n.* 40. B. Mevius *p.* 1. *Dec.* 63. *n.* 3. Quid autem ad id, ut ſententiæ dicantur eſſe conformes, requiratur? vid. idem Mevius *p.* 1. *Dec.* 18. & *p.* 7. *Dec.* 309. It. in caſu L. diffamari; vid. Rümel. *d. l. th.* 29. *ibique* Mylerus; atque in cauſis Exemptionum, uti contra Victor. *d. Exempt. Concl. ult.* hoc ipſum probat Mylerus *d. Principibus & Stat. Imp. c.* 104. *n.* 10. cum verba O. C. *p.* 3. *t.* 53. *in princ.* ſint generalia, add. Rec. Deput. Spir. *d. Anno* 1600. §. als auch Streit fürgefallen / 144. prout etiam pronunciavit Anno 1702 in cauſa Sereniſs. Electoris Bavariæ, contra Dominos von Frauenhoffen, quos Ille exemit, Ampliſs. Univerſitat. huj. Facultas Jurid. 2.) Quantitatem, ut adæquet Summa in Reviſionem deducenda, ſortem 2000. Imperialium, penſionibus & intereſſe non computatis: Rec. Nov. *d. l. ad eumque* Textor *th.* 21. Rhod. *d. l.* §. 41. Coccej. §. 7. Hofm. *d. l.* §. 7. Rhetius *in Inſt. Jur. Publ. L.* 4. *t.* 31. §. 2. Dn. Præſes *cit.* §. 15. Phil. Knipſch. *d. Civit. Imp. L.* 2. *c.* 33. *n.* 208. IV. Ut Reviſionem petens, ſummam pecuniæ, pro conditione perſonarum, ac qualitate cauſarum, per Reviſores moderandam, Textor *d. l. th.* 19. &, caſu, quo ſententia reperiatur juſta, Fiſco Cæſareo, ad ſuſtentationem Cameræ, loco pœnæ, & ad ſolutionem ſumptuum, in ejusmodi Reviſionem expenſorum, applicandam; Reviſionem petenti verò, ſi ſententia inveniatur iniqua, reſtituendam, vid. poſt Schvvanm. *Obſ. Cam.* 180. *n.* 9. Schneider *d. Proc. Jur Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *t.* 6. *n.* 16. *p.* 396. *vel* realiter deponat, *vel* pro ea, ſufficienter. (Fidejuſſoribus nim. aut pignoribus, Bender. *Concl.* 6. Joh. Andr. Gerhard *de Supr. in Imp. Rom. Jud. Diſc.* 3. *c.* 4. §. 8. vel quoad paupe-

3.) ſiquis condemnatus fuiſſet propter contumaciam.

4.) in Criminalibus.

5.) in cauſis, per viam Compromiſſi, ad Cameram delatis.

Bene tamen, quando intervenerunt tres conformes ſententiæ.

quæ quando interveniſſe dicantur? traditur remiſſive.

It. in caſu L. diffam.

nec non cauſis exemtionum.

β. Quantitatem; ut ſum̃a adæquet 2000. Imperial. absq; computatis uſuris, atq; intereſſe.

IV. Ut Reviſionem petens, certam ſummam pecuniæ,

vel realiter deponat, aut pro illa caveat, datis fidejuss. vel, quoad pauperes, Juram. corporali.

res, etiam mediante Juramento corporali, Bender. *Concl.* 7. Rhoding. *d. l. n.* 22. Blum. *tit.* 79. *num.* 20. Rümel. *ad A. B. p.* 2. *D.* 2. *th.* 24. *ibique* Mylerus. B. Dn. D. Harppr. *disp. de Cautione Juratoria*, *th.* 46. Andr. Chr. Schneider *d. Tr. cl.* 3. *t.* 6. *n.* 19. *p.* 396. Phil. Andr. Oldenburg. *in Limn. Enucl. L.* 4. *c.* 73. §. 54. *p.* 353. Phil. Knipsch. *de Civit. Imp. L.* 2. *c.* 33. *n.* 207. *& de Jur. Nob. l.* 3. *c.* 23. *n.* 654. add. B. Gravius *de Judicio Syndicatus*, *cap.* 5. *th.* 10. *p.* 46. B. Laut. §. 7. *qua sent. sine app.*) caveat. Quamvis en. Ord. Cam. §. und damit / 2. conjunctim exigere videatur depositionem realem, & juxta eam quoque cautionem, in verb. erlegen / und darfür genugsamlich verbürgen, ita, ut sola cautio, quamvis maximè idonea, haud sufficiat, propter particulam copulativam und; Constat tamen, quod licet dictio *Et*, und / regulariter sit conjunctiva, ac copulativa, suaque natura copulet præcedentia cum subsequentibus; vid. *l.* 5. *&* 6. *ff. de Jurisd.* Illa tamen, non solum, quandoque ponatur inter diversa, vel ad declarationem, vel ad continuationem præcedentium; vid. §. 1. *Inst. d. Libert.* §. 5. *Inst. d. Tutel.* Paul. Math. Wehnerus *in Observat. Pract. voce* und. Chr. Besoldus *in Thes. Pract. voce* und; Joh. Jac. Speidel *in Notabil. Jurid. Hist. Polit. dict. voce*, verum etiam, haud raro, pro ratione subjectæ materiæ, sumatur pro disjunctiva *vel*, quando nempe ponitur inter illa, quæ sunt ejusdem potestatis & effectus, præsertim, si sint incompatibilia, seu repugnantia, Arisnin. Tepatus *in Compend. Decis. tit.* 348. *c.* 3. *&* 8. vel ad effectum dispositionis, sufficiat unum tantùm ex copulativis, Franc. Niger. Cyriac. *Contr.* 167. *n.* 15. & ubi absonum, iniquitas, & intellectus incongruus inde resultaret, si copulative acciperetur; Sicuti è contra disjunctiva *vel*, sæpius usurpatur pro copulativa *&*, vid. *post plures alleg.* Strauch. *in Lexic. Partic. Jur. voce: Et: vel:* Tepatus *d. l. c.* 6. *&* 8. Quia verò, summam pecuniæ deponere, & pro ea, datis fidejussoribus, aut pignoribus cavere, incompatibilia sunt, atque repugnantia, & ad effectum dispositionis, obtinendam nim. securitatem, ex illis sufficit unum; Proinde Copulativa & etiam h. l. resolvi debet in disjunctivam, prout id ipsum, præter Auth. supra alleg. porro etiam faciunt Rhoding. in Pand. Camer. *L.* 3. *t.* 61. §. 2. *p.* 916. Reink. *d. Regim. Sec. & Eccl. L.* 2. *cl.* 2. *c.* 15. *n.* 13. Gilhausen *in Arbor. Judic. Civil. cap.* 8. *p.* 4. *n.* 13. Hering. *d. Fidejussorib. c.* 15. *n* 114. *& c.* 18. *n.* 101. Rutger. Ruland. *d. Commissar. & Commiss. L.* 2. *c.* 21. *n.* 12. Gail. *L.* 1. *Obs.* 154.

Quamvis en. O. C. conjunctim exigere videatur & depositionem, & cautionem, propter partic. und, quia tamen particula illa non semper copulat. sed quandoque ad declarat. aut continuat. præcedent. adhibetur, quandoque etiam pro disjunctiva accipitur.

Inde, illa particula non obstante, sufficiet ex illis alternative una.

Obs. 154. *n.* 1. B. Lauterb. *dict.* §. 7. *qua sent. sine app.* Hertius *p.* 2. *Diss.* 2. *d. Revis. th.* 26. Petr. Müllerus *ad Struv. Ex.* 56. *th.* 28. Joh. Sam. Stryck. *dict. disp. c.* 4. *n.* 19. *p.* 64. Add. Hofm. *in Pr. Cam. d. t.* 23. §. 5. *p.* 913. Textor *cit. D.* 13 *th.* 19. Sam. Stryck. *in Introd. ad Prax. For. c.* 23. *th.* 31. *p.* 150. & *in Ll. M.* §. 6. *quis & à quo app.* Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 122. ubi non nisi depositionis faciunt mentionem, de cautione nihil prorsus addentes; Quibus ipsis inspectis, maximeque propter Rec. Imp. *II. Anno* 1654. §. damit auch / 126. *illiusque verba*: alsbald, würcklich ad Archivum hinterleget werden. facile quis arbitrari posset, etiamsi antea dicta vera sint rat. Ordinationis Camer. illis tamen per Rec. hunc esse derogatum, depositionemque Realem requiri simpliciter, neque sufficere tantum Cautionem, quantumvis idoneam; Nisi potius rem Authenticæ Interpretationi Sacratissimi Imperatoris & Statuum Imperii relinquere mallemus; Interim tamen, & usque dum illa subsequetur, de mente Eorum, quod nimir. alternativam præstationem, in O. Cam. permissam, per Recessum hunc abrogare voluerint, haud immerito dubitare deberemus, cum in dubio Legislator non præsumatur, sine expressa mentis, seu voluntatis suæ declaratione, vel correctione, legem priorem tollere ac abrogare voluisse, *L.* 35. *princ. C. d. inoff. Test. L.* 27. *C. d. testam. L.* 32. §. *fin. C. d. app. c.* 1. *d. constitut. in 6to.* & ubi lex una alteram non expresse abrogat, ea capienda sit interpretatio, quâ utraque intra suos terminos subsistat, quia novum non est, ut priores leges trahantur ad posteriores, *L.* 26. 27. & 28. *ff. d. Legib.* & plus quam notum, legem posteriorem generalem, priorem specialem non tollere, *arg. L.* 80. *ff. d. R. Jur.* sed potius leges legibus semper præsumi concordare; vid. *L. un. C. d. inoff. dotib.*

Quæ dispositio etiam mutata non debet censeri, per R. Nov. §. 126.

cum in dubio Leges Legib. semper concordare præsumantur.

IV.

Sufficienter, quantum pro Instituti ratione reputavi necessarium, delineatâ Revisionis Cameralis naturâ, transitum nunc facio ad Supplicationis, in Aula Imperiali Cæsarea usitatæ, & Revisionis Cameralis loco introductæ, Remedium. Cujus ipsius delineationi præmittendum videtur potissimùm hoc: Quod spectari queat Supplicatio, *vel in genere, vel in specie, & quoad Supremum hoc Imperiale Judicium: Illo* modo considerata nihil est aliud, quàm remedium extraordinarium, quo is, qui sententiâ ejus, à quo ap-

Supplicatio considerari potest vel *in genere*; vel *in specie*, & quoad Judicium Aulicum.

pel-

In genere considerata quid sit? & ubi illo in sensu locum habuerit jam olim?

pellari nequit, gravatus est, petit, ut causa denuo cognoscatur, & per sententiam reformetur, B. Lauterb. *in Coll.* §. 5. *qua sent. sine appell.* add. Brunnem. *in Proc. Jur. c.* 28. *n.* 114. B. Stryck. *in Introd. ad Prax. For. c.* 23. §. 28. *p.* 188. Struv. *Ex.* 50. *th.* 26. Dn. Lyncker. *Resp.* 200. *n.* 28. hocque in sensu adhibita fuit jam olim quoque contra sententias Præfectorum Prætorio, utpote à quibus appellare non licebat; vid. *l.* 5. *C. de Prec. Imp. off. Nov.* 119. *c.* 5. *junct. l. un. C. de sent. Præf. Prat. & l.* 19. *C. de app.* Joh. Wolffg. Textor *ad Rec. Nov. p.* 2. *d.* 13. *th.* 3. Et hodienum etiam intentari solet contra omnes, in Principum vel Statuum Imperii, privilegio de non appellando, uti antea dictum, munitorum, Supremis Dicasteriis, prolatas sententias. *In specie* vero, & prout instituto nostro est propria, spectata, sumitur *iterum* vel in sensu quodam *latiori*, quando nim. consideratur tanquam via, medium, atque modus, mediante quo institui debent omnia supra tacta Remedia, sententiam Judicii Aulici impugnantia; vid. *Ord. Jud. Aul. t.* 5. §. 7. ibi: *per viam Supplicationis*: vel in sensu *strictiori*, atque magis *proprio*, quatenus nim. censeri potest sententiæ correctorium remedium aliquod proprium, atque à reliquis in specie distinctum, in casu, si victus per sententiam Judicii Aulici, sententiam illam iniquam reputans, *absque introductione* unius ex supradictis Remediis, *simpliciter* tantummodo Majestatem Cæsaream, pro Relectione Actorum, humillime supplicat, prout formulam hanc in rem vid. licet ap. Cramer. *in Introd. ad Pr. Jud. Aul. S.* 1. *c.* 12. §. 6. *p.* 207. Ubi definiri posset forsitan hoc modo: quod nim. *Beneficium sit Juris, concessum parti, per sententiam, in Judicio Aulico latam, gravata, competens ad hoc, ut Acta Judicialia, denuo, adhibitis aliis, gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis,* (& quidem, in causis eorum, qui diversa colunt Sacra, ex utraque Religione, æquali numero) *Consiliariis, & qui concipiendæ priori sententiæ non interfuerunt, multoque minus Referentium aut Correferentium vices sustinuerunt, revideantur*; vid. Instr. Pac. Westph. *Art.* 5. §. *quoad Processum*, 55. Quo in sensu, revera, & in effectu, eadem ferme esset cum beneficio Revisionis, contra sententias Camerales introducto; eique propterea etiam in omnibus propemodum & per omnia coæquanda, vid. *cit.* §. Instr. Pac. Joh. Deckh. *in Concord. Supremor. Imp. Trib. c.* 23. *Sect.* 4. *p.* 197. Textor *d. l. th.* 59. Unde quoque est, quod in Capit. Leopold. *art.* 42. & Josephina *art.* 41. Supplicatio hæc expresse sub Revisio-

& habeat etiam hodienum?

In specie accepta, iterum sumitur in sensu vel *latiori*,

vel *strictiori*: nobisque h. l. proprio.

Et intuitu hujus posterioris significat. definitur.

Perquam definit, *ferme* eadem constituitur cum Revis. Cam.

Revisionis nomine venerit; vid. Gerhard. *de Supr. Imp. Judic. Disc.* 3. *c.* 4. §. 13. B. Nitzsch. *ad Capit. Jos. art.* 41. *p. m.* 663. *n.* 59. Joh. Gröning. *in Harmon. S. R. Tr. Wismar. cum Jud. Aul. & Cam. Cap. ult.* Verum quod non solum aliàs, atque in genere, differant Supplicatio atque Revisio, videri potest ap. Conrad. ab Offenbach. *d. Revis. Actor. n.* 2. *ap.* Joh. Deckherr. *in Monum. Lect. Camer. p.* 414. & Nic. Myler. *ad Rümel. p.* 2. *D.* 2. *th.* 20. *p. m.* 344. Sed etiam in specie Revisionem Cameralem, & Supplicationem ad Majestat. Cæsar. ratione Formalium insigniter differre, patescit ex eo; quod (1) in Supplicatione non opus sit notificatione ad Eminentiss. Electorem Moguntinum; nec (2) observandum sit fatale denunciandi Supplicationem factam; nec (3) requirantur Deputati Statuum, vid. Joh. Andr. Gerhard. *d. Tr. cit.* §. 13. Auth. annot. *ad Rhodingii Pand. Cam. tit.* 61. *p.* 925. vel ad cognoscendum de Justitia Supplicationis, (utpote quod ipsum, rat. Cameræ Imperii, expediri etiam solet à Revisoribus, non Camera Imperii ipsâ; vid. *Rec. Noviss.* §. 133. ibi: von den Revisoribus keines wegs *deserirt* werden; B. Grav. *d. Judic. Synd. c.* 7. §. 3. *p.* 46. Dn. de Lyncker *de Gravam. Extrajud. c.* 9. *p.* 2. §. 13. *n.* 4. *p.* 802. non obstante Decreto communi *de d.* 5. *Febr.* 1619. ap. laud. Dn. Lyncker. *d. l.* §. 12. *p.* 799. iisque, quæ habet Conrad. ab Offenb. *d. Tract. n.* 25. & 33. ap. Deckherr. *p.* 419. & 421. Mylerus *ad Rümel. p.* 2. *D.* 2. *th.* 24. *p.* 354. B. Lauterb. §. 7. *qua sent. sine app.* cùm non solum de authoritate hujus Senatus-Consulti merito sit dubitandum; vid. Dn. de Lyncker *d. l. p.* 800. *n.* 2. Besold. *Thes. Pract. voc. Revisio.* ex eo, quod in Recessu Noviss. non reperiatur approbatum, Paulus Gamsius *ad Rec. Nov.* §. 124. *lit. O. in NB. p. m.* 118. Sed &, siquidem habuisset valorem, derogatum tamen eidem esset per cit. Rec. Noviss. Ita, ut post illum, quod Cameræ Imperii facultas hæc cognoscendi sit adempta, illaque hodie judicare de eo amplius nequeat, nisi præparatorie tantum, & quoad defectus notorios, e. gr. in casu, quando appellatio in illa specie prohibita esset Jure communi, ita tamen, ut & tunc Dominis Revisoribus semper salva maneat sua cognitio, dubium supersit nullum, vid. Dn. Lyncker *in d.* §. 13. *p.* 802. & omninò Textor *ad R. Noviss. p.* 2. *D.* 13. *th.* 41. & 42.) vel ad revidenda Acta; Sed omnia hæc peragantur ab ipso Judicio Imperiali Aulico, ita tamen, ut adhibeantur Assessores alii, vel Referens ad minimum, atque Correferens

A qua tamen differt non solum aliàs, atque in genere;

Sed etiam in specie, & rat. Judicii Aulici.

(1.) Rat. Notificat. ad Elect. Mog.

(2.) Rat. fatalium supplicat. denunciandi.

(3) Rat. Deputatorum Statuum, hic non necessariorum.

Cum omnia hic peragantur à Judicio Aul. ita tamen

men, ut adhibeatur alius Referens & Corref. & Assessores quoq; alii. Id qd fieri in judicio hoc posse, demonstratur.

Non tamen diff. ulterius atque (4to) rat. Sportularum.

ferens alius; vid. Instr. Pac. Westph. *Art. V.* §. 55. quod ipsum, ut strictissime & hoc in passu observarent, Judicii Aul. Assessoribus injunxit quam severissime Augustiss. Imperator noster modernus *in Reformat. Jud. Aul.* sive: **in der Kayserl. Verordnung wegen Verbesserung des Reichs-Hof-Raths** / *d. d.* 14. *Jan.* 1714. *sub num.* 9. Id quod fieri hic omnino posse, perspicuum redditur ex eo, quod concipiendis ferendisque sententiis universum non intersit Collegium Aulicum, sed uti in Camera relationes fiunt in suo cujusque Senatu; ita in Judicio Aul. receptum, ut quidam ex Collegio audiendis relationibus deputentur, quibus auctoribus concipiuntur post relationem ferenturque sententiæ, vid. Auth. Meditat. *ad art.* 5. §. 55. *Instr. Pac. Westph. lit. f. p.* 779. Nec in Supplicatione hac requiri (4) sportularum nomine ut quid deponatur, tradunt Illustr. L. B. de Lyncker *dict. Tr.* §. 14. *p.* 802. *n.* 2. Rhoding. *l.* 3. *t.* 61. *n.* 99. *p.* 937. B. Maurit. *in Diss. de Judicio Aul. th.* 25. *ap.* Ahasv. Fritschium *in Exerc. J. P. p.* 2. *Ex.* 5. *p.* 226. Verum, contra hos, rationes multas & præjudicia congessit Dn. ab Uffenbach *de Jud. Aul. c.* 23. *Sect.* 4. *p.* 266. *seqq.* cujus sententiam, utut, quoad veritatem Juris, atque Constitut. Imperii haud admodum firmam, ex mente Joh. Deckherri *ad eund. in Concord. n.* 18. præter Auth. Brevic. Prax. Imp. *t.* 59. §. 3. *n.* 5. *p.* 239. & Cramer. *in Introd. ad Prax. Jud. Aul. S.* 1. *c.* 12. §. 2. *n.* 3. *p.* 205. comprobat tamen usus atque praxis Augusti hujus Judicii, agnoscente id ipso Dn. Deckerro *d. l. n.* 19. prout quoque, paucos ante annos, bina, hanc in rem egregiè inservientia, observare licuit exempla, in controversiis inter Personas vel maximè Illustres agitatis. Differentiam denique (5tam) constituit Dn. Textor *ad R. Noviss. Disp.* 13. *th.* 59. in eo, quod in Supplicatione non requiratur ad Summam Supplicabilem, ut sit supra 2000. Imper. Verum, præterquam quod contrarium agnoscere videatur ipse Dn. Textor *ibid. in fin.* illud ipsum ulterius adhuc firmant, quæ habent Auth. Brevic. *d. l.* §. 3. *n.* 2. *p.* 238. Cramer. *d.* §. 2. *n.* 1. *p.* 205. Dn. ab Uffenb. *cit. loc. p.* 270.

nec (5to) rat. Sum̃æ Supplicabilis.

V.

Requisita formalia, ad Supplicat. cum effectu intentandam, necessaria sunt. I. quoad Tempus: ut intra

Quò verò Supplicationis hujus Remedium intentetur cum effectu, necessariò requiritur, atque pro forma, I. quoad Tempus: ut à gravato per Sententiam Consilii Imperialis Aulici, *intra quadrimestre continuum, à tempore latæ sententiæ,* non solum (1.) hoc ipsum apprehendatur beneficium; Sed etiam (2.) Juramentum præstetur Supplicator.

plicator. f. Calumniæ ab Advocato & Principali, Lyncker. *Consult.* 29. *n.* 15. vel eorum saltem Procuratore, mandata specialia eum in finem ab utrisque habente; hicque posterior semetipsum quoque offerat ad præstandum itidem Juramentum in animam suam; (3.) Offerantur sportulæ, earundem petatur specificatio, illâque factâ, *vel*, (siquidem hoc specialiter ipsi sit injunctum, prout hoc contigit Monasterio Marchtalensi, in causa supplicabili contra Civitatem Patriam, annos ante paucos, nec à Majestate Cæsarea remissum,) realiter deponantur; *vel* cautio pro illis præstetur sufficiens; Ita tamen, ut, si definitæ nimis videantur graves, liceat Supplicanti earum petere diminutionem, vid. Auth. *Brevic. tit.* 59. §. 6. *p.* 240. Cramer. *d. Sect.* 1. *c.* 12. §. 2. *n.* 1. *seq.* Id quod observatum etiam est nuperrime in una ex supra memoratis causis, in Supplicationem deductis; nec sine effectu admodum insigni. Et denique (4.) exhibeatur Libellus Gravaminum, siquidem porrigere aliqua velit Supplicans, & quidem breviter, summariè & distinctè conceptus; aut verò, si intra dictum terminum, ob justum impedimentum, debitè probatum, produci nequeat, termini petatur prolongatio, Auth. *Brevic. d. l. p.* 238. & 239. II. quoad Causam; ejusdemque 1. *qualitatem*; ut Causa Supplicabilis ita sit comparata, ut in illa appellari possit de Jure communi, arg. R. J. *de Anno* 1654. §. **in Sällen/** &c. 125. & §. 5. **zu Abkürtzung/** 127. *junct.* Instr. Pac. Westph. *Art. V.* §. 55. conf. Dn. de Lyncker *in Resp.* 200. *n.* 29. 2. *quantitatem*; ut Summa sit Revisibilis, qualis non est, quæ est appellabilis, uti quidem voluit Uffenb. *d. c.* 23. *sect.* 3. *p.* 270. rectè propterea notatus à Deckherro *in Concord. ibid. p.* 201. Sed quæ bis mille continet Imperialium, sine censuum computatione vel interesse, *arg. d.* R. N. *cit.* §. **zu Abkürtzung/** 127. *junct. cit.* §. 55. *Instr. Pac. VVestph.*

quadrim. continuum, à tempore latæ sententiæ non solum (1.) fiat remedii hujus apprehensio, Sed & (2.) Juram. præstetur calumniæ. (3.) deponantur sportulæ vel realiter; vel cautio pro iis præstetur sufficiens. (4.) exhibeatur Lib. Gravam. aut, si hoc fieri nequeat intra hunc terminum, ejus petatur prolongatio. II. quoad Causam, ejusdemque 1. *qualitatem*, ut appellab. sit de Jure communi. 2. *quantitatem*.

VI.

Restitutio in integrum, (cujus de homonymia, Synonymia, etymologia, justitia atque æquitate, latius videri possunt B. Dn. D. Bardili *disp. de Restit. in integr. universit. th.* 1. & 2. B. Dn. Lauterb. §. 4. *d. in int. Rest.* Petr. Müllerus *ad Struv. Ex.* 8. *th.* 1. Joh. Eisenhart. *in Proc. Instant. Restit. in integr. c.* 3. *per tot.*) ex capite Justitiæ, & intuitu clausulæ illius generalis, *l.* 1. §. 1. *in fin.* & *l.* 26. §. 9. *ff. ex quib. caus. major. si qua alia justa causa mihi videbitur, in integrum restituam*; (Restitutiones etenim Minorum; adque horum exemplum, Ecclesiarum, Rerum-

ut bis mille contineat Imp.

Restitutio in integrum ex clausula illa generali, hodie contra omnes, etiam Cam. Imp. sententias concedi solita, *quantum ad Cameram Imperii,* quid sit? locum habet contra sententias definitivas, & interlocutorias, vim definitivar. habentes. causæ hodie non amplius articulatim, Sed summarie sunt proponendæ, *Intuitu Judicii Aulici* quid sit?

rumpubl. Civitatum, reliquarumque Universitatum; & Majorum quoque propter dolum adversarii; proprium facti errorem, de quibus vid. *l.* 1. *&* 2. *ff. de in int. Rest.* & Dn. Textor *ad Rec. Nov. p.* 1. *D.* 17. *th.* 38. *&* 39. add. Dn. de Lyncker *Resp.* 200. *n.* 38. *&* 40. aut propter damnum per absentiam Reipubl. causa datum: quamvis extra omne dubium locum quoque habeant contra sententias hasce; Attamen, tanquam ad personas, & casus nimis speciales, atque extraordinarios restrictæ, nostræ considerationis proprium non constituunt Objectum:) hodie, (quid enim dicendum sit de Jure Civ. & Canon.? vid. Textor *dict. loc. th.* 22. *seqq.*) contra omnes, (etiam ipsius Cameræ Imperial. vid. Gem. Cammer-G. Besch. *d. d.* 7. *Jul.* 1669. *ap.* Rhoding. *in Pand. Cam. l.* 3. *t.* 60. *n.* 46. *p.* 908. O. Cam. *p.* 3. *t.* 52. ibi: vielfältig. Textor *d. l. th.* 29.) Sententias gravatoriales omnibus, modo aliàs ad agendum habilibus, Textor *d. l. th.* 13. concedi solita, vid. Textor *dict. th.* 29. B. Joh. Sam. Stryck. *de Remediis contra rem judic. c.* 3. *n.* 38. *p.* 53. Add. Dn. D. Majer *dict. disp. c.* 2. *th.* 3. *§.* 1. *p.* 10. in actu signato considerata; *quantum ad Cameram Imperii*, nihil est aliud, quàm *Remedium Juris, competens per sententiam Judicii Camer. laso, ad hoc, ut Judices Camer. sententiam à se latam,* (sive definitivam, sive interlocutoriam gravamen irreparabile continentem; vid. Joh. Andr. Gerhard *de Supr. in Imp. Rom. Judic. Disc.* 3. *c.* 4. *§.* 3. Dn. Præs. *P. Sp. S.* 1. *c.* 13. *§.* 15. Blum. *in Proc. Jur. Cam. t.* 78. *n.* 7. *p.* 628. Rhoding. *in Pand. Cam. l.* 3. *t.* 60. *n.* 14. *seq. p.* 900. B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. §.* 9. *qua sent. fine app. p.* 1476. add. Dn. D. Majer *de Restit. in integr. contra rem jud. c.* 4. *th.* 1. *§.* 1. *p.* 18.) *certis & legitimis de causis, iisque novis, ac antea incognitis*, (quæ non amplius articulatim, uti antiquitus, sec. O. C. *dict. p.* 3. *c.* 52. *in fin.* Sed secundum Jus hodiernum summariè sunt proponendæ, propt. R. J. *d. Anno* 1654. §. diesem nächst/ 34. v. daß nehmlich; Dn. Præs. *d. l.* Dn. D. Burgerm. *in Cod. Jur. Publ. & Priv. T.* 2. *p.* 335. Joh. Andr. Gerhard *d. loc.* Blum. *d. l.* Rhoding. *cit. loc. n.* 13. *junct. n.* 16. Joh. Eisenhart. *d. Tr. c.* 7. *§.* 39. *p.* 146. Joh. Deckherr. *in Mon. Lect. Cam. p.* 3. *t.* 52. *p.* 399. Dn. de Lyncker *de Grav. Extraj. c.* 9. *p.* 2. *§.* 35. *n.* 7. *p.* 830. *&* 831. Lauterb. *d. l.* Dn. D. Majer *dict. disp. c.* 5. *th.* 1. *§.* 3. *p.* 21.) *retractent, & jus per Sententiam ablatum restituant.* Gerh. *cit. loc.* Rhod. *d. t.* 60. *n.* 4. *p.* 898. Blum. *d. t.* 78. *num.* 2. *p.* 627. Hofmann. *in Prax. Cam. t.* 22. *p.* 834. *Quantum verò ad Judicium Imperiale Aulicum*, definiri posset, quod sit *Beneficium Juris sub tegumento humillima ad Sacr.*

Cas.

Caſ. Majeſt. Supplicationis, per ſententiam Judicii Aulici laſo, ad id conceſſum, ut propter novas, antebac incognitas, easque juſtas atque legitimas, & ad controverſiæ deciſionem pertinentes cauſas, ſententia, ab iisdem, qui illam tulerunt, Dominis Judicibus, retractetur, Jusque per ſententiam ablatum ipſi reſtituatur.

VII.

Ut verò gaudere quis queat beneficio hoc; in **Camera** quidem Imperii requiritur, (1.) ut illam non poſtulet per calumniam; Sed (2.) ſubſint cauſæ novæ; quales ſunt, non ſolùm documenta noviter reperta; *de quibus* vid. Gem. Cammer-G. Beſch. d. 7. Jul. 1669. add. *l.* 4. *C. de Re judic. ibique* Gothofr. *in not. lit. n.* Dn. D. Majer *dict. diſp. c.* 2. *th.* 3. *§.* 1. *p.* 19. Mev. *p.* 3. *D.* 103. *n.* 3. & latiſſ. Dn. Lyncker *R.* 128. *n.* 51. *multisque ſeqq. & R.* 200. *n.* 42. aut teſtes noviter reperti, *arg. l.* 15. *C. de fid. Inſtr.* Dn. D. Majer *d. l. p.* 11. Verùm etiam rationes quævis aliæ, à veteribus diverſæ, antehac in Judicium non deductæ, atque ante ſententiam aut concluſionem, juſta ex cauſa, (ſi enim quis illarum habeat aut habere poſſit notitiam, ſed iis in tempore uſus non fuerit, inertiæ ſuæ præmium ferre non debet; vid. poſt B. Dn. D. Harppr. *in Conſ.* 45. *n.* 5. Dn. D. Majer *d. Diſp. c.* 2. *th.* 4. *p.* 12.) ipſi incognitæ; vi *modo dict.* Communis Decreti *d. d.* 7. *Jul.* 1669. & O. C. *p.* 3. *t.* 52. *ibi:* **ſo vormahls in Gerichts-Händeln nicht angezogen;** Klock. *Relat.* 30. *num.* 130. *ſeqq.* Meichſner *Tom.* 3. *Dec. Cam.* 14. *n.* 130. Dn. de Lyncker *Reſp.* 200. *num.* 41. & 42. quæ ipſæ, pro diverſitate caſuum atque circumſtantiarum, poſſunt eſſe diverſæ; modo tamen, quod ſemper præſupponendum, ſint (3.) graves, relevantes, atque ad cauſæ deciſionem inſervientes: vid. Decr. Commune & O. C. *d. l.* ibi: **aus Rechtmäſſigen Erheblichen Urſachen;** quænam verò tales ſint? à diſcuſſione dependet judiciali. (4.) ut Procurator in eadem Audientia, qua reſtitutionem petit, præſtet Juramentum Calumniæ ſive Reſtitutionis, den Reſtitutions-Ayd, non tantùm in Principalis & Advocati, ſed propriam etiam animam, (quamvis poſterius hoc, neque olim obſervatum eſſe, neque etiam hodiè obſervari, tradat Blum. *in Proc. Cam. tit.* 79. *num.* 17. *p.* 632.) productis priùs hunc in finem, in libello, mandatis, vel ſpecialibus, Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *tit.* 8. *n.* 44. & 45. *p.* 406. vel generalibus etiam, quibus tamen inſerta eſt clauſula petendi reſtitutionem Joh.

Ut quis petat Reſtit. cum effectu requiritur, *in Camera Imperii;* (1.) ut quis illam non petat per calumniam: ſed (2.) ſubſint cauſæ novæ: & quidem (3.) graves. (4.) ut Procurator præſtet Juram. Reſtitutiõ. non tantũ in Princip. atque Advocati, ſed propriam quoque animam;

quamvis posterius hoc vix observetur.

Joh. Andr. Gerhard *d. Supr. in Imp. Rom. Jud. Disc.* 3. *cap.* 4. §. 4. unum nempe à Principali, alterum verò ab Advocato causæ, per Decr. Comm. *d.* 7. *Jul.* 1669. *&* 7. *Jul.* 1671. vid. Hofmann. *in Pr. Cam. d. t.* 22. *p.* 834. Cramer. *in Introd. S.* 1. *c.* 11. §. 4. *p.* 193. Rhoding. *d. l.* 3. *t.* 60. *n.* 17. *p.* 900. Blum. *cit. t.* 78. *n.* 7. Dn. D. Majer *dict. disp. c.* 3. *th.* 1. §. 2. *p.* 15. *in fin.* Vid. tamen Author *Brevic. Prax. Jud. Aul. tit.* 58. *n.* 5. *&* 6. *p.* 236. ubi dicit, quod in Judicio Aulico Juramentum Calumniæ, quoad hoc Remedium, rarissime sit practicatum, cum illud ibidem non facile concedatur, nisi Error sententiæ forte ex falso supposito latæ statim appareat, aut instrumentum noviter repertum, precum veritatem comprobet. (5.) ut petitio illa fiat intra tempus legitimum, quadriennii scil. spatium; vid. B. Lauterb. *d.* §. 9. *qua sent. fine app.* Blum. *n.* 5. *p.* 628. Stryck. *d. disp. c.* 3. *n.* 50. Add. Dn. de Lyncker *Resp.* 200. *num.* 32. *& in Resol. Discept. For.* 553. *p.* 1008. In Judicio verò Aulico, præter 5. hactenus requisita, requiritur adhuc (6.) ut quis illam petat non principaliter, sed per viam Supplicationis, vid. *Ord. Jud. Aul. tit.* 5. §. dasern/ *&c.* 7. Uffenb. *de Jud. Aul. c.* 23. *S.* 3. *p.* 265. B. Dn. D. Bardili *disp. de eod. c.* 7. *th.* 8.

(5.) ut petitio illa fiat intra quadriennium continuum. Et præterea *in Judicio Aulico*, (6.) ut petatur non principaliter, sed per viam Supplicationis.

VIII.

Syndicatûs quando, & contra quem locum habeat?

Syndicatus, (de cujus etymologia, homonymia, Paronymia, & definitione generaliori vid. B. Dn. D. Joh. Gravius *disp. de Judicio Syndicatus, cap.* 1. *per tot.* quemadmodum etiam de ejus origine vid. *Tract. de Syndicatu p.* 3. §. 1. *ap.* Deckherr. *in Monum. Lect. Cam. p.* 447.) occasione Sententiarum Cameralium, atque Judicii Aulici, si pars quædam juste existimaverit, vel ex Revisione quoque aut Supplicatione pateat, sententiam latam esse nullam vel iniquam, ex dolo, fraude, affectu, favore scil. aut odio, precibus, corruptioneve Referentium aut Correferentium, vel Judicum, (dolus autem Testium hic non sufficit; vid. Textor *ad Rec. Nov. p.* 2. *D.* 13. *th.* 54. *&* 57. imo nec Procuratorum prævaricatio; vid. B. Grav. *d. Jud. Synd. c.* 3. §. 5. *p.* 16. *&* 17.) adversus ipsos Dominos Judices, vel Referentes & Correferentes instituendus, vid. Rec. Ratisb. *d. Anno* 1532. §. und damit; 17. ibi: und die Richter, so unrechtmäßig Urtheil außsprechen, den Krieg ihr eigen machen, und deßhalben ad Syndicatum gestellet werden mögen: & porro: und derhalben Cammer-Richter und Beysitzer gedacht zu syndiciren; ac denique: so Cammer-Richter und Beysitzer ad Syndicatum zu stellen willens. Et Ord. Cam. *p.* 3. *tit.* 53. §. ob

sich

sich aber: 6. ibi: gegen den Urtheilern das Syndicat fürzunehmen; & §. Wo aber, 10. ibi: die Urtheiler, so angezeigter gestalt gehandelt, ad Syndicatum zu stellen: quamvis, *proprie atque stricte loquendo*, Remedium quoddam sententiam impugnativum non sit, nec per illum ejusdem petatur reformatio; Quia tamen 1.) datur intuitu sententiarum, in Judiciis hisce prolatarum atque contra illas; 2.) quis per illum, quando agitur civiliter, atque ad damnum ac interesse sibimet refundendum, id, quod sua interest, non minus consequitur, licet non à parte, tamen à Judice; 3.) in Ordin. Judicii Aul. *Tit. V.* §. dafern; 7. expresse dicitur: Syndicatus, &c. oder sonst einig ander im Recht zugelassenes Mittel, dardurch die Urtheil infirmirt werden könte; Atque etiam 4.) à Doctoribus quoque inter remedia, sententias supremorum horum Judiciorum impugnantia, solet referri: vid. inter alios Joh. Andr. Gerhardt *de Suprem. in Imp. Rom. Judic. Disc. 3. cap. 4. §. 2.* ibi: *Sententia Cameralis impugnatur vel per petitionem restitutionis in integrum; vel per Revisionem; vel per Syndicatum*; Inde in præsenti hac Tractatione Remediis hactenus recensitis eò magis fuit intermiscendus atque adjungendus, quò in Dissertat. meæ rubro notanter scripserim, non Remediorum impugnativorum; sed Remediorum contra sententias; Et describi posse videtur, quoad Judicium Camerale; quod sit *Judicium legitimum, quod datur litigatori, qui iniquâ se gravatum dicit Camer. sententiâ, adversus ipsos Dominos Judices, prece vel pretio corruptos, aut etiam ex simplici tantùm dolo, favore vel odio, sententiam ejusmodi iniquam dicentes, ad resarciendum omne damnum atque interesse.* Quoad Consilium verò Aulicum, quod sit *Judicium, quod, sub specie submissæ ad Imperatoriam Majest. Implorationis, parti, per sententiam Judicii Aulici gravata, datur ad hoc, ut Judices sententiam illam iniquam, vel quod pretio fuerint corrupti, vel ex dolo quoque simplici, proferentes, per Judices alios, gravitati negotii pares, neutrique partium addictos, & qui Referentium aut Corref. vices in priori sententia non sustinuerunt, in omne damnum atque interesse ipsi resarciendum, condemnentur.*

An etiam huc pertineat? & R. Aff. per rationes 1. 2. 3. 4.

Quid sit intuitu Judicii Cameralis?

Et quid intuitu Judicii Aulici?

IX.

Solemnia, quæ circa illius institutionem sunt observanda, cum conveniant, in *Judicio Aulico*, cum Supplicationis in specie sic dictæ, vid. Grav. *d. disp. c. 5. th. 13. p. 48. & 49.* Uffenb. *d. Jud Aul. c. 23. S. 2. p. 263.* in *Camera* verò *Imperii*, cum Revisionis solennitatibus, vid. O. Cam. *d. tit. 53. §. 10.* Blum. *t. 79. n. 37. p.* 636.

Solemnia circa eundem instituendum sunt eadem, quæ sunt

Revisionis atque Supplicationis in specie sic dictæ: 636. Hofmann. *in Pr. Cam. t. 23. §. 10. p.* 914. Rhoding. *l. 3. t.* 62. *n.* 3. *p.* 942. Joh. Wolffg. Textor *ad R. Noviss. D.* 13. *th.* 58. & *in Pr. Judic. p.* 1. *c.* 12. *n.* 135. *p.* 76. Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *t.* 7. *n.* 1. *p. m.* 398. Phil. Knipsch. *de Civit. Imp. l.* 2. *c.* 33. *n.* 222. *& de Jurib. Nobil. l.* 3. *c.* 23. *n.* 673. Grav. *d. disp. cit. loc.* & Judices quoque interveniant iidem, qui in Supplicatione atque Revisione, vid. Grav. *d. disp. cap.* 3. *§.* 3. *p.* 12. *&* 13. Joh. Bern. Multzius *in Repræsent. Majest. Imp. p.* 2. *c.* 26. *m.* 4. *n.* 8. *p.* 814. neque sibi hoc, quoad Cameram Imperii, vindicare queant Imperatoris Consiliarii Aulici, quoniam Jurisdictio illorum, quoad hunc passum, fundata non est in Rec. Imp. Noviss. Brevitatis studio, & ne nimium excrescant Dissertationis meæ paginæ, ad supra recensita requisita, duobus hisce Remediis propria, & B. Gravii *Diss. thesin* 6. *seqq.* B. L. remitto, circa laudati Dn. Gravii alleg. disp. hoc unicum tantummodo monendo, quòd de discrepantia illa inter Revisionem & Syndicatum, quam suppeditat *th.* 11. *p.* 46. *&* 47. (ubi dicit, quod in Syndicatu hoc præcise necesse non sit, ut summa sit bis mille Imperialium, sed relictum id esse arbitrio Dominorum Revisorum) & *in th.* 18. *p.* 57. (ubi, quoad interponendum Syndicatum, spatium adhuc obtinere putat trimestre, *in R. J. d. Anno* 1557. *§.* **wiewohl ferner**/ 23. præfinitum) num adeo firmo nitatur talo? dubitare liceat vi traditorum ab Uffenb. *cap.* 23. *sect.* 2. *junct. R. I. d. an.* 1614. §. 125.

& idem quoque Judex.

Differentiæ, quæ inter duo hæc Judicia vendicatæ, sunt omnino spuriæ.

X.

Remedii Nullitatis etymologia; remissive proposita. Ejusdem Encomia. *In genere*: quid sit? definitur.

Superest adhuc ultimo loco examinandum Remedium Nullitatis; (de cujus etymologica notatione vid. Sebast. Vantius *de Nullitatibus, cap.* 1. ubi etiam *in n.* 18. illud ipsum *saluberrimum*. vocat *Juris remedium, Legum tutamen, pœnam temerariorum, auxilium commune, & veram defensionem oppressorum, ob publicam causam introductum*) Quod *in genere* consideratum, nihil est aliud, quàm Imploratio legitima, super vitio, ex quo quis declarationem petit, sententiam ipso Jure non subsistere, *L.* 1. *C. de execut. rei jud. l.* 4. *C. de sent. & Interloc.* B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract.* §. 1. *quæ sent. sine app.* sive potius, Jus negandi, s. impugnandi sententiam, contra præscriptum Juris latam Joh. Sam. Stryck. *de Remed. contra rem jud. c.* 2. *n.* 3. *p.* 16. & Sam. Stryck. *in Introd. ad Pr. For. c.* 23. *§.* 26. *p.* 187. nec pro commento tantùm Doctorum est habendum, uti hoc contra Anton. Matthæi

nec commentum

thæi *in Tr. de Judic. D. 2. th. 2. seqq.* probat Dn. de Lyncker *d. Grav Extraj. c. 9. p. 2. §. 29. n. 1. p.* 816. & Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl. 3. t. 3. n. 2.* ubi dicit, quod olim, atque de Jure communi, magnum obtinuerit locum. Quemadmodum verò, remedio huic, contra sententias, in Camera Imperii latas, hodie vix amplius locum esse, sed ita ibidem gravato prospici per Revisionis Remedium, *arg. O. C. p. 3. tit. 53. pr. & §.* darauff / 4. ita ut, si Nullitas, neglecto Revisionis remedio, in forma consueta intentetur, implorans non audiatur, sed pœnâ contra Procuratorem reservatâ, querela Nullitatis rejiciatur, tradit Klock. *Relat. Camer.* 31. *& de Contrib. c. 19. num. 399. seqq.* prout factum esse dicit in causa Wehlen contra Rastfeldt, 31. Jan. ann. 1589. ubi contra D. Gronberg, von wegen seiner Exception einverleibter ungegründeter und unbescheidener Anzeig, die Straffe eines Marck Silbers vorbehalten, & quidem ea de causa, quod Productum suum, *Exceptiones notoriæ nullitatis* inscripsisset, & causam principalem in puncto executionis disputasset. Add. Rhoding. *in Pand. Cam. l. 1. t. 34. n. 12.* Deckherrus *in Concord. Suprem. Imp. Jud. c. 23. S. 1. p. 194.* Dn. de Lyncker *cit. p. 816. n. 1. & 2. & §. 38. n. 1. p.* 834. Ita non desunt, qui illud ipsum, nec in Judicio Aulico, locum sibi vindicare posse, affirmant, ex eo, quod Judicium hoc, non minus, vel vilius æstimari debeat illo, vid. inter alios Cramer. *in Introd. S. 1. c. XI. §. 1. p.* 191. Verum, quamvis hoc certum sit eatenus, quod nim. institui ibidem nequeat principaliter; approbationem tamen vix merетur Sententia illorum, quando illam prorsus non, ne per Supplicationis quidem viam, intentari posse, putant, cum hoc ipsum, perinde uti in aliis remediis, expresse permissum esse legamus in Ordin. Jud. Aul. *t. V. §.* dafern *&c.* 7. Neque obstabit hic quicquam Instrum. Pac. Westph. *art. 5. §.* 55. ubi convenientia injungitur Judicio Aulico, rat. Processus, cum Camera Imperii observanda. R. enim (1.) Dispositio illa non in totum adimit Imperatori facultatem, unum alterumve in Processu mutandi, prout etiam processum Judicii Aulici hodie in multis diversum cernimus à Processu Camerali, vid. Ord. Jud. Aul. *t. 2. §. 8. & 9.* B. Maurit. *de Judicio Aulico, th.* 23. id quod & in specie quoad hoc Remedium eo lubentius concedendum est Imperatori, quò Remedium hoc introductum est in præjudicium magis ipsius Judicii Aulici, (quia hoc modo sententiæ Ipsius pluribus expositæ sunt impugnationibus) quàm Statuum Im-

[Marginalia:] tantùm esse Doctorum, ostenditur. — Quemadmodum remedio huic hodie vix datur locus in Camera Imperii: — Ita quoque eliminatum illud esse è Judicio Aulico, tradunt nonnulli, quæ tamen sententia simpliciter procedit vel minimè. — Objic. Instrum. Pac. Westph. — Sed R. 1.

Imperii, aliorumque ibidem litigantium, utpote quorum potius inservit utilitati, atque commoditati; (2.) Remedium hoc, nullis Imperii Constitutionibus, nec quoad Cameram Imperii, legitur esse improbatum, sed, si dicere velimus quod res est, quod in Camera Imperii illud amplius institui nequeat, provenit saltem ex eo, quod Domini Camerales, odioso hoc nomine irritati, illud postea denegare consueverint, jubentes, loco illius, Revisionis uti beneficio; Cum verò præjudicia in Camera Imperii observata, non statim etiam Jus faciant, valoremve suum habeant in Judicio Aulico, obtinebit hic potius Regula *l. 27. C. de Testam.* (3.) Cum & in Camera Imperii coram Revisoribus allegare & docere liceat nullitatem, vid. Ord. Cam. *p. 3. tit. 53. pr.* verbis: **Unrechtmäßig oder nichtige Urtheil/** §. 4. ibi: **oder solch Urtheil sonst nichtig oder den Rechten nicht gemäß wäre** *reformiren*. It. **Und im Fall/ da die Urtheil aus übersehen der Richter/ als nichtig oder ungerecht** *reformirt* **würden.** §. 5. & 6. Nic. Myler *ad Rümel. p. 2. D. 2. th. 25. p. 356.* modo tamen hoc ipsum non fiat principaliter, sed mediante potius Revisione; quamvis, si modo constet de meritis causæ, à Revisoribus, nullitatem in Camera admissam, non attendi, tradat Rümelin. *d. l. ibique* Myler *in addit. lit. a. p. 355. seqq.* Nullum plane remanet dubium, quin & in Judicio Aulico Nullitatis querela proponi possit, mediante Supplicatione, prout hoc etiam agnoscit Dn. ab Uffenb. *de Judicio Aulico, c. 23. S. 1. p. 263.* Et quamvis forte præjudicia hanc in rem sint admodum rara; Aliorum tamen, in instituendâ eâ, cessatio propterea non efficit, quo minus alii, siquidem hoc sibi reputaverint utile, hoc uti queant beneficio; cum tamen allegari etiam nequeant præjudicia, quod querela Nullitatis, per modum Supplicationis intentata, sine aliis justis atque prægnantibus causis, fuerit rejecta: Interim verò tutius omnino esse, si quis, omisso odioso hoc nomine, simpliciter Acta revideri, vel Restitutionem petat in integrum, ambabus, quod ajunt, ipsemet concedo manibus.

[Margin: 2. — 3. — Et defenditur, quod omnino in Judic. Aul. proponi possit per viam Supplicationis.]

XI.

[Margin: Querelæ Nullitat. in specie quoad Judicium Aul. definitio.]

Verificata sic, quoad Judicium imprimis Aulicum, Querelæ Nullitatatis existentia reali, ad ejus pedem profero definitionem; quæ forsitan esse poterit hæc: Quod sit *Remedium Juris communis, à gravato per Sententiam, in Supremo hoc Archi-Dicasterio nulliter*

'atam, mediante humillima Imploratione ad Sacram Cæsar. Majest. intro :ndum, competens ad hoc, ut sententiâ priori, per alios Dominos Assef. s, ob legitime probatum vitium, pro nullâ declaratâ, causa pertractetur um de novo. Ut verò locum illa sortiatur cum effectu, requiri entur maxime hæc: I. ut instituatur non principaliter, sed per m Supplicationis; vid. Ord. Jud. Aul. *d. t. V. §. 7.* II. intra ipus legitimum, annos nim. XXX. si nullitas est insanabilis; tium forte quadrimestre, quando est sanabilis; III. ex justis o- inò causis, quales, quoad Judicium hoc Supremum, inter alias, sunt esse, *vel Ipsi propria: vel cum aliis* quoque *Judiciis communes.* lem Propriæ sunt: *Ex parte Dn. Judicum*, (1.) Si in causis Sta- im diversarum Religionum non adhibiti sint Assessores ex utra- : Religione pares, propter Instrum. Pac. Westph. *art. 5. §. ac inde*, 54. junct. *arg. l. 5. C. d. LL.* vid. Joh. Wolffg. Textor *Rec. Noviss. p. 2. D. 1. th.* 29. An verò nullitas, ex defectu Ju- lictionis, quàm aliàs maximam esse dicit B. Mev. *p. 2. D. 7. n.* cui jung. *p. 1. Dec.* 83: *n.* 4. *&* 5. contingat quoque (2.) tùm, ando Judicium Aulicum pronunciat de causis matrimonialibus, l Statuum Imperii August. Confess. addictorum ipsorum, in pri- :, vel eorundem Subditorum, in secundâ instantiâ eò delatis? l de aliis Causis Ecclesiasticis, à Statuum Imp. A. C. Consistoriis, r interpositam appellationem, à parte, contra quam pronuncia- m, eò protractis, judicare præsumit? propter diversissimas Do- orum sententias circa quæstiones principales, an nim. Imperator causis matrimonialibus Immediatorum Imperii Judex sit compe- ns? de q. vid. Magnif. Dn. Præs. *in Introd. ad J. P. P. Sp. S. 2. c.* '. *§. 32. seqq.* Dn. Textor *ad Rec. Nov. p. 2. Disp. 1. th. 74. seqq.* n. de Lyncker *in Resp.* 14. *num.* 3. B. Dn. Titius *in Specim. Jur. ubl. l. 7. c. 5. §. 23. seqq.* Frider. Lenzius *d. Priv. Immed. S. R. I. 'oc. instant. th.* 32. & Schubhart *d. Austregis, c. 5. n.* 105. add. Ill. occej. *in Jur. Publ. Prud. c. 32. §. 8. p. m.* 507. Joh. Just. Gerſten *supra cit. disp. d. Judice competente in causis matrimon. cap. 5. p.* 25. hil. Knipsch. *d. Iurib. Nobil. L. 3. c. 4. num.* 187. atque Doctores ır. Publ. passim. & num appellatio licita sit, in causis Ecclesiast. › A. C. addictorum Consistoriis, ad suprema Imperii Tribuna- a? d. q. vid. Author der Europ. Staats-Cantzley *Part. XIII. pag.* 97. *& Part. XXV. cap. 4. p. 178. seqq. & Elect. Jur. Publ. Tom. V. art. IX. p. 755. seqq. & p. 776. Part. XI. p. 922. Tom. VII. Part. V. p.* 337.

Requisita illius sunt I. ut instituatur mediante Supplicat. II. intra tempus legit. III. ex justis causis, quales sunt vel Judicio huic propria, e. gr. si in causis diversar. Religion. non adhibiti sint Assessores ex utraque Religione. An verò etiam, si pronunciet in Causis Matrimonial. versantibus inter personas A. C. addictas.

p. 337. *seqq. Part. VII. N.* 34. *p.* 566. *seqq. Part. VIII. p.* 591. *& Part. IX. N.* 44. *p.* 743. *seqq.* maxime, cùm Augustiss. Imperator noster modernus, perinde uti Josephus, Gloriosiss. memoriæ, tam quoad primum, quam secundum membrum, in specie quoque, contra Civitatis Patriæ Consistorium Evangelicum, vi Extractus Protocolli Judicii Aulici, *d. d.* 10. *Maji An.* 1709. pristina Veterum Imperatorum jura, de quibus vid. etiam Electa Jur. Publ. *Tom. VII. P. VIII. p.* 599. atque Jurisdictionem suam universalem, & hac in parte, sibi vindicare, aliquoties tentaverit, non est adeò expeditum. *Cum aliis verò Judiciis communes*, essent maximam partem *hæ*; *I. Ex parte Judicum*, (1.) si pronunciaverint corrupti per sordes; B. Joh. Sam. Stryckius *disp. de Remediis contra rem judic. c.* 2. *n.* 23. *p.* 20. An verò etiam (2.) si propter quasdam suspicionis præsumptiones recusati, ante suspicionis causam finitam, tamen judicaverint, sententia Illorum, perinde atque aliàs de Jure communi, de quo testatur B. Lauterb. *in Coll.* §. 2. *quæ sent. sine appell.* B. Stryck. *dict. disp. cap.* 2. *n.* 22. *p.* 19. post Gilhaus. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 2. *num.* 4. & Gail. *l.* 1. *Obs.* 33. *n.* 10. Schneider *d. l. n.* 14. *p.* 369. sit quoque ipso Jure nulla? dependet ex cardinali illa quæstione, an nimirum Judicium Aulicum vel Camerale etiam recusari queant? de qua vid. inter alios, B. Lauterb. *in Coll.* §. 24. *de Except.* Sam. Stryck. *in Us. Mod.* §. 11. *de Judiciis.* & omnino Dn. Joh. Klein *in disp. de Judice Suspecto, cap.* 2. *n.* 57. *multisque seqq.* ubi in affirmantium castra transire non dubitat: add. *n.* 22. *seqq.* ubi idem de ipso quoque tradit Imperatore: add. tamen Auth. Elect. Jur. Publ. *Tom. IX. Part. I. p.* 60. *&* 61. ubi casum recusationis totius Collegii hodie vix putat esse dabilem. II. Rat. Personæ ejus, *pro quo* lata est sententia; Si pro absente, & ad totam causam, (hodie enim in Summis hisce Judiciis non opus amplius est citatione, in specie, ad sententiam audiendam, sed sufficit generalis ad totam causam; vid. B. Lauterb. §. 17. *de re judic.* B. Mev. *p.* 6. *d.* 352. *n.* 4. ubi idem obtinere scribit in Tribun. Regio Wismar.) nunquam citato, lata fuisset, ppt. *l.* 47. *ff. d. re judic.* Rosbach. *in Proc. t.* 52. *n.* 17. III. Rat. Personæ ejus, *contra quem*; (1.) Si pronunciatum sit contra non contumaciter absentem, multoque magis, si contra non citatum, & inauditum; de quo vid. *L.* 1. §. 3. *ff. quæ sent. sine app.* Dn. de Lyncker *d. Grav. Extraj. c.* 7. *p.* 2. §. 5. *n.* 7. *p.* 603. Textor *in Pr. Jud. p.* 1. *c.* 12. *n.* 89. *seq.* Stryck. *d. disp. n.* 61. *seq. p.* 25. B. Mev.

Vel cum aliis Judiciis communes: Et quidem I. Ex parte Judicum, si pronunciaverint corrupti per sordes.

Num verò etiam, si juste recusati?

II. Rat. personæ, *pro* qua lata est sententia; si pro absente, & ad totam causam non citato.

III. Rat. personæ, *contra* quam; (1.) Si contra non contumaciter absentem; vel contra non citatum.

v. *p.* 6. *Dec.* 165. *n.* 5. hacque nullitate, majorem non esse, di-
at, idem Mev. *p.* 1. *D.* 112. *p.* 2. *D.* 293. *n.* 6. *p.* 3. *Dec.*
. *n.* 5. & *p.* 7. *Dec.* 77. *n.* 1. & Dn. de Lyncker *Resp.* 168.
. 3. (2.) Si contra pupillos, vel minores indefensos; propter
-5. §. 2. *ff. de re jud. l.* 1. *C. qui leg. pers. stand.* Textor *in Dec.*
rt. 72. *n.* 2. Rhoding. *l.* 1. *t.* 19. *n.* 46. Stryck. *d. l. n.* 53. *p.* 23.
14. prout factum prætendebatur in causa Ducum Altenbur-
nsium contra Vinarienses anno 1607. ap. Londorp. *Tom. IV.*
. *Publ. lib.* 4. *pag.* 1080. Dn. Lunig. im Reichs-*Archiv. Part. Spec.*
t. 2. *pag.* 129. IV. Rat. Personarum, quæ in Judicio inter-
niunt accessoriè; (1.) Si pronunciatum sit contra Procura-
em falsum, per *l.* 24. *C. de Procur. l.* 56. *ff. de Jud. c.* 4. *X. de pro*
Stryck. *d. c.* 2. *n.* 66. *p.* 26. Laut. §. 2. *qua sent. sine app.* (2.)
Procurator vel Advocatus sit prævaricatus; dolo malo proden-
causam, & defensionem Clientis sui, *L.* 1. *C. d. Advoc. divers.*
d. l. 1. *C. de pœn. Jud. qui male jud.* Stryck. *c.* 2. *n.* 71. *p.* 27. (3.)
x dolo testis, ipsorumque falsis testimoniis, injusta pronunciata
sententia; uti tradunt Dn. de Lyncker *d. Tr. c.* 9. *p.* 2. §. 68.
5. *p.* 892. Dn. Böhmerus *de sent. in rem judic. non transeunt.* §. 34.
extor *ad Rec. Nov. p.* 2. *D.* 13. *th.* 54. *in fin.* V. Ratione Sub-
ntialium Processus; si omissa sint Processus Substantialia, Rhod.
. *t.* 34. §. 24. *p.* 493. Stryck. *d. l. n.* 105. *p.* 33. Carpz. *in Pr.*
r. tit. 19. *art.* 3. *n.* 2. Dn. Böhmerus *dict. disp. th.* 31. Citatio nim.
jam dictum, Litis contestatio, Stryck. *d. l. n.* 114. *p.* 35. B.
uterb. *d. l.* causæ cognitio; Stryck. *d. l. n.* 116. *p.* 35. It. si insu-
r fuerit habitum Juramentum Calumniæ, vivâ voce à parte pe-
um, propt. *L.* 2. §. *sed qua veremur, C. d. Juram. propt. Calumn.* cum
nc sit de substantia Judicii, Stryck. *d. c.* 2. *n.* 110. & 111. *p.* 34
hütz *in Comp. Jur. ad tit. d. Jurej. in fin. p. m.* 190. Andr. Chr.
Schneider *d. Tr. cl.* 3. *t.* 3. *n.* 18. & 19. *p.* 370. VI. Ex re, sive
usa, de qua sententia lata, illiusque meritorum intuitu, oritur
ullitas; Si pronunciatum fuerit contra Jus in thesi, vid. *l.* 1. *ff.*
a sent. sine app. Sam. Stryck. *in U. M.* §. 14. *de re jud.* & Joh. Sam
ryck. *dict. disp. cit. c.* 2. *n.* 79. *p.* 28. Lauterb. *d. l.* id quod tamen
nitant Textor *in Pr. Jud. p.* 1. *c.* 12. *n.* 80. Franzk. *Ex.* 12. *qu*
. *n.* 15. aliique, modo non fuerit ambiguum; (non etiam, si con-
a Jus in hypothesi, vid Textor *Dec. Palat.* 12. *n.* 2. & *in Pr. Jud*
l. n. 79. Stryck. *d. l. n.* 82. B. Laut. in Coll. §. 18. *de re judic.* &

(2.) Si contra pupillos vel minores indefensos.
IV. Rat. Personar. in judiciis accessorie intervenientium;
(1.) si pronunciatum sit contra Procuratorem falsum;
(2.) si procurator vel Advoc. sit prævaricatus.
(3.) si lata sit sententia ex dolo testium, ipsorumque falsis testim.
V. Rat substantial. Process. si omissa sit Citatio: Lit. cont. causæ cognitio; It. si insuper fuerit habitum Juram. Calumn. à parte adversa exactum.

§. 2. *qua sent. sine app.*) It. si contra receptam communem Doctorum opinionem, quæ falsitatis argui nequit; Stryck. *n.* 81. *p.* 29. conf. Ord. Jud. Aul. *tit.* 1. §. 15. It. si contra Stylum Curiæ, Textor *Pr. Jud. d. l. n.* 83. B. Mev. *p.* 2. *Dec.* 265. *n.* 2. post Gail. *l.* 1. *Obs.* 42. *n.* 8. & Mynsing. *Cent.* 1. *Obs.* 27. *cent.* 4. *Obs.* 42. & *Cent.* 5. *Obs.* 93. Joh. Andr. Schneider *d. loc. n.* 17. Contra Statutum vel Consuetudinem; Idem *n.* 81. & 82. non etiam, si contra privilegium partis, Textor *d. l. n.* 84. & 85. Si sententia non sit conformis libello, *l.* 18. *ff. commun. div.* Stryck. *n.* 83. quamvis Imperatorem in eo excipiat, Idem *n.* 86. *p.* 30. Si sententia lata sit ad libellum ineptum, clausula salutari destitutum; Stryck. *n.* 87. *per c.* 15. *x. de Jud. cap. cum dilecti, x. d. Empt. Vend.* §. 32. *Inst. de Act. l.* 3. & 4. *C. d. sent. quæ sine cert. quant.* post Rosbach. *tit.* 72. *n.* 20. Schneider *d. loc. n.* 18. Vel, si ad acta manca, & confusa, ex quibus cognosci nequeat Status causæ; Schneider *cit. loc. n.* 4. Si sententia sit lata dilatione pendente, propt. *l.* 3. *C. de dilat.* Stryck. *d. l. n.* 132. *p.* 33. Vix verò, si die feriato, vid. Idem *n.* 127. *p.* 37. Conf. ad hactenus dicta etiam Mylius *in supra cit. Disp. de Remed. sentent. execut. imped. S.* 2. *c.* 1. §. *fin. per tot.* & int. Tract. Seb. Vantii *de Nullitatibus Processuum ac Sententiar.* IV. Requisitum est, ut Nullitas demonstretur ex iisdem Actis; vid. Dn. Stryck. *dict. disp. c.* 2. *n.* 5. *p.* 17. V. ut, nisi nullitas sit notoria, Juramentum quoque præstetur Calumniæ.

VI. Ex re sive causa: Si pronunciatum sit contra Jus in thesi. Sub lim. tamen; non vero etiam, si contra Jus in hypothesi. Si contra comunem Drum opinionem. Contra Statutum vel Consuetudinem, non etiam, si contra privilegium partis. si sent. non sit conform. lib. si lata sit ad lib. ineptū. Si pendente Dilatione. IV. ut demonstretur ex iisdem Actis. V. ut Juram. præstetur Calumniæ.

XII.

Præter recensita verò hactenus Remedia, contra Sententias Supremorum Imperii Tribunalium, plura adhuc superesse, non memini, nec ulla recensentur ulterius à Cameralistis, vel iis, qui de Processu scripserunt Judicii Aulici; Reliqua enim Remedia, Sententiæ effectui contraria, quæ recensentur à B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract.* §. *fin. de Re judic.* & laud Mylio *in cit. disp.* Executionem potius sententiæ cohibent, quàm rem judicatam ipsam impugnant. Denunciationis vero Evangelicæ adminiculum, *de quo* vid. B. Joh. Sam. Stryck. *dict. disp. d. Remediis contra rem judic. cap.* 5. *per tot.* & Prof. Argent. Stöcken *in pec. disp. de Denunciatione Evangelicâ*, hîc effectum suum sortiri vix poterit: Porro quoque, nullius constat esse momenti, nec ulla ratione permissam, Appellationem à Cæsare male informato, ad melius informandum, vid. Gail. *l.* 1. *Obs.* 155. *n.* 7. Dn. Præs. *in Introd. d. P. Sp. S.* 1. *c. XI.* §. 5. Grav. *de Judic. Syndic. c.* 7. §. 4. *p.* 78. Rhoding. *in Pand. Jur. Cam. L.* 3. *tit.* 61. §. 102. *p.* 937. Sam. Stryck. *in U. M.* §. 4. *quis & à quo app.* B. Lauterb. *in* Coll.

Præter verò explicata Remedia superfunt Nulla:

. *§. 3. à quibus app. non lic.* Nitzſch. *ad Capit. Joſ. Art.* 41. *n* 55. *ſeq.* 662. Uffenbach. *de Judicio Aul. c.* 23. *Sect.* 4. *p.* 272. *ibique* :ckherr. *in Concord.* p. 202. & latè Phil. Knipſchild. *d. Jurib. Nobil. l. c.* 4. *n.* 193. *ſeqq.* Jac. Bern. Mulzius *in Repræſent. Majeſt. Imperat.* 2. *c.* 26. *m.* 4. §. 2. *n.* 26. 29. & 30. Rümelinus *ad A. B. p.* 2. *D. th.* 18. *ibique* Nic. Mylerus *p.* 335. & 337. prout hanc in rem onunciavit ipſum Judicium Aulicum, *Anno* 1628. vid. Reinking *Regim. Sec. & Eccl. l.* 1. *cl.* 5. *c.* 9. *num.* 61. & æque impertinenter ctas, hincque ut nullas rejectas eſſe ab Imperatore, ad ipſum, & atus Imperii, interpoſitas appellationes Mauritii, Landgravii aſſiæ, à ſententia, adverſus ipſum lata anno 1623. exhibita à ondorpio *Tom.* 2. *Act. Publ. l.* 6. *cap.* 186. *pag.* 735. Georgii Fri- :rici, Marchionis Baden-Durlacenſis, à ſententia d. 26. Aug. 1622. ontra ipſum publicata, qua Eduardi Fortunati filiis condemnatus, l Superiorem Partem Marchionatus Badenſis cum fructibus per- :ptis & percipiendis reſtituendam; Electoris Colonienſis, Ferdi- andi, ad Præfecturæ Haggeburg reſtitutionem condemnati, an- o 1637. plus quam notum eſt. Præterea, niſu plane fruſtraneo, uſis in Auguſtiſs. Judicio Aulico ventilatis & diſcuſſis, ſeſe immi- et Secretum Imperatoris Conſilium, vid. Dn. Præſ. *d. S.* 1. *c.* 12. . 12. Uffenb. *c.* 22. *p.* 261. Dn. de Lyncker *in annot. ad Capit. oſ. art.* 41. *p.* 115. Licet enim diſtinguere olim placuerit Impera- oribus, inter cauſas Juſtitiæ graviores, conjunctas habentes conſi- erationes Politicas, & non habentes; ac in illis, ad definitivam sque deductis, & ad ſe relatis, cum Secretiori ſuo Conſilio com- unicare, & non Juſtitiæ ſaltem, ſed etiam Rationis ſtatus, ſeu tilitatis publicæ habita ratione, mature deliberare conſueverint, n pro præſenti rerum ſtatu conſultum, ita pronunciare, uti per najora concluſum eſt in Aulico judicio, & num ſine metu motuum ublicorum? ſententia talis executioni mandari queat, ac pro re nata æpe ſententiæ conceptæ pronunciatio in commodius tempus dilata uerit. Attamen, ad querimoniam & monitum Electorum, jam generaliter, ſe non amplius permiſſuros eſſe, promiſerunt Ferdin. II. *in Capit. ſua, art.* 44. Leop. *art.* 42. Joſephus *art.* 41. & Augu- tiſſimus Imperator noſter modernus, *art.* 16. *ibi:* auf einigerley Weiſe; ut Secretiores Conſiliarii, aliique Cæſaris miniſtri, Judi- cium Aulicum, in cognoſcendis & dijudicandis cauſis, ullo modo turbent, hujus Concluſa Decretis & mandatis contrariis ſuſpendant,

Vix enim locum hic habet Denunciatio Evangelica. Multo minus Appellatio à Cæſare male informato ad melius informandum.

Nec provocare hodie amplius licet ad Conſilium Imperatoris Secretius.

 aut

aut irrita declarent, neque concessuros, ut definita ab illo, cum debita causæ cognitione, alibi ad ulteriorem cognitionem, exceptis remediis consvetis institutis, pertrahantur. Interim tamen, hisce non obstantibus, in causis Revisionis, s. Supplicationis, quandoque ConsiliumSecretius, simul cum Judicio Aulico, Judicem Revisorium constituisse, notat Uffenb. *d. Jud. Aul. d. c. 22. p. 262. & c. 23. Sect. 4. p. 269. & 270.* Frustra quoque 2.) trahuntur sententiæ, in summo hoc Imperii Dicasterio latæ, ad Imperii Comitia, cum hæc non destinata sint litibus dijudicandis, sed Negotiis Imperii communibus publicis, communi consilio & consensu expediendis; Hinc regulariter, in causis justitiæ, recursus ad Comitia præclusus. vid. Instrum. Pac. Westph. *art. V. §. 56. art. VIII. §. 2.* jung. **das Kayserl.** *Commissions-Decret*, **betreffend die Kayserliche Ahndung, wegen der/auf dem Reichs-Tage zu Regenspurg/ vorkommender/ dahin aber nicht gehöriger Reichs-Sachen/** *publice* **daselbst** *dictirt per Moguntinum d. 6. Sept.* 1715. *ap.* Auth. Elect. Jur. Publ. *Tom. IX. Part. I. n. 3. p. 62. seq.* (ubi tamen *in præc. p. 58. seq.* quosdam refert casus exceptos, justitiæ licet administrationem principaliter non respicientes.) Dn. Præs. *d. c. 11. §. 5.* Dn. de Lyncker *d. loc. p. 114. & d. Grav. Extraj. c. 9. p. 2. §. 19. n. 1. seqq. p. 807.* Uffenbach. *d. c. 23. Sect. 4. p. 272.* Rhoding. *d. l.* B. Nitzsch. *d. l. p. 667. n. 64.* Klock. *V. 2. Cons. 82. n. 9.* Lauterb. & Stryck. *dd. ll.* & *latè* Rümelinus *ad A. B. d. D. 2. Coroll. 1. ibique* Mylerus *p. 373. & 374.* Phil. Knipsch. *d. Jur. Nob. l. 3. c. 4. n. 191.* Jac. Berh. Multzius *d. Tract. num. 30. & 31.* Auth. *Elect. Jur. Publ. d. T. IX. P. 2. p. 147.* quemadmodum nec à Camerali sententia provocatio valet ad Comitia, vid. Deckh. *ad Auth. Proc. Inform. Supr. in Germ. Trib. p. 14.* quamvis hæc, tanquam odiosa, omittenda censeat idem Deckher. *in Concord. ad dict. loc.* Uffenb. *p. 202.* Multo verò minus à Revisoribus confugere licere ad Imperatorem, aut Status, probat Mylerus *ad Rümel. d. l. p. 376.* Andr. Chr. **Schneider** *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl. 3. t. 6. n. 18. p. m. 397.* ex ratione, quod Revisores illos ex Lege Imperii repræsentent, eorundemque sint Vicarii: juxta Gail. *l. 1. Obs. 155. n. 6. & 7.* Omnium vero minime, in causis Civilibus, concedenda ac permittenda est appellatio à Summis vel imis Imp. judiciis, ad Curiam Romanam, s. Sedem Papalem, vel Nuncios ejus Apostolicos, vid. Dn. Præses *d. c. 11. §. 5. & late in disp. d. Reservat. Imperat. th. 35. p. 51. seqq.* Eberh. Fabricius *in Gailio enucl. l. 1. Obs. 55. p. 61.*

Nec 2.) ad Comitia Imperii.

Omnium verò minime, in causis Civil. ad Sedem Papal.

B. Stryck.

B. Stryck. *in U. M.* §. 7. *quis & à quo* Uftenb. *d. l. p.* 272. Grav. *d. Judic. Syndic. c.* 7. *th. fin. p.* 80. Deckherrus *in Vindic. ad Blum. tit.* 30. *n.* 43. §. 2. conf. R. J. Noviss. §. als sich dann / 164. *ibique* Paul. Gamsius *in not. lit. y. z. & a.* Ant. Faber in der Europäischen Staats-Canzley / *p.* 4. *fasc.* 2. *p.* 656. adeo, ut ne quidem consensu partium, Jurisdictio Illius prorogari possit, vid. Mylerus *ad Rümel. d. Coroll.* 1. *p.* 374. *seqq.* Sed mandata potius decernantur Cassatorio-Inhibitoria, contra ejusmodi prorogantes, Deckherr. in Cammer-G. Urth. *n.* 377. *p.* 185. add. Author *Elect. Jur. Publ. Tom. V. p.* 1. *p.* 54. & 61. Et quamvis, apud Romano-Catholicos, in Causis Ecclesiasticis, extrema provocatio, interdum hodienum adhuc, ad Pontificem fieri soleat, eamque etiam permiserit Fridericus II. Imp. in Aurea sua Bulla, de Libertate Ecclesiastica, de anno 1213. ap. Goldastum *Tom.* 1. *Constit. Imp. pag.* 289. Schilter *de Lib. Eccles. German. l.* 5. *c.* 8. §. 12. Attamen, agnito postmodum errore, pernitiosam hanc Constitutionem, Ipse Imperator Fridericus, justissime revocavit; ut probat Conring. *de Germ. Imper. Rom. c.* 13. §. 22. Goldastus *in Replica pro Imper. contra Gretserum cap.* 37. Pfeffinger *ad Vitriar. lib.* 1. *tit.* 2. *pag.* 67. *noviss. edit.* conf. m. quæ habet Multzius *dict. loc. n.* 37. *seq. p.* 816. *sq.* Quid verò dicendum sit de Provocatione ad Tribunal Christi, s. ad Vallem Josaphat, & num locum habeat in causis ad minimum Criminalibus, à Judicio Aulico, per sententiam decisis? Id decidi poterit ex generali quæstione, num ejusmodi Provocatio sit licita, & adhiberi queat Conscientiâ salvâ? de quâ vid. B. Lauterb. *in Colleg.* §. 6. *quis & à quo app.* Dn. de Lynker *de Gravam. Extraj. c.* 9. *p.* 2. §. 69. *per tot. p.* 892. Rümelin. *ad A. B. p.* 2. *D.* 2. *Coroll.* 2. *ibique* Mylerus *p.* 376. *seqq.* Magnif. Dn. Præses *in Diss. d. Privilegio fori Personar. Miserab. th.* 25. B. Stryck *Diss. de Facto Judicis de facto, c.* 7. *n.* 222. & *integr. Diss.* Adami Cortreji *de Provocatione ad Innocentiss. Tribunal Christi*; quibus *junge* m. Nordemann. *d. Jure Princip. th.* 51. Dannhauerum *in Theologia Conscientiaria tom. post. part.* 2. *p.* 71. Et exempla quoque notabilia, ex Historiis, præter modo citatos Authores, recensent Brunnem. *ad L.* 2. *de milit. in fin.* & Phil. Knipsch. *d. Jurib. Nobil. L.* 3 *c.* 4. *num.* 199. 200.

Quid dicendum de provocatione ad Tribunal Christi? remissive resolvitur.

CA-

CAPUT III.

De Remediorum hactenus explicatorum Concursu in specie.

I.

Actionum Concursus cum sit duplex, Electivus nim.

SUpra *c.* 1. §. 1. definitus Actionum concursus, cum sit duplex, (vel juxta aliorum docendi methodum, triplex,) Electivus nimirum, aliàs quoque dictus consumptivus, destructivus, extinctivus, exclusivus, quando nim. plures quidem Actiones invicem concurrunt, sed ex una illis electa virtutem continet renunciandi cæteris, ita, ut ad illas non detur amplius regressus, licet per electam, quod intendebat, quis non obtinuerit, *L.* 43. §. 1. *ff. de R. I.* Exempla vid. ap. B. Rebhan. *in Hodogeta Jur. chart.* 4. *clim.* 5. *n.* 17. *p.* 759. Dn. D. Grassum *in disp. de Electione actionis utilioris, th.* 36. *seqq.* ubi notas quoque habet Concursûs hujus characteristicas;

& Cumulativus. hicque iterum vel Simultaneus; vel Successivus.

& Cumulativus, quo electio quidem defertur, absque tamen effectu istiusmodi renunciationis, subdivisus in *Simultaneum*, quando nim. de eadem re plures competunt actiones, ita, ut commodum ex omnibus consequi, omnesque ab initio in uno libello proponere liceat; & *Successivum*, s. Succedaneum, aut Suppletorium, quo una actione electâ, quod per eandem obtentum non est, postea adhuc peti potest per aliam; vid. Dn. D. Grass. *d. disp. th.* 33. *p.* 36. *sqq.* B. Laut. *ad tit. d. Interd.* §. 23. *& ad tit. de Obl. & Act.* §. 91. *seqq.* Struv. *S. J. C. Ex.* 46. *th.* 50. 91. *&* 92. Richterus *in disp. de Concursu Actionum, c.* 2. *n.* 16. *seqq.* & latius *in cap.* 3. 4. *&* 5. *per tot.* Joh. Frid. Rhetius *d. Concurrentium Actionum Natura & effectu, cap.* 1. §. 8. *p.* 9.

AdConcursuum horum species, nostra conferemus Remedia.

Ad Concursuum horum species, relictâ generaliori, de eorundem causa Effic. Impuls. Forma, &c. tractatione, *d. qua* videri poterunt Authores modo adcitati, eò magis nostra conferemus Remedia, quò, licet, uti monere jam supra quoque præoccupavimus, accurate, proprie ac stricte loquendo, Actionum nomine insigniri nequeant, se tamen imprimis quoad modos proponendi, & effectus judiciales, ad similitudinem, adque instar Actionum habent.

II.

Et quidem, quantum ad Con-

Concursum itaque quod attinet I. Electivum, Ille, (excepto unico, de Syndicatu, casu, in oppositione ad Revisionem,) vires suas, intuitu horum Remediorum, exserit vel minime, quoniam Remedia

media hæc, Constitutionibus ac LL. Imperii Publicis, Actoris in favorem vel introducta, vel quoque, prout Jure communi jam introducta, confirmata tantum, atque approbata, concessa sunt simpliciter, absque injectâ mentione, quod uno eorum, experiundi gratia, electo, etiamsi quis in illo succubuerit, alterum statim debeat esse sublatum; nec, quod concursus eorum esse debeat electivus, erui potest ex Ord. Cam. *p.* 3. *t.* 53. §. 7. ubi post Syndicatûs Judicium, uti quis prohibetur Revisione; cùm hoc videatur esse introductum in odium actoris, qui ita frivole accusare tentavit Dominos Judices; atque ex ratione speciali, quia, postquam circa probandum eorum dolum aut corruptionem succubuit, aliquid novi contra sententiam adducere non potest; Proindeque ad alios, præter hunc, casus vix extendendum; maximè, postquam ex notabili titulorum atque §§. se invicem excipientium distinctione, colligere potius licet contrarium; Lege namque non cantante, cum nec nostrum sit cantare, eò minus concursum horum Remediorum statuere debemus Electivum, quò constat, quod, quamvis præfixum sibi habeant unum eundemque finem *generaliorem*, (specificus enim finis atque effectus, cuique ex illis particularis atque appropriatus, est utique à se invicem diversus, ita, ut ad unum idemque tendant non simpliciter, & in totum,) impugnationem nimirum sententiarum; Ex diversis tamen oriuntur fontibus, causisve; Cum tamen ad id, ut Electio actionum sit Consumptiva, Concursusque Electivus, requiratur, ut actiones concurrentes descendant ex una eademque causa productiva, ad minimum generaliori; vid. Dn. D. Grass *dict. disp. th.* 38. & ex illa B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract.* §. 24. *d. Interd. &* §. 92. *de Obl. & Act.* Christ. Phil. Richterus *dict. disp. cap.* 3. *num.* 2. *&* 3. & è contrario illa Remedia, quæ ex diversis oriuntur causarum figuris, adeo semet invicem non tollant, ut potius ab uno eorum variatio permittatur ad alterum, uti exemplis hoc demonstrat B. Dn. D. Frommannus *disp. de Jure variandi, P. Sp. S.* 1. *cap.* 3. *membr.* 7. *n.* 361. *seqq. p. m.* 112. conf. B. Mevius *p.* 2. *D.* 45. *n.* 10. *&* 11. add. Idem *dict. p.* 2. *D.* 339. Id quod & ipsa postulare videtur æquitatis ratio; nam, qui agit ex hac causa, non nisi admodum inique renunciasse censeretur per hoc statim etiam alteri, à priori diversæ; Cumque Remedia hæc, quia ad idem ferme tendunt, in uno eodemque libello, sine metu subsecuturæ exceptionis libelli inepti, & cumulationis ineptæ, simultanee proponere, non fuerit integrum, sed, ad consequendum finem suum, quis

Concursum Electivum; Ille, quoad Remedia hæc, vires suas regulariter non exserit. Quia 1.) in Constit. Imperii, actoris in favorem simpliciter sunt concessa. 2.) Concursum hunc excludere videtur distinctio Titul. atq; §§.

3.) Ex diversis oriuntur causis atque fontibus.

4.) Accedit ratio æquitatis.

quis eligere ex illis debuerit unum; si per illud, quod intendebat, non sit consecutus, æquum videtur esse vel maxime, ut, ad illud obtinendum, uti queat adhuc, quæ supersunt aliis; add. Joh. Brunnem. *ad L. 16. C. d. Inoff. Test. num.* 6. & Dn. Lynckerus *in Resp.* 112. *n.* 48. *&* 49.

III.

Nec *regulariter* cumulativus simultaneus.

1.) Quia competunt ferme ad idem.

& 2.) pleraque sibi invicem sunt contraria.

Cumulativus verò Simultaneus quod *regulariter* non fit Remediorum horum concursus, probatur exinde; quia 1.) licet ex causis oriantur diversis, competunt tamen fermè ad idem, impugnandam nim. sententiam priorem; vel ad recuperandum damnum, per sententiam illatum; Si itaque per unum eorum, sententiæ quis impetraverit reformationem, aut ejus, quod interest, refusionem, illâ utique debebit esse contentus, cùm ipsius tunc amplius nihil intersit, & sententia plus quàm semel irritari nequeat, fineque obtento cessent remedia ad illum consequendum per vulgata. 2.) quia pleraque sibi invicem sunt quodammodo contraria atque repugnantia; Ejusmodi autem in casu concursum non obtinere simultaneum, docet, atque exemplis illustrat Dn. D. Grassus *in cit. Disp. de Electione Action. utilior. th.* 38. & vel ex notissima illa quoque patescit Regula; qua Contraria simul in Judicio allegans non audiendus, sed potius perinde ac is, qui in judicium venit sine actione, d. q. vid. Brunn. *d. Conc. Act. S.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Aug. Barbosa *in Thes. locupl. l.* 1. *c.* 16. *ax.* 6. B. Dn. D. Harppr. *Consult. Cr. & Civ.* 18. *n.* 31. *seq.* B. Grav. *d. Offic. Jud. Nob. th.* 20. statim repellendus dicitur à limine Judicii, vel valde sit absurdum, ex uno ore, uno eodemque tempore, flare velle calidum & frigidum, vid. *l.* 100. *ff. de condit. & dem.* Ut verò res evadat clarior, eamus paululum per Exempla.

Sic e. gr. cum Revisione, vel Supplicatione simultanee non concurrit.

IV.

I. Restitutio in integrum; 1.) propter Reg. *L.* 57. *ff. de R. J.*

Et quidem, quantum I. ad Revisionem Cameralem, sive Supplicationem ad Maj. Cæsar. cum illa simultanee non concurrit, nec cumulari in uno eodemque libello potest; I.) Restitutio in integrum; non tantùm 1.) propter Regul. *L.* 57. *ff. d. R. J. & L.* 51. *ff. d. Re jud.* sed etiam 2.) propter eam, quam fovent, contrarietatem: Revisio etenim directe iniquitatis accusat sententiam Supremorum horum Judiciorum, ipsique in totum est contraria; Restitutio verò in integrum, Sententiam in se consideratam, & intuitu temporis,

ris, quo fuit prolata, pro justa quasi agnoscit, atque valida; Et porro quoque Revisio conceditur ex *solis* actis prioribus; Restitutio verò *non nisi* ex causis novis: vid. Deckh. *in Concord. Suprem. Imp. Trib. c.* 23. *Sect.* 3. *n.* 8. *p.* 196. Electa Jur. Publ. *Tom. VIII. part.* 3. *p.* 188. & 189. Quibus accedit omnium maximè, atque 3.) hoc, quod Revisio atque Restitutio à diversis petantur Judicibus; Illa à Revisoribus, Imperatoris nim. Statuumque Imperii Deputatis; Hæc verò, conformiter Juri communi, *d.q.* vid. Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 129. *p.* 314. B. Mev. *p.* 2. *D.* 152. Textor *in Pr. Jud. p.* 1. *c.* 12. *n.* 110. Dn. de Lyncker *de Gravam. Extrajud. c.* 9. *p.* 2. *§.* 36. *n.* 1. *p.* 831. ab ipsis Judicibus Cameralibus; vid. *O. C. p.* 3. *t.* 52. Brunnem. *ad L.* 17. *ff. d. Minor.* Blum. *in Proc. Cam. t.* 78. *§.* 4. *p.* 628. Rhoding. *in Pand. Cam. L.* 3. *t.* 60. *n.* 5. *p.* 898. Eisenhart *in Proc. Instant. Restit. in int. c.* 7. *§.* 32. *p.* 132. Dn. Lynckerus *d. l. n.* 3. *p.* 831. & 832. Dn. D. Majer *disp. d. Restit. in int. contra rem judic. c.* 2. *th.* 1. *§.* 3. *p.* 7. Dn. Præses *in Intr. ad J. P. P. Sp. S.* 1. *c.* 13. §. 15. Joh. Andr. Gerhard *d. Suprem. in Imp. Rom. Jud. Disc.* 3. *c.* 4. *§.* 2. Elect. Jur. Publ. *d. l. p.* 188. ut proinde quæstio sit valde Domitiana, num cumulativè concurrant, atque simultanee conjugi queant, in uno eodemque Libello? cùm, circa quæstionem hanc nunquam non præsupponatur, quod in concurrentibus actionibus idem quoque sit Judex competens; Illæque institui etiam queant coram eodem, quia aliàs, absque dubio, duobus opus est Libellis. II. Syndicatus, vid. Conr. ab Offenb. *de Revis. Actor. & Sentent. Cam. n.* 7. *ap.* Deckherr. *in Monum. Lect. Cam. p.* 415. add. *n.* 16. *p.* 417. *Neque a.* quatenus instituitur *Criminaliter*, ad vindictam nim. publicam, & publice coërcendam malitiam Dnorum Judicum; quia, licet verum sit aliàs, quod satisfactio privato facta, damnique illati refusio, Interesse non tollat publicum, sed duo hæc simul benè queant stare: maxime, si una Actio instituta fuerit principaliter, altera verò minus principaliter, & quasi incidenter tantùm; Notandum hîc tamen est, quoad Judices Camerales, rat. infligendæ ipsis pœnæ, quod Judices competentes non sint Dni Revisores, sed id ipsum specialiter sibimet reservaverint Imperatores, vid. O. C. *p.* 3. *t.* 53. *§.* ob sich aber, 6. *in fin.* ibi: durch die Käyserl. Majestät oder Ihrer Liebd. und Käys. Majest. abwesens, Uns, als Römischen König, gegen denen Urtheilern, &c. und solch ihr betrügliche arglistige Handlung, gebührliche Straff fürgenommen werden: adeoque de duorum horum Remediorum con-

2.) propter contrarietatem. omnium maximè verò, 3.) propter diversos Judices:

II. Syndicatus. Neque quatenus instituitur *Criminaliter.* quia diversi hic intercedunt Judices.

Quia verò Syndicatus in hoc sensu hic non accipit. proliziori deductione hanc in rem opus non est.

cursu simultaneo, exindeque, in uno eodemque, libello licita cumulatione non extinctiva, quæstio sit admodum inanis. Cùm verò eo in sensu Syndicatûs judicium à me hic non accipiatur; sed solummodo, in quantum competit læso, ad recuperandum damnum, ipsi, per ejusmodi injustam sententiam, contractum; Inde, ut quæstionem hanc multis decidam rationibus, aut longis verborum anfractibus, laboris censeo fore admodum supervacanei. *Neque* β. quatenus agitur *Civiliter*, atque ad interesse privatum: Et hoc quidem, *tam in casu*, quando Dni Judices muneribus sordibusque corrupti, pronunciarunt dolose, contra Jus, s. in thesi, s. hypothesi, aut per imperitiam quoque, contra Jus tamen Constitutionis; vel etiam non corrupti, ex dolo tamen, atque contra Jus in thesi; Idque non tam propter *L. 57. ff. d. R. Jur.* quàm potius propter eam, quæ hic subest, contrarietatis rationem. Si enim appareat de corruptione aut ejusmodi dolo, sententia statim est ipso Jure nulla, nec transit in rem judicatam, *per L. 2. l. 7. C. quando provoc. non est nec. & cap. 1. d. Sentent. excomm. in Extravag. comm.* vid. Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl. 3. t. 7. n. 5. p.* 398. Rhoding. *L. 1. t. 34. n. 15.* B. Gravius *d. Judic. Syndic. cap.* 6. §. 3. *p. 64. & 65.* Ita, ut laborem Domini Revisores peragerent vel maximè vanum, quando, repetitâ priorum Actorum perlectione anxiâ, atque sollicita, ulterius in sententiæ inquirere vellent justitiam, aut injustitiam: *Quam etiam tunc*, quando Judices pronunciasse quis arguit, non quidem pecuniâ corruptos, sed tamen dolo malo, hocque modo, non quidem contra Jus Constitutionis; attamen contra Jus partis, atque in hypothesi. Licet enim, 1.) ejusmodi in casu, sententia non sit ipso Jure nulla, sed de Jure omnino subsistat, adeoque antea adlata contrarietat. ratio, hic non itidem habeat locum; 2.) notum sit, quod licite cumulentur cum actionibus rei persecutoriis, actiones pœnales, ex una licet, cum prioribus, causa proficiscentes, ita, ut nec illæ has, nec hæ tollant illas, quia finis maximè ratione, dantur ad diversa, vid. *L. 7. §. 1. ff. d. Condict. Furt. & L. 34.* §. 2. *ff. d. O. & A.* Dn. D. Grass *dict. disp. th.* 40. Joh. Brunn. *in Tr. d. Conc. Cumul. & Transmiss. Action. cap. 6. §. 1. seqq.* ubi plura hanc in rem recenset Exempla: 3.) longe pinguius fit Syndicatûs Judicium, quam Revisio, in eo, quod per Syndicatum recuperemus universam litis æstimationem; non solum rat. sententiæ, per quam sumus injuste læsi, verum etiam, rat. reliquarum expensarum, in pro-

Neque quatenus agitur *Civiliter*. s. pronunciaverint Judices muneribus corrupti, aut dolo quoque simplici, contra Jus Constitutionis. s. non corrupti & contra Jus tantùm partis, dolo tamen malo.

Obst. tamen 1.) 2.) 3.)

processum hactenus factarum; adeoque hoc in casu simul stare posse vel maximè videantur, Revisio, atque Syndicatus. ℞. tamen ad 1.) quamvis hic in specie talis, uti antea, non versetur contrarietatis ratio; subest tamen adhuc aliqua in hoc, quod in Revisione arguatur culpa tantummodo atque imperitia Dominorum Judicum; in Syndicatu verò dolus utique malus; Quin, locum illius, subintrat alia, concursum simultaneum impeditiva Regula, *sæpius citata Leg. 57. ff. d. R. J.* Ad 2.) quod Regula illa exceptionem patiatur, atque limitationem, 1.) tunc, quando duæ illæ actiones sibimet invicem sunt contrariæ; prout hoc vel ex unica patet *L. 1. C. d. furt.* quam explicatam vid. ap. Dn. D. Grassum *d. l. th. 38. n. 1. p. 43.* 2.) etiam tum, quando adversus duos competunt Reos; vid. *L. 3. §. f. ff. Naut. caup. Stab.* Cum verò, de Remediis hisce duobus, quoad membrum prius, idem asseruerim paulo ante; posterius verò vel patescat ex hoc, quod in Syndicatu conveniatur ipse Judex, ita, ut, cùm litem fecerit suam, tanquam reus, de damno respondere, illud restituere, & causam defendere teneatur tanquam suam; in Revisione autem, quamvis per illam injustitiæ quoque accusetur Judex, negotium tamen Revisionem petenti, *principaliter* sit cum parte adversâ; Unde etiam, non Domini Judices, sed illa respondere, litemque proprio suo periculo persequi tenetur; Inde, vel ex hoc solo fonte, concursus horum Remediorum infringi posset simultaneus; Nisi potius, missis hisce responsionibus, & suo quoque loco, tanquam notorio, relicto, quod actio pinguior, cum actione minus pinguiori, non concurrat simultanee, sed successive tantum; insistere mallem illi, quod Syndicatus Judicium, *hoc in casu*, & quando sententia non est ipso Jure nulla, non sit pœnale, sed potius rei persecutorium; *aut* enim pars gravata in Revisione succubuit, & tunc utique quod à Judice consequitur, est meri damni atque ejus quod interest refusio, *aut* verò obtinuit, Sententiaque per Revisionem est correcta; & tunc non datur, nisi ratione impensarum, in priorem processum dirigendum, factarum; quemadmodum alias, atque intuitu Judiciorum inferiorum, si ab ejusmodi sententia appellatum, illaque correcta sit, Syndicatus actionem non dari, nisi ad expensas refundendas, cum Schneidevv. *ad princ. Inst. d. Obl. quæ ex quasi del. nasc. num.* 13. tradit Dn. Joh. Joach. Schœpfferus in *Synopsi Iur. Priv. ad tit. d. variis & extraordinariis cognitionibus, num. m.* 8. Id quod

℞. autem ad 1.)

ad 2.) ℞. 1.)

2.)

Resp. ad 3.)

Et demonstratur, qd hoc in casu Judicium Syndicatus sit Rei persecutor. non pœnale.

quod iterùm non est nisi ejus, quod alicui abest, persecutio; non obstante, quod ad Dn. Judices nihil prorsus pervenerit; Licet enim verum sit, quod, respectu Judicum, id, quod Actor persequitur, mera sit pœna; notum tamen est, quod ad dijudicandum, num actio aliqua sit pœnalis, an verò rei persecutoria, respiciendum semper sit ad personam, non rei, sed tantummodo Actoris.

Obj.

Resp.

V.

Nec II. cum Restitut. simult. concurrit. Syndicatus non tam ppt. *L. 57. ff. d. R. J.* quam potius propter rationem, & *contrarietatis*. & *absurditatis*. & *impossibilitatis*.

II. Qui Restitutionem petit in integrum, illi cumulare cum illa non licet, I. Syndicatum; non solum, propter *sæpius cit. L. 57. ff. d. R. J.* sed etiam, propter maximam, quæ hic subest, rationem & *contrarietatis*, non solum in casu, quandò Judices muneribus corrupti, aut etiam non corrupti, ex dolo tamen malo, & contra Jus Constitutionis, aliquam dixerunt sententiam; dum ejusmodi in casu, sententia est ipso Jure nulla; Nullitas autem atque in integrum Restitutio, sunt vel maximè incompatibilia; Sed etiam, quando ex simplici tantum pronunciaverunt dolo, & contra Jus solummodo in thesi; dùm in Restitutione in integrum, proprium quis quasi impugnat factum, & admitti illam petit, propter novas, & quæ in facto demum emerserunt, causas legitimas: Per Syndicatum verò directè dolus accusatur Dnor. Judicum; & *absurditatis*, cùm valde absurdum videatur, ab iisdem petere velle Restitutionem, quos tamen eodem tempore accusat de Crimine: & denique *impossibilitatis*: cùm diversi hic interveniant Judices, adeoque etiam necessario, pluribus quam uno, opus sit Libellis. Nec II. Querelam Nullitatis: propter easdem, bis repetitæ, at verò omninò illicitæ, ejusdem, exactionis, & contrarietatis, rationes. Qui enim restitutionem petit in integrum, sententiam agnoscit in semet firmam, atque de jure validissimam; cui tamen è diametro contrariatur, quod affirmat in mota Nullitatis querela, dum ibidem sententiam pro valida agnoscit vel minime, sed potius eandem pro ipso Jure habet nulla; Quæ autem ipso Jure sunt nulla, atque infirma; cur per Restitutionem quoque infirmentur in integrum? causam vix cernere licet rationabilem; vid. Dn. D. Majer. *disp. de Rest. in int. contra rem judic. c. 7. th. 1. §. 1. p. 26.* B. Mevius *p. VI. Dec. 77. n. 10. p. VII. D. 189. n. 4. & P. VIII. D. 180. n. 2.* cum quæ ipso Jure sunt nulla, nullum producant effectum, nec ullum Juris adminiculum, multo minus executionem mereantur: & alias quoque unum sit, aliquid prorsus non esse factum, aut verò nulliter

aut Querela Nullitatis.

propter Reg. *dict. L. 57.* & rat. contrariet.

ter factum: unde etiam is, qui nulliter egit in Judicio, postea non dicitur iterum agere: B. Dn. D. Harpprecht. *Conf. 29. num.* 199. *p.* 566.

Patiuntur tamen hactenus dicta limit. in Syndicatu, atque querela Nullitat. quando Judices pronunciarunt muneribus corrupti, aut ex dolo quoque simplici, contra tamen Jus in thesi.

VI.

Et hæc quidem de Regula; Patitur autem illa exceptionem, atque limitationem notabilem, rat. Quetelæ Nullitatis, atque Syndicatus. Duo etenim hæc Remedia, in casu, quando Judices pronunciarunt vel muneribus corrupti, vel ex simplici quoque dolo, contra tamen Jus in thesi, s. Constitutionis, (si enim pronunciarunt non corrupti, animoque tantùm malo, & contra Jus solummodo partis, s. in hypothesi, cum sententia argui non possit nullitatis, de cumulatione hujus querelæ cum Syndicatu, quæstio est admodum inanis) secus ac priora, concurrunt cumulative, & simultanee in uno proponi possunt libello: vid. B. Dn. D. Gravius *in disp. de Judicio Syndicat. c. 5. §. 3. p.* 36. quia hoc in casu omnes cessant antea adlatæ concursum simultaneum impeditivæ rationes: Tam ratio contrarietatis, quia in utroque dolum quis impugnat Judicum, atque semper sententiam dicit esse ipso Jure nullam; Quam regula illa *Leg.* 57. *ff. d. R. J.* Neque obst. quod partis nihil amplius intersit, quando sententia est ipso Jure nulla, illaque proinde omnino videatur idem bis petere: R. enim, quamvis pars jus suum retineat integrum, & priorem actionem adhuc habeat salvam; Illud tamen non impedit, quò minùs à Judice hanc possit exigere pœnam; Cum enim hæc litis æstimatio, pœna tunc magis sit, quam rei persecutio, illa, *sec. in praced. §. adducta*, actionem non tollit rei persecutoriam; vid. B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. §. 2. d. Extraordinar. cognit.* Georg. Franzk. *Ex. 12. qu. 10. num.* 23. Dn. D. Majer *in Comment. ad Inst. ad princ. d. oblig. qua ex quasi del. p.* 907. atque in pœnam Dn. Judicum, & quoad illorum præjudicium, ut actio contra ipsos fundari possit, sententia fingitur esse valida, vid. post Bachov. *ad Treut. V.* 1. *D. 14. th. 14. lit. D.* B. Dn. Lauterb. *cit. Tract.* §. 11. *de Lege Jul. Repetund.*

Quia cessant hic omnes simultaneum concursum impeditivæ rationes.

Obj. Resp.

VII.

Unde sequitur, qd conc. hor,

Unde sua fluit sponte, atque colligere haud est difficile, quod Concursus, qui in Remediis hisce Sentent. impugnativis obtinet, re-

Remedior. regular. sit potius **Cumulativus Successivus.**

regulariter, sit Cumulativus Successivus, s. subordinatus, ita ut, si quis forte in uno illorum succumbat, confugere omninò queat ad aliud, eoque post alterum uti, consequenter, unius facta Electio, non statim tollat cœtera. Et quamvis B. Mevius *in Decis. p.* 1. *Dec.* 80. *circa med. & part. maxime* 5. *Dec.* 10. *num.* 1. de Remediis, ad impugnandam sententiam comparatis, in genere asserat, quòd unius electione cœtera excludantur, *arg. l.* 9. *§.* 1. *ff. de Trib. Act. l.* 76. *§.* 8. *ff. d. Legat.* 2. *& l.* 43. *§.* 1. *ff. d. R. I.* Attamen, prætterquam quod ex adcitatis textibus, de Remediis nostris, tùm temporis, maximam partem, incognitis, non loquentibus, &, quod magis, actiones, ex eadem causa generaliori profluentes, proponentibus, concursus horum Remediorum electivus probari queat vel minime; sententiam suam limitat citatus Mevius *sub n.* 2. *& in annot. sub n.* 3. ipse, cum Colero *de Processu Executivo*, *part.* 3. *cap.* 5. *n.* 45. nisi Statuto, Constitutione, vel Consuetudine, alio horum Remediorum, post aliud uti permittatur; 2. quod Electio unius tùm demùm perimat recursum ad alia, ubi electum est idoneum, ut per illud quis plenam satisfactionem obtinere queat, & secus esse tradit, ubi electum non satisfacit; Ut proinde, petiti per unum illorum consecutione magis, & propter Regulam *L.* 57. *ff. d. R. Jur. & Reg.* 83. *d. R. J. in 6to.* quam Electione sola, cœtera perimi, adeoque concursum & ipsemet statuere videatur, in effectu Successivum potius, quàm Electivum: quorsum explicanda etiam erunt, quæ habet B. Dn. D. Frommann. *in disp. de Jure variandi*, *P. Sp. S.* 1. *c.* 3. *m.* 7. *n.* 432. *seqq. pag.* 125. ubi expresse dicit, posse quem, intra tempora, remediis sententiam impugnativis interponendis concessa, redire ab uno ad aliud, *arg. l. fin. C. de tempor. in integr. Restit.* cum Cothmanno *Vol.* 4. *Resp.* 4. *n.* 80. Richtero *Vol.* 2. *Resp.* 130. *num.* 7. & Sfortia Oddo *d. Restit. in integr. p.* 1. *qu.* 17. *art.* 17. *num.* 121. Ex eo enim haud ita præmature colligere possumus, sententiam ejus eò redire, quòd unum ex Remediis ejusmodi, per solam electionem alterius, non tollatur, uti tamen fieri id deberet in Concursu Electivo, utpote ubi, propter Jus parti adversæ quæsitum, post litem contestatam, ab uno Remediorum elective concurrentium instituto, redire non licet ad aliud, etiamsi alterius fatalia nondum sint elapsa, adeoque & illum quoque concursum defendere quodammodò Subordinatum. Ne verò nudis pugnare videat Doctorum auctoritatibus, sæpius admodum fallacibus, atque inter se discordibus, rem quoque

Obst. quæ habet B. Mev.

Resp. autem 1.

2.

Et colligitur, quod & ipse concursum horum Remedior. statuat esse Subordinatum.

Ut verò rationibus potius, quam Doctorum pugnem Authorit. quoad singula Reme-

quoque omnem rationibus defendere non ero defuturus; Cum verò illæ proponi queant commodius, si Remedia hæc singula, in eo, qui antea placuit, ordine, disjunctim considerentur, quam sub Regulis generalioribus; Inde progressum instituo ad omnia hactenus recensita Remedia in specie, demonstraturus, quod instituto ex iisdem hoc vel illo, aditus tamen propterea ad reliqua, de regula non sit præclusus.

dia, seorsim, atque in se considerata. Concursus demonstrabitur regular. Successivus.

VIII.

Et sic, si quis in *Camera Imperii*, arripuerit beneficium Revisionis, & verò in illa, præter intentionem suam, iterum succubuerit, sententiaque Cameralis rursus confirmata sit, quamvis ulterior Revisio ipsi denegetur, vid. Ord. Cam. *p.* 3. *tit.* 53. *§.* 4. *in fin.* & *§.* 7. Schvvanm. *in Proc. Cam. l.* 1. *c.* 75. *n.* 10. Joh. Wolffg. Textor *ad Rec. Noviss. p.* 2. *D.* 13. *th.* 47. & *in Prax. Judic. p.* 1. *c.* 12. *num.* 142. Dn. de Lyncker *d. Gravam. Extrajud. c.* 9. *p.* 2. *§.* 17. *n.* 2. & 3. *p.* 805. Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *tit.* 6. *n.* 18. *p.* 397. post Petr. Heig. *p.* 1. *qu.* 10. *n.* 82. Phil. Knipsch. *d. Civit. Imp. l.* 2. *c.* 33. *n.* 9. *n.* 216. & *d. Jurib. Nobil. l.* 3. *c.* 23. *num.* 661. nec recurri possit à Commissariis ad Committentes, Dn. Henr. Coccejus *Disp. d. Judic. Revisor. th.* 29. ubi *in thes. seqq.* cum supra citatis Authoribus, sententiam isthanc, quod revisionis Revisio non detur, aut admittatur, latius, contra distingu. Rhoding. *in Pand. Cam. L.* 3. *t.* 61. *§.* 108. Phil. Andr. Oldenb. *in Limn. Enucl. l.* 4. *c.* 73. *§.* 56. Vitriar. *in Inst. Jur. Publ. l.* 4. *t.* 6. *§.* 41. Matt. Rümel. *ad A. B. p.* 2. *D.* 2. *th.* 30. *p.* 364. *seq.* ibique Myler. *in addit.* cum *allegat.* perpluribus: Gilhaus. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 4. *n.* 29. probat esse verissimam simpliciter, etiam in casu reformatæ sententiæ prioris, à Camera latæ, atque respectu illius, qui in sententia Camerali victor extitit, posteaque in Judicio Revisorio succubuit, quia Ordinatio Cam. & Constitutiones Imperii, solùm contra Cameræ Imp. sententias revisionem concesserunt, in Processu Revisorio autem, non Camera judicavit, sed Revisores, contra quorum sententiam nullibi revisio indulta vel permissa; Non impeditur tamen propterea uti Remedio I. Restitutionis in integrum; quia (1.) Causæ Revisionis, atque in integrum Restitutionis sunt diversæ; Illius causa Effic. est sententiæ pronunciatæ iniquitas, & rationes tantummodo antiquæ; Hujus verò sunt causæ, post sententiam de-

Sic. si quis in Camera Imperii, succubuerit in Revisione, licet ulterior Revisio prohibita sit indistinctè, atque simpliciter.

concedenda tamen est adhucdum I. in integrum Restitutio.

inum

quia duo hæc remedia (1.) ex diversis oriuntur fontibus. (2.) ad finem quoque tendunt diversum. (3.) obtinet in illis diversus procedendi modus.

mum quæ emerserunt, novæ; Illa quodammodo ex Clementia dependet & benignitate Dominorum Revisorum, atque inventum est Constitutionum Imperii noviorum; Hæc autem provenit magis ex Justitia, & concessa jam est Jure communi; (2.) Revisionis atque Restitutionis in integrum petitio tendere videntur ad diversa; Per illam enim, sententiam quis reformare petit, tanquam statim à tempore prolationis, ob culpam aut negligentiam Dominorum Judicum, Procuratorumve, iniquam; Per hanc verò, tanquam juste quidem prolatam; attamen post repertas novas illas rationes, iniquam redditam; (3.) obtinet in illis diversus procedendi modus; Illa siquidem fit à Revisoribus, Cæsaris nim. & Statuum Imperii ad id deputatorum Consiliariis, ita ut planè immutetur in illa persona Judicis; Hæc verò à Judicibus Cameralibus, qui sententiam pronunciarunt, ipsis; Hincque etiam restitutionem intentari non posse per Revisionem, notat B. Dn. D. Bardili *disp. de Judicio Aulico, cap.* 7. *th.* 9. (4.) Restitutio durat per quadriennium; proinde illi, Revisio, intra tempus quadrimestre instituenda, siquidem ante elapsum quadriennii spatium, finitum sit illius Judicium, non præjudicabit quicquam; quod ipsum argumentum, quamvis ut infra docebimur, in §. *hujus capit. ult.* proprie ad rem haud ita multum conferat, efficit tamen ad minimum, ut eo minus hac in parte subsit dubii; (5.) quia Restitutio in integrum, licet non concedatur ex officio, sed peti omnino debeat, vid. Dn. D. Majer *disp. de Restitut. in integr. c.* 2. *th.* 2. §. 1. *p.* 8. B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract.* §. 15. *in fin. d. in int. Rest.* add. tamen Mev. *p.* 1. *Dec.* 134. *n.* 5. Semel tamen petita, uti tanquam maximè favorabilis, in dubio semper admittenda; vid. Joh. Eisenhart *in Proc. Instant. Restit. in int. c.* 8. §. 9. *p. m.* 172. Mevius *p.* 5. *Dec.* 5. Dn. de Lyncker *in Resp.* 200. *n.* 30. & 31. B. Dn. D. Happr. *Consult. Cr. & Civ.* 82. *n.* 101. Ita quoque, tanquam æquissima, nunquam censeri debet exclusa, adeoque nec per petitam actorum revisionem; vid. Sfortia Oddus *d. Restit. in int. p.* 1. *qu.* 17. *art.* 13. *n.* 109. & *art.* 17. *n.* 121. Non obstante, quod perperam, & incongrue videatur sumi regressus à Revisoribus ad Cameram, quasi à Superiori ad Inferiorem; R. enim, Restitutio illa à Camera Imperii non petitur contra sententiam in Judicio Revisorio latam, sed contra sententiam priorem, à Camera Imperii pronunciatam, & interposita illa Revisio, quasi prò non interposita habetur, nec in ullam hic venit considerationem: II. Syndicatûs; quia Revisionis & Syndicatus Remedium itidem

(4.) Restitutio durat per quadriennium.

(5.) In dubio tanquam æquissima, atque favorabilissima, semper admittenda.

Objic.

Resp.

II. Syndicatûs Judicium.

(1.)

(1.) ex diversis oriuntur fontibus; Revisio etenim, uti dictum, ex simplici oritur partis gravamine; Syndicatus verò in specie ex dolo, corruptioneve Judicum; (2.) ad finem tendunt diversum; Revisio enim petitur eum in finem, ut accuratius relegantur Acta priora, sententiaque prior ex illis reformetur; Syndicatus verò instituitur non tam ad sententiam impugnandam, quam potius ad coërcendum dolum atque corruptionem Judicum; & prosequendum id, quod alicui istiusmodi sententiæ nomine abest; In Revisione non semper disquiritur de facto Judicis, uti in Syndicatu; Unde etiam ex O. C. *p.* 3. *t.* 53. §. 6. & 10. tradunt in communi, quod, siquidem in illa, de dolo Judicum appareret, nihilominus adhuc de Jure, per Syndicatum, de dolo alicui conqueri permissum sit; vid. Dn. de Lyncker *d. Grav. Extraj. c.* 9. *p.* 2. §. 67. *n.* 5. *p.* 890. cum Syndicatus in eo, Revisione sit pinguior. Neque hactenus traditis obversantur, quæ monita sunt *supra cap.* 2. §. 9. ubi eadem dixi esse observanda in Syndicatu, quæ in Revisione Actorum; Idque propterea, quia hoc ipsum verum tantummodo est quoad formalia & solennitates Processûs observandas, non verò etiam, quasi propterea duo hæc Remedia, à se invicem diversa, in omnibus, atque per omnia prorsus, in effectu convenirent, cùm, non obstantibus hisce solennitatibus iisdem, nihilominus salva manserit illorum natura specialis ac diversa, effectusque aliàs à se invicem distinctivus.

quia (1.) ex diversis oriuntur fontibus. (2.) ad finem quoque tendunt diversum.

Objic.

Resp.

IX.

Eadem autem, quæ dixi hactenus de Revisione Camerali, vera sunt non minus ratione Supplicationis, ad Sacram Majestatem Cæsaream, contra sententias Judicii Imperialis Aulici instituendæ; Licet enim 1.) constet, quod antiquioribus temporibus Imperator, tanquam supremum Judicii hujus caput, vid. Ord. Jud. Aul. *tit.* 1. *princ.* plane nullum, contra sententias Judicii Aulici, concesserit Remedium Ordinarium, sed, num unum vel alterum admittere voluerit? à mero ipsius pependerit arbitrio, vid. Mauritius *de Judicio Aulico, th.* 25. Rhoding. *in Pand. Cam. l.* 3. *tit.* 61. §. 100. B. Nitzsch. *ad Capit. Joseph. art.* 41. *n.* 57. *p.* 662. ita, ut propterea quoque querelam sæpius moverint Status Imperii, donec in Instrum. Pac. Westph. *art.* 5. §. 55. & postea in Ordinat. Jud. Aul. *tit.* 5. §. 7. Imperator Ferdinandus III. introduxerit: ut, loco Revisionis in Camera Imperii usitatæ, licitum sit parti gravatæ, à sententia, in Judicio Aulico lata,

Quæ autem dicta sunt hactenus de Camerali Revisione, vera etiam sunt rat. Supplicat. intuitu Judicii Aul. intentandæ.

Objic. 1.)

lata, ad Cæsaream supplicare Majestatem, eum in finem, ut acta judicialia Aulica, denuo, adhibitis aliis, gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utraque religione, æquali numero, Consiliariis, & qui concipiendæ ac ferendæ priori sententiæ non interfuerint, aut certe Re- ac Correferentium partes non sustinuerint, revideantur. 2.) Licet ex *supra alleg.* duobus textibus, & vel maxime etiam ex Capit. Leop. *art.* 42. Joseph. *Art.* 41. *& moderni Augustissimi Imperatoris Caroli VI. art.* 16. verbis: Was auch einmahl in erstgemeldtem unserm Reichs-Hof-Rath, oder Cammer-Gericht, in Judicio contradictorio, cum debita causæ cognitione, ordentlicher Weiß abgehandelt und geschlossen ist, darbey soll es forderist allerdings verbleiben, und **nirgend anderst / es seye dann durch den ordentlichen Weeg / der /** in offtermeldtem Frieden-Schluß beliebter, und nach dessen Art. 5. §. quoad Processum Judiciarium, &c. **angestellter** Revision **oder** Supplication, von neuem in cognition gezogen werden: videri utique posset, quod, quamvis in Judicio Aulico, gravatos se existimantibus hodie etiam aliquo succurratur Remedio Ordinario, illud ipsum tamen non sit, nisi unicum Supplicationis remedium, ita, ut excludantur per hoc ipsum omnia alia remedia, aliàs ad infirmandas Sententias inventa atque competentia, prout hoc etiam voluerunt Buckisch. *ad Instr. Pac. VVestph. dict. loc. Obs.* 171. Gerhardus *in Disc. d. Suprem. in German. Judic. D.* 3. *c.* 4. *§.* 14. quorsum etiam collimare suo modo videtur Deckherrus *in Concord. Suprem. Imp. Judic. c.* 23. *S.* 4. *p.* 194. quando dicit: quod in Judicio Aulico, nec nomen Nullitatis, nec Syndicatûs, sed verbis in factum civilibus, ac temperatis, Supplicationis scribendum sit, &, quicquid gravaminum pars læsa habeat, sub illo nomine transeat. 3.) Licet principium sit immotum àque Doctoribus communiter hucusque defensitatum, quod post Supplicationem semel factam, sive deinceps per illam obtenta fuerit actorum relectio, sive minus, Supplicatio ulterior amplius non detur; vid. Uffenb. *d. Judic. Aul. c.* 23. *Sect.* 4. *p.* 272. *b.* Dn. de Lyncker *d. Grav. Extraj. c.* 9. *p.* 2. *§.* 17. *n.* 2. *p.* 805. B. Dn. D. Grav. *d. Judicio Syndicat. c.* 7. *§.* 4. *p.* 78. add. Sfortia Oddus *d. Restit. p.* 1. *qu.* 1. *art.* 7. *n.* 69. *p.* 6. præterquam quod in diversa hic abeat Joh. Deckherrus *in Concord. ad cit. loc. Uffenb. p.* 202. *in fin.* dicens: *admitti illam usque in tertium cœlum.* Attamen, hisce omnibus & singulis non obstantibus, dicendum erit nihilominus, quod, etsi quis intentaverit ab initio Remedium Supplicationis, possit tamen, siqui-

Marginalia: 2. — 3. — Hisce tamen non obst. post

siquidem Revisionis eventus ipsi fuit minus favorabilis, pro ratione circumstantiarum, ex post, uti adhuc reliquis sententiam impugnantibus Remediis; Idque, quia 1.) Ordinatio Judicii Aulici, *dict. tit.* 5. §. 7. in verbis admodum perspicuis: Dafern sich ein oder anderer Theil, durch die, am Kayserl. Hof gefällte Urtheil gravirt zu seyn vermeinet, und dannenhero entweder per viam Nullitatis, Syndicatus, Restitutionis in integrum, oder sonst einig ander im Recht zugelassenes Mittel, dardurch die Urtheil infirmirt werden könnten, vor und an die Hand nehmen wollte, das solle Ihme per viam Supplicationis zu thun erlaubt seyn; expresse permittit, quod, si quis gravatum se existimet per sententiam Judicii Aulici, pro diversitate enati gravaminis, apprehendere queat quodlibet conveniens Juris remedium; vid. B. Dn. D. Bardili *in Idea Judicii Aul. c.* 7. *th.* 8. B. Nitzsch. *ad Capit. Jos. art.* 41. *n.* 60. *p.* 663. modo id ipsum non fiat principaliter, sed per viam, seu sub tegumento humillimæ Supplicationis ad Cæsaream Majestatem; Dn. ab Uffenb. *d. c.* 23. *S.* 1. *p.* 263. *b.* 2.) Supplicatio hæc tantummodo adhibetur propter Summam Majestatem Imperatoris, dum Illa, ad evitandam diminutionem authoritatis Judicii sui Aulici, beneficia hæc in forma rigorosa Juris communis institui nolebat; B. Dn. D. Bardili *in dict. disp. c.* 7. *th.* 7. B. Dn. D. Gravius *d. Judic. Syndic. cap.* 3. *§.* 2. *p.* 11. salvâ interim nihilominus manente reliquorum Remediorum natura, in se longe diversa, & effectibus quoque diversis gaudente; ita, ut eapropter non nisi abusive, & materialiter, via Supplicationis appellari queat; vid. Bard. *d. c.* 7. *th.* 8. 3.) in specie, quoad Restitutionem, & quod illam in Judicio hoc petere fas sit, liquet ex formula Juramenti Advocator. atque Procuratorum; ibi: Zu Bey- und End- Urtheil schliessen, darwider auch Restitutionem in integrum, (so von nöthen) begehren: cum, nisi id liceret, particula illa esset omnino frustranea. B. Gravius *dict. loc.* 4.) per *supra cit. Artic.* Capitulationum Imperial. Remedia cœtera, antea in ordinatione Judicii Aulici *d. loc.* expresse concessa, non exclusa, sed etiamnum censeri debent inconcussa, & immutata, quia nisi de alia mente constet, in dubio, jura priora specialia, non mutata habenda sunt per posteriora generalia, vid. *L.* 32. *§. fin. C. d. app. ibique* Brunn. *n.* 8. nec mutatio vel abrogatio, tanquam accidens, & facti, unquam præsumitur; vid. *L.* 22. *ff. de probat.* Aug. Barbosa *in Thes. locupl. L.* 11. *c.* 60. *ax.* 7. B. Dn. D. Harppr. *Cons.* 26. *n.* 15. *Cons.* 72. *n.* 23. *sq. & Cons.* 84. *n.* 85. Mev. *p.* 2. *D.* 71. *n.* 2. Idque eo ma-

Remedium Supplicationis nihilominus adhuc regressus datur ad alia. Ex rationibus: 1.

2.

3.

4.

magis, quò, siquidem hoc ipsum diffiteremur, necessario exinde sequeretur, quod etiam in Camera Imperii, præter Revisionis remedium, contra sententias Supremi hujus Judicii, hodie supersit amplius nullum; Cum autem 5.) Praxis nos edoceat quotidiana, præter illam, institui etiam adhuc hodiè Restitutionis atque Syndicatus Judicia; & denique 6.) paulo antea sit demonstratum, post Revisionem, confugere ibidem licere ad congruum Remedium aliud; At verò, secundum *antea cit.* §. 55. *Artic. V. Instr. Pac. Westph.* in Judicio Aulico, idem, qui in Camera, aliàs observari debeat procedendi modus; Inde non immerito & hac in parte, idem dicendum erit de Supplicatione, loco Revisionis introductæ; prout in hanc sententiam pronunciavit etiam Inclyta Universitat. huj. Fac. Jurid. Ao. 1714. d. 30. Octobr. occasione controversiæ, inter Personas Illustres, in Jud. Imp. Aul. agitatæ.

5. & 6.

X.

In petita Restitutione in integrum si quis succumbat, uti poterit adhucdum I. Revisione propter Correlat. imo propter majoritat. ration.

In petita Restitutione in integrum si quis forte succubuerit, poterit utique uti adhucdum I. Revisione in Camera Imperii, (non obstant. iis, quæ habet Deckherrus *in Concord. c.* 23. *S.* 3. *n.* 9. *p.* 196.) atque Supplicatione in Aula Cæsarea; Idque 1.) ex natura correlatorum, quia quod justum est in uno, non absurdum censeri debebet in altero, maxime, cum argumentum hic peti possit à rationis majoritate; dum enim Restitutio in integrum petita fuit coram iisdem Judicibus, Cameræ nim. Imperii Senatoribus, & iisdem, qui priorem sententiam pronunciarunt, Judicii Aulici Assessoribus, adeo, ut ibidem idem manserit Referens atque Correferens, coram quibus tamen rursus succumbere quis potest quàm facillime, eò utique magis licitum deinceps erit, adire adhuc Duos Revisores, tanquam Judices alios, atque à prioribus diversos; 2.) Cùm communiter tradant Doctores, quod contra sententiam Restitutionis in integrum denegatoriam, licet non detur Restitutio in integrum, propter *L.* 1. *& l. fin. C. si sæpe restit. in integr.* vid. Dn. de Lyncker *in Protribunal. Pens. IX. de lib.* 3. *& de Gravam. Extrajud. c.* 7. *p.* 1. *§.* 2. *n.* 14. *p.* 565. add. Idem *in Resolut.* 252. *p.* 380. *& in Resp.* 132. *n.* 1. *&* 23. *in Consult. Jur.* 70. *n.* 20. *& Consult.* 98. *n.* 17. Excell. Dn. D. Majer *disp. d. Restit. in integr. contra rem judic. c.* 7. *th.* 2. *§.* 1. *p.*27. Brunn. *ad d. L.* 1. Struv. *S. J. C. Ex.* 8. *th.* 58. *ibique* Müllerus *in not.* Sfortia Oddus *d. Restitut. p.* 1. *qu.* 1. *art.* 7. *n.* 68. *pag.* 6. Andr. Chr. Schneider

2. quia denegata Restitutione in integrum,

der *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *t.* 8. *n.* 20. *&* 21. *p.* 403. concedatur tamen in Aula Cæsarea, Supplicationis, vid. Dn. ab Uffenb. *d. Jud. Aul. c.* 23. *S.* 3. *p.* 264. *&* 265. Cramerus *in Introd. ad Pr. Jud. Aul. S.* 1. *cap. XI.* §. 3. *p.* 193. in Camera verò Imperii, Revisionis beneficium, per Rec. Deput. *d. An.* 1600. §. 157. & Rec. Noviss. *d. An.* 1654. §. als auch Streit fürfielen; Dn. de Lyncker *d. Grav. Ex. d. l. & c.* 9. *p.* 2. §. 39. *n.* 7. *p.* 838. *& dict. Consult.* 88. *n.* 17. Klock. *p.* 3. *Conf.* 140. Rhoding. *in Pand. Cam. L.* 3. *tit.* 60. §. 38. *p.* 906. ubi aliquot recenset præjudicia, Eisenhart *in Proc. Instant. Restit. in int. c.* 8. §. 3. *p.* 162. (manifeste tamen sibi contrarius *in cap.* 9. §. *fin. p.* 255. *&* 256. ubi petitam in integrum Restitutionem continere putat tacitam renunciationem Revisionis.) Dn. D. Majer *d. disp. c.* 2. *th.* 6. §. 2. *p.* 14. Joh. Wolffgang Textor *ad Rec. Noviss. p.* 2. *D.* 13. *th.* 51. Joh. Deckherrus *in Concord. Suprem. Imp. Jud. c.* 23. *Sect.* 3. *p.* 196. *&* 197. quamvis difficulter id fieri, moneat Rulandus *de Commissar. & Commission. part.* 3. *lib.* 9. *cap.* 18. *num.* 11.

concediturr Revisio;

Sane! cernere vix possum, cur non etiam, concessâ quidem illâ, sed non subsecutâ sententiæ retractione vel reformatione, præstito prius corporali Calumniæ Juramento, circa quod tamen nemo suæ immemor censendus est salutis, per *L. ult. Cod. ad Leg. Jul. Repetund.* perinde peti possit relectio Actorum, atque in casu priori; cùm revera, & in effectu, idem s[illegible], ab initio statim denegata sit in integrum Restitutio, utrum vero concessa quidem, sed ita, ut quis per illam nihil fuerit consecutus. *Aut* enim juste est petita Restitutio, atque malè denegata, & quemadmodum tunc, æquitate suadente, conceditur adhuc Revisio, ita etiam æquum erit vel maximè, ut illa concedatur quoque in casu, ubi quidem petitioni delatum, sed postmodum in causa iterum male, & contra Restitutionem petentem, rursus est pronunciatum, Cùm ea fronte, quâ juste petita injuste potuit à Judicibus prioribus denegari, eâ quoque, indultæ, sed sperato effectu frustratæ, validitas possit elidi; *Aut* verò petita est frivole, atque ex causis impertinentibus & irrelevantibus; Et tunc, qui illam ita temere petiit, sed in petitione sua statim succubuit, non minori sanè dignus erit pœnâ, quàm ille, qui causas adduxit probabiles, sed non sufficientes ac relevantes ex asse; cùm penes illum, calumnia sit manifesta, penes hunc autem aliquo modo, & quidem eò magis excusabilis, quò & ipsi Domini Judices, causas petentis crediderunt esse justas, Restitutionem alioquin denegaturi. 3.) Quia

Inde, propter paritatem rationis idem quoq; dicendum, in casu non denegatæ quidem, sed sine effectu concessæ Restitut.

3.) quia per Restit. in

Int. proprie loquendo, injustitiæ nondum incusata fuit sententia.

Quia per Restitutionem in integrum, proprie loquendo, injustitiæ nondum incusata fuit sententia, sed illa tantum petita ob causas quasdam supervenientes novas, tempore latæ sententiæ adhuc incognitas; Inde, si deinceps causæ illæ reperiantur minus sufficientes, utique prohibitum alicui esse non debebit, missis hisce causis novis, alia adhuc allegare gravamina, vel ad simplicem confugere benignitatem Imperatoriam, Dominorumve Revisorum, & Relectionem tantum petere Actorum priorum accuratiorem, & magis impartialem, quàm Dominorum Judicum.

II. Syndicatu, 1.) quia ex diversis proveniunt fontibus. 2.) ad finem tendunt diversum.

II. Syndicatu, Quia Remedia hæc 1.) ex diversis propullulant fontibus; Restitutio, uti dictum, ex causis atque rationibus novis; Syndicatus verò ex dolo Judicis, vel Procuratorum; 2.) ad finem tendunt diversum; Qui enim restitutionem petit, sententiam reponi petit in statum pristinum; qui verò agit de Syndicatu, recuperare intendit id, quod abest sibi propter dolum, aut corruptionem Judicis; & Restitutio pro objecto habet non nisi sententiam, Syndicatus verò, præter integram litis, omnium quoque expensarum, æstimationem. Quibus suo modo etiam accedunt, quod Restitutio petita sit ab ipsis Judicibus Cameralibus; Syndicatus verò querela moveatur coram Revisoribus, & aliàs quoque longe diversus sit procedendi modus, quam in Restitutione in integrum;

& aliàs quoque diversus obtineat in illa procedendi modus. III In Judicio Aul. adhucdum querela Nullitatis; quia 1.) ex diversis proveniunt fontibus. 2.) diversis gaudent effectibus.

III. *In Judicio Imperali Aulico*, adhucdum etiam querela Nullitatis; Cum longe diversissima sint Restitutio in integrum, & querela Nullitatis; quia 1.) diversos agnoscunt fontes, exindeque etiam intentionem petentium fovent à se invicem diversam; Restitutio siquidem oritur, uti jàm sæpius dictum, ex causis relevantibus novis; Nullitatis verò querela, ex sententiæ nullitate; Et quotiescunque quis petit restitutionem in integrum, sententiam habet ratam, & præsupponit quod valeat; cum è contra, in nullitatis querela, sententiam neget esse sententiam; 2.) diversis gaudent effectibus, *d. quibus in cap. seq.* 4. 3.) quia *ex c.* 8. *x. d. Restit. in integr.* Dd. tradunt in communi, quod in uno eodemque libello, *alternative*, vel conditionaliter cumulari queant Restitutio & querela Nullitatis, vid. Dn. de Lyncker *d. c.* 9. *p.* 2. §. 38. *n.* 1. *p.* 834. Blum. *in Proc. Cam. tit.* 57. *num.* 11. *p.* 441. Joh. Deckherrus *in Concord. Supr. Imp. Jud. c.* 23. *Sect.* 3. *n.* 7. *p.* 195. Eisenhart *d. Restitut. in int. c.* 7. §. 7. *p.* 93. Carpzov. *in Proc. Jur. tit.* 6. *art.* 1. *n.* 93. 94. & 95. Dn. D. Majer *d. disp. c.* 5. *th.* 1. §. 2. *p.* 21. Joach. Schnobel *Disp.* 25. *th.* 15. *p.* 747. Klock *V.* 2. *Cons.* 82. *n.* 65.

n. 65. & *Vol.* 3. *Conf.* 124. *n.* 127. Sfort. Oddus *d. Rest. p.* 1. *qu.* 17. *n.* 118. Schurff. *Conf.* 6. *n.* 225. etiam in Camera Imperii, vid. Mynsing. *Cent.* 2. *Obs.* 52. Hofmann *in Prax. Cam. tit.* 19. *p.* 790. ratione nim. sententiarum, à Judice inferiori latarum, non verò Cameralium quoque, ex doctrina Rhodingii *in Pand. Cam. L.* 1. *t.* 34. *n.* 10. *&* 11. *p.* 497. cum ibidem, uti *priori cap.* 2. §. 10. dictum, recipi nolit querela hæc, in forma ad minimum Juris communis: Inde firmiter utique colligere licebit, quod, si quis petierit ab initio Restitutionem in integrum, in illa autem succubuerit, confugere utique adhucdum queat ad querelam Nullitatis; cum, si liceat querelam hanc proponere alternative, licitum omnino etiam esse debeat illam instituere successive, & processu Restitutionis in integrum finito. Quando autem dicta sunt vera de Jure communi prout vera esse, rectissimè quoque tradit Klock. *dict. V.* 2. *Conf.* 82. *n.* 72. vera illa etiam erunt quoad Judicium hoc Supremum, quia in illo non reperiuntur mutata; quæ verò mutata non sunt, cur stare prohibeantur? cum Imperatore Justiniano in *L.* 27. *C. d. Testam.* non videmus.

3.) quia de Jure communi possunt in uno libello proponi alternative: & sub conditione.

Inde m. institui poterunt successive.

etiam in Judicio Aul.

XI.

Qui Syndicatus instituit Judicium, si forte in probando Judicis dolo, tanquam re demonstrationis difficillimæ, præter suam culpam succubuerit, postea tamen docere possit ejus ad minimum culpam, aut justitia causæ fisus, inique pronunciatum esse, ex actis prioribus demonstrare velit, ut audiatur, &, præstito prius Juramento Revisorio, ad beneficium admittatur Revisionis, præter supra jam in *cap. huj.* §. 5. *sub num.* 2. adductas rationes, ipsissima quidem suadere videretur ratio æquitatis; Nisi tamen in Ord. Cam. *p.* 3. *tit.* 53. §. 7. verbis disponeretur expressis: daß, im Fall, da die Urtheil durch die Verordnete bekräfftiget, es darbey ungeweigert, ohn weiters appelliten, suppliciten, und revidiren bleiben solle; quæ verò, quod exaudiri etiam debeant de Syndicatu, §. dubitare nos non sinit *proxime prac.* 6. Unde etiam, hisce motus, *in Disp. d. Judicio Syndicatus*, *c.* 7. *f.* 4. *p.* 78. expresse tradit B. Gravius, quod à sententia Syndicatûs, tùm Cameræ Imperialis, tùm illius, in Judicio Aulico, quoad rem ipsam, per modum Supplicationis, instituti, nec Revisioni amplius, nec Supplicationi sit locus. Interim tamen, non idem etiam dicendum est de Restitutione in

Qui succubuit in Syndicatu; uti adhuc poterit, non quidem Revisione,

Bene tamen Restitutione.

in integrum, utpote quæ peti adhucdum poterit nihilominus, per rationes supra jam *in* §. 7. *n.* 2. adductas. Et licet hoc dubium alicui, & quod malè à Judicibus Cameræ desideret quis restitutionem in integrum, videri posset ex eo, quod per Syndicationem impugnare eosdem fuerit ausus; frustra autem Legis imploret beneficium, qui nisus id fuit impugnare; per *c. ex eo,* 38. *d. R. Jur. in 6to.* Hoc ipsum tamen assertioni huic nihil derogabit vel exinde, quia id tunc demum arbitror verum, quando quis beneficium legis impugnat dolose, atque culpose, aut modo illegitimo, & in Legibus reprobato, non verò etiam, quando quis justam atque probabilem ad hoc habuit causam, *argum. L.* 8. §. 14. *ff. d. inoff. Test. & l. pen. ff. d. his quæ ut indign. ibique* tradit: à Brunn. Præter verò Restitutionem, frustra, & sine effectu, intentato Syndicatûs Judicio, institui etiam poterit ulterius, ex alio capite, Querela Nullitatis: Quia Syndicatus oritur tantummodo ex dolo Judicum, ipsorumve corruptione; neque, extra hunc casum, sese extendit ad alios, quibus sententia redditur nulla; vid. Tract. *d. Syndic. p.* 2. §. 2. *ap.* Deckherr. *in Monum. Lect. Cam. p.* 446. Nullitatis verò querela locum sibi vindicat, non solum, quando pronunciatum est à Judicibus corruptis, exque eorundem dolo malo; sed etiam multis aliis ex capitibus *supra jam in cap.* 2. recensitis; Ut dehinc, quando mihi objiceretur, quod duo hæc Remedia tendant ad unum idemque, adeoque Sententia, ratione Syndicatûs Judicii lata, exceptionem pariat rei judicatæ rat. Querelæ Nullitatis; Responsio in promptu sit hæc: Quod verum hoc sit tunc demum, quando ex eodem capite, intuitu nim. ipsius Judicis, sententia demonstrari vult nulla; Secus verò omnino, si contingat hoc ex alio: Cum sententia sit strictæ omnino interpretationis, nec operari debeat quicquam, extra id, de quo, ad instantiam Actoris, est lata: vid. B. Mev. *p.* 7. *D.* 60. *n.* 11. Brunn. *Conf.* 42. *n.* 27. Carpz. *p.* 1. *C.* 26. *d.* 15. Andr. Homborg *Rsp.* 259. *n.* 4. & *Rsp.* 3. *n.* 4. B. Dn. D. Harppr. *Conf.* 90. *n.* 52. & *Consult. Crim. & Civ.* 27. *n.* 20.

[Margin: Objic. — Resp. — Et Querela Nullitatis, ex capite tamen alio. — Nec objici ipsi poterit exceptio rei judic. — cum sententia strictissimæ sit interpretat.]

XII.

Si denique *in Judicio Imperiali Aulico* intentatum sit, per Supplicationis viam, Nullitatis remedium, quòd institui possit à succumbente in illo, Remedium I. Supplicationis, in specie, formaliter, atque strictè sic dictæ; patescit ex eo, quia (1.) ex diversis proficiscun-

[Margin: Si denique in Jud. Aul. frustra quis intentârit remed.]

ſcuntur cauſis atque fontibus: Nullitatis querela datur ex vitio quodam interveniente, ſententiam ipſo Jure nullam efficiente; Supplicatio verò, ex ſententiæ, de Jure firmæ quidem, injuſtitia atque iniquitate; (2.) ad finem quoque tendunt diverſum; Per Nullitat. etenim inſtitutam querelam, ſententiam quis petit declarari ipſo Jure nullam, per Supplicationem verò relegi tantum petit acta, ſententiamque declarari, ſtricto quidem Jure validam, ſed tamen minus juſte prolatam; Nec proinde ſequitur, quod, ſi quis in probanda Nullitate defecerit, repellendus ſtatim ſit à limine Judicii in univerſum, cùm plane non cohæreat, ſententia non eſt ipſo Jure nulla, ergò ſtatim etiam eſt in totum juſta. II. Reſtitutio in integrum; Quia Remedia hæc, prout jam dictum, diverſiſſimæ omnino ſunt indolis, nec proinde à denegato ex iis uno, argumentari ſtatim licet ad denegandum quoque alterum; Neque obverſatur huic, quod duo hæc Remedia, uti ſupra quoque *in cap. huj. §. 5.* dictum, ſibi invicem videantur eſſe contraria, in ipſa ſtatim origine; ita, ut nativitas unius, impedimento ſit nativitati alterius; cùm incompatibilia videantur, ſententiam eſſe ipſo Jure nullam; & tamen per integrum Reſtitutionem reſcindendam; ℞. enim, originis illam contrarietatem veram eſſe tunc demum, quando una ex illis nata eſt *vere, atque cum effectu*; non verò etiam, quando putativè tantum, atque ex opinione agentium; Tunc enim hoc tantummodo ſequitur, quod propter contrariam actoris aſſertionem, &, quod uno ore ſpirare nequeat calidum & frigidum, non queant cumulari in uno eodemque libello; Non verò etiam, quod, ſi quis in uno illorum ſuccubuerit, ex poſt uti nequeat alio; Contrarium etenim quàm manifeſtiſſime patet ex *textu Leg. 16. C. d. Inoff. Teſtam.* ubi diſertiſſimis omninò aſſeritur verbis, quod, ſi quis inſtituerit ab initio querelam Nullitatis, atque deinceps in illa ſuccumbat, nihilominus adhuc inſtituere queat querelam inofficioſi Teſtamenti; Cum tamen ibidem, ſi non major, eadem tamen ad minimum interveniat contrarietatis ratio; ſiquidem per inſtitutam querelam Nullitatis, teſtamentum dicitur eſſe ipſo Jure nullum, per Inofficioſi autem querelam, illud ſtricto quidem jure valere, ſed tamen, tanquam contra pietatem atque æquitatem conditum, petitur reſcindi; vid. Joh. Frid. Rhetius *diſp. d. Concurrentium Action. natura & effectu; c. 4. §. 7. p. 34.* Et præterea denique, argumentum haud leve deſumi poteſt ex traditis Doctorum, quando nim. etiam poſt querelam nullitatis, intra decendium inſtitutam, ſi quis

Nullitatis, poteſt adhucd. inſtituere I. Remed. Supplicat. quia 1.) iterum ex diverſ. deſcend. fontib. 2.) finem intendunt diverſ.

II. Reſtitut. in integrũ. Obſt. quod duo hæc Remedia contraria ſibi invicem ſint ſtatim rat. originis. Reſp. Limit. Propoſit. hanc; illiusque neg. conſeq. cum contrar. abunde pateat ex *L. 16. C. de Inoff. Teſt.*

quis in illa succumbat, admitti tradunt adhucdum appellationis beneficium, *d. q.* vid. Dn. de Lyncker *d. Grav. Extraj. c. 9. p. 2. §. 30. n. 9. p.* 819. *&* 820. III. Syndicatus, per rationes, *in proxime praeced. §.* 11. adlatas.

III. Syndicatû.

XIII.

Subjungitur quaestio, numne recursus hic successivus ab uno Remedior. ad aliud, admittendus etiam sit in casu, ubi instituendi Remedii fatalia jam sunt elapsa. Et quamvis videri posset quod non: ex rationibus duabus. Verum tamen de Jure communi potius est contrarium. quia non censeri potest in totum negligens, qui remedium arripuit insufficiens.

Explicato hactenus, quantum quidem permiserunt & ingenii imbecillitas, & temporis penuria, Remediorum nostrorum inter se concursu; Coronidis loco, necessario adhucdum superest evolvendum, an, quae tradita sunt hucusque, ratione concursus hujus successivi, locum habeant tunc demum, quando etiam fatalia Remedii, post aliud, instituendi, nondum sunt praeterlapsa, num verò quoque in casu, quando illa jam sunt elapsa? Et quamvis non immerito videri alicui posset, quod, siquidem agenti permissum sit, postquam succubuit in Remediorum horum uno, confugere ad aliud; illud procedere tamen debeat tantummodo tunc, quando alteri, per lapsum temporis, illius intentationi praefixi, nondum est praescriptum, cùm hoc ipsum suadere videatur non solum Supremorum horum Judiciorum authoritas atque dexteritas; litiumque amputandarum atque abbreviandarum ratio, conjuncta cum utilitate publica; sed etiam, inidoneum ex hisce Remediis intentans, quòd non obtinuerit per illud, sibi imputare debeat, veniaque propterea dignus sit nequaquam; Attamen, siquidem rem decidere amemus ex Principiis Juris nostri communis, defendendum potius erit, tanquam verius, contrarium, &, quod tempus in disceptationem remedii, in quo quis succubuit, impensum, imputari non debeat in tempus, alteri Remedio, ad quod quis confugere postea constituit, aliàs praefinitum; cum in posteriori hoc intentando non cessârit, qui interea occupatus fuit in alio; & longe sit aliud, in totum tacere, & actionem instituere incompetentem; Quorsum facit vel maximè textus in *l. 16. C. d. inoffic. Testam.* ubi expresse dicitur, quod, si quis contra Testamentum patris vel matris suae, instituerit ab initio querelam Nullitatis, etsi pendente hac lite, praeterlapsum sit quinquennium, ad proponendam querelam inofficiosi testamenti concessum, nihilominus, si quis in probanda nullitate defecerit, confugere adhuc possit ad querelam inofficiosi Testamenti; Ex hoc enim Textu, Glossa, Bartholomaeus à Saliceto, Gothofred. *in not. lit. o.* Brunnem. aliique, firmissime eruunt hoc: Quod, quando competunt alicui duo auxilia, qui in uno invi-

invigilat, alterum non amittat; nec, intentanti actionem incompetentem, tempus currat præfinitum ad competentem; Et quod, quando actiones non possunt simul cumulari in libello, unâ motâ, liteque desuper pendente, non currat tempus in alia, maxime priori contraria; Unde etiam, justa credulitate inducto, Nullitatisque querelam, intra decendium, (post neglecta enim decendii fatalia, si instituta sit nullitatis querela, illâ finitâ, redire non licet ad appellationem,) omissa appellatione, intentanti, pendente eâ, fatalia interponendæ appellationis non currere, jam dudum affirmarunt Friderus *de Contin. causar. cap.* 11. *§.* 11. aliique perplures, allegati à Joh. Brunnemanno *ad dict. l.* 16. *C. d. inoff. Test.* quibus consentire etiam videtur Dn. de Lyncker *d. Grav. Extr. c.* 9. *p.* 2. *§.* 30. *n.* 9. *p.* 810. Interim tamen notandum erit vel maxime hoc, quod hæc omnia vera sint tunc demum, si Remedium, in quo quis succubuit, institutum etiam sit intra tempus, remedio illi, ad quod quis postea confugere intendit, præfinitum, *e. gr.* si quis petierit Restitutionem in integrum, &, postquam in illa succubuit, ad remedium Revisionis confugere velit, requiritur, ut Restitutionem etiam petierit intra Revisionis fatalia, spatium nimirum quadrimestre, cùm, nisi hoc fecerit, Remedium hoc Revisionis, jam ante petitam Restitutionem, propter præterlapsum terminum, non amplius competierit; Regula verò illa Catoniana, proposita in *l.* 29. *ff. d. R. I. & tot. tit. ff. de Regula Catoniana*, sit quam notissima; quod, quæ ab initio sunt vitiosa, tractu temporis convalescere nequeant.

Quorsum pertinet vel maximè text. *l.* 16. *C. d. Inoff. Test.* Et quæ ex illa eruunt Ddres in communi.

Interim tamen assertio hæc limitatur; modo Remedium, in quo quis succubuit, etiam institutum sit intra tempus, Remedio, ad quod quis confugere vult, præfixum. propt. Reg. *l.* 29. *ff. de R. I.*

CAPUT IV.

De laudatorum Remediorum Electione utiliori.

I.

Remedia plura quando alicui in Jure competunt, cùm in ejus sit arbitrio, ex iisdem maximè commodo uti, atque ex pluribus utilissimo, *arg. l.* 2. *§. f. ff. si servit. vind.* vid. Christ. Schvvanmannus *in Decis. Cam. Imp. Dec.* 10. *n.* 78. *p.* 153. &, ne à scopo aberrare videar hactenus mihi præfixo, addere nonnulla libet de altero Dissertationis meæ Objecto, Electione nimirum Remediorum, hucusque, tàm in genere, quàm in specie explicatorum, utiliori. Quoniam verò remedium aliquod altero utilius dici potest

Remedia plura quando alicui competunt, in ipsius est arbitrio, maxime commodo uti.

modis admodum multis, atque hoc in genere definiri nequit, cùm res hæc dependeat à circumstantiarum diversitate, pluralitate, momentisque, hypothesin maxime respicientibus. Inde necessum erit, ire paululum per species.

Hinc de Electione utiliori, in hoc cap.

II.

Dici a. pst Remedium aliquod altero utilius I. Facilitate probationis fundamenti intentionis; Et hoc respectu, præ Nullitat. atque Syndicat. querela, Revisio præstat Actor. quia Nullitas probationis est difficilior. ad Syndicatum verò probationes contra Judices requir. luce merid. clariores; cum præsumptio semper sit pro Judice: & quod pronunciaverit potius ex ignorantia, quam dolo;

Potest autem Remedium quoddam altero dici utilius, I. Facilitate probationis fundamenti intentionis; Et, cum semper quis magis illud intentare debeat, quod facilius potest probari, ne defectus probationis jacturam ipsi pariat actionis, sumptuumque, quibus inaniter vexavit se, & adversarium suum; Inde omnino quis, præ Nullitatis atque Sydicatûs querela, Revisionem petet Actorum, vel Supplicationis utetur Remedio, quia, quoad Nullitatis Remedium, Nullitas, nisi sit specifice expressa, atque notoria, probationis est haud adeo facilis, maxime, cum illa demonstrari debeat ex solis actis prioribus, vid. Joh. Sam. Stryck. *disp. de Remed. contra rem jud. c. 2. n. 7. p. 17. & c. 3. n. 4.* Excell. Dn. D. Majer *dict. disp. de Restit. in int. contra rem jud. c. 5. th. 1. §. 2. p. 20.* Dn. de Lyncker *in Resol. 179. p. 228.* B. Mevius *p. VI. D. 300. n. 5.* quoad Syndicatum vero, probationes contra Judices debeant esse evidentissimæ, & luce meridiana clariores, vid. Tract. *d. Syndicatu, p. 3. §. 8.* ap. Deckherr. *in Monum. lect. Cam. p. 448.* B. Dn. D. Grav. *de Judicio Syndicatus, c. 5. §. 15. p. 52.* quia in dubio semper præsumitur pro sententia illorum, propt. *l. 63. §. 1. ff. d. Evict.* Grav. *d. l. & c. 7. §. 5. p. 79. in fin.* add. B. Dn. D. Harppr. *in Resp. Crim. 15. n. 193.* & quod, siquidem etiam male appareat esse judicatum, id contigerit ex ignorantia potius, quam dolo, propt. *L. filiusfam. 15. ff. d. Judic. & arg. l. 63. §. 2. ff. ad SC. Treb.* vid. Mart. Rümelin *ad A. B. p. 2. D. 2. th. 32. p. 369. & 370. ibique* Mylerus *in addit. p. 372.* cum tamen, ratione Judicum Cameralium, uti aliàs de Jure communi, fundato in *d. l. 15. & l. fin. C. de pœn. Judic. qui male judic.* firmato à B. Gravio *d. disp. c. 2. th. 4. p. 6.* & obtinente etiam rat. sententiarum à Judicio Aulico prolatarum, ex mente Dni Lynckeri *d. Grav. Extr. c. 9. p. 2. §. 66. n. 8. p. 887. & 888.* institui nequeat Judicium hoc, de illorum culpa, imperitia, ignorantia, vel errore; vid. Gailius *l. 1. Obs. 153. in fin.* Grav. *d. l. p. 7.* Lyncker *d. l. n. 9. p. 888.* cumque in finem Revisionis pateat remedium, atque extraordinarie tantum

tum

tùm convenire illos eapropter liceat, ad sumptus litis, vid. Mylerus *ad Rümel. d. l. p.* 371. sed specifice probari debeat dolus; Textor *ad Rec. Nov. p.* 2. *D.* 13. *th.* 53. Et quamvis sufficiat hîc etiam dolus quicunque, *sive* ex proposito simplici, favore, vel odio, aut ad preces partis, Grav. *c.* 2. *th. fin. p.* 8. Mylerus *d. l. p.* 370. *&* 371. contra Jus, vel in thesi, vel in hypothesi, Grav. *d. l. cap.* 4. *th.* 2. *p.* 19. vel communem Doctorum opinionem, Mylerus *d. l. p.* 371. *sive* per sordes, seu corruptionem per munera, immediate, aut etiam mediate accepta, Grav. *dict. c.* 4. *th.* 9. *p.* 24. vel illorum quoque spem, Grav. *th.* 7. *p.* 23. B. Dn. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract.* §. 7. *d. Leg. Jul. Repet.* vel alium etiam contractum lucrosum, laud. Gravius *th.* 8. *p.* 23. in causa sive bona, sive mala, Grav. *d. c.* 4. *th.* 6. *p.* 21. *&* 22. lite pendente, ut citius finiatur, vel eâ finitâ quoque, B. Lauterb. *dict.* §. 7. *d. L. Jul. Repet. &* §. 7. *qua sent. sine app.* corrupti, sententiam pronunciaverint injustam, sive justam, Lyncker *d. Tract. cit.* §. 67. *n.* 1. *p.* 889. Joh. Sam. Stryck. *dict. disp. c.* 2. *num.* 23. *p.* 20. Gilhaus. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 2. *num.* 7. eamque sive definitivam, sive interlocutoriam, vim tamen definitivæ habentem, aut damnum irreparabile inferentem, (ubi tamen notandum est hoc, quod in Camera Imperii, Syndicatores non possint deinceps cognoscere de causa principali, sed remittenda illa sit ad Cameram Imperii, Grav. *d. c.* 4. §. 5. *p.* 31.) vel etiam inchoaverit saltem decisionem litis, licet eum deinceps pœniteat, Mylerus *d. l. p.* 370.

At vero rat. Judic. Camer. Syndicatus de culpa institui nequeat, sed eum in finem pateat Revisio. Et quamvis sufficiat dolus quicunque.

Circa illum tamen probandum, cautione opus esse maxima, ne idem alicui eveniat, quod ægrotantibus, qui ad sanitatem tendentes, licet morbum videant incurabilem, remedia tamen quærunt talia, quæ morbis quidem curabilibus constituta sunt, ipsi verò sæpius ad interitum utuntur, ex Ruland. *d. Commiss. p.* 1. *L.* 2. *c.* 21. *n.* 11. de Revisionis abusu ita differente, probe monet B. Grav. *d. disp. c.* 7. *th.* 5. *p.* 79.

Circa illum tamen probandum cautione opus est vel maxima.

Ad Revisionem verò, in Camera Imperii atque Judicio Aulico obtinendam, quamvis gravamina, quæ in scriptis adducere alicui placuit, petita esse debeant itidem ex actis prioribus, vid. *Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 53. §. erstlich/ 3. (ita, ut, si illa sint amissa, absque culpa partium, & causa consistat in facto, illa non procedat, benè tamen si versetur in Jure, maxime, ubi causæ status ex ipsa sententia colligi potest; vid. Dn. de Lyncker *d. Tr. c.* 7. *p.* 2. §. 26. *n.* 6. *p.* 651. *&* 652. Joh. à Sande *in Dec. Aur. l.* 1. *t.* 16. *d.* 2. Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 122. Mylerus *ad Rümel. d. p.* 2. *D.* 2.

Ad Revisionem vero obtinendam, gravamina quidem m. petita esse debent ex Actis prioribus, ita, ut, si sint amissa.

non concedatur: sub distinct. tamen. nec adducere licet aliquid novi.

D. 2. th. 25. lit. b. p. 356.) &, cum locum hic non habeat regula illa, non deducta deducam, non probata probabo; vid. Auth. Meditat. *ad Instr. Pac. Westph. art. 5. §. 55. lit. n. p. 779. & 780.* Mylerus *d. l. & th. 20. p. 346.* non liceat adducere aliquid novi; cum si augmentum aspergatur, non sit amplius Revisio, sed Additio; vid. Rhoding. *in Pand. Cam. tit. 61. n. 27. & 87.* Blum. *in Proc. Cam. tit. 79. §. 18. p. 632.* Joh. Wolffg. Textor *ad Rec. Nov. p. 2. D. 13. th. 6. & 51.* Christ. Schvvanm. *in Proc. Cam. p. 1. c. 75. n. 6.* Gailius *d. Arresto, c. 12. n. 5.* Klock. *d. Contribut. c. 19. n. 445.* Benderus *d. Revis. Cam. Concl. 16.* Conr. ab Offenb. *d. Revis. actor. & Sent. n. 27. & 28.* ap. Deckherr. *in Monum. Lect. Cam. p. 420.* Andr. Christ. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl. 3. tit. 6. num. 1. p. 395.* Phil. Knipsch. *d. Civit. Imp. L. 2. c. 33. n. 214. & d. Jurib. Nob. L. 3. c. 23. n. 659.* Dn. de Lyncker *de Grav. Extr. d. c. 7. p. 1. §. 2 num. 11. sqq. p. 565.* B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. §. 5. & 7. qua sent. sine app.* Joh. Sam. Stryck. *d. disp. c. 4. n. 11.* & Sam. Stryck. *in Introd. ad Pr. For. cap. 23. §. 31.* Elect. Jur. Publ. *Tom. VIII. part. 3. p. 189.* Richterus *p. 2. Cons. 503. n. 50. & Cons. 289. n. 4.* nisi id ipsum noviter supervenerit, prout limitat hoc cum Schradero, *V. 2. Cons. 34. n. 5. seqq.* B. Lauterb. *d. §. 7.* Imo, licet ad deducenda gravamina illa, admittatur non nisi scriptum unicum, vid. O. C. *d. p. 3. t. 53. §. 3.* e. gr. Libellus Revisionis, (Revisions-Libell.) in quo continentur gravamina Revisoria, & Exceptio frivolè petitæ Revisionis. Schvvanm. *d. l.* Bender. *Concl. 15.* Knipsch. *d. l.* Blum. *d. t. 79. num. 30.* Rhod. *d. t. 61. n. 25.* Conr. ab Offenb. *n. 6.* ap. Deck. *p. 401.* Sam. Stryck. *in Intr. ad Prax. For. dict. cap. 23. §. 31. p. 190. in fin. & in U. M. §. 6. quis & à quo app.* B. Lauterb. *d. §. 7. qua sent.* B. Dn. D. Harppr. *in Resp. 95. num. 156.* nisi impetrans probationibus forte per testes instructus, intentionis suæ fundamentum in unico scripto docere nequeat, quia hoc in casu, plura parti utrique concedenda esse, causæ postulare videtur necessitas, *arg.* O. C. *p. 3. tit. 53. §. fin. junct.* R. J. noviss. §. nach Berathschlagung / 124. *& cor.* quæ habet B. Grav. *d. Judicio Syndicatus, cap. 5. §. 12. p. 47.* Notandum tamen est quoad illam hoc, quod ad gravamina illa alleganda quis non teneatur præcisè, & absolute, sed sufficiat quoque, simpliciter tantùm relectionem petere Actorum priorum, per R. J. noviss. *d. Anno 1654. §. 125.* ibi: da Er einige zu produciren willens: Mevius *p. 8. Dec. 85. n. 4.* Sicuti enim in causis Appellationum, in potestate

nisi id ipsum noviter supervenerit. Imo non admittitur, nisi scriptum unicum.

sub limit. tamen.

Interim tamen ad gravamina illa adducenda quis non teneatur simpliciter.

te Appellantium eſt, utrum gravamina Appellationis exhibere, an abbreviandæ litis cauſa, ad acta priora ſubmittere malint? vid. *Idem* Rec. *§.* Wolte Er aber, 65. B. Mevius *p.* 3. *Dec.* 414. *& p.* 8. *Dec.* 201. Ita quoque Reviſionem petens, pro ſuo arbitratu, gravamina Reviſoria producere, vel, (quod impetranti etiam conſultum eſſe tradit B. Stryck. *in Intr. ad Pr. For. c.* 23. *§.* 31. *in fin.*) hiſce omiſſis, ſolùm relectionem ac ponderationem petere poteſt Actorum; vid. Paul. Gamſius *ad dict. §.* 125. *lit. t. p.* 123. Phil. Knipſch. *d. l. n.* 209. Ita tamen, ut, ſi quæ producere negligat Reviſionem petens, is, contra quem illa petitur, nihilominus contra petitionem illius, intra tempus, ex arbitrio Reviſorum æſtimandum, exhibere queat ſcriptum Apologeticum, pro Juſtitia prioris ſententiæ, omiſſa tamen ſemper in illo, quæſtione de formalibus Reviſionis, vid. Conr. ab Offenb. *d. Tr. n.* 19. 20. 23. *&* 24. ap. Deckherr. *d. l. p.* 418. *&* 419. quod ipſum tamen deinceps Revidenti licebit rurſus elidere atque refutare, Offenb. *d. l. num.* 21. Reviſioni verò huic, ſi inſtructus quis ſit rationibus atque cauſis novis, prævalet adhuc Remedium Reſtitutionis in integrum, cùm ad illam impetrandam quis non adſtrictus ſit ad acta priora, ſed adducere omnino liceat plane nova, vid. Stryck. *d. diſp. c.* 3. *n.* 3. *p.* 46. quin imo, illa non concedatur, niſi ex rationibus antea incognitis, (ad quod ipſum verificandum, requiri etiam ſolet, ut quis, ſe illarum notitiam anteà non habuiſſe, mediante corporali aſſeveret Juramento, vid. Gem. Beſch. *d.* 7. *Jul.* 1671. Rhoding. *l.* 3. *t.* 60. *n.* 46. *p.* 908. Cramer *in Introd. S.* 1. *c.* 11. *§.* 3. *p.* 192. quod Juramentum, num præſtare quoque teneatur ille, contra quem petitur reſtitutio in integrum? vid. Eiſenhart. *c.* 8. *§.* 20. *p.* 184. *ſeq.* ubi in ſententiam inclinare videtur negativam) ad decidendam cauſam principalem inſervientibus, Rhod. *d. l. §.* 7. 8. 9. *p.* 889. *&* 899. Eiſenh. *c.* 7. *§.* 12. 13. 14. Deckherr. *in Mon. Lect. Cam. p.* 399. *n.* 1. Cramer. *d. S.* 1. *c.* 12. *§.* 8. *n.* 2. *p.* 208. Textor *in Deciſ. Palat. Dec.* 14. *n.* 2. *& Dec.* 99. *n.* 4. B. Lauterb. *§.* 9. *qua ſent. ſine app.* Dn. de Lyncker *d. c.* 9. *p.* 2. *§.* 35. *n.* 3. *p.* 829. Dn. D. Majer *d. Reſt. in int. contra jud. c.* 2. *th.* 4. *§.* 1. *p.* 11. Electa Jur. Publ. *Tom. VIII. part.* 3. *p.* 189. Ita tamen, ut cumulare quis non prohibeatur, cum novis, cauſas veteres, hasve novis roborare atque probare inſtrumentis; Rhod. *d.* *n.* 10. *p.* 899. Dn. D. Majer *d. c.* 2. *th.* 4. *§.* 1. *p.* 12. *pr.* Novitatem enim cauſarum, non tam ex earundem allegatione, quam juſti-

Omnium verò maxime, rat. probationis, ejusdemque facilitatis, præferenda eſt petitio Reſtit. in integr. Utpote ubi quis non adſtrictus eſt ad acta priora, ſed adducere poteſt, imo debet, cauſas atque rationes novas; ſub juram. corporali, ſe illarum notitiam antea non habuiſſe.

justificatione ac demonstratione, seu probatione, æstimandam esse; Restitutionemque dari ob causam non simpliciter, sed ob causam justam; Proindeque justitiam vel injustitiam causæ allegatæ, prout innotuit ab initio Judici, vel non, facere, causam dici veterem vel novam, tradit Sfort. Oddus *d. restit. in int. p. 1. qu. 16. art. 7. n. 32.* Gabr. Mudæus *ad L. 2. & 3. C. si sap. in int. Rest.* add. Klock. *in Relat. Cam. 30. qu. 5. p. 384. n. 27.* Eyben *d. Rest. in int. advers. sent. c. 7. n. 14.* ubi ipse se expresse ad Jus novissimum, in Ord. Cam. *p. 3. t. 53.* ac communi Decreto *d. 7. Jul. 1669.* publicato, sancitum, refert, eoque etiam permitti dicit, in Restitutionis instantia, allegata prius quidem, non tamen deducta, nec probata, plenius deducere ac probare. In quam sententiam respondit etiam Ampliss. Illustr. hujus Universitatis Facultat. Jurid. Collegium, Anno 1687. in causa quadam ardua, in Augustissima Camera Imperii pendente. Imo, ex mente Textoris *dict. Dec. 99. & Dec. 14. n. 3. seqq. & in Pr. Jud. c. 12. n. 103.* B. Dni D. Harpprechti *in Consult. 12. n. 69.* add. *Cons. 29. n. 207.* Klockii *V. 2. Cons. 82. n. 51.* & Mascardi *d. Probat. V. 3. Concl. 1274. n. 23.* siquidem adsint causæ relevantissimæ ac urgentissimæ, licet in prioribus actis sint deductæ, ex his quoque solis solet concedi, ubi tamen *in Dec. 22. n. 1.* talem justam causam non esse tradit ignorantiam Juris, cui suffragatur etiam Dn. D. Majer *d. disp. c. 7. th. 2. §. 3. p. 29.*

Ita tamen, ut cumulare liceat cum novis causas veteres.

III.

II. Objecti latitudine: Et catenus utilior est Syndicatus: Ratio.

II. Objecti latitudine; Et hoc intuitu, Revisione, Supplicatione, Restitutione in integrum, atque Nullitatis querela, utilior atque pinguior est Syndicatus; Per illas etenim, præter sententiæ irritationem, regulariter nihil consequimur; Per hunc verò, non solum consequimur id, quod nobis, intuitu iniquæ illius sententiæ abest, sed etiam, quas in processum erogavimus, expensas; licet non à parte, tamen à Judice, qui id persolvere tenetur ex suo, non ex Judicii emolumentis, cum teneatur ex delicto suo, ut privatus, *arg. l. un. §. 2. ff. si quis jus dic. non obt. l. 4. & 6. ff. d. Magistr. conven.* Dn. de Lyncker *c. 9. p. 2. §. 66. n. 12. p. 889.* Ita tamen, ut Judex talis condemnatus, non solùm sententiam suam novis defendere queat Juribus, vid. Tract. *de Syndic. p. 3. n. 9.* ap. Deckherr. *d. l. p. 448.* verùm etiam, Supplicationis vel nullitatis insti-

uere Remedium, ex mente Auth. *Tract. d. Syndic. d. p.* 3. *n.* 12.
;. ap. Deckherr. *d. p.* 448.

IV.

III. *Forma adjuncto*, & quidem 1. rat. modi procedendi (*α.*)
oris: Et hoc respectu, in Camera Imperii, præ Revisionis at
Syndicatus Remediis, præstat Restitutio in integrum; Cum
so atque Syndicatus peragi soleant vel à Visitatoribus Cameræ,
ab aliis etiam S. Cæs. Maj. Statuumque, in Constit. Imp. ad
uam Cameræ visitationem nominatorum, Commissariis, (præ-
enim necessarium non esse, ut peragatur ab ipsis Visitatoribus
duo hæc munera à se invicem esse distincta, docemur ex supra
.. Tract. *d. Syndic. p.* 1. §. 1. *n.* 2. *p.* 430. cui addesis etiam ea
habet Magnif. Dn. Præses *in Introd. ad J. P. P. Sp. S.* 1. *c.* 13.
. B. Dn. D. Grav. *d. Judic. Syndic. c.* 3. §. 3. *p.* 12. ubi simul
que tractat quæstionem, an Jurisdictio illorum sit Ordinaria,
ı verò delegata tantum? *d. quo*, ut & Syndicatorum qualitati-
, vid. etiam dict. Tract. *cit. p.* 1. §. 3. *&* 4. *n.* 6. *seqq. p.* 432.
n. *tit.* 79. *n.* 6. *&* 7. Rümel. *ad A. B. p.* 2. *D.* 2. *th.* 22. *ibique*
lerus *p.* 348. *&* 349. Lyncker. *d. Tr. c.* 9. *p.* 2. *§.* 17. *n.* 3. *p.* 805.
lenb. *in Limn. Enucl. l.* 4. *c.* 73. §. 58. Phil. Knipsch. *d. Jur. Nob.*
3. *n.* 664. Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev.*
.. *t.* 6. *n.* 18. *p.* 397. Herm. Hermes *in Jur. Publ. c.* 14. *n.* 8. Gil-
f. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 4. *n.* 8.) Quia verò constat, plus, quam
integri Seculi spatium, Visitationem Cameræ, sæpius licet de-
tam, fuisse intermissam, vid. Dn. Præs. *in Intr. ad J. P. p. gen. c.*
. 3. ex causa, quam refert Phil. Andr. Oldenb. *d. l. §.* 48. *p.*
;. donec tandem, denuo decreta Anno 1706. Visitatio Extra-
linaria, facta tandem est Anno 1708. vid. Ant. Faber in der
rop. Staats-Canzley/ *p.* 11. *c.* 5. *n.* 6. *p.* 170. ubi exhibet de-
ta & instructiones deputatis datas, quas refert etiam Auth. des
rop. Staats-Spiegels / *d. Anno* 1708. *sub Mense Augusto*, &
t illam An. 1713. finitam, nunquam amplius convenisse Visita-
es; Inde satius utique erit, ad tantam litis prolongationem evi-
dam, Restitutionem petere in integrum, utpote quæ, uti jam
ius dictum, ab eodem fit Judice, qui sententiam tulit, Came-
nim. Imperii, ita, ut nullis hic opus sit Imperatoris, Statuum-
e Commissariis. (*β.*) *Exactioris*; Et eatenus utique Restitutioni

III. Formæ adjuncto, & quidem 1. rat. modi procedendi *α. Brevio-ris*: præferenda est reliquis Restitutio. Ratio quænam?

β. Exactio-

ris: Et eatenus restitutioni prævalent Revisio & Syndicatus.

prævalent Revisio atque Syndicatus, utpote in quibus, postquam Assessores Cameræ, priori sententiæ ferendæ qui interfuerunt, si non amplius in loco Cameræ sint præsentes, seque Officio Assessuræ abdicaverint, specialiter eum in finem adcitati, vid. Schvvanm. *in Proc. Cam. p.* 1. *c.* 75. *n.* 3. *seqq. p.* 344. Blum. *t.* 79. *n.* 24. *p.* 634. Mylerus *ad Rümel. d. l. th.* 25. *lit. b. p.* 356. Sententiæ suæ reddiderunt rationes, illis postmodum remotis, de causæ justitia, actis quam diligentissime perlectis, & rationibus sententiæ, ab Assessoribus assignatis, exquisitissime examinatis, atque ponderatis; vid. O. C. *p.* 3. *t.* 53. §. **darauf sollen**, 3. & §. **und sollen der Räyß.** 8. cognoscunt Revisores, Imperat. Statuumque Imp. Deputati, sententiamque, posthabito licet ordine Judiciario aliàs consueto, vid. Gilhaus. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 4. *n.* 23. vel reformant, vel confirmant, vid. Rhod. *d. t.* 61. *n.* 13. 17. 30. & 87. Blum. *d. l. n.* 5. & 31. Bender. *de Revis. Concl.* 19. Hofm. *in Prax. Jur. & Proc. Cam. tit.* 23. *§.* 4. Schvvanm. *d. l. n.* 6. *p.* 344. & 345. & *in Obs. Cam.* 130. Rhoding. *d. l.* Rümel. *d. th.* 25. *p.* 355. Magn. Dn. Præs. *in Intr. ad Jus Publ. p. sp. S.* 1. *c.* 13. *§.* 15. Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 122. Gilhaus. *d. l. n.* 24. Phil. Knipsch. *d. Civit. Imp. L.* 2. *c.* 33. *n.* 213, & 215. & *de Nobil. L.* 3. *c.* 23. *n.* 655. Dn. Cocc. *de Judic. Revis. th.* 35. quorum vota, si sint paria, perinde atque aliàs obtinet in dubio, vid. Klock. *V.* 2. *Cons.* 89. *n.* 18. prævalent illa quæ pro sententia confirmatoria lata; vid. Rümel. *d. l. p.* 355. *ibique* Mylerus *in addit. lit. c. p.* 356. (ubi *in th.* 23. *p.* 350. cum B. Gravio *d. Jud. Synd. c.* 7. *§.* 3. *p.* 76. & Auth. *Tract. d. Syndic. p.* 1. *c.* 1. *§.* 8. *n.* 15. ap. Deckh. *p.* 434. & 435. Phil. Andr. **Oldenb.** *in Limn. enucl. L.* 4. *c.* 73. *§.* 59. *p.* 354. Knipsch. *d. Nob. d. l. n.* 656. & *d. Civ. Imp. cit. loc. n.* 210. Herm. Hermete *in J. P. c.* 14. *q.* 2. *n.* 9. notat, quod, siquidem adsit causa gravis, etiam recusare liceat Revisores atque Syndicatores; quamvis pro Illis, quod à veritatis staturi sint partibus, præsumptio sit quam maxima, propter ingenter stringens Juramentum, vi cujus assecurare tenentur: Se antea in causa non consuluisse, Judices priores in honore atque pretio habere, diligentiam in revidendo, fidem in judicando, jusque & justitiam unice præ oculis habituros, nec munera capturos, vid. O. C. *p.* 3. *t.* 53. §. **und sollen**/ &c. Rhod. *L.* 3. *th.* 61. *§.* 28. *p.* 917. Phil. Knipsch. *d. Civ. Imp. dict. loc. n.* 212. **Oldenb.** *cit. loc.* §. 61.) Joh. Lud. Bender *d. Revis. Sent. Cam. Concl.* 19. *n.* 19. *seqq.* Electa

Si vota Revisorum sint paria, prævalet sententia confirmatoria.

Et licet recusare Revisores.

Jur.

Publ. *Tom. VIII. part.* 3. *p.* 182. 192. *&* 198. add. tamen m. 91. 204. *& maxime* 207. Cum è contrario, *quoad Restitutionem*, 1 denegandam illam, Judices Camerales, nimia, de sententiæ justitia, credulitate, forsitan obfuscati, possint esse admodum es. Quemadmodum verò certum hoc jam est de Revisione, dem quoque dicendum, quoad Judicium Aulicum, de Supplione, tanquam Revisionis surrogato, quia surrogatum sapit na-m ejus, in cujus locum est surrogatum; vid. *l.* 95. *ff. d. Leg.* 1. Mev. *p.* 1. *D.* 17. *n.* 1. *& p.* 7. *d.* 2. *n.* 4. Andr. Homburg &. *n.* 9. post Gratian. *in discept. For. c.* 706. *n.* 67. Henr. Berger *Conf.* 13. *p.* 26. Aug. Barbosa *in Thes. locupl. l.* 17. *c.* 59. *ax.* B. Dn. D. Harppr. *Consult. Crim. & Civ.* 56. *n.* 138. *& Consult.* 83. 71. Quamvis ibidem, processum, per alios tantum, ejusdem licii Assessores, peragendum, non esse adeò securum, atque ctum, stylo satis acri, notet Auth. *Meditat. ad Instr. Pac. Westph.* c. 5. *§.* 55. *lit. e. p.* 779. *cum*, inquiens, *inter Collegas amicitiis mul-i detur, neque cornix facile cornici eruere oculos soleat, sed lavet potius tum manus: maxime, cum vix quispiam mortalium sit, cui non mutuis tis vacillet fides, ubi male sibi conscium sollicitat spes, gratiâ gratiam ali-ndo repensum iri;* cui adstipulari in eo etiam videtur Cluden. *Rer. nd. c.* 8. *Sect.* 4. *n.* 141. & suo etiam modo, B. Nitzsch. *ad Capit. f. art.* 41. *n.* 62. *p. m.* 665. ubi, ut & *p. seqq. maxime* 666. putat, amvis aliàs, atque regulariter, hoc ipsum sit prohibitum, non negandum propterea esse Imperatori, si justæ adsint suspicionis usæ, e. gr. si totum Judicium Aulicum, vel major quoque pars terfuisset concluso, ut causam hanc expediat per Consilium suum timum: pro quo m. faciunt quæ habet Uffenb. *d. Jud. Aul. c.* 1. *p.* 262. *& c.* 23. *p.* 269. *seqq.* 2. *Rat. Adjuncti Processus*, e. gr. autionis præstandæ: Et sic utilior est, remediis reliquis, Restitu-o in integrum, cum in illa, uti in Revisione atque Syndicatu, utione opus non sit; vid. Cramer. *in Introd. ad prax. Jud. Aul. S.* . *c.* 12. *§.* 8. *n.* 3. *p.* 208. Quæ etiam utilior est in eo, quod ad etendam illam, admittatur idem, qui antea inserviit, Procurator Cameræ Ordinarius, vid. Blum. *d. t.* 78. *n.* 3. *p.* 627. Rhod. *d. t.* 0. *n.* 18. *p.* 900. cum è contra, ad Revisionem petendam, consti-ui debeat extraneus alius; vid. Deckh. *in Concord. Supr. Imp. Trib. c.* 3. *S.* 4. *p.* 202. Rhod. *L.* 3. *t.* 61. *n.* 79. *p.* 933.

Et idem, qd de Revis. dictum, dicendum quoque est de Supplicat. quamvis differentiam insignem in eo constituat Auth. Med. ad Instr. Pac.

2. Rat. Adjuncti Processus; & in eo reliquis utilior est in integrum Restitutio.

V.

IV. Finis 1. certitudine: Eoque respectu, satius est, intentare Revisionem, quam querelam Nullitatis, propter controversiam illius existentiam: aut Syndicatus; non quidem quod non amplius sit in usu,

contrarium enim manifeste docet exemplum novissimum.

Sed quod valde sit periculosus;

IV. *Finis* 1. *certitudine*: Sicque præstat, intentare potius Revisionem, vel Supplicationem, quam statim querelam Nullitatis, vel Syndicatus: non solum ex eo, quia etiam post Revisionem, siquidem in illa appareat, ex dolo, fraude, corruptione, affectu, similibusve causis, nullam vel iniquam latam esse sententiam, proponere licet Syndicatûs Judicium; vid. Schvvanm. *d. c.* 75. *n.* 9. Coccej. *d. Judic. Revis.* §. 6. *p.* 4. Lyncker *d. Grav. Extr. c.* 9. *p.* 2. §. 67. *n.* 2. *p.* 889. B. Gravius *d. Judic. Synd. c.* 7. §. 5. *p.* 79. sed etiam, quia constat, controverti, etiam quoad Judicium Aulicum, existentiam non solum *querelæ Nullitatis*, postquam illi locus dari noluit in Camera; Et, quamvis contrarium docuerim *supra in cap.* 2. §. 10. Notandum tamen est, nomen hoc, in omnibus plane Judiciis, esse maxime odiosum, illoque, quantum fieri potest, semper abstinendum; vid. Auth. *Brev. Prax. Jud. Aul. t.* 58. §. 3. *p.* 235. Verùm etiam *Syndicatus*; Rat. enim hujus quoque, non nisi nominis sonum restare, mereque otiosam esse in Camera Imperii, de Syndicatu constitutionem, volunt Hofm. *in Prax. Cam. t.* 23. §. 10. Dn. de Lyncker *in Analect. ad Dui Præsid. Introd. P. Sp. S.* 1. *c.* 11. §. 4. Idemque de Judicio Aulico testatur Uffenb. *c.* 23. *Sect.* 2. *p.* 263. & 264. Et quamvis hoc ipsum satis redarguant tradita à B. Gravio *d. Jud. Synd. c.* 3. §. 2. 3. & 4. *p.* 10. *seqq.* &, Anno demum 1706. in lucem quæ prodierunt, sub tit. **geführte** *Syndicats*-**Klage**/ *juncta denunciatione, & incidenti querela nullitatis, pro impetranda indemnisatione, & eventuali reductione, ac restitutione in pristinum statum, annexo humillimo petito legali ulteriori, pro renovando sequestro, & decernendo Rescripto Cæsareo, de nihil alienando, nec permutando, nec oppignorando, in mobilibus autem arrestatorio: à Johanne Gothofredo Barone de Kielmansegg*, **Erbherrn der Herrschafft Bföll/ Obristen**/ *proprio, & uxorio nomine, contra Cameræ Imperialis Præsidem F. A. D. L. B. de I. & ejusdem Assessores C. J. de F. & C. P. de B. Referentem & Correferentem* **in der/ bey dem Kayserl. Cammer-Gericht/ in Sachen von Kielmanns-Egg/** *contra* **Rolloffs Erben zu Hamburg/ unrecht und** *nulliter* **abgeurtheilten Sache.** Nihilominus tamen illum, licet olim unicum fuerit, contra sententias Cam. Remedium, juxta Rec. Imp. de An. 1532. vid. Blum. *in Proc. Cam tit. ult. n.* 3. Schneiderus *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *t.* 7. *n.* 1. *p.* 398. hodie, tanquam valde periculosum, non facile esse intentandum, probe admodum monent Dn. de Lyncker *d. l.* Rhod. *in Pand. Cam.*

l. 1.

. 34. *n.* 14. *& l.* 3. *t.* 62. §. 2. *p.* 942. Textor *ad Rec. Noviss. p.* 2.
. *th.* 53. Schneider *d. l. n.* 11. *&* 12. *p.* 399. maxime, cum pro-
contra illum, tanta Judicii Cameralis gravamina, longa serie
sita, in Tract. *de Syndic. p.* 3. *s.* 15. ap. Deckherr. *p.* 449. *&* 450.
ıtrario verò, in Revisionis petitione vel Supplicatione, maximè,
servetur (quam verò observasse, conducet vel maximè, propter
ıuæ habet Joh. Deckherr. *in sent. Cam. n.* 190.) cautela, quam
nı Casp. Klock. *V.* 2. *Conf.* 82. *n.* 56. *&* 98. Andr. Christ. Schnei-
. *Tr. tit.* 5. *n.* 8. *p.* 392. ubi tradunt, quod facienda sit, sub præ-
ı proprii erroris, vel negligentiæ, aut imprudentiæ, vel circumven-
s Adversarii, non quasi aliter, quam æquum, judicatum fuerit,
orsan ex mala informatione; directo nihil intenditur adversus
cem ipsum, nec is incusatur, sed reformatio tantum petitur sen-
ıæ, adeoque illa obtentu longe est facilior; quamvis, illam in
ıera Imperii, rarissimè ex errore Procuratorum, ex errore verò
cum, quantum ipse meminerit, nunquam esse petitam, tradat
m. *in Prax. Cam. t.* 23. §. 10. Id quod & de ipsa in integrum
itutione, nempe, quod illa in Camera Imperii ita concessa sit, ut
ctum habuerit contra sententiam definitivam, vix prostare ca-
, asserunt Dn. de Lyncker *d. c.* 9. *p.* 2. §. 36. *n.* 3. *p.* 832. Rho-
g. *d. l.* 1. *t.* 34. §. 8. Atque etiam in Judicio Aulico, in senten-
reformatoria, non semper adhiberi verbum Restitutionis, sed,
ıpertâ rei veritate, sententiam simpliciter reformari, juncto præ-
icio, monet Auth. *Brev. tit.* 58. §. 7. *p.* 237. Verum, è contra,
nedium hoc, in Camera Imperii, atque Judicio Aulico, frequen-
ımum, tradunt Dn. Textor *ad R. N. p.* 1. *D.* 17. 29. *&* 30. Excell.
. D. Majer *d. Rest. in int. contra rem jud. c.* 2. *th.* 1. §. 1. prout hoc
ım patescit ex præjud. allatis à Joh. Deckherro *in Sent. Cam. n.* 254.
: wider die, am Kayserl. Cammer-G. confirmirte Urtheil, alles ih-
Innhalts, in integr. und in den Stand: *& n.* 232. ibi: Appellat.
ıc Restitutionis: Et omnium esse tutissimum atque favorabilissi-
m, cum multis aliis, docent Dn. ab Uffenb. *de Jud. Aul. c.* 23.
3. *p.* 264. *& supr. in c.* 3. §. 8. *p.* 51. *alleg.* Dn. de Lyncker *in Re.*
2. *n.* 30. *&* 31. Brunn. *Conf.* 69. *n.* 8. adeo, ut tradant Doctores,
od in Processu hoc Restitutionis in integrum, si justa ostendatur
tituendi causa, ipsa sententia, licet aliàs præsumatur justa, incipiat
: injusta, si non revocetur ope Restitutionis. vid. Sfortia Oddus
Restit. in int. p. 1. *qu.* 4. *n.* 34. *&* 35. Et in judiciis hisce supremis

Revisionis verò petitio vel Supplicatio, longe est favorabilior.

Et quamvis non solum hanc; sed & Restitutionem contra sent. Definit. rarissime intentari tradant nonnulli;

In specie tamen, quoad Restitutionem, monstratur contrarium.

eò rectius adhiberi, quò magis licitum sit restituere contra sententiam suam vel Judici inferiori, tradit Rhoding. *d. l.* 3. *t.* 60. §. 6. *p.* 628.

2. Jucunditate, ubi prævalet Syndicatus.

2. *Jucunditate:* Et, si quis vindictæ studio delectetur, & vexatione gaudeat Dnorum Judicum, eliget potius, præ aliis, Syndicatûs Judicium, cùm non solùm, per supradicta, ipsi teneantur ad refundendum interesse, Andr. Chr. Schneider *d. l. n.* 7. *p.* 398. sed etiam, puniri adhuc queant à Majestate Cæsarea, vid. Ord. Cam. *d. p.* 3. *t.* 53. §. ob sich aber/ 6. Blum. *d. t.* 79. *n.* 33. *p.* 635. pro rat. circumstantiarum, gravius aut mitius; vid. Schneider *d. l. n.* 8. 9. & 11. & Reformatio noviss. Jud. Aul. *sive* die Kayserl. Verordnung wegen Verbesserung des Reichs-Hof-Raths/ *d.* 14. *Jan. Anno* 1714. sub num. ult. ibi: sonderbahr aber aller Geschenck und Theil-nehmung der Sachen, und Gaaben, oder sonstigem, gegen Recht und Gerechtigkeit Straff-mäßigen Thuns und Lassens enthalten werde, damit Ihro Kayserl. Majestät, gegen das, zu einem jeden ins besondere, allermildist gesetzte bessere sonderbahre Vertrauen, hernach nicht Ursach haben, **nach Gestalt widrigen Verhaltens/ mit Entsetzung des Diensts/ oder/ gestalten Dingen nach/ an Ehre/ Guth/ und ander Straffen/ nach aller Schärffe der Rechten/ anzusehen/ und zu züchtigen.**

3. Utilitate; eoque respectu præstat iterum reliquis Syndicatus.

3. *Utilitate*, e. g. intuitu pœnæ publicitus à facinorosis sumendæ, terrentis quoque alios: Et, quoad hunc passum, iterum aliis prævalet Syndicatus, cùm hic, secus ac reliqua Remedia, puniat delicta, ad quæ ne temere quis prosiliat, quorumque pœna ne remittatur facile, publice interest; & inserviat ad deterrendos alios, ab iisdem facinoribus atque maleficiis: conf. B. Gravius *de Judic. Syndic. cap.* 5. §. 21. *p.* 61.

VI.

V. Fori Conditione: Et hic Restitutioni prævalent Revisio, atque Syndicatus.

V. *Fori conditione:* Et cum præstet, ex pluribus eligere in eo foro actionem, cujus Judex actori videtur favorabilior; Inde, quantum ad hoc, melius erit in dubio, agere coram Revisoribus, tanquam magis impartialibus, neutrique parti addictis, ad Revisionem, vel Syndicatum, quàm coram iisdem, qui sententiam priorem pronunciarunt, Cameræ, vel Judicii Aulici Assessoribus, ad Restitutionem.

VII.

VI. Effectûs momento:

VI. *Effectûs momento:* Et quidem 1. ratione *Periculi, ex contrario processûs exitu metuendi:* Et quoad hoc, satius erit, præ Syndicatûs, atque

c Revisionis remediis, Restitutionem petere in integrum. *In* *icatu* enim, cum directò agatur contra personam Judicis, ad pro- dum ipsius dolum, vel corruptionem, fieri omnino potest facilè, i Actor intentionis suæ fundamentum non probaverit, Judex- absolutus literas acceperit Syndicationis, hoc est, testimonium, fficio honeste gesto, vid. Tract. *d. Syndicatu*, *p.* 3. *§.* 11. *n.* 11. Deckherr. *p.* 448. non solum reconveniri queat actione Injuria- , *arg. l.* 10. *C. d. injur.* vid. d. Tract. *p.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* 6. ap. Deck- . *p.* 439. sed etiam, præter amissionem sportularum, sustenta- i Dominorum Syndicatorum cedendarum, pœnâ pecuniariâ, ratione circumstantiarum, majori vel minori, Augustissimæ Im- i Cameræ applicandâ, vel, si solvendo non esset, corporali qua- , affici, *arg.* Ord. Cam. *p.* 3. *t.* 53. §. 2. B. Grav. *d. Judic. Synd.* *§.* 10. *& c.* 6. §. 7. *p.* 69. *Revisione* verò injuste petita, nec trans- one partium, lite pendente, atque ante Revisionem susceptam, à, vid. Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *§. n.* 17. *p.* 937. Joh. Wolff. Textor *ad R. Noviss. p.* 2. *D.* 13. *th.* 20. Principales, quam eorundem etiam Advocati, præterquam quod ttant ea, quæ sportularum nomine deposuerunt, insuper etiam na pecuniaria, &, in casu inopiæ, itidem corporis afflictiva, pro itrio, mulctari possunt, vid. Rhod. *d. L.* 3. *t.* 61. *§.* 24. *p.* 916. *seq.* m. *cit. tit.* 79. *n.* 29. *p.* 635. Schneiderus *d. cl.* 3. *t.* 6. *n.* 17. *in fin.* 97. Textor *cit. loc.* Dn. D. Burgermeister *in Corpore Jur. Publ. &* *t. T.* 2. *p. m.* 339. Phil. Knipsch. *d. Civit. Imp. l.* 2. *c.* 33. *n.* 207. ità verò *in integrum restitutione*, si ex causis non novis, & illegiti- , atque irrelevantibus, petita sit, condemnari potest in expensas, ocurator seu pars, uter ex illis est in culpa, vid. Blum. *t.* 78. *n.* 6. nulctâ quoque interdum puniri solet duarum pluriumve marcarum enti, vid. Rhod. *d. l. t.* 60. *§.* 9. *p.* 899. Dn. D. Majer *d. Restit. in contra rem jud. c.* 2. *th.* 4. *§.* 1. *p.* 11. 2. Rat. Effectûs, cùm præ- endum sit Remedium illud, *per cujus intentationem* rem servamus in tu pristino, illo, quo contenti esse debemus satisdatione. Inde e Revisionis, Supplicationis, Syndicatûs atque Nullitatis reme- s, maximè omnium commendanda est Restitutio in integrum. No- n etenim est, quod per intentatam *Revisionem*, postquam effectus s hodie est devolutivus tantum, in Revisionibus, post publicatum cessum Imp. de anno 1654. interpositis, non suspendatur amplius ntentiæ executio, sed sufficiat, si pars executionem petens, parti Re- visio-

& quidem 1. rat. periculi, ex contrario processûs exitu metuendi: Ibique *Syndicatu*

& Revisione

utilior est *Restitutio*,

2. utilius est, per cujus *intentationem* rem servamus in statu pristino, illo, quo contenti esse debemus

satisdatione tantum. Unde 1. Revisione, utpote cujus effectus hodie non est amplius suspensivus.

visionem petenti, ut in futurum secura esse queat, cautionem idoneam (quænam verò talis sit, quis cognoscat? vid. Ant. Faber in der Europ. Staats-Cantzley, *p. 11. c. 7. n. 4. seqq. p. 239. seqq.*) de restituendo, in eventum victoriæ, judicialiter præstet, vid. R. J. *d. Anno* 1654. §. 124. Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl. 3. tit. 6. n. 14. p.* 396. Joh. Lud. Bender. *d. Revis. Act. & sent. Cam. Concl.* 21. *n.* 18. *seqq. & Concl.* 22. *n.* 9. *seqq.* ubi ampliat, Gilhaus. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 4. *n.* 26. Blum. *in Proc. Cam. c.* 79. §. 19. *p.* 632. Rhoding. *in Pand. Cam. l.* 3. *t.* 61. §. 59. *p.* 928. Deckherrus *in annot. ad Conr. Offenb. de Revis. n.* 56. *p.* 427. Hofman. *in Prax. Jur. & Proc. Cam. tit.* 23. §. 9. B. Lauterb. §. 7. *qua sent. sine app. & in disp. d. Palmario Advocator. th.* 44. *p.* 30. Dn. D. Majer *de Rest. in int. contra rem judic. c.* 6. *th.* 1. §. 1. *p.* 23. *princ. & in disp. de Execut. sentent. in causa Civ. th.* 37. *p.* 36. Phil. Andr. Oldenb. *in Limn. Enucl. l.* 4. *c.* 73. §. 62. Knipsch. *d. Jur. Nob. l.* 3. *c.* 23. *n.* 214. Sam. Stryck. *in Introd. ad Pr. For. c.* 23. §. 31. *p.* 191. Ejusque Filius, Joh. Sam. Stryck. *Disp. de Remediis contra rem judic. cap.* 4. *n.* 30. Magnif. Dn. Præses *in addit. ad Rümel. p.* 2. *D.* 2. *th.* 31. *p.* 367. *& in Introd. ad J. P. P. Sp. S.* 1. *c.* 13. §. 16. Ejusque Gener, supra laud. Dn. D. Burgermeister *dict. Tract. Tom.* 2. *p.* 338. *n.* 6. add. Electa Jur. Publ. *Tom. VIII. part.* 3. *p.* 189. Nisi (1.) quoad causas præteritas, in quibus scil. tempore dicti Recessus publicati, jam petita fuit revisio, idque *propt. l.* 17. *C. d. LL.* (2.) quoad causas Religionis, & Spirituales, *dict.* §. Rec. Noviss. quando nim. agitur de possessione vel quasi, rerum Ecclesiasticarum, decimarum puta, Juris Patronatus &c. Dn. Præses *cit. loc.* Textor *ad R. N. p.* 2. *D.* 13. *th.* 49. *& in Pr. Jud. c.* 12. *n.* 128. *&* 129. Joh. Sam. Stryck. *d. disp. c.* 4. *n.* 31. Lynckerus *dict. Tr. c.* 6. §. 26. *n.* 18. *p.* 541. *c.* 8. §. 3. *n.* 4 *p.* 665. *& c.* 9. *p.* 2. §. 11. *n.* 4. *p.* 798. *& ad Capit. Jos. art.* 41. *p.* 112. (3.) quando per executionem, parti victæ, irreparabile inferretur præjudicium; Blum. *d. l.* post B. Hert. *Opusc. Tom.* 2. *Disp.* 2. *d. Judic. Revis.* §. 6. *circa fin. aliosque*, B. Lauterb. *d.* § 7. *in fin.* Lyncker *d. c.* 9. *p.* 2. §. 13. *n.* 3. *p.* 801. B. Dn. Harppr. *in R.* 95. *n.* 150. *&* 175. *seqq.* (4.) intra illud tempus, quo de cautionis idoneitate disceptatur; Blum. *d. l. n.* 21. Textor *cit. loc. th.* 13. Dn. Henr. Coccej. *d. Judic. Revisor. th.* 24. Dn. de Lyncker *cit. c.* 9. *p.* 2. §. 11. *n.* 5. *p.* 798. Dn. D. Majer *de Rest. in int. contra rem jud. c.* 6. *th.* 1. §. 1. *p.* 23. Supplicationis effectum, hodie, propter dict. Rec. Imp. *cit. loc.* & Instr. Pac. Westph. *art.* 5. §. *quoad processum*, 55. Capit. Leopold. *art.* 42. Joseph. *art.* 41. & Caroli VI. *art.* 16. perinde, uti de Jure communi,

Nisi 1. 2. 3. 4.

2. Supplicatione, tanquam

de

uo vid. Brunnemann. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 116. Andr. Chr. ieider *d. Tract. cl.* 3. *tit.* 5. *n.* 6. *p.* 392. & *num.* 16. *p.* 393. Excell. Dn. Iajer. *disp. d. Execut. sent. in Caus. Civ. th.* 37. *p.* 36. *princ.* ubi tamen li- etiam esse tantummodo devolutivum, probant Rhoding. *d. l.* 3. *t.* . 101. Gerhard. *in Disc. d. Suprem. Imp. Judic. Disc.* 3. *c.* 4. *th.* 15. ab Uffenb. *d. Jud. Aul. c.* 23. *Sect.* 4. *p.* 269. Auth. *Brev. Prax. Jud. tit.* 59. §. 8. *p.* 240. & 241. Cramer. *in Intr. ad Pr. Jud. Aul. S.* 1. *cap.* §. 8. *n.* 1. *p.* 208. Auth. Meditat. *ad Instr. Pac. Westph. art.* 5. §. 55. . *p.* 778. Multzius *in Diss. de Offic. Direct. & Duc. Circular. c.* 22. . Knipschild. *d. Jur. Nob. l.* 3. *c.* 23. *n.* 666. *in fin.* B. Nitzsch. *ad Ca- Joseph. art.* 41. *n.* 67. *seqq. p. m.* 669. & 670. Burckh. Goth. Struv. *in Publ. Diss.* 24. *th.* 55. Dn. Præses *in Introd ad J. P. P. Sp. S.* 1. *c.* 11. . Dn. D. Majer *d. Rest. in int. c.* 6. *th.* 1. §. 1. *p.* 23. *princ.* B. Lauterb. *oll.* §. 5. *qua sent. sine app.* Dn. de Lyncker *ad Capit. Jos. art.* 41. *p.* 111. 13. contrarius sibi quodammodo *in Tr. d. Grav. Extraj. c.* 9. *p.* 2. §. *p.* 797. & §. 14. *p.* 802. & *in Consult.* 29. *n.* 15. & noviter quoque, Annim. 1709. d. 23. Augusti, præter alia perplura exempla, effectum plicationis suspensivum non esse, observare licuit, in causa hulenburg contra Horn. Quamvis in eo dissentiant, vel ex Re- tioribus quoque, B. Maurit. *d. Judic. Aul. th.* 35. B. Gottl. rh. Titius *in Spec. Jur. Publ. l.* 7. *c.* 5. §. 33. *p. m.* 724. *in fin.* Dn. occej. *in Tr. de Jure exequendi sentent. Imper. Direct. Circular. compet.* 12. Dn. Christ. Thomas. *in Disp. de Offic. Direct. & Duc. Circul. in cut. sentent.* Dn. D. Majer *d. disp. d. Execut. sent. cit. loc.* Textor *ad Nov. p.* 2. *D.* 13. *th. fin.* 62. & *in Pr. Jud. p.* 1. *c.* 12. *n.* 139. B. Dn. D. av. *d. Judicio Syndic. cap.* 6. *th.* 2. *p.* 63. Joh. Sam. Stryck. *d. disp. c.* 4. 11. *seqq. p.* 71. secutus in eo tradita B. Parentis sui, quæ habet *in U. M.* 5. *qui & a quo app.* Jac. Brunnemann. *in Ex. Jur. Publ. l.* 5. *c.* 4. *qu.* 10. 150. *seq.* Ad quas duas tamen partes inter se conciliandas, distin- one utitur Joh. Deckherrus *in Concord. Suprem. Imp. Trib. c.* 23. *S.* 4. 200. inter punctum Juris, &, (uti loquitur) Petitorium, & punum Facti, sive Possessorium, ratus, intuitu prioris, Supplicatio- vindicandum esse Effectum suspensivum, rat. posterioris verò ntummodo devolutivum. An autem hæc distinctio rem conficiat? dicet lector cordatus. *Syndicatus* judicium, non solum (1.) pro- er expressa verba Rec. Ratisb. *de Anno* 1532. *Art.* 3. §. und damit/ 7. sed etiam (2.) quia in illo idem obtinere debet, quod in Revi- one, vid. sec. Ord. Cam. *p.* 3. *t.* 53. §. Wo aber/ 10. & denique (3.)

Remedio, hodie etiam tantum effectu devolutivo gaudente;

contra dissentientes.

3. Syndicatu, utpote cujus effectus dici non pot. suf-

pensivus, ex ratione triplici; tàm quoad Jud. Cam. quàm etiam quoad Judicium Aulicum.

(3.) quia in illo non de sententia rescindenda, sed de coërcendo Judice male judicante agitur; Sententiæ effectum etiam non impedire, vel suspendere, probarunt jam tùm Rhoding. *d. l.* 3. *t.* 62. *n.* 4. *&* 5. Dn. de Lyncker *d. Grav. Extraj. c.* 9. *p.* 2. *§.* 66. *n.* 2. *pag.* 885. *&* 886. Grav. *d. Jud. Syndic. d. c.* 6. *§.* 1. *p.* 62. ubi tamen *in §. seq.* 2. *p.* 63. ex præconcepta, de Supplicationis effectu, opinione, quoad Judicium Aulicum, dissentit, in quo ipso, utut non in priori, per modo tradita, suffragantem quoque habet Dn. ab Uffenb. *d. Jud. Aul. d. c.* 23. *S.* 2. *p.* 263. at omnino, sine quadam veritatis specie, cum, etiamsi, quod tamen antea negavimus, Supplicatio haberet effectum suspensivum; in Syndicatu verò idem, quod in Supplicatione, deberet observari; id ipsum tamen, intuitu hujus effectus suspensivi, propter antea tertio loco adlatam rationem, in Judicio hoc, perinde ac in Camera, militantem procedere posset vel minime.

4. Nullitatis querela; cum illa quoque *regulariter* sententiam non suspendat. Nisi 1. 2. 3. 4. & 5.

Nullitatis denique remedium *regulariter* sententiæ executionem pariter non impedire, apparet ex *Clem.* 1. *d. sent. & re jud.* & traditis Blumii *in Pr. Cam. t.* 56. *n.* 29. *seqq.* Dni Lynckeri *d. Tr. c.* 8. §. 41. *n.* 2. *p.* 730. *& c.* 9. *p.* 2. §. 34. *n.* 2. *p.* 827. Joh. Sam. Stryckii *d. Remed. contra rem judic. cap.* 2. *n.* 143. *p.* 40. *ibique* allegator B. Mevii, *p.* 4. *Dec.* 302. *n.* 1. *& p.* 2. *D.* 253. *n.* 3. Joh. Brunn. *ad L. un. C. in int. restitut. postulata, ne quid novi fiat. num.* 7. Nisi (1.) quando est notoria; (2.) ex ipsis actis apparet; (3.) Nisi statim probari queat in continenti; Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Prov. Suev. cl.* 3. *t.* 3. *n.* 21. *p.* 371. (4.) Gravamen in querela Nullitatis introductum, ita sit comparatum, ut executio ejus sit irreparabilis, irretractabilis, vel maximè periculosa. *arg.* Rec. Imp. *de Anno* 1594. *§.* Wann aber, 93. vid. Rhod. *d. l. l.* 3. *t.* 11. §. 63. *seqq. p.* 648. *seqq.* Dn. de Lyncker *d. Tract. c.* 8. *§.* 13. *n.* 13. *& §.* 14. *n.* 5. *p.* 686. *& c.* 9. *p.* 2. *§.* 34. *n.* 3. *&* 4. *p.* 827. *&* 828. Stryck. *d. c.* 2. *n.* 145. *seqq.* B. Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 110. *&* 111. *p.* 309. *&* 310. Stryck. *in U. M. §.* 1. *qua sent. sine app.* B. Lauterb. *in Coll. §.* 4. *eod.* Excell. Dn. D. Majer *d. Execut. sent. in causa Civ. th.* 35. *p.* 35. (5.) quando Nullitas provenit ex defectu Jurisdictionis, licet altiorem requirat indaginem, vid. post plures à se alleg. Stryck. *d. disp. cit. l. n.* 149. *p.* 42. Dn. D. Majer. *dict. loc.*

utilior est Restitutionis in integrum petitio: quia per illam Executio suspenditur.

Postulatæ verò, sed nondum concessæ, (hujus enim effectus est, ut causa agatur ex integro, Dn. D. Majer *dict. disp. d. Rest. c.* 6. *th.* 2. *p.* 24. *in fin.*) *Restitutionis in integrum* effectus, idem est, qui aliàs appellationis, (unde etiam, quoad hunc, cum appellatione solet comparari; vid. Gilhaus. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 4. *n.* 26. *&* 27.)

7.) ut nim. lite pendente, nihil sit innovandum, sed omnia
ere debeant in suo statu, nec facienda sit executio, *propter
tit. Cod. in int. Rest. postul. ne quid fiat novi:* Andr. Chr. Schneide-
l. Tr. cl. 3. *t.* 8. *n.* 48. & 54. *p.* 406. & 407. B. Mev. *p.* 2. *D.* 66.
). 298. *n.* 1. & 2. *p.* 3. *Dec.* 17. *n.* 10. & *Dec.* 19. *n.* 1. & *p.* 7. *Dec.*
. *n.* 2. B. Dn. D. Bardili *d. Restit. Univers. th.* 29. Mynf. *Cent.*
bs. 48. & *Cent.* 6. *Obs.* 80. Joh. à Sande *l.* 1. *tit.* 15. *d.* 3. Brunn.
roc. Civ. c. 28. *n.* 129. Rhoding. *l.* 3. *t.* 60. §. 7. 29. & 30. Uf-
). *d. Jud. Aul. c.* 23. *S.* 3. *p.* 264. Cramer. *in manuali S.* 1. *c.* 11.
. & *c.* 12. §. 8. *n.* 1. *p.* 208. Auth. *Brev. tit.* 58. §. 3. *p.* 235. nisi
mitti velit attentatum; vid. Textor *ad Rec. Nov. p.* 2. *D.* 12.
;. etiamsi inchoatus sit executionis processus, uti contra Mev.
7. *D.* 274. *n.* 7. & Joh. à Sande *dict. loc.* probant Dn. D. Majer
xecut. sent. in Causa Civ. th. 38. *p.* 37. & *d. Restit. contra rem jud. c.* 6.
. §. 1. & 2. *p.* 22. & 23. Mylius *d. Remediis sent. Execut. imped.*
. *c.* 2. §. 1. B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract.* §. 22. *d. in integr.*
. & *in Concl. For. Ex.* 12. *Concl.* 1. ubi adhuc plures habet Am-
tiones; (id quod tamen deducendum vix videtur ex sola deri-
one etymologica, uti quidem voluit Uffenb. *d. l.* cum eo ipso,
dicimus Restitutionem, esse in pristinum statum repositionem,
itabiliter præsupponamus, priorem statum interim loco suo
um fuisse, vid. Deckherr. *in Conc. ad d. loc. Uffenb. p.* 195. *num.* 5.
quæri possit de suspensione, si jam facta sit executio, Lyncker
p. 835. *n.* 4. Mev. *dict. p.* 7. *D.* 274. *n.* 6.) modo tamen ex
umstantiis, & conjecturis, (e. g. in casu, quando tres intervene-
t conformes sententiæ; vid. post Mev. *p.* 7. *D.* 308. *num.* 4. Dn.
Majer *d. Execut.* &c. *d. l.* aut, si Princeps tulerit sententiam; aut
or, in continenti, nullam læsionem probare possit, ne quidem
ualiter; Brunn. *ad L. un. C. in int. Restit. postul. ne quid novi fiat; n.*
& 5. Sed vid. B. D. Bardili *d. Restit. Univers. th.* 29. *in fin.* & *supr.*
2. §. 3. *p.* 19.) præsumptio adsit, illam petitam esse frivole, &
litem tantùm differendam; tunc enim, siquidem illa etiam est
actabilis, vid. Joh. Brunn. *d. l. n.* 5. Victori concedenda est
cutio, præstita interim cautione, quod omnia, si reus obtinue-
restituere velit, *c.* 6. *X. d. Rest. in int.* Lauterb. *dd. ll.* Struv.
J. C. Ex. 8. *th.* 7. Mev. *p.* 3. *Dec.* 19. *n.* 2. & *p.* 7. *D.* 274. *num.* 4.
ck. *in U. M.* §. 11. *d. in int. rest.* & §. 5. *ex quibus caus. maj.* Rho-
g. *d. l.* Dn. de Lyncker *d. c.* 9. *p.* 2. §. 38. *num.* 2. *p.* 834. &

Id quod tamen limit. 1.

 835.

835. *& ad Cap. Jos. art.* 41. *p.* 114. add. Idem *in Resp.* 8. *n. ult. p.* 99. Eisenhart. *in Proc. Inst. Rest. in integr. c.* 8. *n.* 1. *p.* 158. *seqq.* Stryck. *d. disp. n.* 70. *seqq.* Blum. *t.* 78. *n.* 6. *p.* 628. & maxime *t.* 57. *n.* 9. *&* 10. Dn. D. Majer *d. l. th.* 1. *§.* 2. *p.* 23. *&* 24. Textor *in Pr. Jud. d. c.* 12. *n.* 102. Carpzov. *in Pr. Jur. Civ. tit.* 19. *art.* 4 *n.* 15. 19. *& seqq.* Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 129. Andr. Chr. Schneider *d. Tr. cl.* 3. *t.* 8. *n.* 48. *p.* 406. B. D. Bardili *dict. disp. th.* 28. *in fin.* Gilhaus. *in Arb. Jud. c.* 8. *p.* 5. *num.* 5. Imo, si calumnia sit manifesta, etiam non præstita cautione, sententia mandatur executioni; B. Lauterb. *in Concl. For. d. l. lit. K. in not.* B. D. Bardili *dict. th.* 28. Dn. D. Majer *d. Execut. dict. th.* 38. (3.) per cujus *impetrationem* rem consequimur ipsam, utilius judicandum est eo, per quod ejus tantummodo accipimus æstimationem; Proinde Revisioni atque Syndicatui iterum anteferenda est Restitutio in integrum; utpote cujus impetratæ effectus est, ut res deducatur in statum pristinum, & restituendum sit omne illud, quod læsio abstulit, id quod vel ex solo cognosci potest nominis sono, vid. Dn. D. Majer *d. l. p.* 25. Cum è contra, finitis Revisionis atque Syndicatus Judiciis, non semper consequamur rem ipsam; sed sufficere nobis debeat ejus æstimatio.

& 2.

3. per cujus impetrationem rem consequimur ipsam, illo, ubi tantummodo æstimationem. Et eatenus reliquis iterum prævalet in integrum Restitutio.

VIII.

VII. Durationis præstantia. Et hoc resp. utilior est reliquis querela Nullitat. Revisio enim ut & Supplicatio per spatium tantum durat quadrimestre;

VII. *Durationis præstantia:* Et hoc intuitu, si quis periculo præscriptionis se premi animadvertat, cœteris paribus, Revisionis, Supplicationis, Syndicatus, & Restitutionis in integrum remediis utilior est querela Nullitatis. *Revisio* etenim petenda est intra tempus quadrimestre, à tempore latæ sententiæ computandum; vid. Rec. Noviss. *supra alleg. cum ibid. citatis Auth.* quibus adde etiam Electa Jur. Publ. *Tom. VIII. part.* 3. *p.* 188. ita, ut post hoc tempus, si quis illam petat, pronuncietur contra illum: als Wider-Rechtl. und verspähtet, hiermit verworffen; Deckherr. *in Sent. Cam.* 278. *in fin. & n.* 304. ibi: als dem jüngern Reichs-Abschied nicht gemäß, hiermit verworffen; *& n.* 240. ibi: jüngsthin angezeigte Revision, als verspähtet; &c. Quemadmodum etiam *Supplicatio:* vid. Dn. de Lyncker *ad Capit. Jos. art.* 41. *p.* 113. *circa fin. & in Consult. XXIX. n.* 15. Uffenb. *d. Judic. Aul. c.* 23. *S.* 4. *p.* 265. *b. ibique* Deckh. *in Conc. p.* 198. Auth. *Brevic. Prax. Jud. Aul. tit.* 59. *§.* 6. Cramerus *Introd. S.* 1. *c.* 12. *§.* 2. quamvis, post adlatas sententias variorum varias, rem relinquat indecisam. B. D. Bardili *d. Judic. Aul.*

Aul. cap. 7. *§. fin.* *Syndicatus* querela, licet de Jure communi, duret per annos triginta, vid. Rhod. *in Pand. Cam. L.* 1. *t.* 34. *n.* 15. *p.* 498. Lyncker *d. G. E. c.* 9. *p.* 2. *§.* 66. *n.* 5. *p.* 886. In Camera tamen Imperii, Revisionis, vid. O. C. *p.* 3. *t.* 53. §. *fin.* Tract. *d. Syndic. p.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 2. ap. Deckh. *in Monum. p.* 438. In Judicio vero Aulico, Supplicationis habet fatalia, adeoque, tàm in illo, quàm in hoc, spacium 4. mensium; (quamvis, quoad hoc, dubitare adhuc videatur Dn. D. Grav. *d. Jud. Synd. c.* 5. *§.* 18. *p.* 57.) finiendi spacio arbitrio Judicis relicto, vid. Grav. *d. disp. th.* 20. *p.* 60. Textor *ad R. N. p.* 2. *D.* 13. *th.* 58. add. Tract. *d. Synd. d. l.* §. 4. *n.* 5. ap. Deckh. *p.* 439. *Restitutionis* verò petendæ, (finiendæ enim hodie itidem est arbitrarium; vid. Eisenh. *c.* 9. *§.* 9. *p.* 251. Textor *in Dec. Pal.* 47. *n.* 8. *in not. ad R. N. Disp.* 17. *th.* 44. *& in Pr. Jud. c.* 12. *n.* 116. Joh. Sam. Stryck. *d. Remed. contra rem judic. c.* 3. *n.* 56.) fatale, etiam quoad Cameram, & Judicium Aul. quia aliud tempus ibi non est statutum, est quadriennium; Cramer. *in Manuali*, *S.* 1. *c.* 11. *§.* 4. *p.* 193. *&c.* 12. *§.* 8. *n.* 5. *p.* 209. Auth. *Brev. d. t.* 58. §. 3. *p.* 235. Blumius *tit.* 78. *n.* 5. *p.* 628. Sam. Stryck. *in Introd. ad Pr. For. c.* 23. *§.* 32. *in fin.* Electa Jur. Publ. *Tom. VIII. part.* 3. *p.* 188. *in fin.* Et licet tempus Restitutionis hujus, ad quadrimestre spacium, coarctatum esse in Judicio Aulico, existimare videatur Joh. Deckh. *in Concord. Supr. Imp. Trib. c.* 23. *S.* 1. *n.* 3. *p.* 194. *&* 195. Praxin tamen, atque observantiam, contrarium docere; monet Cramer. *d. l.* *Nullitatis* vero querela, cum duret *de Jure communi*, ad annos triginta, quia officium Judicis Nobile non prius exspirat, *L.* 3. *C. d. Præscript.* 30. *annor.* Joh. Sam. Stryck. *d. disp. c.* 2. *n.* 8. *p.* 17. Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 108. Carpz. *in Proc. Jur. tit.* 19. *art.* 3. *n.* 8. Mylerus *ad Rümel. p.* 2. *D.* 2. *th.* 15. *p.* 330. post Gilhaus. *in Arb. Judic. c.* 8. *p.* 2. *n.* 39. & Andr. Gail. *Obs.* 127. *num.* 8. Andr. Chr. Schneider *in Proc. Jur. Jud. Suev. l.* 3. *t.* 3. *n.* 2. *&* 5. *p.* 368. *& n.* 10. *p.* 369. Mev. *p.* 1. *Dec.* 100. *n.* . modo tamen post *Recessum novis. §.* 119. Nullitas sit *insanabilis*, i. e. talis, quæ exinde oritur, quod neglecta sint substantialia processus, vel defectus Jurisdictionis in Judice appareat, el contra Jus pronunciatum sit in thesi; Joh. Sam. Stryck. *d. n.* 135. *p.* 38. & Sam. Stryck *in Introd. ad Prax. For. c.* 3. §. 27. Dn. de Lyncker *d. c.* 9. *p.* 2. §. 31. *n.* 2. *p.* 820. *&* 21. Blum. *in Proc. Cam. tit.* 56. *n.* 2. *seqq.*) vid. Lyncker *d. l.* §. 32. *n.* 2.

quemadmodum etiam quoad Cameram Imperii, & Jud. Aul. Syndicatus.

Restitutio in integrum per quadriennium continuum.

Nullitatis vero querela per annos 30.

modo sec. Rec. noviss. nullitas sit insanabilis.

n. 2. p. 823. *& n.* 8. *p.* 824. *& in Resp.* 108. *n.* 21. Textor *in Pr. Jud. d. c.* 12. *n.* 96. *p.* 72. Blum. *d. t.* 56. *n.* 15. Et verò in Ordin. Judicii Aulici, nihil hac in parte reperiatur immutatum; propter *L.* 27. *C. d. Testam.* (excepto solo casu, nullitatis sanabilis, utpote ubi, prout jam *sup. cap.* 2. §. 11. dictum, fatale interponendi, quoad Judicium hoc, non est nisi quadrimestre; Quemadmodum enim in Inferioribus Judiciis, nullitatibus ejusmodi sanabilibus, fatale præfinitum est Appellationis, spacium nim. decem dierum; Ita illis, in Judicio Aulico, quia ibidem locum non habet aliqua appellatio, per superius deducta, in dubio, relictum debet censeri fatale Supplicationis tanquam Remedii, appellationis quasi loco introducti, pro quo etiam tamdiu erit pronunciandum, donec aliud, vel Lege Imperii, vel consuetudine, styloque Curiæ, demonstrabitur introductum) merito standum erit dispositioni Juris communis; non obstante, quod hoc modo lis protrahatur nimis longe, quo motus etiam, in diversa hîc abiit Deckh. *in Conc. d. l.* quia, nisi adsit causa vel maxime justa, plane non conceditur à Judicio Aulico; Quando verò talis adest, cùm Judex ejusmodi nulliter judicans, spoliare dicatur, vid. Mylerus *ad Rümel. d. l. p.* 331. tanto tempore omnino est quàm dignissima. Neque ex eo, quod Remedium hoc instituendum sit per viam Supplicationis, *in genere* censeri ipsi debent præfinita Fatalia Supplicationis; Cum Majestas Cæsarea singula remedia concesserit pro ratione læsionis, modo saltem supplicandi in Instr. Pac. *art.* 5. §. 55. & Ord. Jud. Aul. *tit.* 5. §. **dafern** 7. præscripto, observando, iis autem, quæ ibidem diserte, quoad processum, mutata non sunt, Juris communis regulis relictis, prout eleganter ratiocinatur B. D. Bardili *d. Jud. Aul. c.* 7. *th. fin.* ubi *in praced.* in specie asserit, sufficere, observasse fatalia Nullitati aliàs præfinita.

si enim sit sanabilis, fatale ejusdem quoad Jud. Aul. spatium tantum est quadrimestre,

longumque temporis spatium Remedium hoc omnino meretur.

IX.

VIII. Rat. maturandæ Executionis:

Denique VIII. utilitas quoque cernitur, *rat. maturandæ Executionis.* Et sic, cùm Camera Imperii, licet per Senatum alium, executionem decernat, etiamsi per Revisionem, sententia ejus fuerit reformata; vid. Schvvanin. *in Proc. Cam. L.* 1. *c.* 75. *n.* 7. *p.* 345. Conr. ac Offenb. *d. Revis. n.* 53. ap. Deckh. *p.* 426. Blum. *in Proc. Cam. t.* 79. §. 32. *p.* 635. Nic. Mylerus *in addit. ad Rümel. p.* 2. *d.* 2. *th.* 31. *in fin. p. m.* 369. Rhod. *L.* 3. *t.* 61. §. 89. *p.* 935. Magn. Dn. Præses *in Intr. ad J. P. P. sp. S.* 1. *c.* 13. *f.* 15. *in fin.* Phil. Knipsch. *d. Jurib. Nob. L.* 3. *c.* 23. *n.* 665. Id quod propter ejus adæquationem cum Revisione,

e, dicendum etiam videtur de ſententia, per Syndicatores re-
ıatâ, quamvis de eo taceat B. Grav. *d. Judicio Syndic. c. 6. th. 7.*
ı rat. ſententiæ, in Judicio Aulico, nullitatis accuſatæ, *argum. eor.*
habet B. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. §. 4. qua ſent. ſin. app. in fin.*
l. p. 3. Dec. 89. & 232. junct. Dec. 40. & 68. Inde melius eo in-
ı erit, eligere Reſtitutionem in integrum, cùm prioribus in caſibus,
ue maxime ſit periculoſum, progredi in cauſa, coram Judice of-
o, & quaſi jam ſuſpecto. Quamvis, ob integritatem univerſi
legii, propter divinatam paucorum offenſionem, ita iniquum
non decreturi, metum hunc refellere tentet Joh. Deckherrus *in*
t. ad Conr. ab Offenb. d. Reviſ. n. 54. p. 426.

Sicque anteferenda reliquis remediis eſt in integrum Reſtitutio.

X.

Concluſio.

Et hæc quidem, Inauguralis Speciminis loco, pro modulo inge-
propoſuiſſe, pro hic, & nunc, ſufficiet. Quamvis etenim ad-
plura, quæ monerentur, non deeſſent, quia tamen, ſine mora
:iori, maturandus mihi eſt abitus, & res Diſſertationis terminos
è excederet, hac vice, pedem hîc figo. L. B. amice rogando, ut,
ıid in Elaboratione hac experiatur minus apte vel practice di-
n aut ſcriptum; Id ipſum, pro humanitate ſua, eò faventius vi-
ı condonet tenuitati atque imbecillitati, quo ulteriores proferre
itationes, prohibuerunt, & temporis injuria, & Praxeos quoque,
n materia hæc, maximam partem ſpirat, à me nondum adeò ac-
tè hauſta ſcientia. Cùm verò aditum jam parare, B. cum Deo
ſtituerim, ad Suprema illa Imperii noſtri Tribunalia ipſa, ſiqui-
ibidem hinc inde, in ipſa praxi, aliquid reperiam mutatum, vel,
d dictis contrarium, uſu receptum; Id ipſum L. B. ad ulteriorem,
lenam ipſius Satisfactionem, occaſione qua fieri poterit, proxima,
a fide communicare non ero defuturus. DEO interim T. O. M.
pro clementer, & hac in parte, iterum mihi largitis viribus, ſit
Laus, honor, & Gloria in Secula
Sempiterna!

DISPV-

DISPVTATIO XXXV.

DE CONFIRMATIONE JVRIVM *AC* PRIVILEGIORVM AB AVGVSTISSIMO IMPERATORE STATIBVS ALIISQVE MEMBRIS IMPERII FACIENDA,

hab. ad d. 2. Jun. MDCCXIX.

RESPONDENTE

CHRISTIANO HENRICO A GOELNIZ,
Equite Suevo.

SVMMARIA.

T*Extus Aureæ Bullæ* cap. 2. §. 5. *& Capitulationum Cæsarearum de Confirmatione Jurium ac Privilegiorum, ab Imperatore Statibus aliisque membris Imperii facienda. Proœm. Vocabuli* Confirmationis *varia acceptio; significatio h. l. Definitio.* §. *I. Dividitur Confirmatio I. in Jure Can. in utilem & inutilem.* §. *II. II.* Con-

rmatio hoc loco vel generalis, vel specialis. §. *III.* *III. Alia di-*
fieri in forma communi, alia in forma speciali. §. *IV.* *Confirmatio*
ex parte Imperatoris necessitatis magis, quam libera voluntatis; ex
Statuum è contra libera magis voluntatis, quam necessitatis. §. *V.*
a Serenissimi Electoris Brandenburgici ad Imperatorem a. 1700. data
denegata Ipsi à Judicio Cæsareo Aulico Confirmatione Juris nova Ve-
'ia pro lubitu instituendi Ipsi competentis. §. *VI.* *Vi A. B. statim*
ta electione præstanda. Hodie quando regulariter fieri soleat? §. *VII.*
Confirmatione duplici, primò nomine Regali facienda, & deinde sub
riali titulo innovanda, in A. B. memorata. §. *VIII.* *Objectum*
rmationis istius. §. *IX.* *Jura præcipua universis Electoribus commu-*
§. *X. XI.* *Specialia Electorum Ecclesiasticorum.* §. *XII.* *Secula-*
. §. *XIII.* *Speciale Saxonis & Palatini.* §. *XIV.* *Specialissima*
untini; Trivirensis; Coloniensis; Bohemi; Bavari; Saxonis; Branden-
'ci; Palatini; Hannoverani. §. *XV.* *Jura & Privilegia reliquorum*
rii Statuum & Membrorum. §. *XVI.* *Cæsarea hujus confirmationis*
'us. Nihil novi illa tribuit. §. *XVII.* *Inde privilegii falsi confirma-*
nihil operatur. §. *XVIII.* *Exemplum ejusmodi privilegii spurii famo-*
illud Privilegium Ludovicianum Cœnobii nobilium Virginum Lindavi-
. §. *XIX.* *Exempla similia.* §. *XX-XXII.*

I. N. D. N. J. C.

SPecimen aliquod navatæ hactenus operæ ac industriæ in Jure, Publico præsertim, editurus, præsens hoc, quod hic conspicis, Lector Benevole, argumentum de Confirmatione Jurium ac Privilegiorum ab Augustissimo Imperatore Statibus ac Membris aliis Imperii impertienda
;i, occasionem præbente antiquissimæ Legis Imperii Rom. Ger-
n. Fundamentalis Aureæ Bullæ dispositione *Cap.* 2. §. 5. ubi cave-
, quod primus actus legitimè electi Imperatoris, quem virtute
'erii peragat, esse debeat Confirmatio Jurium ac Privilegiorum,
bus gaudeant Electores, verbis ita sonantibus: *Et quia de anti-*
approbata & laudabili consuetudine tam inconvulsè quam immutabiliter,

Textus Aureæ Bullæ *Cap.* 2. §. 5.

semper extitit hactenus observatum: ideoque & nos constituimus & de Imperiali decernimus plenitudine potestatis, quod is, qui modo præmisso in Regem fuerit Romanorum electus peracta statim electione hujusmodi, priusquam in aliquibus causis aliis sive negotiis virtute Sacri Imperii administret, universis & singulis Principibus Electoribus, Ecclesiasticis & Secularibus, qui propinquiora S. Imperii membra esse noscuntur, omnia ipsorum Privilegia, literas, jura, libertates, concessiones, antiquas consuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab Imperio usque in diem electionis suæ obtinuerunt & possederunt, absque dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat per suas Literas & Sigilla, ipsisque præmissa omnia innovare, postquam Imperialibus fuerit insulis coronatus. Confirmationem autem hujusmodi electus ipse cuilibet Principi Electori in specie primo suo nomine Regali faciet, & deinde sub Imperiali Titulo innovabit, & in his ipsos Principes in genere, & quemlibet eorum in speciè nullatenus impedire, sed potius absque dolo gratiosè tenebitur promovere. Uti vero Aurea Bulla in hoc capite singulariter prospexit Electoribus, ita Capitulationes Cæsareæ omnibus in universum Statibus Imperii, aliisque ejusdem Membris in eo consulunt, Imperatorem obligantes, ut initio sui regiminis promittat, daß Er nicht nur die Chur-Fürsten, als die Fordersten Glieder des Heil. Röm. Reichs, sondern auch andere Fürsten, Prælaten, Grafen, Herrn und Stände, die unmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen, bey Ihren Hoheiten, Geist- und Weltl. Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt, sonst auch einen jeden, bey seinem Stand und Wesen bleiben lassen, und Ihnen insgesamt, Ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, die unter Ihnen den Reichs-Constitutionibus gemäß gemachte Uniones, aufgerichtete Erb-Verbrüderungen, Reichs-Pfandschafften, Gerechtigkeiten, Gebräuch und gute Gewohnheiten, auf gebührendes Ansuchen, ohne Weigerung und Aufhalt in beständiger Form confirmiren: Et hinc dissertatio nostra quoque epigraphen habet, de Confirmatione Jurium ac Privilegiorum ab Augustissimo Imperatore Statibus, aliisque Membris Imperii facienda.

Marginalia: et Capitulationum Cæsarearum — de Confirmatione Jurium ac Privilegiorum ab Imperatore Statibus, aliisque Membris Imperii facienda.

§. I.

§. I.

Confirmationis vocabulum variè & diversimodè accipitur. Constat enim, apud Pontificios Confirmationem speciem esse Sacramenti, ac peragi unctione chrismatis consecrati, in fronte baptizati, ab Episcopo sub præscripta verborum forma, ad audacter confitendum no-en Domini. *c. un. §. per frontis. X. de Sacra unct.* Quam Confirmationem mense Januario hujus anni Sereniss. Principem hæredita-um Electoralem Saxoniæ à Sacris nostris ad Pontif. Sacra trans-essum Viennæ à Nuncio Pontificio impetrasse, & in ea ipsi No-en CAROLI à Patrino, quem egit Augustissimus Imperator, col-tum fuisse audivimus. Deinde apud eosdem peracta Canonica electio-: Archi-Episcopi, Episcopi, Abbatis, priusquam electus Ecclesiæ ad-inistrationi se immisceat, à Pontifice Confirmationem vigore oncordatorum Nationis Germanicæ petere necesse habet, alio-in si omissa confirmatione electus se administrationi Ecclesiæ in-esserit, ipso jure privatur jure sibi per electionem quæsito. *cap. 9. 17. X. de elect. & electi potest. c. avaritia, eod. in 6.* In neutro sensu onfirmatio nostræ considerationis est, sed quatenus denotat ap-obationem gesti negotii, & inde quæsiti juris vel privilegii, cui ajor authoritas ex persona Principis vult conciliari. Quo sensu onfirmatio est actus superioris approbantis aut corroborantis ea, æ ab antecessore gesta, aut ab eo legitimè concessa & indulta nt Jura ac Privilegia.

Vocabuli *Confirmationis* varia acceptio;

significatio h. l.

Definitio.

II.

Dividitur confirmatio hæc I. in Jure Canonico in utilem & iutilem, *t. t. X. de confirm. util. & inut.* Illa iterum vel propriè talis, uando negotium sive judiciale sive extrajudiciale, legitimè quæsi-m Jus seu privilegium per se validum majoris authoritatis causa à periore confirmatur, & sic actus invalidi vel vitiosi regulariter on datur confirmatio, *c. 14. X. de elect.* vel impropriè, quando ctus à principio nullus vel invalidus authoritate Principis approba-ır & sustinetur, quorsum pertinet v. g. casus *l. 38. ff. de adopt.* In-tilis confirmatio est, quando vel in modo impetrandi confirmatio-em, vel in ipsa materia confirmanda vitium aliquod latitat. Huc

Dividitur Confirmatio I. in Jure Can. in utilem & inutilem.

pertinet confirmatio per falsam suggestionem obtenta, *c. 2. in f. X. d. t.* Quicquid enim inutile reddit Rescriptum, quod fit per vitium sub- & obreptionis, *c. 20. de Rescript.* hoc etiam inutilem reddit confirmationem. Ratione vero materiæ inutilis confirmatio est, si negotium ita comparatum sit, ut ne quidem Principis authoritate convalidari possit, utpotè si Juri Divino vel LL. Reipubl. fundamentalibus vel juri quæsito alterius adversum sit.

III.

II. Confirmatio h. l. vel generalis, vel specialis.

II. Confirmatio hæc Jurium ac Privilegiorum à Summo & Augustissimo Capite Imperii nostri Statibus, aliisque ejus Membris Illustribus impertienda, est vel Generalis, vel Specialis. *Generalis* fit per ipsam Capitulationem Cæsaream, in qua Sacra Cæsarea Majestas in genere spondet, se Electorum, Principum, aliorumque Statuum, ut & Nobilium Immediatorum Jura tam Ecclesiastica, quam Secularia, Regalia, Jurisdictiones, Immunitates, Uniones, Confraternitates, Consuetudines, sine ulla mora ac tergiversatione confirmaturum. *Specialis* est, quæ certum & specificum aliquod negotium inter certas personas gestum, v. g. transactionem de Jure coronandi inter Electorem Moguntinum & Coloniensem initam, *Capit. Leop. art.* 37. *Joseph. art.* 36. *Carol. VI. art.* 3. certaque ac specialia cujusque Status Jura ac Privilegia, ad decentem illius petitionem, confirmat.

IV.

III Alia dicitur, fieri in forma communi, alia in forma speciali.

Huic succedit III. illa divisio, quod alia confirmatio dicatur fieri in forma communi, quando summus Princeps sine præcedente causæ cognitione actum quendam confirmat; alia in forma speciali, h. e. cum perfecta notitia totius negotii & omnium circumstantiarum. Augusti. Barbosa *ad rubr. X. de confirm. utili & inut. n.* 6. 7. Herm. Vultej. *vol.* 3. *Marp. Consf.* 34. *n.* 193. *seqq.* Num autem in hac præcisè verba: *Ex certa scientia*, à Principe in ipsa confirmatione sint exprimenda, si actum in forma speciali confirmare velit, an vero idem per verba æquipollentia etiam fieri possit? quæri solet. Putamus autem sufficere, si aliis verbis æquipollentibus Princeps id significet, se hunc actum ex plenitudine potestatis aut non obstante ulla Lege aut consuetudine, quæ sit in contrarium, confirmare. Cujusmodi exemplum habemus in *Auth. Navigia. C. de furt.* Talis clausula annullatoria contrariæ consuetudinis est quoque in Rec. Imp. *de Anno*

1551.

51. §. 75. in Constit. Maximil. I. *de Anno* 1500. tit. die Succession : Diechter und Enckeln. in Constit. CAROL. V. *de Anno* 1529. . von Bruder- und Schwester- Kinder. in Reform. Polit. *de Anno* 48. tit. von Handwercks-Söhnen, 37. §. Hierdurch. qui omissus Reform. Polit. *de Anno* 1577. tit. 38. add. Paul. Laymann. in *c.* 1. *confirm. util. n.* 7. ubi subjicit, præsumendum esse, confirmationem forma speciali factam, & Principem totius negotii scientiam habuisse, si confirmationi inseratur tenor dispositionis confirmatæ, *c.* 8. *d. t.* Ernest. Cothmann. *vol.* 4. *Resp.* 31. *n.* 46. *seqq.* quæ præsumtio tamen admittit probationem in contrarium.

V.

Confirmatio h. l. ex parte Imperatoris necessitatis magis, quam liberæ voluntatis; ex parte Statuum è contra liberæ magis voluntatis, quam necessitatis.

Adstringitur autem Imperator vi Aureæ Bullæ & Capitulationis suæ, ceu LL. Imp. Fundamentalium, Electoribus, cæterisque Statibus & Membris Imp. nobilioribus Jura & Privilegia sua legitime acquisita confirmare. Debet enim hæc Confirmatio Jurium ac Privilegiorum Electoribus, cæterisque Statibus ac Membris Imperii competentium primus actus esse, quem post sui electionem virtute Imperii electus peragat. A. B. *c.* 2. §. *Et quia de antiqua.* 5. Capit. Caroli V. *art.* 1. *verb.* Königl. Würden, Ambts und Regierung, &c. junct. *art.* 4. ibi: Und Ihnen Ihre Regalia, Oberkeiten, Freyheiten, Privilegien, ohne alle Weigerung confirmiren und bestättigen, Capit. Caroli VI. *art.* 1. vers. Wir sollen und wollen auch Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, die unmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen, Ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, die vor diesem unter Ihnen denen Reichs-Constitutionibus gemäß gemachte Uniones, zuforderist aber, die unter Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen aufgerichtete Erb-Verbrüderungen, Reichs-Pfandschafften secundum Instrumentum Pacis, Gerechtigkeiten, Gebräuch und gute Gewohnheiten, so sie bißhero gehabt, oder in Ubung gewesen, zu Wasser und Land, auf gebührendes Ansuchen, ohne Weigerung und Aufhalt in beständiger Form confirmiren, &c. ita ut ex ejus parte confirmatio hæc magis sit necessitatis, quam liberæ voluntatis, ac res in mero illius arbitrio posita. Econtra verò ex parte petentium Electorum, Principum, aliorumque Statuum ac Membrorum Imperii magis videtur liberæ voluntatis esse, quam necessitatis. Postquam enim semel legitimè obtenta & quæsita sunt jura ac Privilegia suo constant vigore, firmaque manent etiam non accedente nova eorundem confirmatione,

tione, Gail. 2. *obs.* 1. *n.* 5. Klock. *vol.* 1. *Cons.* 11. *n.* 12. Cum concessiones nomine Officii Imperatorii ab antecessoribus factæ, morte eorundem non extinguantur, nec easdem successores pro lubitu revocare possint, sed perinde servare teneantur, sicut Antecessores servare illas obligabantur.

VI.

Literæ Serenissimi Electoris Brandenburgici ad Imperatorem An. 1700. datæ super denegata Ipsi à Judicio Cæsareo Aulico Confirmatione Juris nova vectigalia pro lubitu instituendi Ipsi competentis.

In qua sententia totum fuisse Serenissimum ac Potentissimum Principem Fridericum I. Regem Borussiæ & Electorem Brandeburgicum, patet ex ejusdem ad Sacram Cæsaream Majestatem datis literis occasione privilegii à Friderico III. Imperatore Anno 1456. impetrati, à Limnæo ad Capitul. Maximilian. II. *art.* 9. *p.* 492. & Lunigio Reichs-*Archiv Part. Special. P.* 3. *pag.* 308. relati, quo Electoribus & Marchionibus Brandenburgicis æquè, ac Regibus Bohemiæ, teste Goldasto *Tom. I. Constit. Imper. pag.* 350. §. 2. & Archi-Ducibus Austriæ, ut idem testatur Goldastus *P. II.* der Teutschen Reichs-Satzungen *p.* 195. *n.* 35. concessum est, Jus nova vectigalia pro lubitu instituendi, veteraque augendi in Territoriis ac ditionibus suis, quo insigni Jure, præter hos tres, nemo ex Statibus Imperii in toto Imperio nostro Rom. German. quantum nobis constat, gaudet, sed illud pro Reservato Sacræ Cæsareæ Majestatis habetur, (ita verò, ut nec ipsa istud aliter exercere queat, nisi requisito & obtento unanimi omnium & singulorum Electorum Consensu in Conventu Collegiali ab iis dato, so, daß Sie entweder Special Consens-Brieffe geben, oder das Kayserl. Diploma neben dem Kayser sämtlich mit unterschreiben, und mit Ihren anhangenden Insiegeln mit bekräfftigen;) ad quod nulli Statuum Imperii manus extendere liceat, sed si quis eorum absque Imperatoris concessione propria authoritate sub ullo prætextu nova vectigalia instituere, vel vetera augere ausus fuerit, hæc per edictum Imperatoris Leopoldi de An. 1666. cassantur, & contra id tentantem, mandata sine Clausula decernuntur, vi *Rec. Imp. de An.* 1576. *seqq.* Capitul. Leopold. *art.* 21. Joseph. *art.* 20. Caroli VI. *art.* 8. *memb.* 8. Rosenthal. *Cap.* 5. *Conclus.* 13. *n.* 12. ubi præjudicia aliquot refert. Eximii hujus Privilegii sibi competentis confirmationem cum ab Imperatore Leopoldo Gloriosiss. memoriæ petiisset Fridericus I. Rex Borussiæ & Elector Brandenburgicus An. 1697. eademque per Decretum de d. 18. Mart. d. Anni 1697. ipsi jam tum promissa fuisset, illa verò postmodum per contrarium Decretum

cretum de d. 23. Sept. 1699. Judicii Aulici eidem denegaretur, solenniter contra istam denegationem Confirmationis Cæsareæ hujus Privilegii protestatus, has ad Sacratissimum Imperatorem dedit literas, quas, quia lectu sanè dignissimæ sunt, nec illas ullibi typis expressas vidimus, integras communicabimus, sunt autem seq. tenoris:

Aller-Durchläuchtigster / 2c.

Nachdeme die zu meiner Reichs-Belehnung bevollmächtigte beede Ministri, der Graff von Denhof und der von Bertoldi, ohnlängst kurtz auseinander allhier angelanget; So haben mir dieselbe umständlich referirt, welcher gestalten Sie die an Euer Käyserl. Majestät Hof, solcher Belehnung halber, Ihnen aufgetragene Commission ausgerichtet. Gleichwie ich nun zuforderst Euer Käyserl. Majestät unterthänigsten Danck abzustatten habe, daß Dieselbe gedachte Meine Ministros zu solcher Belehnung admittiren, auch darüber die gewohnliche Lehens-Brieffe und andere Uhrkunden für Mich und Mein Chur-Fürstliches Hauß Mir ertheilen und ausstellen lassen wollen; also werde Ich auch solches die Zeit meines Lebens gegen Euer Käyserl. Majestät und das Reich mit gehorsamsten treuen Diensten zu erkennen nicht ermanglen, und darunter so wenig Einigen von Meinen Vorfahren, als auch andern Chur-Fürsten des H. R. Reichs nie etwas bevor geben. Ich kan aber nicht umhin, Euer Käyserl. Majestät hiedurch mit allem geziemenden respect vorzustellen, wie daß Ich bey dem sonderbahren Vergnügen, so Ich wegen Euer Kayserl. Majestät in diesem Belehnungs-Negotio erwiesenen und von gedachtem Grafen mir höchlich angerühmten Käyserl. Hulden und Affection empfunden, Ich doch auch diesen Chagrin gehabt: daß von Euer Käyserl. Majestät Reichs-Hof-Rath, wegen Confirmation desjenigen Privilegii, so mein Chur-Fürstl. Hauß von Euer Käyserl. Majestät Glorwürdigsten Vorfahren am Reich, wegen Erhöhung alter, und neuer Zölle hiebevor erhalten, auf eine solche Art verfahren worden, die Ich weder mit der Justitz, noch mit der in dergleichen Fällen bey allen Judiciis von der Welt gewöhnlichen Art zu procediren, conciliiren kan. Ich habe von sothanem Privilegio in meinem hiesigen Archiv nicht nur eines, sondern verschiedene Originalia, und wird Euer Käyserl. Majestät allhier sich befindender Resident, deme Ich dieselbe

dieselbe vorzeigen lassen, attestiren können, daß selbige dergestalt beschaffen, daß kein Mensch derselben fidem in Zweiffel ziehen könne. Gedachter Reichs-Hof-Rath auch, wie Euer Käyserl. Majestät ohne Zweiffel zur Gnüge wissend seyn wird, die Confirmation dieses Privilegii bereits unterm 18. Martii 1697. erkandt. Und obgleich die Clausula: salvo jure Cæsaris, Imperii, & cujuscunque tertii, annectirt worden, so würde ich doch dieselbe, zu Uberzeugung, daß Ich durch dieses Privilegium niemand zu præjudiciren, sondern mich nur bey meinem Recht zu mainteniren gedencke, wohl admittirt haben, wann es nur bey solchem Concluso gelassen, und davon auf eine wohl nicht leicht erhörte Weis wiederum ab- und zuruck-getretten wäre; dann als sich zugetragen: daß einige Stände des Reichs, ich weiß nicht, aus was für einer ohnnöthigen Ombrage bey gedachtem Reichs-Hof-Rath einkommen, und wie ich äusserlich vernehme, alternativè gebetten, daß entweder diese Confirmation nicht ertheilet, oder doch Ihnen ein Decretum de non præjudicando dißfalls gegeben werden möchte; So hätte zwar die Justiz und der Gebrauch aller wohl regulirter Judiciorum erfordert, daß man entweder solcher übel-gegründeten unzeitigen Contradictionen ohnerachtet, daß einmahl und wie zuvermuthen, nicht obenhin, sondern ex causis fonticis ergangene voran-geregte Conclusum vom 18. Mart. 1697. maintenirt, oder doch wenigst, ehe dann solches wieder aufgehoben, Mich wieder solche Oppositiones mit Meiner Nothdurfft zuforderst gehört und vernommen hätte. Es ist aber so wenig das Eine, als das Andere geschehen, sondern besagter Reichs-Hof-Rath zugefahren, und hat vermittelst Eines unter dem 23. Sept. anni elapsi anderweiten Decreti das mehrerwehnte Conclusum de Anno 1697. wieder aufgehoben, und also die bereits vorhin solenniter resolvirte und beschlossene Confirmation vernichtiget worden, und befindet sich in dem erstern Decret und dem letztern, worinn man mir dieselbe denegiren wollen, dieser merckwürdige Unterschied: daß jenes eher nicht, als nachdem vorhero der Reichs-Hof-Rath wohlbedächtlich ein Votum an Euer Käyserl. Majestät abgelassen, und Sie auch Dero aller-gerechtigstem Gemüth nach, selbiges aller-gnädigst genehm gehalten, emaniret, das letztere abschlägige Conclusum aber, ohne vorhero wiederum Euer Käyserl. Majestät die Sache per votum vorzutragen, und die Ursachen solcher Aenderung zu repræsentiren, præcipitirt worden; Ja! Ich habe die zuverläßige Nachricht, daß, ob man zwar anfänglich, da wider das erste Conclusum

clusum Ein und Anders bey dem Reichs-Hof-Rath angebracht worden, der Nothdurfft erachtet, die Sache nochmahlen in deliberation zu ziehen, auch zu solchem Ende die Anteacta aus der Cantzley an den Reichs-Hof-Rath lieffern lassen, dennoch bey der den 23. Septembr. 1699. gehaltenen Session, worinnen das widrige Conclusum decretirt worden, nicht das geringste Stuck von gedachten Actis abgelesen, noch sonst daraus referirt sey, und also plane tumultuariè und ohne behörig zureichende Cognition und Untersuchung hierunter verfahren, und die mir gebührende, auch vorhin schon versprochene Confirmation verweigert worden. Wie nun solches mit deme, von Euer Kayserl. Majestät in Dero Wahl-Capitulation gethanen Aydlichem Versprechen, daß Sie nehmlich auf der Chur-Fürsten und Stände Anhalten, derselben von denen vorigen Röm. Kaysern erhaltene Concessiones und Privilegia jedesmahl unverweigerlich confirmiren wollen, conciliiren lasse, das stelle ich an seinen Ort, zum wenigsten ist es hart, auch an sich null und nichtig, daß man sofort auf des Ein- und des Anderen ungegründete Contradiction, ohn mir solche vorher communicirt, und mich darüber gehört zu haben, die Jura meines Chur-Fürstl. Hauses, die Ich nicht weniger, als mein Leben, zu vertretten schuldig bin, mir, wo nicht gar entziehen, dannoch unsicher und zweiffelhafftig machen, ja darwider noch mehr, als der Gegentheil selbst gebetten, erkennen und decretiren will; dann wie Ich schon erwehnet, so haben die obangeregte Contradicenten, dem Bericht nach, nicht simpliciter um die gäntzliche Verweigerung dieser Confirmation, sondern nur, daß Ihnen bey deren Ertheilung eine Declaration de non præjudicando gegeben werden möchte, gebetten, da man mir doch jetzt Mein deßwegen gethanes Ansuchen gäntzlich abschlägt, und dasjenige, was man schon einmahl versprochen, wieder zuruck nimmt. Euer Kays. Maj. sind gar zu gerecht, und gar zu erleuchtet, daß Sie das Unrecht und den Tort, welcher mir hierunter widerfähret, nicht vollkommentlich begreiffen sollen; Und deßhalben nehme Ich auch zu Deroselben meinen unterthänigsten Recours, gehorsamst bittend, Sie geruhen, besagtem Reichs-Hof-Rath hierunter behörige Verweisung zu geben, und Ihme per Decretum anzubefehlen, daß Er entweder, nicht weniger über dieses, als die andere Privilegia und Uhr-Kunden meines Chur-Fürstl. Hauses, mir die gesuchte Confirmation in behöriger Form ertheile, und doch wenigst an Euer Kayserl. Majestät deßwegen ein abermahliges Votum abstatte, und darinn vorschlage, wie Ich hierüber zu be-

friedigen, und es dahin zu richten, daß durch das gar zu empfindliche letztere Conclusum vom 23. Septembr. 1699. dieses mein Privilegium mir und meinem Chur-Fürstl. Hauß nicht strittig oder zweiffelhafftig gemacht werde; Solten Euer Kayserl. Majestät, wie Ich doch nicht glauben kan, in diesem Meinem gar gerechten und billigen Desiderio, wider besseres Vermuthen mir nicht fügen, so werden Dieselbe mir nicht ungnädig nehmen, wann Ich hierdurch zu Conservirung Meiner und meines Chur-Fürstl. Hauses Hoher Gerechtsame und Verfügnuß vor Derselben und aller Welt declarire, daß ich bey nicht erfolgender Confirmation, die auch ohnedem keinesweges de essentia ist, dennoch Mir, meinem Chur-Fürstl. Hauß und Posterität das offtbesagte Privilegium, neue Zölle in meinem Lande anzulegen, und bereits angelegte zu erhöhen, auch solches würcklich zu exerciren, und des mir daraus zustehenden Rechtens zu bedienen, kräfftig vorbehalte, wider das ungebührliche Decretum des Reichs-Hof-Raths, mit allem Euer Kayserl. Majestät Höchster Person schuldigem Respect, protestire, und mir quævis competentia darwider reservire, auch nicht zweiffle, Euer Kayserl. Majestät über diese Declaration, Protestation und Reservation mir einen Schein in behöriger Form außstellen lassen werden. Wie ich dann Euer Kayserl. Majestät darum unterthänigst ersuche, und im übrigen so lang ich lebe, jederzeit verbleibe, &c. Cölln an der Spree,

den $\frac{27.\ Jan.}{6.\ Febr.}$ 1700.

Existimavit Serenissimus Literarum harum Author, ut ex illis liquet, concessiones nomine officii & dignitatis Imperatoriæ ab Antecessoribus factas, morte eorundem minimè extingui, sed valere etiam absque Successorum confirmatione. Proinde semel justè indulta ac legitimè quæsita Jura & Privilegia non aliter nova confirmatione indigere ac opus habere videntur, quam si forte dubium & ambiguitas sit in verbis, vel alii sua contradictione vim ac virtutem Privilegii impugnare, & ne in Usum veniat, impedire conentur. Mevius *p. 5. dec.* 403. vel sinistra interpretatione illud eludere cupiant contra *l. 6. C. de Legib.* Potest tamen & ex aliis causis ipsorum interesse, Jurium ac Privilegiorum suorum ab Antecessoribus obtentorum confirmationem à Successoribus impetrasse, vid. Klock. *d. vol.* 1. *Cons. XI. n.* 14. Et cum plerumque lubentius servemus ea, quæ

quæ à nobis approbata ſunt, nec illa tam facilè in controverſiam trahi patiamur, non planè pro ſuperflua hæc Cæſaris confirmatio habenda, cum licet non ſit neceſſaria, utilis tamen & proficua quandoque omnino eſſe poterit.

VII.

Exigit A. B. ut ſtatim peracta electione Rex Rom. legitimè electus, priusquam in aliquibus aliis Cauſis ſive negotiis virtute Imperii adminiſtret, Univerſis & ſingulis Electoribus ſua Jura & Privilegia abſque dilatione & contradictione confirmet, unde Limnæus colligit, confirmationem hanc Privilegiorum Electoralium vi A. B. debere eſſe primum actum, quem virtute Imperii electus Rex Rom. peragat, à qua diſpoſitione hodiè mores hactenus receſſerunt, ut non ſtatim poſt peractam electionem Confirmatio hæc fieri ſoleat, ſed poſtquam cum Carolo V. ejusque Succeſſoribus in ea externa, qua hodiè conſpiciuntur forma, Capitulationes Electores inire cœperunt, in his Imperatores non minus reliquis Imperii Statibus, quàm Electoribus generaliter omnia ſua Jura & Privilegia confirmarunt, (eo ipſo, quo, ſi præſentes in Electionis Conclavi fuerunt, electi ſuper formata Capitulatione ſanctè obſervanda, cujus articulus tertius, noviſſimæ primus, in univerſum omnium Statuum Imperii Jurium ac Privilegiorum generalem confirmationem comprehendit, juramentum præſtiterunt, ſin abſentes fuere, idem per Procuratores fecerunt, ita tamen, ut poſtea ante Coronationis actum, ipſimet electi corporali juramento in eam adhuc in perſona ſeſe obſtrinxerint,) ſimulque in iisdem promiſerunt, ſe ſpecialiter quoque ad cujusque petitionem, auf gebührend Anſuchen, ſingulorum Electorum, cæterorumque Statuum Imp. & Nobilium immediatorum Jura & Privilegia, ſine ulla tergiverſatione vel contradictione, confirmaturos, quæ ſpecialis Confirmatio Jurium ac Privilegiorum cuique competentium hodiè communiter deinde fit poſt Coronationem Germanicam, quæ ſola modò adhuc in Uſu. Et licet plus ſolennitatis, quam juris habeat, cum non ſit neceſſaria pars dignitatis Imperatoriæ aut Regiæ, ſed Ceremonia tantum, qua populus ad majorem erga novum Regem vel Imperatorem venerationem excitatur, nihilominus Uſu invaluit, ut usque dum hæc Coronatio Germanica peracta, velut in ſuſpenſo locentur regiminis habenæ, nec niſi ſolenniter unctus Corona-

Vi A. B. ſtatim peracta electione præſtanda.

Hodie quando regulariter fieri ſoleat?

ronatusque Imperator functiones Imperatorias exerceat, quanquam nulla juris ratio obstet, quo minus validè etiam ante peractam Coronationem illa fieret. Ritè enim & legitimè peractæ electionis, quatenus acceptationem electi includit, effectus est plena Dignitatis & Potestatis Imperatoriæ Collatio, non tantum in Germaniam, sed omnes etiam alias regiones, quæ Germanorum Imperio aliquando subfuerunt, nec legitimo titulo exemptæ sunt, in specie in reliquias Imperii Romani & Regnum Longobardicum, vi Pacti istius ab Ottone III. cum Pontifice Gregorio V. initi, quo ab Ottone M. æterno & nullo unquam divortio solvendo vinculo facta conjunctio Regni Germaniæ cum Imperio Romano & Regno Longobardico confirmata, cautumque fuit, ut à Germanis electus Rex protinus quoque à Romanis pro Imperatore & à Longobardis pro Rege suo agnosceretur, quod pactum ex vetustissimo Codice Florentino nobis conservavit, notisque illustravit Theodoricus à Niem, Proto-Notarius Apostolicus, postea Episcopus Verdensis & Cameracensis, de *Juribus & Privilegiis Imperatoris. pag.* 248. ex quo idem nobis exhibet Goldastus *Tom. I. Constit. Imp. pag.* 221. & contra Baronii injurias defendit in *Rationali pag.* 29. ab Ivone Carnotensi verò in Compendium redactum refert Gratian. *distinct.* 63. *c.* 23. Idque per textum A. B. *C.* 2. *§.* 5. ibi: *virtute Imperii.* Limn. *ibid. Obs.* 5. *n.* 3. *&* 5. Quia Electio idem jus tribuit electo, quod Successio Successori; At ei, qui ad Regnum natus, eveniente successionis casu, statim debetur Regis Nomen & Potestas, etiam ante Coronationem. Ergo etiam legitimè electus idem jure prætendit, quo itidem collimant verba Procemii Capitulationis: zur Ehre und Würde des Römisch. Königl. Nahmens und Gewalts erhoben. Ac regulariter quidem hodie peti solet ab Electoribus, cæterisque Statibus ac Membris Imperii, quando Feudorum suorum Regalium investituram ab Imperatore accipiunt, vel quando ipsis eam petere lubet.

VIII.

De Confirmatione duplici, primo nomine Regali facienda,

Quod autem A. B. in verbis *: Confirmationem autem hujusmodi Electus ipse cuilibet Electori in specie primo suo nomine Regali faciet, & deinde sub Imperiali Titulo innovabit, & in his ipsos Principes in genere & quemlibet eorum in specie nullatenus impedire, sed potius absque dolo gratiosè tenebitur promovere*, disponit, quod confirmationem, quam fecit legitimè

mè electus *ut Rex Romanorum*, postea *ut Imperator* renovare debeat, hodiè minimè observatur. Non intelligit hic Carolus IV. Imp. per Regem Rom. quę hodiè ita appellamus, qui nempe vivo & rerum adhuc potiente Imperatore electus est, eique in partem curarum pro Salute Imperii adjunctus est, ut Cæsaris legitime deficientis certus & indubitatus sit Successor, & summa interim post eum existimatione in Imperio gaudeat, Imperatore autem absente vel impedito, Imperium moderetur ac regat; Sed eum, qui vacante Imperio electus, à Pontifice Romano autem nondum coronatus est. Nam invaluit à temporibus Caroli Calvi superstitiosa & depravata Opinio, qua sede quoque Imperiali vacante electi Cæsares ante Coronationem & Inaugurationem Pontificis se in publicis monumentis non Imperatores, sed Reges Romanorum tantum appellarunt, nec ab aliis itidem non inaugurati aliter, quam Reges Romanorum tantum salutati sunt, ab eo vero tempore, quo coronam ab eo susceperunt, Titulum Imperatorum Roman. usurparunt, & ab ea ceremonia Imperatoriæ potestatis exercitæ initium repetierunt, quâ erroneâ ac præposterâ persuasione etiam imbutus fuit Carolus IV. Imp. Author A. B. dum sæpius in constitutione suâ mentionem fecit *electi Regis Romanor. in Imperatorem promovendi*, np. per coronationem Pontificis, falsò persuasus, ad implementum Imperatoriæ dignitatis necessariam esse Inaugurationem Pontificis; in quo errore etiam alii ex ejus successoribus hæserunt. Cum tamen inanis hujus opinionis levitatem & perniciosæ persuasionis temeritatem satis jam detexisset & destruxisset Ludovicus Bavarus Imp. promulgata A. 1339. Constitutione, relata à Goldasto *Tom. I. Constit. Imper. pag.* 335. Leibnitio *C. I. G. D. Part. I. n. 76. pag.* 148. qua decrevit, Papam nihil prorsus juris aut potestatis in Imperio habere, nec convenire illi partem ullam Jurisdictionis Civilis in Sacro Rom. Imperio, electumque in Imperatorem ex sola electione, antequam à Pontifice coronatur, plenum jus imperiale & potestatem Imperatoriam consequi, ac qui Imperatorem à Principibus electum sine Romanæ Sedis confirmatione Jura Imperii exercere & administrare non posse, asserere ausi fuerint, læsæ Majestatis reos omnibus feudis ab Imperio pendentibus, Privilegiis & immunitatibus à Prædecessoribus concessis, ipso facto ac Jure spoliatos declaravit. Quam Constitutionem similis argumenti Decretum ab Electoribus factum præcessit, quod à prælaudato Imperatore Con-

& deinde sub Imperiali titulo innovanda, in A. B. memorata.

Constitutione sua confirmatum & per omnes Germaniæ Provincias divulgatum, minimè vero non longè post antiquatum & abrogatum fuit, ut falsò asserit Onuphrius Panvinius *de Comitiis Imp. Cap. ult. in fin.* Quinimò cum anno 1349. Papa Clemens VI. Imperatoris Guntheri Schvvartzburgici administrationem Imperii irritam reddere præsumeret, quod absque Papali Confirmatione suscepta esset, ipse Edicto publicato palam fecit, Pontificem secundum omnia Jura, divina ac humana, subesse debere Imperatori & Imperio, nec Imperatorem in temporalibus Pontifici aut ulli personæ in his terris subjectum esse. Edicti laudatæ Constitutionis Ludovicianæ Confirmatorii tenorem exhibet Goldast. *Tom. III. Constit. pag.* 414. Cortrej. *ad Pac. Relig. art.* 16. *n.* 24. ubi in antecedentibus & consequentibus egregiè probat, Imperatorem tam in Secularibus quam Ecclesiasticis Pontifice Superiorem esse, quod ipsum ingenue etiam probavit Theod. à Niem, qui in quinque Pontificum aulis vixit, & intimus eorum fuit Secretarius, apud Goldastum *in Tom. II. Monarch. S. R. Imp. pag.* 1477. *seqq.* add. Rudolphi I. Imp. Responsum, quod dedit, cum ad Coronam Imperialem accipiendam invitaretur, apud Goldast. *Tom. I. Constit. Imp. pag.* 311. quibus jungi meretur Rescriptum Maximiliani I. Imp. apud Dn. Datt. *de Pac. Publ. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 30. Georg. Sigism. Seldii Bedencken an Kayser Ferdinand. I. von der Wahl, apud Goldastum Polit. Reichs-Händel *pag.* 167. Arum. *vol.* 2. *Disc. XV. pag.* 521. *seqq.* Cum ergo ex conficta & falsâ persuasione profluxerit ista A. B. dispositio de innovatione sub Imperiali Titulo facienda Confirmationis Privilegiorum, antea Regali nomine factæ, mirum non est, illam non observari, & ipsam Coronationem Romanam à Caroli V. temporibus planè omissam esse, eò quod magnis sumptibus peracta, parum autem profuerit, adeoque nunc eam ab Usu ferè recessisse.

IX.

Objectum Confirmationis istius.

Sed veniamus ad objectum, quod constituunt vi *A. B.* omnia Electorum, vi *Capitulationum Impp.* autem omnia, omnium Statuum & Nobilium Immediatorum aliorumque Membrorum Imperii Jura & Privilegia. Quæ Electoribus specialiter præ cæteris Principibus & Statibus Imp. reliquis competunt Jura ac Privilegia, atque à Cæsare ipsis vi A. B. confirmanda veniunt, melioris ordinis gratia distinguimus in *Generalia*, quæ universis Electoribus sunt Communia.

munia. *Specialia*, quæ alterutri illorum Ordini, nimirum vel Ecclesiasticis, vel Secularibus, seorsim competunt; *Specialiora*, quæ nonnullis ex altero Ordine in specie quæsita ac confirmata sunt, ac denique *Specialissima*, quæ singulis speciatim concessa.

X.

Jura præcipua universis Electoribus communia.

Jura & Privilegia omnibus Electoribus communia, ipsis jure Præcipui præ cæteris Statibus competentia, sunt I. quod singulare & Primarium Collegium, separatamque & peculiarem Curiam seu Senatum, reliquorum Principum Curiæ seu Senatui contradistinctum in Conventibus Imperii Universalibus & Particularibus Deputatorum Imperii, constituant, daß sie einen besondern oder gesonderten Chur-Fürsten Rath haben, idque à temporibus Friderici III. Imp. vel ab initio Seculi XV. Eò usque enim Electores cum reliquis Principibus in uno eodemque Collegio conjuncti, & Status Imperii universi in Comitiis Imperii Universalibus, in duas saltem Curias, Principum nempe & Civitatum, der Fürsten und Städte Rath, divisi fuerunt, dicto autem tempore Electores se à Principibus reliquis separarunt, suasque peculiares Consultationes instituerunt, & sic ex duabus tres Curiæ enatæ sunt, quod non præcise contigit in Conventu Francofurtano anno 1489. ut tradidit Lehmann. *Chron. Spir. lib. 7. c.* 120. Limn. *Tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 1. n.* 132. & alii, quorum sententia in communem opinionem transiit, sed jam in Comitiis anno 1455. Neostadii habitis, in Diaeta Norinbergensi de anno 1467. Ratisbonensi de anno 1471. nec non Conventu Francofurt. an. 1486. Electores separatam Consultationem habuerunt, ut videre est apud Joh. Jac. Müllerum im Reichs-Tags *Theatro* in der 6. Vorstellung *c. 2. p.* 8. *cap.* 3. *§.* 2. *& cap.* 42. *pag.* 173. imo jam tum ab initio Seculi XV. Statuum Imp. in Comitiis Imp. universalibus tres curias fuisse, & sic Electores separatum suum Senatum habuisse oportet, si veritate nitantur, quæ ex supplicatione Civitatum Imper. pro adstruendo voto, & Sessione Comitiali, ab ipsis exhibita Montags nach Invocavit 1524. & ex Libello, so der ehrbaren Frey- und Reichs-Städte Gesandten der Röm. Kayserlichen Majestät Ihrer der Städte Stimm und Stand-halben übergeben haben zu Speyr die 6. Maji anno 1544. adducuntur à Dn. Dattio *de P. P. lib. 1. c. 29. n.* 23. 24. 28. 29. & laud. Müller *cit. c.* 42. *§.* 4. In A. B. vero separatæ hujus Electorum à Principibus consultationis in Comitiis

mitiis Universalibus argumenta frustra quæruntur; Et qui ex Alberto Argentinensi ad annum 1333. jam ante A. B. sub Ludovico Bavaro Seculi XIV. initio publicam separatam, Electorum, Principum, ac Civitatum consultationem hodiernæ similem fuisse probare conantur, quam incerto nitantur fundamento, ostendit B. Dn. à Kulpis *Diss. de Placitis Ordinum Imp.* §. 11.

XI.

II. Hoc illorum Jus stabilitur Fraterna Electorum Unione, Chur-Fürstl. Vereinigung, quæ est conventio inter S. R. G. Imperii Electores unanimi consensu inita, ab Imperatore confirmata de mutuis auxiliis sibi invicem pro viribus præstandis, in tuenda & promovenda ipsius Imperii salute & tranquillitate, ipsiusque Collegii Electoralis & singulorum ejus membrorum dignitate & authoritate, juribus, prærogativis & privilegiis sartis tectis conservandis. Estque vel Universalis, vel Particularis. Illam inierunt Electores omnes inter se, Bohemo excepto. Particularem quatuor Electores ad Rhenum Vesaliæ Anno 1519. contraxerunt. De tempore, quo Unio Universalis Electorum primum inita sit? ingens inter Doctores est concertatio, & diversæ de eo illorum sunt sententiæ. Causa dissensus exorta est ex defectu Instrumentorum, quibus caruerunt plerique. Nos primam Unionem universalem sub Ludovico Bavaro Imp. in Rems ad Rhenum An. 1338. initam dicimus, cujus Copiam nobis exhibet Lunig. Reichs-*Archiv Part. spec. p.* 218. Secundam deinde An. 1399. iniere sub Wenceslao, quem Anno sequenti 1400. exauctorarunt, quæ reperitur apud eundem *d. l. pag.* 219. Tertia inita est ab ipsis Anno 1424. sub Sigismundo Imp. quam una cum prioribus exhibet etiam Müllerus im Reichs-Tags *Theatr. P.* 1. *C.* 24. *pag.* 299. Quarta eracta est inter ipsos sub Alberto II. Imp. A. 1438. occasione controversiæ enatæ inter Eugenium IV. Pontificem & Concilium Basiliense, exhibita à Lunig. *d. l. pag.* 227. Quinta constituta est sub Friderico III. Imp. Anno 1446. Francofurti. Et hæ omnes extant apud Müllerum *P.* 1. *C.* 24. *pag.* 283. *seqq.* ubi etiam ostendit, qua occasione quælibet enata. Sexta condita est Anno 1502. Gelnhusæ sub Maximiliano I. quæ reperitur apud Lunig. *d. l. pag.* 238. Septima Anno 1521. sub Carolo V. Imp. inita, extat ap. Lunig. *d. l. pag.* 244. quæ meminit duarum priorum. Octavò renovata est mense Nov. 1652. sub Ferdinando III. Pragæ Bohemorum per Juramentum, quod Joh. Georgius I. Elector Saxon.

Saxon. Collegii Electoralis Senior à præsentibus Collegis exegit & postmodum ipse præstitit, ut tradit Thulden in *Histor. ad d. Annum 1652. pag.* 29. quomodo vero id ab Electore Brandenburg. Friderico Wilhelmo Dresdæ eodem Anno factum, refert Puffendorf. *Histor. Brandenburg. lib.* 3. §. 64. Autor **des Europ. Herolds/** *Part.* 1. *p.* 186. Vi cujus unionis fraternæ, inter alia, laudatus Elector Brandenb. Frider. Wilhelmus cum exercitu 20000. Virorum Anno 1674. in Alsatiam tendit in Comitis Palatini favorem, cujus ditiones à Gallis devastatæ. vid. Puffendorf. *Histor. Brandenb. Lib.* 12. §. 45. 46. *& libr.* 13. §. 3. Particularis illa Vesaliæ *Anno* 1519. inita occasione Interregni, quod post mortem Maximiliani I. qui obiit d. 12. Januar. 1519. ortum, ad tempus illius interregni primum modò restricta fuit, obligarunt enim se IV. Electores Rhenani ad mutuam defensionem sibi invicem præstandam, **bis so lang ein Röm. König und weltliches Haupt der Christenheit einmüthig erwehlet, und fürter mit der Königl. Cron, wie sich gebühret, gekrönet sey, und nicht länger.** Unde etiam alii concludunt, in Capitulationibus Cæsar. aliam intelligendam, quam hanc. Ast cum de alia Particulari inter Electores Rhenanos inita Unione non constet, nec à quoquam hactenus alia producta, inferimus potius eandem saltem tacitè, si non expresse, fuisse renovatam & continuatam, hincque stipulatam Confirmationem Imperatoriam in Capitul. Matthiæ *Art.* 5. versic. **Gestalt Wir dann auch der Chur-Fürsten gemeine und sonderbahre Rheinische Vereinigung, als welche ohne das mit Genehmhaltung und** Approbation **der vorigen Kayser rühmlich aufgerichtet, so wohl in diesem, als allen darinn begriffenen Puncten, auch Unsers theils approbiren und confirmiren thun. ꝛc.** & omnium sequentium Imperatorum Capitulat. in quibus iisdem ferè verbis hic versiculus ita repetitus, cum Dn. Joh. Henr. Feltzio *in Disp. de Elector. Jur. prærogativ. pag.* 45. ad quam Disput. & nostræ Introduct. *Part. Spec. Sect.* 2. *c.* 2. *n.* 5. 6. *seqq.* provocamus, & nos remittimus, ut inde reliqua Jura & Privilegia omnibus Electoribus communia Jure præcipui ipsis præ reliquis Principibus & Statibus competentia petantur, cum si hæc omnia recensere hic vellemus, paginæ nimis excrescerent.

XII.

Specialia Electoribus Ecclesiasticis seorsim competentia Jura potissima sunt:

Specialia Electorum Ecclesiasti-corum.

I. Quod ipsi sint Archi-Cancellarii Imperii, Moguntinus per Germaniam, à temporibus Ottonis I. cujus filius Wilhelmus, Præsul Moguntinus, ab Optimo Parente suo Sedi Moguntinensi hanc prærogativam obtinuit, ut Moguntini Antistites perpetuò Rom. Germ. Imperii Archi-Cancellarii essent; Habuerunt autem habentque etiamnum hi semper in Aula Curiaque Imperatoris suum Vice-Cancellarium, vid. Capitul. Leopold. *Art.* 40. Joseph. *Art.* 39. Caroli VI. *Art.* 25. qui nomine & loco Archi-Cancellarii literas & Diplomata Cæsaris subscribat & recognoscat, rarissimeque ipsimet Archi-Cancellarii hoc recognitionis munere perfuncti, ut hinc rectè notaverit Mallinkrot. *in tract. suo doctiss. de Archi-Cancell. & Cancell. S. R. G. Imperii sub Carolo M. Se post S. Bonifacium* (qui primus ex Moguntinis hoc munus gessit anno 752. sed adhuc sine jure id ad Successores in Episcopatu transmittendi,) *paucissimos ex Archi-Cancellariis reperisse in illis Regum Cæsarumque Diplomatibus, licet satis curiosè inspectis & collatis, quæ publici juris factæ, aut alias ad notitiam ipsius pervenerunt, qui ipsimet recognitiones subierint ad tempora usque Caroli V. Imp. ac observasse, ne tunc quidem priscis illis temporibus Moguntinum aliosve id muneris per se obiisse, quando in Aulis Curiisque Impp. præsentes interfuerunt, ut plurium Diplomatum fide probari possit, idque ipsum hodierno etiam tempore regulariter adhuc obtinere.* Et sub Ferdinando III. Imp. idem scribit: *Rarissimum fuit, ab ipsismet Archi-Cancellariis recognitiones fieri, ut in superioribus me dixisse memini, ejusque rei vix quatuor aut quinque exempla hactenus mihi observare datum est, ad Imperium Caroli V.* Consentit ei Wagenseil *de summis Imp. Officialibus & suboffic. c.* 3. §. 1. Trevirensis per Galliam Belgicam nempe, seu Lotharingicam & Regnum Arelatense, à temporibus Friderici II. Coloniensis per Italiam, à temporibus Friderici I. sub cujus Imperio varia Diplomata à Coloniensi Archi-Episcopo ceu Archi-Cancellario Imperii per Italiamrecognita reperiuntur, ex quibus antiquissimum esse videtur, quo Imperator Fridericus Barbarossa Henrico II. Episcopo Leodiensi privilegia & possessiones anno 1159. apud Civitatem Tridentinam confirmavit, cujus subscriptio hæc est: *Ego Arnoldus Coloniensis Archi-Episcopus & Italici Regni Archi-Cancellarius recognovi.*

II. Quod ipsi ab Impp. communiter appellentur Nepotes, unsere liebe Neven und Chur-Fürsten, non modo à Friderici III. Imp. temporibus, ut Heigius, Cluten & Bertramus opinantur, sed jam ab Henrici IV. ævo, qui ad horum Electorum exemplum etiam Albertum

tum, Episcopum Bambergensem, dilectum suum Nepotem vocavit, apud Goldastum *Tom. 1. constit. Imp. pag.* 231.

III. Quod ad conventus Electorales & Imperii, cum pleno jure sessionis & suffragii, etiam à Pontifice nondum confirmati & infulati, necdum ab Imperatore investiti, admittantur ex notissima Imperii Praxi, Magnif. Dn. Præses in *Introduct. Sect. I. c. 2. n. 9.*

IV. Quod banno Imperiali non subjaceant, sed loco ejus privatione Regalium & Privilegiorum ac bonorum Imperii puniantur. Limn. *Lib. 3. c. 3. in fin.* Quod tamen Statibus Ecclesiasticis aliis commune est. R. I. *de anno* 1544. §. 63. R. I. *de anno* 1542. §. 102. Land-Fried *de anno* 1548. *art.* 22.

XIII.

Specialia Electoribus Secularibus competentia Jura sunt: I. Quod sint Archi-Officiales S. R. G. Imperii, Rex Bohemiæ nempe Archi-Pincerna, Elector Bavariæ Archi-Dapifer, Elector Saxoniæ Archi-Marschallus, Elector Brandenburgicus Archi-Camerarius, Elector Palatinus Archi-Thesaurarius; Elector Brunschvvigo-Luneburg. Hannoveranus quodnam tandem accepturus sit officium Electorale, dies propediem docebit. Quæ officia, excepto Archi-Thesaurariatu, quem Anno 1651. Palatinus per Pacem Westph. restitutus assumpsit, ipsi gesserunt, antequam Electoralem dignitatem nacti, imò eadem causa fuerunt, cur Dignitas Electoralis istis familiis, quæ officiis istis & ob ea authoritate, reverentia, potentia, dignitate reliquis Principibus præpollure, acquisita & hæreditaria facta sit. Albert. Stadens. *in Chron. fol.* 125. Specul. Saxon. *Lib. III. art.* 57. & Sueviæ, *lib. 1. c. 29.* §. 2. Quo tempore autem hæc officia hæreditaria facta, & certis his familiis, quæ iisdem hodiè coruscant, acquisita sint, cum de eo variè Dd. sentiant, nobis præ cæteris probabilis videtur sententia Clarissimi Wagenseilii, id factum esse Ottonum tempore, quam exposuit *in tr. de summis Imp. Official. & sub-Offic. cap. 15. n. 4. sqq.* Investiuntur vero de iisdem, perinde ut Electoratibus, non ab Episcopo Bambergensi, ut nonnulli somniarunt, sed ab Imperatore. A. B. *cap. 7.* §. 2. *&* 3.

Secularium.

II. Quod ex singulari Jure primogenituræ, nunc passim quoque in aliis Principatibus introducto, in Electoratibus succedant, vi A. B. *c. 7.* §. 3. *& c.* 25. successione in primogeniti linea tamdiu continu-

ante, donec ea in masculis defecerit, ac dein ad secundogeniti lineam, hac extincta, ad tertiogeniti lineam, & sic porro transeunte, consequenter magis in ea ad lineæ, quam gradus proximitatem respiciendum sit, quemadmodum id nuper Anno 1685. observatum in Palatinatu Inferiori post mortem Caroli Comitis Palatini & Electoris, concurrente Philippo Wilhelmo Comite Palatino Neoburgico cum Leopoldo Ludovico Comite Palatino lineæ Veldentinæ, qui de successione cum illo contendebat. Prior nitebatur prioritate lineæ à communi stipite descendentis, vi A. B. *c.* 25. & quæ hujus uberiori declarationi servire debuit, Constitutionis Sigismundi Imp. de Jure & Successione Electorum Palatin. de An. 1417. & 1434. apud Goldastum *Tom. I. Constit. Imp. pag.* 398. extantis, nec non Pactorum Gentilitiorum Pace Westphalica *Art. IV.* §. 10. confirmatorum, & Hallæ Suevorum Anno 1685. modo paulo ante mortem Caroli repetitorum, ante omnia attendenda. Alter causam suam & coram Imperatore & in Comitiis agens proximitatem gradus allegabat, vid. literas apud Lunig. **in der Teutschen Reichs-Canzley** *Tom. VIII. n.* 74. at vicit prior, qui ab Imperatore Augustiss. Leopoldo de Electoratu investitus eundem ad filios transtulit.

III. Quod Anno decimo octavo completo legitimæ ætatis esse censeantur & pro Majorennibus ac ad administrationem Electoratus, aliarumque ditionum, nec non exercenda alia Jura Electoralia capacibus habeantur. A. B. *c.* 7. §. 2.

IV. Quod Successuro in Electoratu, si illius ætatis defectum patiatur, & annis 18. minor sit, proximus agnatus justæ ætatis existens, quam jus commune in Tutore requirit, Tutor constituatur, ita, ut ei alius per testamentariam dispositionem regulariter anteponi nequeat. A. B. *c.* 7. §. 3. Joh. Zeschlin. *de Tutel. legit. Cap.* 6. *n.* 113. *seqq.* Magnif. Dn. Præses *Sect.* 2. *c.* 3. *n.* 11. qui simul & reliquorum filiorum Electoralium tutor est legitimus, donec primogenitus 18. compleverit annum, quo adimpleto Tutor ipsi citra moram, una cum ipsa Electoratus ac reliquarum ditionum plenaria administratione & regimine, frustra hæc Tutori denegante Coccejo *Diss. de Tutela Illustri cap.* 3. §. 5. *& in Jurisprud. Publ. c.* 29. *n.* 17. *seq.* vid. Textor *in Jur. Publ. Stat. c.* 8. *n.* 127. *seqq.* Jus voti in Electione Cæsarea, potestatem exhibendi officia Electoralia in actu Coronationis & quæ his similia, tutorium quoque officium, quod in reliquos fratres hactenus exercuit resignare debet.

V. Quod

V. Quod virtute Regni & Electoratuum, etiam ante collatam ab Imp. investituram, Regem Rom. & Imperatorem eligant, ac ad conventus quoscunque admittantur. Magnif. Dn. Præses *Sect.* 1. *c.* 2. *n.* 9.

VI. Quod ut Electores Ecclesiastici **Neven**, sic hi communiter ab Imperatore **Oheimen** vocentur, quod tamen non adeo stricte observatum apparet **aus der Handlung des Friedens** Maximiliani I. de anno 1495. pr. collata cum Ordinat. Regim. de anno 1500. tit. **Verbindung der Kayserl. Majest.** ut vel inde satis appareat, appellationes has meræ benevolentiæ contestandæ causa usurpatas fuisse.

XIV.

Speciale Saxonis & Palatini.

Speciale Saxoni & Palatino A. B. *c.* 5. & Capitul. Imperat. Leopoldi: *art.* 36. Josephi: *art.* 35. Caroli VI. *art.* 3. vers. **wollen auch die** *Vicarios.* ac confirmatum Jus est Vicariatus, ad evitanda Interregni incommoda, quæ non minima Germania nostra præsertim ante Rudolphi I. & Ludovici IV. Bavari electionem sensit, introductus, quo uterque in terris & ditionibus Imperii sibi assignatis jamdiu ante A. B. gavisus, ut dubium nobis nullum sit, utrumque A. B. longe antiquiorem esse, & omni tempore ipsis parem cum Imperatore fuisse potestatem, ita, ut omnia jura, quæ Imperatori competunt & ipsi eo modo, quo ille exercere valeant, nisi quæ specialiter iis interdicta, & futuro Imperatori reservata in A. B. *d. c.* 5. *princ.*

XV.

Specialissima Moguntini.

Specialissima Jura & Privilegia Archi-Episcopi & Electoris

MOGUNTINI quæ sint, quatenus est Primus Elector ac Archi-Cancellarius Imp. recenset Magnif. Dn. Præses *Sect.* 2. *c.* 4. *n.* 2. *& seq. n.* 3. quæ sibi vindicet vi Primi Metropolitanatus & vi primi Principatus, hic ergò repetere meritò supersedemus, add. Lunig. **Reichs**-*Archiv. Part. Spec.* **dritte Abtheilung/ erster Absatz/** *& Part. Spec. Contin. I.* **dritte Abtheilung/ erster Absatz von Chur-Maynz.**

Trevirensis.

TREVIRENSIS sunt: 1. quod sit Primas & Vicarius Apostolicæ Sedis per Galliam Belgicam. vid. Kyriander *in annal. Trevir. p.* 11. *fol.* 108. 109. 111. 2. hoc singulare habet Privilegium à Ludovico IV. Bavaro Imp. quod omnia feuda Imp. in Ipsius Archi-Episcopatu aperta, si in pretio non excedant 6000. marcas argenti, quarum una 8. thaleros constituit, *R. I. de anno* 1566. §. 151. ad ipsum devol-

vantur, & Archi-Episcopatui incorporare possit, Besold. voc. Reichs-Lehen. quod num unquam in usum venerit, dubitat Sprenger in *Lucern. moderni Status Imp. pag.* 103. 3. Ipse Supremus Tutor est omnium suorum subditorum ac Vasallorum in ætate pupillari constitutorum, quibus hinc subordinatos Tutores pro arbitrio constituit, & usque dum puberes illi fiunt, omnes reditus ex bonis ipsorum percipere & retinere pro se potest, si modò necessaria ipsis suppeditet. 4. A se excommunicatos, si intra annum se cum Ecclesia non reconciliaverint, in bannum declarare potest, æquali cum effectu ac si ab Imperatore & Imperio declarati essent. Conf. Diploma Caroli IV. Imp. confirmationem omnium Jurium & Privilegiorum Archi-Episcop. & Ecclesiæ unquam concessorum per complexum enumeratorum continens, apud Kyriander *part.* 15. *annal. Trevir. p.* 519. quod forsan specimen liberalitatis illius, qua Wenceslao regnum emit, datum 2. Calend. Junii 1376. quod exhibet etiam Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Spec. Cont.* 1. dritte Abtheilung, anderer Absatz, *N. XXVIII.*

Coloniensis.

COLONIENSIS Jus præcipuum in eo consistit, quod in suo Archi-Episcopatu solum, extra illum vero, & Archi-Episcopi Moguntin. Archi-Episcopatum cum Moguntino per vices Imperatorem coronet, vi Transactionis de anno 1657. confirmatæ per Capitulat. Imp. Leop. *art.* 37. Josephi *art.* 36. Caroli VI. *art.* 3.

Bohemi.

BOHEMI 1. quod Officum Electorale Imperatori non teneatur sub Corona Regali exhibere, nisi libera voluntate id facere velit, per A. B. *c.* 27. §. 5. & Constit. Alberti I. Imp. *de anno* 1299. apud Lunig. R. *A. Part. Spec. Contin. I.* unterm Königreich Böhmen. *N. XI. pag.* 11. nec non Constit. Ruperti Palatini, apud eundem *d. l. N.* 37. *pag.* 44. 2. quod investituram & Regalia feuda in finibus Regni sui, aut certè finitimis locis non plus decem vel quindecim milliaribus à Regno suo distantibus recipere queat, nec Aulam Cæsaris petere teneatur ex Privilegio Friderici III. de Anno 1462. ap. Lunig. *Part. Spec. Contin. I.* unterm Königreich Böhmen, *N.* 67. *pag.* 85. 3. quod post peractam investituram ex singulari Friderici III. Privilegio ipsi integra & illæsa vexilla restitui debuerint. 4. à Friderico II. Speciale obtinuit Privilegium, quod ad ullam Curiam venire non debuerit, nisi quæ Bambergæ, Norinbergæ vel Merseburgi celebratæ, Lunig. *d. l Num.* 11. *pag.* 4. quod postea immutatum quoad Merseburgum Privilegio Friderici III. de Anno

Anno 1462. apud Lunig. *d. l. pag.* 85. Unde accedente Wenceslai socordia, Uladislai pueritia, aliisque causis intervenientibus, tandem secuta est Regum Bohemiæ exclusio à plerisque Imperii deliberationibus, exceptâ electione Imperatoris. 5. Quod sic amissum votum & Sessionem in Comitiis Imperii Universalibus & Particularibus, præterquam in Electione Imperatoris vel Regis Romanor. quod semper salvum retinuit, per Conclusum trium Collegiorum *de d.* 30. *Junii* 1708. & Decretum Cæsaris *de d.* 6. *Sept.* 1708. jam recuperaverit, atque in Protectionem Imperii receptus sit sub conditione conferendi ad necessitates publicas Imperii, quantum Electores aliàs conferre consueverunt. Europäische Staats-Cantzley *Part. XIII. cap.* 9. *pag.* 401. *seqq.*

BAVARI Jura postquam ipse de Electorali dignitate Anno 1623. investitus, & in proscripti Palatini locum suffectus, constiterunt in prætensionibus, quas fecit in Vicariatum & alia in Palatina Familia ab antiquo radicata Jura & officia, in quæ tamen omnia Palatinus Carolus Ludovicus, Pace Westphalicâ *art. IV.* §. 5. 6. restitutus, & de quibus proscripto nuper Bavaro, Palatinus rursus Anno 1708. nominatim investitus, eademque etiam nuperrimi interregni tempore actu exercuit. Num autem futuris temporibus Bavarus nunc Pace Badensi *art.* 15. in omnia sua feuda, Jura & officia plenè restitutus, prætensiones pristinas resuscitaturus sit, vel acquieturus, dies docebit. Bavari.

SAXONIÆ ELECTORIS Jura ac Privilegia recenset Magnif. Dn. Præses *Sect.* 2. *c.* 5. *n.* 9. 10. inter quæ est, quod in adventu Imperatoris Ordines instruat, omnesque Imperii Status præcedat. De quo Jure tempore Coronationis Caroli V. Imp. Anno 1520. Friderico Electori Saxon. in introitu Civitatis Aquisgranensis mota controversia à Duce Juliacensi Johanne, qui istis in locis præequitare voluit, & cum res aliter componi non posset, Dux Juliacensis Jure salvi conductus, quod ipsi istis in locis competiit, cum suis copiis è vestigio prorupit, Civitatem ante omnes ingressus. Saxo autem ultra horæ quadrantem Carolum V. Regem & Ordines detinuit, tandemque omnem Comitatum Cæsareum in urbem deduxit, quod fecit, ne suo juri quid detraxisse videretur, referente Hartm. Mauro *in Histor. Coronat. Caroli V.* ap. Goldast. *Polit. Imperial. Part.* 3. *pag.* 267. *seqq.* 2. Pariter super prægestatione Gladii in Coronatione Wenceslai Anno 1376. Aquisgrani peracta Saxonia.

cta inter Caroli IV. Fratrem Wenceslaum Ducem Lucenburgensem, Lotharingiæ & Brabantiæ, & ipsum Electorem exorta est controversia. Prospexit vero postea Juri Electoris Saxoniæ hac in re, per peculiare Decretum de dato Constantiæ die Dominica Quasimodogeniti 1415. Imperator Sigismundus, quod refert Lunig. Reichs-*Archiv. Part. Special. p.* 2. *pag.* 5. Müller im Reichs-Tags *Theatr. p.* 1. *c.* 6. *p.* 84. 3. Quia Elector Saxoniæ est Patronus, Protector & Judex Buccinatorum & Anacaristarum, der Hof- und Feld-Trompeter, Hof- und Heer-Paucker, Societas Buccinatorum & Anacaristarum Electoralis Saxonica, die Chur-Sächsische Cameradschafft, jurisdictionem prætendit in omnibus causis artem illorum concernentibus, inter quoscunque illæ versentur, ita, ut omnium Aularum Germanicarum Buccinatores & Anacaristæ controversias suas dictæ societatis cognitioni ac dijudicationi submittere debeant. Quod jus quidem in Conventibus, ubi Archi-Mareschallatus jura exercentur, minimè in dubium vocatur, in controversiam tamen venit circa exortas lites Buccinatorum & Anacaristarum Aulicorum, quarum definitionem cujuslibet Aulæ Mareschalli sibi vindicant, & jure quidem ex sententia Perillustris Dn. Baronis de Lyncker, Consiliarii Imper. Aulici *dec.* 1351. licet Societas Saxonica jurisdictionem suam velit esse universalem. Privilegia Buccinatoribus à Ferdinando II. & III. Anno 1630. & 1653. concessa exhibet Lunig. Reichs-*Archiv. Part. General. pag.* 558. 4. Electores Saxoniæ olim Comites Palatini Saxoniæ fuerunt, jam verò titulo hoc abstinent, nec eo amplius utuntur, in insignibus tamen Aquila expansa aurea coronâ insigni Palatinatum adhuc repræsentant, de quo vid. Casp. Henr. Hornii Disput. *de Comit. Palat. Saxon.* Struv. *Diss. de Offic. Imperii Saxon. Sect.* 1. 5. Iidem à primis Reformationis per Divum Lutherum factæ temporibus Directorium in causis religionem A. C. concernentibus plerumque in Comitiis exercuerunt. Vid. Mantissa V. apud Authorem Medit. *ad Instrum. Pac. Westphal.* subjecta Specim. VIII. *ad art. VIII. §. 3. pag.* 1547. Postquam autem non tantum Modernus Elector Saxoniæ Fridericus Augustus Anno 1697. sed nunc Anno 1717. etiam unicus Princeps hæredit. Electoralis Religionem Romano-Catholicam palam & publicè professus est, ingens de hoc Directorio Evangelico inter Status hujus religionis exortum est certamen in Comitiis, necdum compositum, num illud in Domo Saxon. ulterius, ad modum,

dum, quo hactenus administratum, continuandum, vel alii ex Statibus hujus religionis & cui committendum, prout varia scripta in loco Comitiorum hanc in rem edita demonstrant. vid. Europäische Staats-Cantzley *Part. XXX. cap. 7. & Part. XXXI. cap. 5. 6.* Elector Saxoniæ, ut Marchio Misniæ, anno 1350. ab Imp. Carolo IV. Privilegium obtinuit über das Reichs Ober-Jäger-Meister-Ampt, quod Privilegium ab Imper. Leopoldo, Joh. Georgius II. Elector an. 1661. sibi confirmari petiit, referente Auth. des Europ. Herolds *pag.* 257. & ab Imp. Josepho sibi renovari fecit Elector Fridericus Augustus Anno 1708. Lunig. Reichs-*Archiv Part. Spec. part. 2. p.* 246. 7. Electores Saxoniæ sind zu Quedlinburg belehnte Erb-Vögte gewesen, und haben deßwegen daselbst sowohl in der Stadt als aufm Lande, ausser den Erb-Gerichten in der Stadt, so die Abtißin zu exerciren, viel hohe Rechte ausgeübet, worinnen benanntlich die Erb-Vogtey und Churfürstliche Sächsische eximia & ampla Jura bestanden, latius describit Autor des Europ. Herolds *pag.* 602. Hoc jus autem ab Electore Friderico Augusto anno 1697. in Electorem Brandenburgicum pro Summa 300000. thal. translatum. Vid. Europ. Staats-Cantzley *Part. IV. c. 8. pag.* 442. Quæ translatio quot ac quantis novis litibus causam & occasionem dederit, ostendit Lunig. *in Bibliotheca Curiosa Deductionum, voc.* Quedlinburg. 8. Tota Augusta Domus Saxonica tàm Electoralis quàm Ducalis Pactum Confraternitatis habet cum Serenissimis Familiis Brandenburgica & Hassiaca. Cujus pacti cum Familia Hassiaca primum initi, & à Carolo IV. jam anno 1373. confirmati initium ob antiquitatem ferè incertum. In consortium autem admissa & recepta demum est Potentissima Familia Brandenburgica anno 1457. & inter tres has Illustres Familias novum pactum Confraternitatis erectum, quod abinde aliquoties renovatum. De quo tres simul Familias includente Pacto acerrimè agitatur quæstio, 1. *Num illud unquam à Cæsarea Majestate confirmatum sit?* Negativam tuentibus Schiltero *Inst. Jur. Publ. lib.* 3. *tit.* 1. §. 10. Struvio *in Histor. Germ. Ex.* 34. §. 45. Per-Illustri Dn. Barone de Lyncker *ad Capitul. Joseph. art.* 6. Thyllio *ad Capitul. Caroli VI. art.* 1. qui hinc satis temerè & audacter id parum roboris habiturum, pronunciat. Contrariam autem propugnantibus Rhetio *Inst. Jur. Publ. lib.* 1. *tit.* 7. §. 17. Bodino *Diss. de pacto Confratern. Saxon. Brandenb. Hass.* §. 14. 15. Hertio *de superior. territ.* §. 66. Nitzschio *ad Capit. Joseph. art. 6. p.* 283. Vitriario *lib.* 3. *tit.* 20. *n.* 86. Atque ipsum quidem Pactum Confraternitatis inter tres istas Illustres Familias anno 1457.

initum cum ipsa speciali Confirmatione Imp. Friderici III. in copiis nobis exhibet Lunig. Reichs-*Archiv. Part. spec. Contin. II. pag.* 763. 2. Imp. Maximilianus II. cum anno 1574. d. 18. Martii Pactum Confraternitatis Pomeranum inter & Brandenburgicum quoad terras Neomarchiæ & Sternbergæ ultra Viadrum, nec non quoad feuda Castrorum Lockenitz & Vierraden confirmasset, mentionem simul injecit Confraternitatis à Brandenburgo ante centum & quod excurrit annos, cum Saxone & Hasso stabilitæ tanquam ratihabitæ, daß er in solche inserirte Erb-Verbrüderung in allen und jeden ihren Puncten, Articuln, Inhaltungen, Meinungen und Begreiffungen gnädiglich consentirt, gewilligt, und dieselbe confirmirt. 3. Accedit Pax Pragensis de anno 1635. §. So soll auch rc. ibi: Daß dadurch der drey Chur- und Fürstl. Häuser Sachsen, Brandenburg und Hessen uhralte von den Römischen Käysern confirmirte Erb-Einigung und Erb-Verbrüderung unbeschadet seyn solle. 4. Faciunt huc literæ Electoris Saxon. ad Imperatorem de dat. Dreßden 1626. den 30. April. verbis: Daß von undencklichen Jahren zu Erhaltung Friede, Ruhe und Einigkeit, die drey Häuser Sachsen, Brandenburg und Hessen untereinander eine Erb-Verbrüderung auffgerichtet, darinn versehen, wie es nach Abgang eines gantzen Stammens, mit desselbigen Land und Leuten, auch allem andern, gehalten werden solle, welches auch Käyser Fridrich III. im Jahr 1457. confirmirt und bekräfftigt. 5. Capitulat. Leopold. *art.* 6. Joseph. *art.* 6. Caroli VI. *art.* 1. Et hinc Illustr. M. G. de Ludolf Cameræ Imp. Assessor *tr. de jure famin. Illustr. sect.* 2. *membr.* 1. §. 4. ait, se non videre causam, cur (vel) ipsi Paciscentes (vel alii) ea de re dubium moveant. Qu. 2. *Num sub eo qq. comprehendantur Electoratus?* Quam absque ulla hæsitatione affirmamus. Nam an sub generalitate verborum Pacti Confraternitatis inter Domum Saxonico-Hassiacam Electoratus quoque comprehensus fuerit? Contra affirmantes Joh. Casp. Güttich. *de Pacto Confratern. th.* 5. *lit. B.* Arumæum *ad A. B. disc.* 6. *th.* 6. Schütz. *vol.* 1. *D.* 6. *th.* 30. *lit. D.* in dubium quidem vocavit Rhetius *ad Jus Feud. Comm. lib.* 1. *tit.* 8. *pag.* 355. *num.* 33. & ante ipsum simpliciter negavit Limn. *lib.* 4. *J. P. c.* 8. *n.* 167. *ibique Tom.* 1. *&* 2. *addit. ibi pag.* 618. *hic pag.* 302. *& ad A. B. c.* 7. *§.* 3. *obs.* 8. ipseque Carpzov. *de Pacto Confratern. Saxon. Hass. th.* 58. quos novissime sequitur Dn. Thyllius *ad Capit. Caroli IV. art.* 1. Sed de Pacto Confrat. Saxonico-Brandenburgico-Hassiaco, quin comprehendat Electoratus, frustra in dubium vocatur, & multò minus à quoquam negari potest. Cum ipsum Pactum Confraternitatis inter tres Illustres

istas

iftas Familias anno 1457. initum, & ab Imp. Friderico III. specialiter confirmatum plus quam decies claris & expressis verbis mentionem faciat der Chur-Fürstenthümer, Fürstenthümer und Herrschafften, diserttimque disponat, ut si alterutram ex Saxonica & Hassiaca Familia extingui contigerit, superstes Saxonica vel Hassiaca duas tertias, Brandenburgica verò unam tertiam bonorum capiat. Sin Brandenburgicam prius deficere contingat, reliquæ duæ succedant in portiones æquales, ita autem, ut utrobique Parti Hassiacæ insit Electoratus, ac hæc dispositio repetita sit in renovationibus. 9. De ejusdem Serenissimæ Domus Saxonicæ hæreditaria unione cum Regno Bohemiæ anno 1482. eracta, & anno 1557. 1559. 1587. renovata, vid. Lunig. Reichs-*Archiv. part. spec. part. 2. p.* 7. 87. 102. & 122. 10. De ejusdem Expectativa in Principatum Anhaltinum de anno 1562. Vid. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. special. Contin. II. pag.* 319. in Comitatum Isenburg. & Budingen de anno 1596. Idem *pag.* 386. in Comitatum Hanavv, quatenus & in quantum dependet Feudi jure ab Imperatore & Imperio, quæ ut ab anterioribus, sic & ab Impp. Leopoldo, Josepho & Carolo VI. confirmata 10. Jun. 1660. 9. August. 1708. 27. Nov. 1715. Sed vid. quæ nuper in loco Comitior. prod. Species facti, die dem Chur-Hauß Sachsen vom Kayser Ferdinando II. auf die Graffschafft Hanau, ertheilte Anwartschafft betreffend, & Rationes, warum die Römische Kayser von Carolo V. an keine Anwartschafften ohne Consens des gantzen Reichs zu ertheilen befugt seyn, und daß mithin des Kaysers Ferdinandi II. wegen Hanau ertheilte Anwartschafft ungültig seye; denique in feuda Imperii Comitum de Schvvartzburg. Elect. Jur. Publ. *Tom. II. p.* 1077.

ELECTORIS BRANDENBURGICI Jura & Privilegia præcipua in eo consistunt: 1. Quòd non tantùm vi A. B. *c.* 11. §. 3. in Electoratu gaudeat Privilegio de non appellando illimitato, sed ab Imp. Leopoldo anno 1702. illud quoque impetraverit pro cæteris suis Provinciis, quas præter Electoratum in Imperio possidet, quoad sententias in possessorio latas, à quibus appellatio in omnibus illis ditionibus ad Cameram planè interdicta, à latis in petitorio sententiis etiam non aliter appellatio ad Cameram admittitur, quàm si quis ultra 2500. aureos Goldgulden gravatus sit. Vid. Lunig. Reichs-*Archiv. Part. spec. Part. 3. pag.* 282. 2. Quod in suis ditionibus gaudeat Jure imponendorum & augendorum Vectigalium, ex Privilegio Friderici III. Imp.

Brandenburgici.

de anno 1456. relato à Lunig. *d. l. pag.* 308. 3. Quod habeat facultatem de quibusvis suis ditionibus licet feudis Imp. tàm inter vivos, quàm per testamenta & ult. voluntates perinde ut de bonis allodialibus disponendi, ex ejusdem Imp. anno 1476. facta concessione, modo in familia maneant. Thulemar. *Octovir. c.* 17. *n.* 25. Itter. *de Feud. Imp. c.* 23. *n.* 9. 4. Ordinis Equitum S. Johannis Magistrum per Marchiam, Mecklenburgum, Pomeraniam, Vandaliam, creare potest, qui cum Equitibus suis ipsum Electorem tanquam Patronum & Ordinis sui Protectorem in Instrum. Pac. Westphal. *art. XII.* §. 3. venerari, eique tempore belli assistere tenetur, vi statuti secundi, quod in ipso initiationis actu à Cancellario Ordinis Sonneburgi (ubi Magister hic Johannitarum sedem suam habet, in nova Marchia, neminique quàm Electori Brandenburg. tàm in Ecclesiasticis quàm Secularibus subjacet,) in Ecclesia cum aliis cuivis prælegitur, & ita se habet: Ist ein Ritter dieses Ordens schuldig vor das Vatterland tapffer und ritterlich zu streiten, und Seiner Chur-Fürstl. Durchleucht von Brandenburg als Hohen Patrono des Ritter-Ordens vor allen andern ausländischen Potentaten in Kriegs-Zeiten zu dienen. Ipsemet autem Ordo Johanniticus hunc Magistrum cum suis Commendatoribus non agnoscit, sed eos pro Usurpatoribus habens alios eligit, quibus tamen nil nisi nudum nomen concedere valet. Vid. Joh. Christ. Becmanni Anmerckung von dem Ritterlichen Johanniter-Orden, und dessen absonderlichen Beschaffenheit in dem Herrn Meisterthum desselben in der Marck, Sachsen, Pommern und Wenden-Land. 5. Qua occasione & ratione inclyta & Augusta hæc Domus Brandenburg. ad tantam, quâ præ aliis eminet, potentiam & dignitatem ascenderit, ut jam suo tempore Sprengerus *in Lucern. mod. stat. Imp. pag.* 102. notaverit, eam septimam Partem Germaniæ tenere, nuncque Borussiæ intuitu Regio propria authoritate assumpto splendeat Titulo, Friderico III. una cum Serenissima Conjuge Charlotta Sophia ineunte Seculo XVIII. np. 18. Januar. 1701. Regiomonti Borussorum solenniter in Regem Borussiæ coronato, datis Regi ac Regno Poloniæ reversalibus, ipsis nullo modo hanc tituli Regii assumptionem fore præjudicio, paucis monstrant Magnif. Dn. Præses *Sect.* 2. *c.* 5. *n.* 14. Author. *notar.* über den Teutschen Monzamb. *c.* 2. *§.* 7. *lit. r. & s. pag.* 105 *seqq.* add. Wachsthum der Königl. Preußischen Macht in Elect. Jur. Publ. *Tom. I. part.* 3. *p.* 205. *seqq.* Protestatio Pontificis Romani & Ordinis Teutonici contra assumptum Regis Titulum satis prostrata est editis pro Re-

ge

ge scriptis sub Epigraphe: Påbstlicher Unfug wider die Crone Preussen, welchen Clemens XI. in einem den 16. April 1701. ausgestreuten irrigen Brevi begangen, quod postea quoque prodiit sub titulo: *Nenia Pontificis de Jure Reges appellandi, Authore Joh. Franc. Albani.* Et vertheidigtes Preussen wider den vermeinten Anspruch des Teutschen Ordens. Laudato Friderico III. Rex M. Britanniæ Wilhelmus III. quoque cessit omne suum jus, quod habuit in Comitatum Neufchatel anno 1694. quam cessionem exhibet Lunig. *Part. Spec. part. 3. pag.* 280. Cujus Comitatus possessio & proprietas ipsi anno 1707. post mortem Ducissæ de Nemours adjudicata. Lunig. *d. l. p.* 285. Post mortem Wilhelmi III. Regis Angliæ anno 1702. assumpsit idem Fridericus etiam Titulum Principis Arausionensis, prætenditque ut proximus ab intestato hæres omnia à Wilhelmo relicta, licet ipse Johannem Wilhelmum Frisonem, Principem Nassoviæ Diezensis lineæ, Gubernatorem West-Frisiæ, in Testamento hæredem ex asse scripsisset, & nactus inde est præter Neufchatel, Lingen, Mœurs, Buhren, Leerdam, Vehre, Vlissingen, Arlay & Bredam. Coëmit ipse itidem anno 1707. Comitatum Tecklenburg à Comite Solmensi pro 300000. thal. & cum Comitatu Lingen iterum univit, à quo tempore Caroli V. Imp. avulsus fuit. 6. De Sereniss. Electoris Brandenburgici à Friderico III. Imp. impetrata Expectativa in Ducatum Mecklenburgicum illique adhærentes Provincias, vid. Müller Reichs-Tags *Theatr. p.* 1. *c.* 13. & quæ Anno 1708. prodiit ausführliche Information von dem Ursprung und Fortgang des Successions-Rechts Ihro Königl. Majestát in Preussen und der Herren Marggraffen von Brandenburg auf die sämtliche Mecklenburgische Fürstenthumb und Land. Staats-Cantzley *Part. XIV, c.* 1. in Ducatum Holsatiæ à Carolo V. Anno 1526. impertita, Casp. Abel in *Histor. Brand. c* 4 *p.* 117. *& c.* 5. *p.* 165. in Principatum Anhaltinum, Limn. *ad Cap. Caroli V. art.* 24. *p.* 285. in Ducatus Brunsvicensem & Luneburgensem, id. Limn. *ibid.* in Principatum Ost-Frisiæ, Brunnem. *I. Pr. Publ. Diss.* 4. *th.* 17. Cujus Principatus Ordinum Protectionem Anno 1680. Electorem Fridericum Wilhelmum suscepisse, testatur Puffendorff *Histor. Brand. lib.* 18. §. 31. qui *seq.* §. 32. refert, ipsum quoque navigationem in Africam instituisse, sedemque pro commerciis exercendis in Guinea fixisse, Castello seu fortalitio ibidem exstructo Fridrichsburg vocato, non procul à Capo tres Puntas, itemque Dorotheen-Stadt ædificata. add. Casp. Abel. *c.* 5. *p.* 187.

Palatini.

ELECTORIS PALATINI Jura & Privilegia Magnif. Dn. Præses peculiari Dissertatione *An.* 1705. recensuit & illustravit, ad quam ideoque provocasse nobis sufficiat.

Hannoverani.

ELECTORIS HANNOVERANI cum Imp. Leopoldo conventio de ipsius in Electorum numerum cooptatione extat apud Authorem des Europäischen Herolds *p.* 1. *pag.* 313. Cortrejum *in Observ. de nono Elector. n.* 5. *pag.* 9. *seq.* des Chur-Fürstl. Collegii Schluß, worinn es die Einwilligung zur neundten Chur gegeben, reperitur ap. Lunig. *in Part. Gen. Contin. sub Num.* 137. *&* 146. *pag.* 282. *&* 283. Descriptio investituræ de Electoratu Anno 1692. facta habetur ap. Lunig. *Part. Gen. p.* 2. *pag.* 121. Conclusum trium Collegiorum de capienda sessione & ferendo vero in Senatu Electorum de d. 30. Junii Anno 1708. refert Lunig. *Part. Spec. pag.* 391. Cortrej. *de non. Elect. p.* 129. Decretum Cæsareum de introductione ejusdem ad votum & sessionem in Curia Electorum capiendum de 7. Sept. 1708. refert idem Lunig. *d. l.* Cortrej. *d. l. p.* 131. den Chur-Braunschweigischen Revers wegen Ubernehmung des Chur-Fürstl. Matricular-Anschlags habet Lunig. *Part. Spec. fere in fin. pag.* 176. Commune Conclusum trium Collegiorum de d. 15. Jan. 1710. quo ei collatum Munus Archi-Thesaurarii extat ap. Lunig. *P. G. pag.* 1130. Cortrej. *de non. Elect. n.* 48. Descriptio investituræ de munere Archi-Thesaurarii solennissime peractæ d. 12. April. 1710. habetur ap. Lunig. *P. G. contin.* Anhangs 6. Absatz. *pag.* 582. Quæ omnia confirmata sunt per Capit. Caroli VI. *art.* 1. *&* 3. & inde adeo difficilis est modernus Elector Hannoveranus interea Magnæ Britanniæ Rex declaratus in der Englischen Successions-Acte, quam exhibet Lunig. *Part. Spec. sub fin. pag.* 164. *Num.* 62. in cedendo munere Archi-Thesaurarii, restituto Bavaro per Pacem Badensem in pristinam suam dignitatem & officia *art.* 15. Et hæc sufficiat annotasse de præcipuis Juribus & Privilegiis Electorum à Cæsar. Majestate ipsis vi A. B. confirmandis, quis enim à nobis jure postulabit omnium & singulorum eorum Jurium ac Privilegiorum plenam & exactam relationem?

XVI.

Jura & Privilegia reliquorum Imperii Statuum & Membrorum.

Ac quis desiderabit à nobis, quibus aditus ad Archiva Principum occlusus, ut omnia & singula singulorum reliquorum tam Ecclesiasticorum quam Secularium Principum, Comitum, cæterorumque Statuum ac Membrorum Imperii Jura & Privilegia sigillatim, plene &

& accurate enarremus. Videat ac evolvat, cui libet, Lunigii Reichs-Archiv cum suis Spicilegiis, Limnæi, Knipschildii Opera. Officio nostro nos satisfacturos credimus, si paucis monuerimus, Imperatorem se in Capitulatione sua adstringere, daß er Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen (die unmittelbahre freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen) ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, die vor diesem unter ihnen denen Reichs-Constitutionibus gemäß gemachte Uniones, zuforderst aber die unter Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen aufgerichtete Erbverbrüderungen, Reichs-Pfandschafften secundum Instrumentum Pacis, Gerechtigkeiten, Gebrauch und gute Gewohnheiten, so sie bißher gehabt, oder in Ubung gewesen, zu Wasser und Land, auf gebührendes Ansuchen ohne Wegerung und Auffhalt in beständiger Form confirmiren, Sie auch dabey als Röm. König handhaben und schützen, und niemanden einig Privilegium darwider ertheilen wolle. Ubi per Regalien und Obrigkeiten intelliguntur Jura territorialia Statibus ac Membris Imp. Immediatis vi superioritatis territorialis in suis ditionibus competentia, ac Regalia Ipsis ab Imp. generaliter vel specialiter concessa, quæ potissimum in eo differunt, 1. Quod Jura territorialia Statibus aliisque membris Imp. immediatis proprio quasi jure competant in ipsorum territoriis & ditionibus vi superioritatis territorialis illis cohærentis, de quâ cum illis ab Imperatore investiti, cujus semina & prima fundamenta jacta sunt sub Conrado I. ejusque Successoribus, incrementa autem alluvionis instar sensim ac paulatim, maximè verò in interregno illo diuturno post Friderici II. mortem, sumpsit, supplementum tandem in tabulis Pacis Westphalicæ accepit Art. 8. pr. Regalia etiam in aliorum ditionibus ex concessione Imp. vel alio quodam titulo competant. Vid. Engelbrecht *tr. de servitut. Jur. Publ. seu Juribus præcipuè in Imp. Rom. German. imperanti in alter. territ. competent. sect. 2. membr. 2. n. 14. seqq.* nec 2. statim, qui Regalia quædam habet, Jus superioritatis habet. Hert. *de super. territ. §. 8.* Multi enim ex consuetudine vel legitima præscriptione Regalia rite possident, qui tamen superioritatis territorialis incapaces sunt. Ertel *in Theatr. super. territ. pag. 35.* Contra 3. multi superioritatem territorialem habent, licet potissima Regalia sint penes alium, Knipschild *de Jur. Civil. Imp. lib. 2. c. 5. n. 15.* 4. Regalia cadunt etiam in mediatos, multi enim reperiuntur Comites & Barones, qui aliorum Principum Imp. Landsassii sunt & Regalia habent. Superioritas territorialis non nisi in Immediatos cadit.

Per

Per Freyheiten intelligimus Privilegia, quibus quis eximitur à summorum vel subalternorum judiciorum Imp. jurisdictione, vel immunitatem obtinet à certis oneribus, à quibus uni vel alteri Statuum citra aliorum præjudicium facile immunitas concedi potest. vid. A. B. *c.* 29. *§.* 2. Limn. *lib.* 5. *J. P. c.* 2. *n.* 32. Capit. Leop. *art.* 23. Joseph. *art.* 22. Caroli VI. *art.* 8. *m.* 12. Magnif. Dn. Præses *sect.* 1. *c.* 20. *n.* 6. Ab oneribus autem pro salute Imperii ab omnibus Statibus pro cujusque Patrimonii viribus ferendis, v. g. à Turcicis vel aliis bellicis collectis ad bellum Imperii nomine gerendum indictis, Imperator uni vel alteri Statuum, sine prævio cæterorum Statuum consensu, in illorum præjudicium immunitatem concedere minimè poterit, Capit. Leop. *art.* 17. *in fin.* Josephi *art.* 16. *in fin.* Caroli VI. *art.* 5. *vers.* **Wollen auch nicht gestatten.** Non enim Jus est Principi in aliorum præjudicium & damnum quempiam oneribus communibus eximere, ita, ut ejus portio aliorum portionem gravet, sed Princeps eam sibi detrahere debet. Brunnem. *ad l.* 4. *C. de exact. tribut.* Conf. R. J. *de anno* 1521. *§. item* **haben wir uns.** 34. R. J. *de anno* 1551. **nemblich also/** 102. *in f.* R. J. *de anno* 1582. *§.* **Dieweil/** 13. R. J. *de anno* 1495. *tit.* **vom gemeinen Pfenning.** Unde etiam expresse cautum reperitur, quod nemo ejusmodi immunitatem ab Imp. petere debeat. d. R. J. *de anno* 1521. *§.* 34. R. J. *de anno* 1529. *§.* 23. Vocabulum *Privilegien* universale est, denotans omnia legitime impetrata à Cæsaribus privilegia, qualiacunque illa sunt. v. Magnif. Dn. Præses *sect.* 1. *c.* 10. *n.* 1. 2. 3. sequitur in textu Capit. die vor diesem unter Ihnen (den Ständen) denen Reichs-Constitutionibus gemäß gemachte Uniones, i. e. Erb-Einigungen, Erb-Verträge, Confœderationes, dergleichen unzählig seyn und vorkommen beym Lunig in seinem Reichs-Archiv, tum inter Principes, Comites unius familiæ, tum inter diversas familias initæ, modo confœderationes ita initæ, ne cedant in Imperii detrimentum & damnum, & in iis excipiatur Imperator cum Imperio, factæque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est, Instr. Pac. *art. VIII. §. gaudeant.* 2. Et porro zu forderist aber die unter Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen aufgerichtete Erb-Verbrüderungen, h. e. conventiones inter duas pluresve Illustres Familias initæ de provinciis & bonis unius Familiæ in masculis extinctæ alteri superstiti certa successionis lege deferendis, quales olim inter Reges Bohemiæ & Archi-Duces Austriæ, inter Saxoniæ Duces & Comites Hennebergicos, inter Marchiones Brandenburgicos

gicos & Duces Pomeraniæ, inter Landgravios Hassiæ & Comites Cattimebolicenses intercesserunt, omnes jam suum effectum consecutæ, viget autem etiamnum talis inter Domum Saxonicam, Brandenburgicam & Hassiacam, vid. §. praeced. Per Reichs-Pfandschafften intelliguntur res ab Impp. olim, antequam prohibitio facta, Statibus Imperii oppignoratæ, quas Impp. à Caroli V. tempore se creditoribus relicturos, eosque in tranquilla & quieta earundem possessione defensuros, omni reluitione cessante, in Capitulationibus suis hactenus promiserunt, quod in Pace Westphalica *art. V. §. 26. vers. Quod ad oppignorationes*; ita etiam confirmatum & observandum injungitur, donec consensu Electorum, Principum & Statuum aliud statutum fuerit, & ideo in novissima Capitulatione additum: secundùm Instrumentum Pacis. vid. Magn. Dn. Præses *sect. 1. c. 23. n. 5.* Excell. Dn. D. Graff. Collat. J. C. cum Recess. Imp. *sect. 6. th. 4. pag. 61. seq.* Bona autem, quæ ad singulos Status spectant, & ab iis aliis Statibus oppignorata sunt, sub hac dispositione Capitulationum Cæsar. & Instrumento Pacis non comprehenduntur, sed liberè relui possunt. Et sic Imperium hac in parte deterioris est conditionis, quam membra ejus, quæ oblatâ, consignatâ & depositâ sorte cum usuris, oppignorata quandocunque reluere valent, ut tamen ante reluitionem possessorum exceptiones & materia causarum sufficienter examinentur. Instrum. Pac. *art. V. §. 27.* Per Gerechtigkeiten intelligi queunt quælibet jura quocunque titulo competentia. Denique quid sibi velint verba: **Gebräuch und gute Gewohnheiten, so sie bißhero gehabt oder in Ubung gewesen, zu Wasser und Land**; per se satis patet. Horum omnium confirmationem Imperator omnibus ac singulis Statibus ac membris Imp. eximiis, (imo nec aliis petentibus denegat) ad decentem cujusque requisitionem, sine omni mora & tergiversatione, in constanti forma se facturum promittit, illisque eadem sarta tecta conservaturum, nec dato ulli Privilegio Cæsareo in eorundem præjudicium & damnum quicquam ordinaturum vel dispositurum, sed omnia, quæ in contrarium concessa & indulta, nec in Instrum. Pacis expresse approbata fuerint, aboliturum & annullaturum.

XVII.

Cæsareæ hujus Confirmationis Juriam effectus.

Effectum Cæsareæ hujus Confirmationis Jurium ac Privilegiorum Electoribus, Principibus aliisque Statibus & Membris Imp. competentium quod attinet, generale communi Dd. calculo approbatum

Nihil novi illa tribuit. Principium est: Illam nihil novi iis tribuere, sed Jura & Privilegia in eo statu, quo hactenus & tempore impetratæ confirmationis fuere, tantum confirmare, cum non sit in intentione confirmantis, ut aliquid novi det, sed ut, quod ante fuit, modo confirmet. *c. quia intentionis* 29. *X. de privileg. & excess. privileg. c.* 6. *de fid. instrum. c.* 5. *x. de concess. præbendo.* Schrader. *de feud. p.* 5. *c.* 2. *n.* 32. Enenckel Baro *de Privileg. lib.* 3. *c.* 20. *n.* 25. Cothman. *v.* 3. *Resp.* 50. *n.* 181. Joh. Staphilæus *de Gratiis & Expect. voc. imprimis n.* 47. Hinc recte dicitur, quod non plus sit in confirmante, quam probatum fuerit esse in confirmato. Hieron. Schurff. *cent.* 1. *cons.* 59. *n.* 13. *seqq.* Tiber. Decian. *vol.* 1. *R.* 55. *n.* 11. 12. Et quod in specie Confirmationes antiquorum Jurium & Privilegiorum etiam per Pontificem vel supremum Principem factæ penitus nullum jus novum tribuant, sed solum antiquum, si quid competebat, confirment ac roborent, evidens est ex *c. cum dilecta* 4. *x. de confirm. util. vel inut.* verbis: *Nolentes, quod ex innovatione hujusmodi novum jus monasterio acquiratur, sed antiquum, si quod habet, per innovationem privilegii conservetur. c. Præceptis* 2. *dist.* 12. ibi: *non novum aliquid præsenti jussione præcipimus, sed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus.* Glossa *ad c. non satis.* 3. *vers. rem novam.* 34. *q.* 1. & 2. Hocque imprimis obtinet in Confirmatione simpliciter seu in forma communi facta, juxta communem Dd. regulam, qua dicunt: Quod Princeps actum aliquem in forma communi confirmans, nec causæ cognitionem adhibens, nihil validitati actus addat. *arg. c.* 1. *x. de confirmat. util. vel inut. c.* 31. *x. de decim.* indeque concludunt, quòd si v. g. transactio vel compromissum à Partibus factum nullitate laboret, hoc invalidum maneat, etiamsi Principis confirmatio in forma communi accesserit. Joh. de Carvalho *tr. de quart. ad c. Raynutius. part.* 2. *n.* 371. Si Princeps Majoratum in forma communi confirmet, qui sine ipsius licentia constitutus, defectum hunc licentiæ non suppleat, nisi ejus conscius se istum suppleturum dicat. Melch. Palaz. de Meres *de Majorat. p.* 4. *q.* 2. *n.* 188.

XVIII.

Inde Privilegii falsi confirmatio nihil operatur. Ex quo nostro hactenus firmato Principio consequitur, quod si privilegium, quod ad confirmationem offertur, falsum, confictum, suppostitium, spurium & adulterinum, adeoque nullum sit, confirmatio ejus nihil plane operetur, *d. c.* 4. *de confirm. util. vel inut.* ibi: *Sed jus antiquum*, NB. *si quod habet, per innovationem privilegii conservetur.*

c. 6.

c. 6. de fid. instrum. ubi Canonistæ id communiter tradunt. *l. 9. §. 5. de author. tut. l. 20. §. 1. de testam. milit.* Mynsing. *Ry. 19. n. 7. & Ry. 48. n. 21.* Cacheran. *dec. Pedem. 34. n. 12. & dec. 39. n. 1.* Menoch. *Cons. 345. n. 10.* Confirmatio siquidem præsupponit aliquid, quod confirmetur, neque ipsa quid novi tribuit, ut antea dictum. Ex quo Baldus *in l. falsus. 19. C. de furt. n. 3.* ait: quod confirmatio non sit actus quidam per se consistens, sed requirat aliud quidpiam antecedens, in quo radicari possit, ac proinde accedere non possit, intellige cum effectu, ubi non est subjectum capax & habile, cui accedat, cum dicatur à con- & firmo, quasi simul firmans. Unde infert, quod ubi confirmabile non est, ibi confirmatio non procedat, aut ullius sit effectus. Idemque etiam voluit Cravetta *vol. 3. cons. 407. n. 12.* cum respondet: confirmationem non operari circa inutile à principio. Klock. *vol. 3. Cons. 149. n. 138.* Et ergo confirmatio rem talem relinquit, qualem illam invenit. Mynsing. *dec. 11. cons. 1. n. 123.*

XIX.

Exemplum ejusmodi Privilegii spurii famosum illud Privilegium Ludovicianum Cœnobii nobilium Virginum Lindaviensis.

Exemplum ejusmodi commentitii, suppositití & spurii Privilegii est Privilegium Ludovicianum, quod Cœnobium Nobilium Virginum Lindaviense nono abhinc seculo anno np. 866. à Ludovico Imperatore impetrâsse initio gloriabatur, postea autem pro Ludovico II. Imp. substituit Ludovicum Germanicum, ac denique Ludovicum Pium. Sed ostendit ad oculum Herm. Conringius *in edita anno 1672. Censura Diplomatis hujus*, & Wilh. Ernest. Tentzelius *in Censur. Conringiana Vindiciis Historicis*, quod neque Ludovico Germanico, Caroli M. nepoti, Germaniæ Regi, neque Ludovico II. Imperatori Caroli M. pronepoti, Ludovici Germanici ex fratre ipsius natu majore Lothario nepoti, nec Ludovico Pio Caroli M. filio, tanquam vero Authori tribui queat, ut Authenticum, genuinum & legitimè impetratum Privilegium, sed quod ab Impostore quodam confictum & confectum, adeoque falsus, spurius, supposititius & adulterinus plane partus sit. Cœnobium equidem jactati sui Diplomatis legitimitatem, fidem & authoritatem stabilire voluit in anno 1691. editâ sic dictâ justâ Defensione antiquissimi Diplomatis, quo Ludovicus Imp. Cœnobium Nobilium Virginum Lindaviense nono abhinc seculo stabilivit, contra Censuram H. Conringii susceptâ à P. Raslero. Sed susceptæ hujus Defensio-

fensionis inconstantiam, levitates & ineptias luci meridianæ clarè exposuit laudatus W. E. Tenzelius in ei oppositis & anno 1700. editis Vindiciis. Vindicare secunda vice annisus est P. Raslerus suam ita dictam justam Defensionem in ea, quæ anno 1711. prodiit Vindicatione contra Vindicias Histor. W. E. Tentzelii, sed quàm frigidè, quàm temerè, quàm frivolè monstravit Joh. Reinhardus Wegelinus *in S. R. I. Liberæ Civitatis Lindaviensis prærogativa antiquitatis præ Illustri ad D. Virg. Cœnobio &c.* Ipsum Diploma f. Privilegium Ludovicianum pro falso, fictitio, spurio, commentitio & adulterino Privilegio agnoverunt post Heiderum *in Actis Lindav.* Conringium *in sua Censura*, Tentzelium *in vindiciis suis & Collationibus menstruis sub Mense Majo & Junio Anno* 1693. Joh. Mabillon, Stephan Baluzius, Reverendiss. & Illustriss. quondam Ferdinandus Furstenbergius, Episcopus Paderbornensis, Carolus Cointius, Congregat. Oratorii Dn. Nostri Jesu Christi Presbyter, magnus rerum Franciæ Ecclesiasticarum Annalista, B. Hertius, Christ. Fr. Paulini, Jac. Wilh. Imhoff, Burckh. Gotth. Struvius, Joh. Eisenhard, Barthol. Germonius S. J. Presbyter, Justus Abbas Fontanninus, Joh. Mich. Heineccius, qui notanter scribit, quod hodie nemo temere sit futurus, qui illud pro genuino amplius habiturus sit, quibus accesserunt Facultas nostra Juridica in Civitati Lindav. anno 1697. impertito Responso, in quo sub qu. 3tia scribit: Es sind mehr dann 20. special argumenta die [illegible] & fraudulentam suppositionem Diplomatis tanquam falsi partûs klar an Tag legen, deren theils so evident seyn, daß ein halbverständiger auch mit Händen greiffen kan, daß es ein falsches, nachgemachtes, nichtswürdiges Diploma sey. Facultas Juridica Giessensis, quæ itidem signanter scribit: Daß wir bey den Pflichten, worauff Uns Unsere Acad. Statuta verbinden, davor halten, Es könne das Diploma quæst. so wohl was den Stylum, als auch dessen Inhalt betrifft, ohnmüglich vor ein Diploma Ludovici Pii, davor es nunmehro tertia variatione will ausgegeben werden, passiren, sondern sey lange Jahr hernach von einem Impostore zusammen geflickt, pro statu temporum eingericht, und erdichtet worden. Facultas Philosophica Giessensis, quæ ita concludit: So können wir nicht anders, als auf Unserer obigen Meinung schließlich nochmahl beharren, daß das angegebene Diploma Lindaviense pro hypobolimæo, spurio & ab Impostore quodam perperam confictio zu achten sey.

XX.

XX.

Exempla similia.

Plura ejusmodi falsa, conficta, spuria & adulterina Privilegia Seculo IX. X. XI. sub Cæsarum & Pontificum nominibus & sigillis à fraudulentis Impostoribus confecta & post elapso temporis intervallo pro genuinis supposita ac venditata esse, indubium est, & apparet ex Bruschio *in Chronologia Monaster. German. rubr. Campidona*, ubi notat, quod Gerungus Ambergerus Augustanus Abbas Campidonensis, qui Anno 872. obierit, gladio percuti fecerit tres magni nominis Ministeriales, qui Diplomatum & sigillorum fuissent falsarii; nec non ex Friderici I. Imp. Rescripto XIX. ap. Goldastum *Tom. 2. Constit. fol.* 57. ad Abbatem, ubi ita: Nuper in Regno nostro, quidam circumvagus inventus est Monachus, qui falsas sigilli nostri formas adulterans, non sine honoris nostri injuria & Tuæ honestatis infamia discurrebat. Ut igitur de sigillo ipso ulterius flagitiosa figmenta non procedant, ipsum tibi sub annuli nostri clausura transmittimus, & falsarium Monachum carceris nostri compedibus mandavimus detineri. Hinc & Sigismundus Imp. in Reformatione sua *de Anno* 1440. *c.* 15. ap. Goldast. *p.* 2. der Reichs-Satzungen monuit: Nun sind die Kayserliche Schreiber (Notarii) auch nicht als gantz und als recht, als sie schwehren, daß empfindet man wohl an den Instrumenten, die von den Clöstern gen Hof geschickt werden, da sie die Kirchen incorporiren. So schrieben sie in die ihre Klag und ihre Gepreßten, daß eitel Lügen sind, und glaubt man den Instrumenten, und damit so haben die Clöster einen Fürgang gehabt, und ist GOtt und die Welt betrogen worden, mannich Jahr. Novem diversorum talium Diplomatum confictorum & suppostitiorum specimina subjecit *Vindiciis suis* Tenzelius *in appendice tertia*, inter quæ est Diploma Ottenburanum, quod à Carolo M. *Anno* 769. sibi Cœnobium hoc concessum esse vult, idque ex eadem, qua Lindaviense, Officina mendaciorum profectum esse, ex re & vero statuit Conringius. Ejusdem generis seu conditionis esse videtur quoque alterum illud, quod ab Ottone I. Imp. sese *an.* 972. idem Monasterium Ottenburense accepisse, & eod. titulo satis onerоso immunitatem ab omnibus oneribus Imperii acquisivisse contendit. Alia similia Exempla suppeditat Heiderus Act. Lindav. *fol.* 869. *seq.* Talium itaque commentitiorum Diplomatum Confirmationes à posterioribus Impp. illius falsitatis & fraudulentæ suppositionis ignaris, sub clausula: *salvo Jure tertii*, sine eorum, quorum

rum intercessit citatione, & sine causæ cognitione factæ, ac sub- & obreptitiè impetratæ, nemini ullum generare possunt præjudicium. Indubitatum quippe est, quod cum talia Privilegia non sint unquam à summo Principe data, sed à malitioso falsario & nebulone in manifestum aliorum damnum, præjudicium & pernitiem conficta, valida esse nequeant, sed sint ipso jure nulla, & invalida, nec per simplicem & in communi forma factam confirmationem eorum, valorem & robur accipere valeant, cum nulla ratione fieri possit, ut conficta, quæ falsa sunt, vera efficiantur, & confirmatio effectum suum habeat, ubi non est confirmabile. Est, ut supra dictum, commune tam Jure Canonico quam Civili firmatum, tam ab hujus, quam illius Interpretibus uno ore agnitum, in summis & imis judiciis receptum, conclusum: Confirmationi Privilegiorum nil novi inesse, quia confirmatio nil nisi prius habiti juris corroboratio est, quo non existente, nec confirmatorium tenet. *cap. 6. de fide Instrum.* nec jus novum dat, nec vetus tollit, sed in eo statu relinquit, in quo tempore innovationis extitisse dignoscitur. *c. 29. X. de Privileg. l. 6. de Jurisdict. l. 26. de donat. int. vir. & uxor.* Gail. 2. O. 1. *n.* 14. Peck. *ad c.* 81. *de R.I. in 6. n.* 5. Et confirmare vi propriæ significationis suæ non est de novo aliquid tribuere, sed tantum approbare, quod datum vel factum. Cardin. Tusch. *voc. Confirmatio. concl.* 709. *n.* 19.

XXI.

Neque hactenus dictis obstat, quod dici soleat, Confirmationem à Principe factam actui vel negotio confirmato majorem tribuere authoritatem, & ejus, quod est invalidum, defectum supplere. Glossa *in c. fiat. verb. Author. c.* 17. *q.* 4. Et confirmantem per se invalidum privilegium, videri de novo dare vel concedere, per doctrinam Baldi *in l.* 1. *C. de codicill.* Præsertim cum confirmationi clausula defectus suppletiva insit, quæ ejus est virtutis, ut omnes defectus corrigat, tradente Ant. de Butrio & Joh. de Imola *in c.* 1. *X. de transact.* Cujusmodi clausulæ censentur hæ: Mit wohlbedachtem Muth und gutem Rath, mit rechtem wissen, von Röm. Kayserl. Macht, quæ omnes & singulæ tantæ dicuntur esse efficaciæ, ut vel una, nedum plures conjunctæ sufficiant, ad convalidandum id, quod jure invalidum. Bald. *in c.* 1. *§. si quis autem. de Pac. Constant. Angel. in l. adoptio. ff. de adopt.* Quæ clausulæ plerisque novioribus Confirmationi-

tionibus Cæsareis antiquorum Privilegiorum inseri solent, proinde illa omnino salvare & defectus quosque illorum supplere videntur. Nam respond. quod dicitur Confirmationem majus robur addere confirmato, & actum, qui est invalidus & nullus, aliquem facere, ejusque defectus supplere, procedit saltem in confirmatione, quæ fit in speciali forma, cum perfecta notitia totius negotii & omnium circumstantiarum, si nempe confirmans omnis actus defectus, ob quos ille invalidus, & nullus fuit, probe noverit & sciverit, ac de iisdem exactè informatus sit, consequenter in casu petitæ confirmationis ejusmodi falsi, suppostitii, spurii & adulterini privilegii plenam admissæ falsitatis & suppositionis ejusdem notitiam habuerit, atque in confirmatione nihilominus expresse dicat, sese non obstantibus hisce defectibus, hisce falsitatis & suppositionis argumentis, tamen actum & Privilegium ex certa scientia confirmare, præsupposito, quod etiam hac facultate gaudeat, ut pro lubitu & arbitrio suo solus id facere possit, Bald. *in l. si constat.* 12. *ff. de appellat.* quam ad hoc allegat Mynsing. *dec.* 11. *Resp.* 1. *n.* 120. *seq.* Neque hæc confirmatio aliter fieri potest, 1. quam prævia sufficienti causæ cognitione. *c.* 1. 2. *X. de confirm. util. vel inut.* Alexander *v.* 4. *Conf.* 122. *n.* 1. *Conf.* 123. *n.* 18. Panormit. *vol.* 1. *Conf.* 52. Quæ causæ cognitio 2. fieri & expediri nequit, nisi citatâ & sufficienter auditâ parte adversâ, quæ actui vel negotio aut Privilegio contradicit, & validitatem ejus impugnat, vel de cujus in eo agitur præjudicio. arg. eorum quæ tradit Just. Sinolt. Schüz *vol.* 2. *de Statu rei Rom. Disp.* 8. *th.* 17. *lit. D.* Indeque est, quod dicitur: Confirmationem jus novum non tribuere ultra, quam actus confirmatus, si valuisset, tribuisset, & omnem confirmationem esse intelligendam secundum naturam dispositionis confirmatæ, cui accedit. Matth. Wesenbec. *Conf.* 4. Elbert. Leonin. *Conf.* 77. *num.* 19. 3. Petens hanc confirmationem Privilegii antiqui confirmandi Originale regular. producere tenetur, ita, ut nisi de eo constet, confirmatio nulla sit. Si enim Originalia & antiqua Privilegia prætendantur amissa, ad probationem eorum, ne quidem confirmationes insequentium Principum Originalis Privilegii mentionem facientium sufficiunt, quia regulariter relatum non aliter est in referente, quam si de relato appareat, quo non apparente, confirmatio non habet, ubi pedem figat. Gail. 2. *O.* 1. *num.* 15. Et hinc est, quod Exemplo Exempli absque productione originalis non credatur, etiamsi solenniter sit traductum. Mynf. 6. *O.* 73. Blum. *in Processf. tit.* 63. *n.* 37.

XXII.

XXII.

Quod autem dictum, insertas Confirmationi clausulas: Mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, und rechtem wissen, aus Röm. Kayserl. Macht, indicio esse, confirmantem Privilegium aliquid per se invalidum ita corroborare velle, ut defectus ejus suppleantur, & illud posthac pro valido habeatur & agnoscatur, recte limitatur, nisi aliæ clausulæ confirmationi simul insertæ aliud & contrarium suadeant, v. g. si Princeps de confirmando antiquo Privilegio imploratus Confirmationi à se factæ juxta illam & hanc, per quam sese expresse ad jus ipsum restrinxit, adjecerit clausulam: Was uns von Recht und Billigkeit wegen daran zu confirmiren, zu bestättigen, zu geben gebühret. Ex hac enim satis apparet, Principis animum minime esse, confirmare id, quod juri non consentaneum, atque hinc confirmatio non potest intelligi aliter ab ipso facta esse, quam quatenus confirmatum jure subsistat, & veritate nitatur, neque falsaria manu confectum & ab Impostore confictum sit. Similiter si Cæsarea Majestas de confirmatione antiqui Privilegii decenter requisita, eandem fecerit inserta clausula, *qua sibi, Imperio, & cuivis alii expresse jus suum reservavit & illæsum esse voluit:* doch uns, und dem Reich an unsern, und sonst manniglichen an seinen Rechten unvergrieffen rc. Hæc reservatio cujusque juris disertis verbis facta eo magis hic & fortius operari debet, quod clausula ista reservatoria cujusque juris, ut maxime verbis expressa non esset, tacitè tamen subintellecta alteri jus suum salvum & integrum servaret, cum omnes confirmationes Privilegiorum fiant ac fieri debeant salvo Jure tertii. Barschamp. *in radice clausular. cap.* 4. *num.* 18. Mevius *p.* 1. *dec.* 6. Dn. D. Harpprecht. *Resp.* 19. *num.* 42. *& consult.* 56. *num.* 116. Hæc clausula cujusque juris reservatoria superiorum clausularum vim minuit aut saltem ita modificat, ut in præjudicium alterius nihil prorsus ad adimendam isti justam exceptionem falsitatis & suppositionis operari queant, tanto quidem minus, quod quotidiana experientia doceat, istiusmodi clausulas confirmationibus & similibus Rescriptis ex consuetudine magis & stylo ab illa concipientibus inserti, quam ut veræ sint, teste Bartolo *in l.* 1. *ff. de jure codicill. num.* 10. Decio *Cons.* 399. *num.* 8. Eademque experientia testatur, Principes interdum eadem facilitate induci & commoveri ad ejusmodi clausulas inserendas Confirmationibus, qua inducuntur ad confirmationes ipsas faciendas, ut dicit Socinus Junior *vol.* 1. *Cons.* 77. *n.* 99

Et

Et ideò communiter ad vim earum modificandam addi etiam solet dicta clausula Juris cujusque reservatoria, & si non disertè eadem est expressa, ex intellectu Juris tamen pro expressa habenda, ut post alios respondit Aymo Cravetta *Conf.* 44. *num.* 3. Nam clausulâ istâ reservatoriâ: *salvo cujuslibet seu cujuscunque jure* confirmationem dispositionis confirmatæ modificari & restringi, ut intelligantur jura quorumcunque, quorum quoquo modo interest, esse excepta, quod confirmatio ista eis non obstare, nec præjudicare ulla ratione debeat, communis est sententia. Vultej. *vol.* 3. *Conf. Marp.* 18. *n.* 56. Francisc. Bursat. *vol.* 2. *Conf.* 171. Mandell. *Conf.* 13. *num.* 4. habetque ea hunc effectum, ut per verba, quæ alias jus alicujus diminuerent, non censeatur ejus juris facta diminutio, quod pluribus persequitur Barthol. Bertazollius *vol.* 1. *Conf. civ.* 1. *num.* 99. *seqq.* Denique nulli dubitamus, quin Confirmationibus hisce Imperatoriis antiquorum Privilegiorum rectè applicetur regula, quæ in jure nostro de Rescriptis Principum traditur: Quod nempe Rescripta Principum per falsa narrata, aut veritatem celatam impetrata, ipso Jure nulla sint, quando sunt Rescripta gratiæ per *Clem. l. de prabend. & dign. c.* 2. *X. de filiis Presbyt. ord.* Trentacinq. *lib.* 1. *resol. Pract. tit. de Rescript. resol.* 5. *num.* 2. *seqq.* Christin. *vol.* 2. *Dec. Belg.* 76. *num.* 3. Menoch. *de A. I. Q. cas.* 201. *num.* 2. si sunt justitiæ, ope exceptionis sub: & obreptionis infirmentur *arg. l.* 2. *C. si contra jus vel util. publ.* Trentacinq. *d. l. n.* 9. Christin. *c. l.* & Menoch. *c. l.* ita, ut utroque in casu mendax precator carere debeat impetratis *d. l.* 2. *& l.* 5. *C. d. t.* Gail. 1. *O.* 14. *n.* 3. & si improbiore mendacio usus, etiam puniri mereatur *d. l.* 5. Paul. Voet. *tr. de statut. sect.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. licet Rescriptis addita sit clausula: *ex certa scientia , omnibus exceptionis remotis, vel motu proprio.* Trentacinq. *de resol.* 5. *num.* 29. *seqq.* Sed ne Dissertatio nostra justos egrediatur limites, hîc abrumpenda tela, & imponendus ei, peractis DEO gratiis,

FINIS.

DISPVTATIO XXXVI.

DE FOEMINARVM IN FEVDIS CVM MASCVLIS CONCVRRENTIVM EXCLVSIONE, HORVMQVE PRÆROGATIVA.

INAVGVRALIS

JOANNIS SEBASTIANI DEYL,
AVSTRIACI PERCHTOLD.

hab. ad d. 3. Jun. MDCCXX.

SVMMARIA.

CAP. I.

AGit de regulari fœminarum in feudis exclusione. §. Imus exhibet regulam de fœminarum in feudis exclusione, quam procedere ait §. II. sive pro se, & filiis, liberis, posteris, genere, consanguineis §. III. sive pro se, & descendentibus, sive heredibus suis, quis investitus fuerit. §. IV. probat feudum emptum esse proprium, hinc §. V. prædictam regulam in eo quoque locum habere statuit. §. VI. eam in feudo pignoratitio, §. VII. franco, §. VIII. conditionato, §. IX. censuali, §. X. exiguo, §. XI. ligio, §. XII. Ecclesiastico, & denique §. XIII. in feudo oblato itidem obtinere tradit. §. XIV. concludit, & fœminarum descendentes, utùt masculos, feudorum esse incapaces docet.

Cap. II.

CAP. II.

Agit de fœminarum in feudis cum masculis concurrentium exclusione, & ordinaria masculorum prærogativa. §. Imus attribuit pro regula masculis prærogativam in feudo fœmineo latè, & strictè sic dicto. §. II. negat fœminis successionem in feudo fœmineo strictè tali, quod sc. concessum est in feudum masculinum. §. III. declarat hanc regulam. §. IV. ponit ampliationem. §. V. explicat tx. 2. F. 50. & Stryckium refutat. §. VI. & VII. contraria Sontheccii argumenta resolvit cum explanatione tx. 2. F. 17. §. VIII. ampliat regularem masculorum prærogativam, etsi fœmina cum masculo fuerit conjuncta per conjunct. cop. & sive præpos. cum, *§. IX. sive per particulas* tam, quàm, *§. X. sive etiam investituram quis acceperit pro se, & heredibus utriusque sexûs. §. XI. concludit, fœminam per masculi existentiam semel exclusam, non semper manere exclusam.*

CAP. III.

Tractat de fœminarum in feudis successione. §. Imus admonet, in causarum decisionibus (1) ad tenorem investituræ, & paciscentium mentem respiciendum, (2) ad loci, curiæ Domini consuetudinem, ac statutum, (3) ad generales feudorum consuetudines, ac in earum defectu. (4) ad jus civ. & can. esse recurrendum. §. II. ostendit divisionem feudi in feudum ex pacto & provid. & in hæreditarium cum differentiis. §. III. docet fœminas in feudo hæredit. masculis non extantibus succedere. §. IV. adstruit divisionem hanc esse textualem. §. V. probat, ein Erb-Mann-Lehen *esse feudum hæredit. §. VI. infert, fœminas* im Erb-Mann-Lehen *successionis esse capaces, deficientibus masculis. §. VII. demonstrat, successionem hanc non impediri per divisionem factam, ac Adversariorum argumenta diluit. pag. 66. seqq. adjicitur exemplum* eines Erb-Mann-Lehens, *sc. Comitatus Rittbergensis. pag. 72. seqq. sequitur decisio. §. VIII. docet, fœminas certo tenore investitas unà cum masculis succedere. §. IX. exponit tx. 2. F. 18. §. X. adstruit successionis simultaneæ ampliationes.*

CAPUT I.

De regulari, ac ordinaria fœminarum in feudis excluſione.

I.

Regula de fœminarum in feudis excluſione.

IN multis juris noſtri articulis deterior eſt conditio fœminarum, quàm maſculorum, ſunt ipſa verba *l. 9. ff. de ſtat. hom.* vid. *l. 2. ff. de R. J. l. 45. pr. ff. de legat. 2. l. 20. ſ. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 6. ff. de popul. act. & ſ. 10. J. de adopt.* §. 3. *J. de hered. qual. & diff.* interdum tamen illis, vel ob naturæ ſuæ fragilitatem, *l. 4. c. de Sponſ. l. un. ſ. 15. C. de rei uxor. act.* vel ob partûs periculum varia ſunt indulta privilegia, ſicque melioris, quàm maſculi, conditionis, ùt in interceſſionibus, *t. t. ad SCtum Vellej.* in materia dotis, *t. t. qui pot. in pign.* item ratione pœnarum, *l. 2. ſ. fin. ff. de jur. fiſci. l. 15. §. 4. ff. ad L. Cornel. de falſ. l. fin. pr. ff. de jur. & fact. ignor. l. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Majeſt. l. 1. & auth. ſeq. C. de offic. diverſ. jud. l. 3. & auth. ſeq. C de cuſt. reor. Nov. 134. c. 9.* eſſe cenſentur. In reliquis, ubi ſingulare non eſt conſtitutum, par utriusque ſexûs eſt conditio; *l. 4. C. de liber. præter vel exhered.* ſpeciale verò feudorum conſuetudinibus juſtâ ratione eſt introductum, ut fœminæ à ſucceſſione feudali regulariter, ac ordinariè arceantur. *1. F. 1. ſ. 3. 1. F. 8. ſ. fin. 1. F. 24. & 2. F. 11. 23. in fin. 2. F. 36. 50. 51.* §. 3. Frid. Schenck L. B. à Tautenberg *in Interpret. Compend. in Conſuet. feud. in d. tx. 1. F. 1.* §. 3. Franc. Sonsbecc. *in Comment. ad uſus feud. p. 9. n. 119.* Udal. Zaſius *in tr. de feud. p. 8. n. 36.* Ludov. Schrader *in tr. feud. p. 2. c. 2. n. 10. & p. 7. c. 4. n. 1.* Hartman. Piſtor. *l. 2. Quæſt. jur. p. poſt q. 34. n. 1.* Herman. Vultej. *de feud. l. 1. c. 9. n. 27.* Henr. Bocer. *tr. de Succeſſ. feud. c. 3. q. 3. & tr. de nat. feud. c. 2. n. 5.* Joan. Wurmſer. *tr. de feud. impropr. Claſſ. 3. Sect. 3. n. 65.* Georg. Adam. Struv. *Syntag. jur. feud. c. 9. aph. 8.* Sigism. Finckelthaus. *Diſp. feud. 6. Controv. 23.*

Ratio autem, cur fœminæ à feudi ſucceſſione omninò arceantur, nulla dari poſſe alia videtur ex ſententia Gloſſæ *in d. tx. 1. F. 1. ſ. 3.* verb. *à ſucceſſione feudi in fin.* & Jul. Clari *l. 4. Sentent. in ſ. feudum. q. 73. n. 1.* quàm quòd illis, qui feudorum introduxère conſuetudines, ita placuerit, in qua etiam ſententia eſt Hier. Garzon. *tr. de fæmin.*

min. ad feud. recip. vel non. pr. verùm quia nulla est lex, vel alia juris dispositio, quæ suâ non constaret ratione, arg. *l. 20. 21. ff. de LL.* ac legis ratio anima, & mens illius esse dicitur; Nic. Everhardus *in locis argumentor. legalib. in loco. à ratione legis* 79. *n.* 19. dubium est nullum, quin & horum feudorum placitum suis nitatur rationibus, quarum (I) esse potest, quòd feuda concedantur familiæ, in suo ut splendore augeatur & conservetur, cui fini obtinendo fœminæ capaces non sunt. Valent. Forster. *de hæredit. quæ ab intest. defer. l. 4. c.* 23. *n.* 48. Sam. Stryck *Exam. jur. feud. c.* 15. *q.* 4. constat enim ex *l.* 195. *§. fin. ff. d. V. S.* mulierem familiæ suæ & caput, & finem esse, caput est, quoniam per nuptias unà cum marito suo regimen habet in domo, ejusque familiam, sobolis procreatione, & propagatione constituit: finis dicitur, quia, quam enixa fuerit sobolem, non in patris sui, sed mariti profert potestatem, ac familiam. quare Solon, filiam esse *κτῆμα ἀλλότριον* (possessionem patri alienam) quod per nuptias in mariti transire familiam, suæ econtrà nomen relinquere intelligatur; interest autem Reipublicæ, familias illustriores conservari, Petr. Heig. *quæst. jur. tam Civ. quam Sax. p.* 1. *q.* 21. *n.* 27. & amplificandis, augendisque familiis hisce qui studet, utilitati publicæ principaliter prospicere dicitur. *l.* 1. *§.* 13. *vers. publicè enim. ff. de ventr. inspic.* cujus rei cura solùm potentioribus, ac honestioribus, *l.* 7. *pr. ff. de decur. Nov.* 15. *præfat. in fin. & c.* 1. *pr.* & quidem solis sexu virili junctis, *l.* 2. *ff. de R. J. l.* 3. *ff. de muner. & honor.* demandari solet, propter virtutum, quæ in hoc sexu præeminet, excellentiam: natura enim viris dedit prudentiam, animi magnitudinem, robur corporis, patientiam laboris, constantiam in adversis, placabilitatem in offensis, taciturnitatem in occultis, authoritatem in arduis; hæc verò in fœminis pauciora esse omnia mox elucescet, hinc per masculos agnationes, & familiæ, imò ipsæ conservantur civitates; per fœminas autem extinguuntur: quoniam per nuptias bona transferunt in alienas familias, ac sæpè etiam civitates; cùm tamén per divitias familiæ illustres, in quibus splendor, & imperii consistit decus, conserventur, per illas crescant, & sine iis sordescant, & decrescant, quin imò mancæ, ac ludibrio sint expositæ, referente Theod. Reinkingk *de Regim. secul. & Eccles. l.* 1. *class.* 4. *c.* 17. *n.* 10. *seqq.* (II) fit, quia feuda eum in finem primò elargiti sunt Principes, ut hac ratione sibi adsciscerent, ac in promptu haberent viros, milites strenuos, & exercitatos, quorum operâ militari in expeditionibus, ubi opus, bellicis, ad imperii salutem uterentur,

 atque

atque defensionem. *2. F. 7. 21. 23. in fin. 2. F. 24. §. 2. vers. Sed non est. 2. F. 28. 34. §. 2. & 2. F. 52.* hinc Vasalli sæpius appellantur Milites *1. F. 19. 21. 22. 23. 2. F. 21. 22. 26.* Capitanei. *1. F. 1. pr. & §. 5. 1. F. 7. 17. 18. & 51.* quò & refertur vulgatum illud: beneficium datur propter officium. *2. F. 21.* Jac. Alvarott. *lect. in usus feud. in d. tx. n. 1. cir. fin.* nam Vasallus Dominum suum comitari debet, euntem ad prælium, eique perpetuâ fide adesse, adeò: ut si in acie periclitantem dimiserit, beneficium, tanquam indignus, amittat; *2. F. 24. §. 2.* jam autem onera servitiorum militarium duriora esse, quàm ut fœminarum illa humeri portare valeant, facilè cuivis patebit, attentiùs paulò sexûs hujus imbecillitatem consideraturo. Verùm enim verò mulier à mollitie quasi mollier dicta est; proinde sarcinam hanc illius humeris non congruere evidens est. Dein alienam suscipere defensionem virile est officium, & ultra sexum muliebrem esse patet ex *l. 18. C. d. procurat.* unde magis æquum est, mulieres à viris, quàm hos ab illis defendi. *l. 4. eod. l. 2. ff. de injur. §. 2. vers. defendi J. eod.* atque hoc cùm in civilibus obtineat negotiis, quantò magis in militaribus obtinebit. Dari quidem alteras Amazones, Penthesileas, Camillas, Vergilianas, Hipsicrateas, & id genus fœminas, quæ cum viris certamen etiam serium inire non detrectarent, non nego; ast rariores sunt, & numero longè vincuntur ab aliis, quibus delicatior corporis contigit constitutio: & utut una cessaret exclusionis ratio, quia tamen aliæ adhuc supersunt fœminarum in feudis exclusivæ, utique hæ propterea admittendæ non censentur, cùm regulariter, quoties plures concurrunt causæ, unâ earum cessante, non cesset dispositio. arg. *l. 11. §. 1. ff. de his qui not. infam.* ibique *Gloss.* verb. *collocare l. 8. §. 17. ff. de transact. l. 83. ff. de hered. instit.* ibique Bald. & alii, vid. Everhard. *in d. locis argument. legal. loc. à cessatione rationis 80. n. fin.* non enim ad ea, quæ rarò accidunt, contrahentium voluntas accommodatur; *l. 3. 4. 5. 6. de LL. l. 3. ff. si pars hered. pet.* quæ talis hic fuisse præsumitur, ut in illo soli succedant masculi, cùm feudi naturæ, & communi juris feudalis, masculos tantùm, tanquam sanguinis successores, *1. F. 1. §. 3. & 2. F. 2. §. 2. 2. F. 31. & 50.* ad successionem feudalem vocantis, dispositioni sese conformasse intelligantur. *l. 54. §. 1. ff. locat. cond. l. 43. pr. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 2. ff. de pact. dot. l. 38. in fin. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. 57. §. 1. ff. ad SCtum Trebell. l. 132. pr. ff. de V. O. c. 19. de Rescript. c. 8. de consuet.* (III.) assignatur, quòd, ortâ inter Dominum & Vasallum controversia, judices ordinarii constituti sint ipsi pares Curiæ,

sive

sive Convasalli ab initio statim, & origine feudorum; *1. F.* 10. 18. 23. *& 2. F.* 55. *§. 2. in fin.* jam verò honestas publica, naturalis pudor, & verecundia non patitur, jurique Romano adversatur, ut in illustri hoc judicio viri simul, ac fœminæ sedeant commixti, & Dominus arbitrio, votoque mulieris se submittat. est namque contra pudicitiam, sexui fœmineo congruentem, virorum cœtui, ac officiis, quale est judicandi munus, *l.* 12. *§.* 2. *in fin. ff. de jud.* sese immiscere: *l.* 1. *§.* 4. 5. *ff. de postul.* nec illa concedit, ut mulieres omnibus se manifestent. *l.* 14. *c. de contrah. & commit. stip. Nov. Leonis* 48. quò collimat, quòd judicium Parium vocetur Mann-Gericht, & Pares Curiæ Männer. cùm itaque fœminæ ab hujus officii munere arceantur, haud immeritò à successione feudali repellentur: cui enim negatur regulare consequens, illi quoque negatur regulare antecedens. Accedit (IV.) quia Vasalli Dominum suum & consilio juvare tenentur, 2. *F.* 5. 6. 7. hoc ipsum verò à fœminis vix est, ut expectari queat, partim propter judicii infirmitatem, & fragilitatem, *l.* 4. *ff. de testam. tut. l.* 1. *c. de confirm. tut. l. un. §.* 15. *C. de rei uxor. act.* quoniam fœminæ plerumque contra propriæ laborare solent commoda, *l.* 4. *in fin. C. de Sponf.* sexûsque muliebris fragilitas in propriæ substantiæ convertitur perniciem: *§.* 1. *J. quib. alien. lic.* partim, quòd eâ negotiorum experientiâ, quæ in consultando præcipuum punctum ferre solet, planè destituantur. (V.) refertur, quòd vinculi vasallitici nodis eorum, quæ circa utilitatem, & interesse Domini fuere consultata, aut quæ aliàs occultari è re Domini esse potest, accenseatur reticentia; *d. tx.* 2. *F.* 5. 6. 7. verùm taciturnitatem raram esse in fœminis dotem, cùm antiqui pariter, ac recentioris ævi experientia, tum multa hoc nomine vulgatissima satis superque produnt dicteria: vetustum enim habet proverbium, *mulieres & pueros id celare, quod ignorant.* rectè proinde inter tria, quorum Catonem in omnem pœnituit vitam, reperitur hoc, *quòd mulieri arcani quidpiam concredidisset unquam.* (VI.) recensetur, quòd Vasallus jurejurando obstrictus sit, perpetuâ mentis constantiâ ad extremum usque diem fidelem se Domino suo futurum; *d. tx.* 2. *F.* 7. quis autem ignorat fœminas quater in hora variare, ac Polypo esse mutabiliores? *c.* 10. *cir. fin. de V. S.* ibique *Gloss.* facit denique, quòd feudum dicatur beneficium aliquod; 2. *F.* 23. *circa fin.* id autem ad nullum pertinet alium, quàm cui illud Dominus tributum vult. 1. *F.* 1. *§.* 1. 2. *&* 1. *F.* 8. *§. fin.* quando verò Dominus feudum primitus concedit masculo, præsumitur ejus hæc esse voluntas, ut in illud soli masculi succedere debeant; siquidem

quidem à primordio tituli omnis formatur eventus: *l. un. cir. fin. C. de impon. lucrat. describt. l. 3. §. 2. in fin. ff. de minorib.* ac ex causa primordiali unamquamque rem metimur. *l. 69. ff. de fidejussor. l. 33. p. ff. de donat. l. 17. pr. vers. parvique. ff. de reb. auth. jud. poss. l. 18. §. 3. ff. de injur.* quæ cum ita sint, quis non animadvertit, fœminas, justa ratione, à feudorum successione arceri, cum ipsa natura ad conservandam in suo splendore familiam, & ad præstandas feudalis beneficii functiones, ob quæ tamen feudum concedi liquet, sint inhabiles? in omnibus siquidem causis id observari, ut, ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi, deficiente eâ, beneficium quoque deficiat, ait JCtus in *l. 68. ff. de R. J.* & quoties causa, ob quam quid datum est, eum in casum deducitur, ut ipsa amplius non sit, tum id, quod datum est, repetere licet per *l. 54. ff. de condict. ind. l. 1. §. 1. & l. 4. ff. de condict. sine caus.*

II.

quæ procedit, sive pro se, & filiis.

Ampliatur hæc regula, & procedit, cum quis pro se, & filiis suis für sich, und seine Söhne, oder Kinder Männlichen Stammens de feudo fuit investitus: quamvis enim de jure civili masculinum comprehendat fœmininum, *l. 45. ff. de legat. 2.* ac appellatione filiorum contineantur etiam fœminæ; *l. 84. 201. 220. §. 3. ff. de V. S.* aliud tamen in feudis, quæ illam non patiuntur interpretationem, obtinet: quoniam masculi tantùm in feudis regulariter succedunt. *1. F. 1. §. 3. 1. F. 8. §. fin. 2. F. 50.* cùm ergo masculi regulam pro se habeant, habent etiam quoad fœminarum exclusionem intentionem fundatam; hinc in dubio contra fœminas est præsumptio, quod feudum sit masculinum, non fœmininum, DD. *in tx. 2. F. 26. §. 1.* arg. *tx. 2. F. 2. §. fin. & 2. F. 50.* Vultej. *l. 1. c. 9. n. 28.* filiorum autem nomine, in prima investitura expresso, dubitandum non est, quin juxta generalem juris feud. dispositionem omnes masculi, à primo acquirente per lineam rectam descendentes, in infinitum comprehendantur, ità, ut, licet investitura dicat: *Concedo Titio, ejusque filiis hoc feudum*, id tamen non de filiis primi duntaxat gradus, sed de omnibus ex illo descendentibus intelligatur; *1. F. 13. vers. & si clientulus.* ibi: *Sinè filio masculo.* ubi vocabulum *filius* & *heres* æquiparantur. arg. *d. l. 84. 201. 220. pr. ff. de V. S.* præsertim quando versamur in materia favorabili, & quæ largam recipit interpretationem. H. Pistor. *l. 2. qu 19. n. fin.* Schrader *p. 7. c. 5. n. 3.* Henr.

Henr. à Rosenthal. *in synops. jur. feud. c.* 1. *concl.* 5. *n.* 12. *& c.* 7. *concl.* 15. *n.* 8. & *sub lit. b.* per integram Glossæ columnam authores allegans, & leges. Sonsbecc. *p.* 9. *n.* 157. *Sive* pro se simpliciter quis feudum acquisierit: unusquisque enim sibi, & hæredibus suis prospexisse videtur. 2. *F.* 18. *l.* 9. *in fin. ff. de probat. l.* 13. *C. de contrab. & committ. Stip.* Schrader *d. p.* 7. *c.* 4. *n.* 39. Carol. à Kirchberg. *de feud. ex pact. & provid. c.* 4. *n.* 14. qui ex aliis testatur, hanc communem esse opinionem, & perinde haberi, ac si concessum foret, *pro se & filiis suis masculis tantum.* *Sive* pro se, & liberis suis, für sich, und seine Kinder, utut liberorum nomine filias quoque venire dicat JCtus *in l.* 9. §. 13. *ff. de pœn. l.* 220. *ff. de V. S.* feudum acceperit. Paul. Matth. Wehner. *pract. jur. observ.* voc. Erben. *Sive* pro se, & posteris suis, für sich, und seine Nachkommen. Menoch. *l.* 5. *cons.* 443. *n.* 65. Hippol. Rimmald. *l.* 2. *cons.* 176. *n.* 22. *Sive* pro se, & genere suo, für sich, und sein Geschlecht. laud. Riminald. *cit. l.* Rosenthal, *d. c.* 7. *con.* 31. *n.* 5. etsi enim appellatio *generis* dubia sit, & tam ad genus paternum, quàm maternum referri possit; *l.* 61. *C. de decur. Nov.* 118. *c.* 1. *pr.* attamen feudi ea est natura, ut ad illud masculi tantùm, non etiam fœminæ admittantur; ideoque τὸ *genus* secundùm substratam materiam ità interpretandum, ut sub hoc masculi duntaxat, & ex his descententes comprehendantur, cum explorati juris sit, verba secundum subjectam materiam esse exaudienda. *l.* 15. §. 4. *ff. locat.* Rosenthal *d. l. Sive* pro se, & consanguineis suis, für sich, und seine Geschwistere, sorores tamen non continentur: utut enim alias vocabulum *consanguineorum* sanguine sibi junctos utriusque sexûs significet; attamen in feudalibus solos masculos, fratres sc. voce hac ad successionem feudi vocari, non etiam sorores admitti testatur Wehner *d. l. voce* Geschwistre, Joan. Sichard. *cons. feud.* 7. *n.* 15. Obstare quidem videtur tx. 1. *F.* 14. §. 1. ibi: *& similiter intelligendum esse in consobrinis* verùm cit. textus, aut de feudo fœmineo strictè, vel latè sic dicto accipiendus, aut dicendum, quòd ibi vocabulum *consobrini* impropriè, sc. pro patruelibus, sumatur: verba namque cujuscunque dispositionis secundum subjectam materiam capi, ac naturam contractûs, de quo fiunt, sequi debent; quoniam verba rebus, non res verbis inserviunt. *d. l.* 15. §. 4. *ff. locat. l.* 6. *ff. de præscript. verb. l.* 70. §. *un. ff. de V. S. l.* 4. *pr. ff. de usur. & fruct. l.* 18. *pr. ff. de damn. infect.* idque vel maxime in investituris, & beneficiorum concessione (quæ & alias

liberis. posteris. genere. consanguineis;

strictæ sunt interpretationis; *§. 6. J. de J. N. G. & C. l. 14. 15. ff. de LL.* Matthæ. Wesenbec. *p. 1. cons. 4. n.* 108. *& p. 2. cons. 60. n. 11.*) locum obtinet. Bald. *in tx. 2. F.* 40. usque adeò, ut etiam verba, ex natura feudi, contra propriam significationem intelligantur potiùs, quàm feudi naturæ in aliquo derogatum esse videatur, per ea, quæ tradit Menoch. *l. 2. cons.* 158. *n.* 45. arg. *tx. 1. F. 6. §. 1.* & *1. F. 8. §. fin.* ubi copula *&* ex natura feudi eam recipit interpretationem, ut ordinem potiùs successivum, quàm simultaneum denotet, & conjunctionem. vid infra *c. 2. §. 6.* & *§. 8.* Hart. Pistor. *l. 2. p. 1. q. 1.* n. 102. 103. Kirchberg *c. 4. n.* 32.

III.

Sive pro se, & descendentibus, sive heredibus suis quis investitus fuerit.

Extenditur porrò *sive* pro se, & descendentibus für sich, und seine Leibes-Erben, *Schrader* p. 7. c. 4. n. 37. Andr. Gail. *pract. observ. l. 2. obs.* 154. *n.* 21. Wurmser *Class. 3. sect. 3. n.* 449. *Sive* pro se, & hæredibus suis für sich, und seine Erben de feudo quis investitus fuerit: in feudis enim heredum appellatione intelliguntur heredes feudales, qui masculi sunt, non fœminæ. *1. F. 1. §. 3. 1. F. 13. vers. & si clientulus. 1. F. 20. 2. F. 26. §. fin. vers. Titius cum Sempronio. 2. F. 31. 34. §. 2. vers. profectò 2. F.* 50. Sonsbecc. *p. 9. n.* 119. 121. *Rosenthal c. 7. con.* 31. *n.* 4. Schrader *p. 7. c. 4. n. 2.* Hart. Pistor. *l. 2. q. 34. n. 2. & q. 38. n.* 34. Vultej. *l. 1. c. 9. n.* 32. nec distinguendum, an feudum sit antiquum, an novum, magnum, an modicum. Joach. Schnobel. *Disp. feud. 6. §.* 16. Licet autem aliqui, causæ potiùs, quàm veritati studentes, evincere conentur, quod heredis appellatione veniat masculus tum, quando *τὸ heres* vel ab ipso jure feudali usurpatur, vel ex ejus dispositione intelligitur; at, quando in ipsis investituræ literis heredum fit mentio, & ab homine profertur, tum non soli masculi, sed & fœminæ vocatæ censeantur; Sicque minùs rectè distinguant inter vocem *hæredis* ab homine expressam, & usurpatam â jure, seu subintellectam. Cujus distinctionis author audit Andr. de Isern *in tx. 2. F. 23. vers. hujus autem generis.* quem posteà veluti antesignanum suum, factâ quasi conspiratione, communiter secuti sunt DD. non secùs, ac aves regales, quæ unam prævolitantem omnes comitari solent, ut ait Decius *cons.* 481. *in fin. & cons.* 494. *n.* 15. verùm oleum, & operam perdiderunt; quoniam multi extant juris feudalis textus, in quibus vocabulum *heres* in ipsis investituræ verbis, quæ hominis est dispo-

sitio

sitio, & expressio, usurpatum invenitur, ut *in tx.* 1. *F.* 20. 2. *F.* 17. 2. *F.* 26. §. *fin. vers. Titius cum Sempronio.* 2. *F.* 34. §. 2. 2. *F.* 49. neque tamen quis dixerit, ibi vocabulum *heres* non de masculo tantùm, sed & de fœmina exaudiendum. Vultej. *l.* 1. *C.* 9. *n.* 33. conf. Bald. *in tx.* 2. *F.* 17. ubi disertis verbis, quòd τὸ *hæres* in investitura usurpatum ex ipsa feudi natura intelligi, & restringi debeat ad heredes sanguinis, sive ad masculos, ac perinde sit, concedere alicui feudum pro se, & heredibus, atque si dictum esset pro se, & filiis masculis. Accedit, quod secundùm Germaniæ consuetudinem verba illa investituræ *pro se, & heredibus* intelligantur de hæredibus feudalibus, masculis, teste Gail. *cit. l. n.* 20. vulgò autem dicitur, verba contrahentium secundum vulgarem, ac communem loquendi usum esse intelligenda; *l.* 69. *§. un. ff. de leg.* 3. *l.* 3. *§. fin. ff. de supellect. leg. l.* 18. §. 2. *ff. de instruct. vel instr. leg. c.* 7. *de spons. & matr.* hinc omnem intellectum, qui auribus vulgi non consonat, extraneum esse testatur Bald. quem refert Kirchberg. *c.* 4. *n.* 36. Confert, quod, si ipsam primorum paciscentium inspiciamus mentem, reperiemus haud dubiè, illos de heredibus sanguinis, seu masculis sensisse, non fœminis, cum regulariter feuda in favorem familiæ, ejusque conservationem concedantur, quem finem non fœminæ (siquidem hæ per nuptias in alienam transeunt familiam) sed masculi assequuntur; supra *§.* 1. est autem in toto jure vulgatissimum, in omni dispositione ipsam contrahentium mentem esse attendendam, in tantum, ut etiam verba, quantumvis clara, ex verisimili contrahentium mente interpretationem recipiant. vid. infra *c.* 2. *§.* 6. ita in Camera imper. judicatum fuisse testis est, omni exceptione major, Joach. Mynsinger, ejusdem quondam assessor, *in observ. imper. cam. cent.* 5. *obs.* 72. *n.* 6. *in fin.* ubi contra vasalli, ultimò defuncti, filiam, ad successionem feudi, primo acquirenti pro se, & heredibus suis concessi, nullo extante masculo, admitti contendentem, pronunciatum, & Domino directo, ad quem feudum, hoc tenore datum, nullo superstite masculo, redire debet per *tx. alleg.* 1. *F.* 13. *vers. & si clientulus.* rectissimè adjudicatum fuit.

Non infringit sententiam nostram *l.* 22. *§.* 1. junct. *l.* 7. *§.* 6. *ff. de oper. libert.* ubi DD. notant, differre stipulationem hanc: operas præstari *heredibus*, & *liberis*, cùm priori casu non debeantur, nisi exiſtant heredes; *d. §.* 1. posteriori verò liberis sint præstandæ, utùt heredes non fuerint. arg. *l.* 45. *§.* 2. *ff. de V. O.* Etenim aliam,

 ac

ac longè diversam vocabuli *heredis* significationem paulò antè ostendimus esse de jure feudali, cui præ jure civili est standum, utpote quo strenuus legis peritus tum demum, sicubi casus emerserit, in feudorum placitis non comprehensus, absque calumnia uti poterit. *2. F. 1. vers. legum. autem.* adeoque leges civiles in feudis non dominantur, sed tantùm in defectum iis ancillantur, atque in subsidium famulas manus accommodant. de hoc latiùs infrà *c. fin. §. 1.*

IV.

&, cum feudum emptum sit proprium,

Procedit quoque in feudo empto, quòd non minùs est proprium, ac feudum merè gratuitò concessum; habet enim feudum propriam suam naturam, juris authoritate sibi inditam, quæ si ei integra relinquitur, feudum proprium esse dicitur; licèt igitur illi posteà quid extrinsecùs accesserit, naturalem tamen illam, ac propriam feudi indolem non immutat, sed intactam planè, ac illibatam relinquit. Unde & feudum emptum ob solam emptionem proprium esse non definet, cùm ipsa emptio non absorbeat ea, quæ sunt de propria feudi natura, *arg. tx. 2. F. 12.* sed omni feudi proprii qualitate naturali salvâ manente, extrinsecùs saltem accedit: non enim modus acquirendi naturam feudi ingreditur, vel afficit, sed extra eam est. Nulla proinde habetur ratio, quare feudum hoc negetur esse proprium, cum id, ex quo proprium est, & dicitur, totum retineat salvum, ac aliunde feudum in dubio præsumatur proprium. arg. *tx. 2. F. 2. §. fin.* utì etiam qualitates, quæ cuique rei ex legis, aut hominis dispositione inesse debent, in dubio semper inesse censentur. Sonsbecc. *p. 4. n. 2.* Zas. *p. 12. n. 2.* Vultej. *l. 1. c. 8. n. 93.* cum longa Author. serie.

Non obstat *tx. 2. F. 23.* ubi feudum proprium dicitur beneficium. Nam & emptum appellatur beneficium *in tx. 1. F. 20.* ibi: *vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum.* & ille beneficium præstat, qui acceptâ pecuniâ illud præstat. *l. 3. in fin. ff. de obseq. parent. & patr. praest.* neque enim pecuniæ interventus benevolentiam Domini tollit, sed Dominus, feudum mihi præ alio vendendo, suam erga me exercet benevolentiam, cùm me potiùs, quàm alium in suam recipiat clientelam; licèt itaque sinister oculus intueatur pecuniam; dextero tamen fiducia excipitur, propptereaque beneficium censetur; Andr. Knichen *de vestit. pact. p. 1. c. 3. n. 268.* quoniam in jure feudali nusquam requiritur, ut feudum planè sit gratuitum, sed sufficit,

sufficit, si concessio sit talis, quæ gaudium tribuit accipienti, & ex animo benevolo procedit *per d. tx. 2. F. 23.* quod utrumque contingit in feudo, sive modico, sive justo etiam pretio comparato; modò tamen vasalli erga rem feudalem affectio sit tanta, ut gaudium sibi præstet capienti.

Non adversatur *tx. 1. F. 27.* nam ibi non ipsa feudi emptio, sed lex, seu pactum commissorium, contractui pignoris adjectum, improbatur, quod etiam de jure civili est prohibitum. *l. fin. C. de pact. pign. & de leg. commiss.* atque sic feudum nullum constitui potest sub lege commissoria pignoris, non ob pecuniæ interventum: siquidem feudum pretio interveniente constitui posse apparet *ex tx. 1. F. 1. §. fin. vers. notandum. in fin. 1. F. 2. pr. 1. F. 7. 16. 20. 24. & 2. F. 12.* sed quia creditor, qui pecuniâ mutuò datâ, & pignore accepto cum debitore suo paciscitur, ut, nisi statuto tempore pecunia credita reddatur, rem pignori acceptam in feudum retineat, captiosè cum illo agere, *d. l. fin.* & prætextu pecuniæ ita creditæ rem dicitur acquirere, quod uti non convenit aliis rebus, ita multò minùs feudo, quod non captiosè, & pactis illicitis, sed amore, & honore Domini est acquirendum; in contractu verò emptionis, venditionis ille amor, & benevolentia tradentis erga accipientem, & vicissim honor, ac reverentia accipientis erga tradentem non excluditur, cùm pretium non tam eliciendi beneficii, quàm remunerandi gratiâ datum videatur; adeoque ratio illa, quòd feudum non pecuniæ prætextu, sed amore & honore Domini sit acquirendum, in tx. controverso proposita, ad improbandum ejusmodi pactum, non verò ad prohibendam emptionem facere poterit. Non quidem nos fugit, Glossam, & eam sequentes DD. statuere, quòd textus pro feudis, pretio comparandis, ad Dominum non pertineant: & ipsi fatemur ingenuè, vix textum rotundum in jure feudali occurrere, ex quo feudum proprium, à Domino pretio interveniente comparatum, pateret. Verùm firma non est consequentia: verbis legis id non continetur, ergo istius legis non est; cùm non minùs legis sit, quòd mente, quàm quod verbis ejus comprehenditur. *l. 17. ff. de LL. l. 6. §. 1. ff. de V. S.* cur enim Domino non liceret rem vendere, & emptorem Vasallum Clientem sibi per investituram constituere? vel feudum, sibi apertum, certo pretio, si res spectetur, vendere, ac posteà emptorem recipere vasallum? Wilh. Ludvvel. *de divis. feud. c. 1. pag. 18. seqq.* quoniam beneficium magis in nexu feudali, seu formali respe-

ctu Domini, quòd Dominus Vasallum defendere, eique fideliter velle teneatur, arg. *tx. 2. F. 6. cir. fin.* quàm in re ipsa, propter quam nexus feudalis est, esse potest.

V.

prædicta regula in eo quoque locum habet.

Ex quo per necessariam consequentiam deducitur, fœminas in eo nequaquam succedere. Rosenthal *c. 7. con. 34. n. 7.* Mynsing. *Cent. 5. obs. 73. n. 4. seqq.* Schrader *p. 7. c. 4. n. 5.* Zas. *p. 8. n. 37. & p. ult. n. 22.* Sonsbecc. *p. 9. n. 121. seq.* Hart. Pistor. *l. 2. q. 34. n. 8.* Kirchberg *c. 4. n. 94.* Vultej. *l. 1. c. 9. n. 51.* Bocer. *de Success. feud. c. 3. q. 26.* Wurmser. *cl. 3. sect. 3. num. 426. seqq.* Movemur autem sequentibus hisce rationibus: (I.) quòd fœminæ regulariter, ac ordinariè à feudorum successione removeantur, & contra feudi naturam sit, ut fœminæ succedant; *dd. txx. 1. F. 1. §. 3. 1. F. 8. §. fin. 1. F. 24. 2. F. 11. 23. in fin. 2. F. 36. & 50.* notum verò est, regulæ tamdiu esse inhærendum, donec de exceptione, quæ contra illam allegatur, liquidò doceri potest: *c. fin. de restit. spoliat. in 6.* Bald. *in l. 1. C. de SS. Eccles. & in l. penult. C. de serv. pign. dat. manumiss.* cùm igitur in jure feudali duo duntaxat nominatim exprimantur casus, quibus fœminæ ad feudi admittuntur successionem, quorum primus est, si feudum sit fœmineum, à fœmina primitùs acquisitum, alter, si eo tenore masculo datum sit feudum, ut & fœminæ in illo succedere queant, *dd. txx. 1. F. 6. §. 1. 1. F. 8. §. fin. 2. F. 11. & 50. pr.* nec demonstrari possit, hanc communem feudorum regulam suum quoque in iis, quæ pretio comparantur, feudis perdere officium, *l. 1. ff. de R. I.* sequitur, regulæ potiùs, quàm exceptioni, à DD. solùm adinventæ, quæ nullum in feudorum placitis fundamentum habere dignoscitur, standum esse; præsertim cùm inclusio quorundam sit aliorum exclusio. *l. 12. pr. ff. de jud. l. 22. ff. solut. matr.* ibique DD. Menoch. d. *cons. 158. n. 29.* ubi dicit, quòd solidum ab inclusione unius ad exclusionem alterius ducatur argumentum. (II) feudum quoque emptitium ejusmodi est feudum, ut ex eo æquè fidelitas Domino veniat præstanda, *2. F. 3. §. un. in fin.* cujus capitula, *in txx. 2. F. 5. 6. 7.* expressa, fœminæ minimè convenire in propatulo est. (III) etsi feudum communi duorum fratrum pecuniâ ab alterutro sit emptum; alter tamen frater, non emptor, in illud non succedit. *2. F. 12. vers. quod si cum equis.* (IV) pretium, quod pro feudo datum est, non impedit, quò minùs id dici possit beneficium, *d. l. 3.*

in

in fin. ff. de obseq. parent. & patr. præst. d. tx. 1. *F.* 20. & quidem proprium, cujus natura est, ut fœminæ non succedant *per txx. cit.* ergo. Et hanc opinionem, in Camera Imper. approbatam, præjudicio firmat, & testatur Mynsing. *l. alleg.* præjudicium quoque Cameræ refert Rosenthal *d. l.* verissimam esse judicat Bocer. *l. cit.* neque ab ea consulendo, & judicando recedendum monet Jos. Borcholt. *in comment. in consuet. feud. c.* 7. *p.* 2. *n.* 65.

Non imminuit sententiam nostram, quòd tale feudum allodii locò censeri, & in eo jure contractûs emptionis-venditionis, non jure feudi, succedi dicatur; nam (I) id ipsum est, quòd negamus, ac, ùt logici vocare solent, petitio principii; sicque probatur incertum per æquè incertum. (II) illud falsum esse, ex eo apparet, quòd, ubi forma adest feudi essentialis, quæ est fides, ibi quoque feudum ipsum adsit, oporteat; atqui in feudo empto forma adest substantialis, imò omnia feudi naturalia, ergo allodii instar feudum, pecuniâ acquisitum, censeri non potest. Wurmser *cit. l. n.* 435.

Nec obstat, quòd pecunia illa, qua feudum est comparatum, verisimiliter etiam per successionem hæreditariam ad filias pervenisset, si pater eam pro feudi emptione non erogâsset, ideoque rationi videatur consonum, ut ad illius quoque successionem admittantur: cùm surrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum surrogatur: *l.* 10. *§.* 2. *ff. si quis caution. l.* 1. §. 10. *vers. nam si in locum. ff. si is; qui testam. lib. esse juss. er.* & §. 29. *J. de action.* & res succedat in locum pecuniæ, sicut econtrà pretium in locum rei; *l.* 22. *ff. de petit. hæred.* feudum autem surrogatur in locum pecuniæ, ergo, ùt in pecunia, ità & in feudo succedent. Nam licèt illa pecunia, si in hæreditate paterna fuisset reperta, nec pater aliud ultimâ voluntate disposuisset, ad filios, & filias, æqua lance, pervenisset; *l.* 4. *C. de liber. præter & exhæred.* contrarium tamen hoc in casu, quo pater in vivis pecuniam illam pro feudi, cujus fœminæ regulariter capaces non sunt, emptione erogavit, obtinet. Quod pater haud dubiè facere, nec filia impedire potuit: quoniam ei pecuniam suam in feudi emptionem collocare integrum fuit. *l.* 1. *§.* 21. *vers. præmutura. ff. de collat. bon.* suæ enim quisque rei est moderator & arbiter. *l.* 21. *C. mand.* ac iniquum est, ingenuis hominibus liberam non esse rerum suarum alienationem. *l.* 2. *ff. si à parent. quis manumiss.* unde Bald. *in l.* 1. *C. de in offic. testam. n.* 8. ait, patrem omnia sua bona vendere, & pecuniam in mare projicere posse. Cùm itaque nihil juris

juris in patris viventis pecunia habeant filiæ, patrem impedire non possunt, quò minùs pro arbitrio suo eam eroget, multò minùs, *pertradita*, feudi empti successionem petere queunt: destructionem namque antecedentis sequitur destructio consequentis. *l. 1. vers. bujus rei. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisd.* sicut destructo ordine, destruitur ordinabile. arg. *l. 31. ff. de servit. præd. just.* neque surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatum est, in particularibus, & ubi illud diversæ est indolis, ac qualitatis à surrogato. arg. *l. 3. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.* Confer. infrà §. 14.

Non præjudicat contrarium Cameræ imper. præjudicium à Gail. *l. 2. obs. 159. num. 5. in med.* relatum: non enim hoc credit Rosenthal *cit. l.* donec perspicuè probetur; nisi aliæ forsitan adfuerint circumstantiæ, & rationes, quæ in facto occurrerunt, idemque mutârunt; constat autem minimam quoque facti circumstantiam jus mutare, Knichen *alleg. p. 1. c. 1. n. 119. 310.* quemadmodum modicum fermentum totam massam inficere. Mynsing. *Dec. 10. Resp. jur. 99. n. 3.* arg. *l. 65. ff. de R. J.* Et hæc adeò vera sunt, ut etiam, si feudum emptitium Domino fuerit apertum, ob masculi successuri defectum, filiæ defuncti vasalli pretium feudi restituendum non sit, per ea, quæ scribit Rosenthal *d. l. in Gloss. sub lit. K.* ubi idem Cameram imper. judicando observâsse attestatur. Facit ad hoc *tx. 1. F. 2.* ibi: *etiam pretio, pro eo dato, non restituto.* Quæ tamen de eo casu velim intelligenda, quo filiæ necessaria alimenta, & legitimam suam in bonis allodialibus habent salvam; Secùs autem foret, si suâ defraudarentur legitimâ: nam tum ex feudo, pecuniâ paternâ comparato, legitimam, vel quod ei deest, jure petere possunt, non quidem ex ipsa feudi substantia, nec secundùm veram ejus æstimationem, sed habito saltem pecuniæ, pro feudi emptione erogatæ, respectu. arg. *tx. 1. F. 6. §. fin.* ibi: *tantum ei relinqui debet, unde se sustinere possit,* & interest Reipublicæ, fœminas habere dotes, ut eò faciliùs nubendi inveniant conditionem. *l. 2. ff. de jur. dot.*

VI.

Item in feudo pignoratitio.

Similiter obtinet in feudo pignoratitio, quod sub lege fidelitatis vasallaticæ in securitatem debiti concessum est, ità, ut sibi, suisque heredibus liberum sit, id pro accepta pecunia, quandocunque libuerit, redimere; & sic feudum hoc, sicut aliud pignus, ex Domini beneplacito expirat: licet enim in hoc degeneret feudum pignoratitium, quòd non

non sit gratuitò, sed pecuniâ datâ, acquisitum, non in perpetuum constitutum, 2. *F.* 23. sed quousque Dominus, pecuniâ restitutâ, revocet, seu reluat; Rosenthal *c.* 2. *con.* 77. *n.* 1. in reliquis tamen feudi proprii retinet naturam 2. *F.* 48. confer. *§. seq.* hinc fidelitas, & servitia præstanda, investituræ petenda renovatio; sicut enim investitura ad primam, & originariam feudi pignorat. acquisitionem est necessaria, ità etiam ad conservationem, & transmissionem requiritur. Idque non tantùm procedit, si vasalli, sed & si Domini mutetur persona. 2. *F.* 24. nec non idem succedendi ordo, uti in feudis aliis, est observandus; ut proinde mirum non sit, fœminas ab ejus excludi successione. Quamvis autem multi testentur Authores, quòd in praxi, secundùm Germaniæ consuetudines, ad hujus feudi successionem admittantur; plerique tamen relationi suæ mox subnectunt, morem hunc feudorum placitis non convenire. Zas. *p. ult. n.* 24. *in fin.* Wurmser *cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 436. *seq.* Verùm illud negandum non est, duplex in hujusmodi feudo jus occurrere, feudi sc. & pignoris: illud devolvitur ad hæredes duntaxat descendentes masculos, hoc ad omnes eos, qui in allodiis succedendi jure gaudent, transfertur; & sic vasallus de hoc pignoris jure pro lubitu, tam actu inter vivos, quàm ultimâ voluntate, sine Domini consensu, disponere potest; Rosenthal *c.* 7. *con.* 9. *n.* 2. de illo verò non item. Rosenthal *d. c.* 7. *con.* 2. *n.* 2. neque verò, mortuo sinè prole mascula vasallo, fœminas, aliosque feudi incapaces ab ipso etiam debito excludimus, sed potiùs retentionis, & pignoris jure, usque dum pecunia credita solvatur, feudum ab iis detineri posse statuimus cum Struv. *c.* 4. *aph.* 14. *n.* 1. quo casu ad instar aliorum creditorum ad reddendas rationes, ac restituendos fructus obligantur, nec vasalli, aut vasallæ jure dicuntur, sed tantùm pignoris possessores.

VII.

Porrigitur etiam regula illa ob generalitatem suam ad feudum francum, cui tamdiu standum, donec probetur contrarium; licet enim feudum hoc à servitiis pronuncietur liberum, nihilominus quoad reliqua, quæ in fidelitatis continentur juramento, proprii feudi retinet naturam. 2. *F.* 48. Rosenthal *c.* 2. *con.* 54. *in fin.* & *c.* 7. *con.* 33. *n.* 7. 8. 15. Schrader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 11. *seq.* Zas. *p. ult. n.* 21. Borcholt. *l. cit. n.* 68. *in med.* Wurmser *d. l. n.* 439. *seq.* Cujus ratio hac fundatur regulâ, quòd naturalia, etiam non expressâ, insint

franco, Proculdubio feudo

feudo, Vultei *l. 1. c. 8. n.* 93. nisi per pactum eadem sint sublata; ergo ea, quæ non leguntur sublata, remanent salva & integra. Unde quoties, & in quibus non est aliquid contra feudi naturam expresse dispositum, in illis primi constituentes juri, ac rei, de qua agitur, naturali indoli sese conformâsse censentur. suprà *§. 1.* cum neque pactum, super una rei interpositum, ad aliam extendatur. *l. 27. ff. de pact. l. 31. C. de transact.* Quæ tamen regula ex pactorum natura hanc admittit limiiationem: nisi mens contrahentium aliud suadeat; hujus autem limitationis intellectus de eo, quod contrahentes per verba expressa alterârunt ulteriùs, esse non potest: nam de hoc quæstio foret Domitiana, ac idem haberet limitatio, quod regula; sed ubi verba contrahentium ad casum, sub verbis non comprehensum, extenduntur per bonam consequentiam, quæ aut ratiocinatione, conclusionem necessariò inferente, nitatur, aut quæ, si ratiocinatio, in se considerata, non necessariò inferat, & fortè unam atque alteram patiatur instantiam, omnis dubii tollendi gratiâ, legibus feudalibus, in imperio receptis, sit approbata. Si itaque ratiocinatio non necessariò concludat, aut per textum feudalem probetur, firma manet juris feudalis maxima, qua feudum, in uno mutatum, in reliquis non mutatis, pristinam suam, ac propriam naturam retinere dicitur. *d. tx. 2. F.* 48. Ex quibus suâ sponte fluit, quòd assertio contraria, quæ foeminas in feudo franco ad successionem statuit admittendas, cùm neque per ratiocinationem, necessariò inferentem, ex servitiorum feudalium remissione demonstrari possit, neque aliquo juris feudalis textu ordinario subnitatur, nullo planè modo subsistere queat.

Non imminuit sententiam nostram, quòd Dominus feudum francum concedens, & servitia planè remittens, foeminas æquè, ac masculos ad ejus successionem admittere censeatur, cùm removisset id, quod aliàs foeminas excludit *per tx. 2. F.* 36. Nam ratio adæquata foeminarum exclusiva, suprà *§. 1.* latè declarata, servitiorum remissione, quæ feudi franci adhæret concessioni, planè & plenè sublata dici non potest; quoniam principalis, adæquata, & finalis causa prohibitionis non est servitiorum præstatio, sed ipsa fides, & familiæ conservandæ favor: illa namque causa est de substantia contractûs, qua cessante, cessat ipse contractus: arg. *l. 6. §. 2. ff. de jur. patronat. l. 6. C. de pact. int. empt. & vend.* ac quæ principaliter fuit in consideratione; *l. 1. pr. ff. de autorit. tut. l. 1. §. 9. ff. de exercit. act.* servitia autem, salvâ feudi substan

tiâ

tiâ, abesse posse constat *ex tx. 2. F. 26. §. 5. pr.* ubi pupillus feudum adipiscitur, nec tamen ipse, sub pœna amittendi feudi, servitium præstare compellitur, & *2. F. 104. pr.* ibi: *ut nullum pro eo servitium fiat.* Neque servitium principaliter est in consideratione. Kirchberg. *cap. 4. num.* 127. Quæ omnia dici non possent, si servitium esset causa finalis, & adæquata, sicque de feudi substantia. Facit denique, quòd cessante unâ prohibitionis causâ, vel etiam pluribus, non propterea cesset tota prohibitio, si una, vel plures sufficientes adhuc adsint. supra §. 1. *sub num.* 2. Hæc ità sunt veritate juris theoricâ inspectâ; aliud praxi obtinere non negamus.

VIII.

Procedit non minùs in feudo conditionato, quod ad determinatum servitium, quod fœmina non minùs, quàm masculus honestè, & commodè præstare potest, concessum est. *2. F. 23. in fin.* Schrader *p. 7. c. 4. n.* 10. Zas. *p. 8. n.* 49. Rosenthal *c. 7. con.* 33. *num.* 11. 14. Franc. Curt. jun. *de Feud. p. 3. membr. 1. n. 12. in fin.* Borcholt. *cit. l. n. 68. cir. fin.* Wurmser *cit. l. n.* 441. Nam fœmina, utùt determinatum illud servitium honestè præstare possit; attamen ad ea, quæ fidelitatis exigit forma, præstanda minimè est habilis. *2. F.* 5. 6. 7, nec feudum hoc, licèt in eo, quòd vasallus ad certum servitium sit obstrictus, à propria feudi recedat natura, in cæteris eam amittit, sed intactam retinet. *2. F.* 48. Non obest textus *2. F.* 104. capitulum enim hoc, utpote extraordinarium, à Jacobo Cujacio ex Jacobo de Ardizone, & Alvarotto, longo post factam consuetudinum feudalium receptionem tempore, capitulis ordinariis adjectum, Bitsch. ad *tx. 2. F. 58. in fin.* non est canonicum, & authenticum, proinde ad decidendas controversias allegari non potest; Curt. *d. p. 3. m. 1. n.* 14. sed tantùm in explicando jure feudali dubio, & non satis claro aliquid habet momenti. Hart. Pist. *d. l. 2. p. 1. q. 13. n. 59.* & *q. 15. n. 45. cir. fin.* & *p. 2. q. 34. n.* 33. cùm ergo jure feudali expresè cautum sit, quod non nisi duobus casibus fœminæ in feudo succedant, sc. fœmineo latè, ac strictè sic dicto, suprà §. 5. *sub n.* 1. certumque sit, cætera fidelitatis capitula, inter quæ est consilii datio, & secretorum reticentia, fœminis non convenire, necessariò sequitur, illas nec in feudo conditionato succedere posse.

conditionato.

IX.

IX.

censuali, Idem quoque juris est in feudo censuali, per tradita Vulteji, *l.* 1. *c.* 9. *n.* 58. 59. Ludwelli *de success. feud. c.* 6. *q.* 3. *pag.* 327. Neque aliter sentiendum de feudo, alicui ob benemerita concesso, ob regulæ generalitatem, ejusque rationes. Accedit, quòd omne feudum propter benemerita intelligatur concessum, arg. *l.* 9. *ff. pro soc.* & nihilominus fœminæ ab ejus ordinariè arcentur successione. Facit vel maximè primorum constituentium voluntas, quæ talis fuisse præsumitur, ut in futurum quoque masculi duntaxat, non fœminæ, succedant. Bocer. *de success. feud. c.* 3. *q.* 34. Wurmser *cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 417. *seq.* Kirchberg *c.* 4. *n.* 106. Klock *vol.* 2. *cons.* 16. *n.* 95. quoniam à primordio tituli posterior quoque formatur eventus. suprà §. 1. *cir. fin.*

X.

exiguo, Obtinet etiam in feudo exiguo, eò, quòd secundùm juris feudalis dispositionem fœmina à feudi successione simpliciter repellatur; feudum autem exiguum quoad feudi substantiam non minùs est feudum, quàm magnum; ergo tam de exiguo, quàm magno venit intelligendum. arg. *l.* 22. *pr. in fin. ff. de damn. infect.* ibique Gloss. verb. *eadem erunt.* Rosenthal *c.* 7. *con.* 31. *n.* 8. 9. Schrader. *p.* 7. *c.* 4. *n.* 78. lege enim non distinguente, nec nostrum est distinguere. *l.* 8. *ff. de publician. in rem. act.* ibique Bart. Denique parvum, & magnum, secundùm logicorum regulam, rei non immutat naturam.

XI.

ligio, Pariter locum habet in feudo ligio secundùm Rosenthal. *c.* 7. *con.* 34. *n.* 12. Vultejum *l.* 1. *c.* 9. *n.* 49. Schrader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 9. Bocer. *d. c.* 3. *q.* 30. deinde feudum hoc fortiùs ligat, quàm cætera; adeoque minùs fœminæ in illo succedere poterunt. Non movet, quod à Jacobino de S. Georgio *tr. feud.* verb. *in feudum n.* 20. sinè fundamento adstruitur, ligii sc. vasalli non modò personam, sed & bona omnia potestati, & jurisdictioni Domini subjici, proindeque æquum esse, ut in hoc feudo fœminæ quoque succedant, ne propriis vasalli bonis unà cum feudo carere debeant. Nam vasallus ratione feudi solùm subest Domino, non generaliter in omnibus. *Clement. Pastoralis. d. sentent. & re jud.* ibi: *ratione regni. tx.* 2. *F.* 54. ibi: *pro quantitate feudi.* 2. *F.* 55. §. 1. ibi: *reditus feudi.*

XII.

XII.

Nec in feudo Ecclesiastico aliud statuendum esse arbitramur per *ecclesiasti-co;* probata Rosenthalii *d. c.* 7. *con.* 31. *n.* 6. 7. 8. Schraderi *d. p.* 7. *c.* 4. *n.* 36. Finckelthaus. *D. F.* 2. *contr.* 6. Boceri *d. c.* 3. *q.* 25. Wurmseri *cl.* 2. *sect.* 4. *n.* 40. *seqq.* Struvii *c.* 3. *aph.* 4. *n. fin.* Non obstat brocardicon. **Krummstab schleust niemand aus.** nam illud iis in locis obtinet, ubi consuetudine est receptum; adeoque particulare est, non universale. vid. Werner. Thummermuth *tr.* **Krummstab schleust niemand aus.** *in fundam.* 2. Sin igitur in loco aliquo consuetudo illa allegetur, utique, cùm facti sit, probanda est: Wesenbec. *p.* 2. *cons.* 74. *num.* 28. facta enim non præsumuntur, sed probari debent; *l.* 12. §. 2. *ff. de capt. & post lim. revers. l.* 10. *C. de non num. pecun. l.* 16. *C. de probat. l.* 18. *C. de testib. l.* 7. *C. de except.* & quidem plenè, & in specie probanda est; Bocer *d. l. in fin.* nec sufficit probatio generalis, quia strictæ est interpretationis, neque extra illius loci, in quo viget, terminos extendenda. arg. *c.* 4. *de offic. legati.* præsertim, si sit contra jus, uti in casu præsenti. Nec obstat, quòd Ecclesia non opus habeat armis, cùm dolor, fletus, orationes, lachrymæ ejus sint arma adversùs milites, *c.* 3. *caus.* 23. *q.* 8. quæ magis conveniunt fœminis, quàm masculis. Hier. Garzon. *tr. de famin. ad feud. recipiend. vel non. n.* 126. nam licet Ecclesia aliis bellum intendere non debeat, nec soleat, si tamen summa urgeat necessitas, ut si bello petatur, suum ipsi injustè eripiatur; utique secundùm juris naturæ dictamen armis se se defendere poterit. *l.* 3. *ff. de J. & J.* proinde virorum auxilio, quo hostium vim vi repellat, vel maximè indiget. Præterea Sacerdotum quidem arma sunt preces, & jejunia; *d. c.* 3. sed non totius Ecclesiæ, quatenus hæc feudum possidet. Quin imò non repugnat, Ecclesiam orare, & armis offensam se defendere, sed simul stare possunt. Neque refragatur afficta illa æquitatis species juris opposita rigori: *Knichen cit. p.* 1. *c.* 4. *n.* 39. 45. *seq.* quoniam hæc nullibi in feudorum placitis apparet; æquitas autem, quæ juris non est informata regulis, minimè venit attendenda. DD. *in l.* 1. *C. de LL.* & *l.* 8. *C. de judic.* conferatur Joann. Garsias *in comment. de expens. & meliorat. c.* 1. *n.* 28. *pr.* ubi inquit: *non subvertendas esse leges, & Reipublicæ instituta conculcanda temerè sub specie æquitatis: nam quæ æquitas sinè jure, sinè lege, scripta non est, sed captiosè arrepta, pestilentissimum virus est, & viro de re* (?) *vita civium agenti dira lues.* & paulò post: *nisi ab hac caverint cordati judices, nil erit vel certum, vel perpetuum in jure, quibuslibet causarum statum ad imaginariam*

riam & temerariam æquitatem, aut (ut rectiùs dicamus) iniquitatem detorquentibus. & circa fin. *vide, quàm periculosum sit, quamque plenum injuriâ semper fuerit, propter imaginariam quandam æquitatem, quæ nullibi scripta sit, authoritatem juris scripti conculcare. unde* (ait laud. Garzon. *d. tr. ampliat. postr. vers. quòd igitur pertinet*) *sequi debemus æquitatem communi ratione conjunctam, & legi, non nostram, & capitis nostri, neque imaginariam; & qui securè vult incedere, debet incedere per viam silicatam legibus, & prudentum responsis, & si alia æquitas cujusque arbitrio reciperetur, cùm tot sint judicia, quot capita, jam legum machina, tot vigiliis ordinata, penitùs concideret.* arg. *l. 35. C. d. inoff. testam.*

XIII.

oblato,

Quod denique concludendum etiam in feudo oblato, quo Dominus de re, anteà sibi à vasallo sub investiendi conditione tradita, vasallum investit. Ad id duo conjunctim requiruntur. (I) ut res, quæ à Domino in feudum conceditur, anteà à vasallo in Dominum fuerit translata, & quidem (II) sub ea conditione, ut in feudum offerenti rursus concedatur. Hæcque requisita adeò sunt necessaria, ut, uno eorum deficiente, feudum pro non oblato, sed dato habeatur. Feudum hoc, si non in actu constitutionis spectatum, tamen prout jam est constitutum, rectè feudis propriis annumeratur à Tabore *in Ichnograph. jur. feudal. p. 1. §. 7.* Rhetio *in comment. jur. feud. ad tx. 1. F. 1. n. 41. pag. 50.* Hert. *de feud. oblat. p. 2. §. 1.* ac eandem cum iis habet naturam, eamque tamdiu retinet, donec illa per pacta probetur alterata; easdem etiam admittit præstationes, & officia, quæ feuda propria, nec aliis modis definit; imò non rarò cum feudo empto (quod proprium suprà §. 4. probavimus) comparatur, cùm vix differant, emere feudum, & rem anteà liberam alteri sub mutuæ fidelitatis lege subjicere. Quare Dominus, & vasallus eadem jura in feudo oblato, & inter se exercent, quæ obtinent in dato: Christoph. Besold *in thesaur. pract. lit. A.* voc. aufgetragene Lehen. 102. vers. *idque.* neque ampliùs ùt offerens, & acceptans considerantur, sed potiùs ùt Dominus, & vasallus. hinc non abs re, pro communi feudorum natura, fœminam hujus quoque esse incapacem, statuimus cum Rosenthal. *c. 6. con. 68. n. 28.* & *c. 7. con. 34. n. 8.* Curtio jun. *d. p. 3. n. 16.* Rhetio *d. l.* Hertio *d. p. 2. §. 40.* Gœddæo *in cons. Marpurg. vol. 4. cons. 26. n. 203.* Thomasio *Disp. de feud. oblat. c. 2. §. 55.* imputet enim sibi vasallus, cur obtulerit, & pacto speciali

speciali filiabus suis non prospexerit. arg. *l.* 39. *ff. de pact.* proinde sæpè cogitandum offerenti illud JCti *in l.* 15. *§.* 2. *ff. de injur.* ea, quæ notabilia sunt, nisi specialiter notentur, quasi neglecta videntur.

XIV.

Quemadmodum autem fœminæ à feudorum successione regulariter excluduntur, ita nec earum descendentes, utùt sint masculi, ad eam adspirare possunt. 1. *F.* 1. §. 3. ibi : *similiter & earum filii.* 2. *F.* 11. ibi: *proles enim fœminei sexûs, vel ex fœmineo sexu descendens ad hujusmodi successionem aspirare non potest.* Schenck *in tx.* 1. *F.* 1. *§.* 3. *pr.* & *n.* 8. *seqq.* Alvarott *in d. tx.* 2. *F.* 11. §. 1. *n.* 3. Schrader *d. p.* 7. *c.* 4. *n.* 4. Hart. Pistor. *d. l.* 2. *q.* 34. *n.* 5. Sonsbecc. *d. p.* 9. *n.* 129. Vultej. *d. l.* 1. *c.* 9. *n.* 30. Finckelthaus. *d. D.* 6. *contr.* 24. Nam (I) filius eo ipso, quòd in feudo succedere intendat, surrogatur in locum matris; surrogatum autem sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur. *l.* 10. §. 2. *ff. si quis caution. l.* 1. *§.* 10. *vers. nam si in locum. ff. si is, qui testam. lib. esse juss. er.* & *§.* 29. *J. de act.* ibique DD. Quod juris brocardicon semper locum invenit, quando aliud in surrogato non est expressum, quàm fuit dispositum in principali, multò magis, si idem prorsus, ùt hìc, reperitur statutum in uno, quod in altero obtinet. Bart. *in d. l.* 1. §. 10. *ff. si is, qui test. lib. esse juss. erit.* ubi illud latè explicat. Everhard. *in loco. à vi surrogationis.* 102. (II) Successiones non fiunt per saltum, sed servato juris ordine fieri debent. *l.* 1. *§.* 10. *ff. de successor. edict. l.* 9. *ff. unde cognati.* §. 7. *J. de legit. agnat. success.* ideoque ad hoc, ut gradus sequens admitti possit, necesse est, gradus præcedens successionis sit capax. arg. *l. fin. C. de legit. hered. l.* 11. *C. de quæstion. l.* 41. *§.* 2. *ff. de vulg. & pupill. subst.* (III) Radice infectâ, infectum est omne id, quod ab ea descendit; matris proinde radice amputatâ, rami quoque, seu filii decidunt. *l.* 1. *pr. vers. hujus rei ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* (IV) Impedimentum, quod contrahentibus obstat, eorum etiam successoribus obstabit. *l.* 143. *ff. de R. J.* cùm successor melioris esse non debeat conditionis, quàm ipsius author. *l.* 175. *§. un. ff. eod. l.* 3. *vers. nam licèt. C. de bon. mat.* qui enim in jus, dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet. *l.* 177. *ff. de R. J.* (V) Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quàm ipse habuit. *l.* 120. *ff. eod.* nemoque plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet. *l.* 54. *ff. eod. c.* 6. *vers. nos autem. de donat. int. vir. & uxor.* atqui fœmina jus succedendi in feudo non habet, ergo nec

etiam fœminarum descendentes, utùt masculi, feudorum sunt incapaces.

nec illud in filios, heredes, & Successores transferre poterit. *l.* 20. *pr. ff. de adquir. rer. dom.* (VI) Constat ex *l.* 59. *ff. d. R. J.* heredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus; & non abs re, cùm Imperator unam quodammodo personam esse dicat heredis, & ejus, qui in illum transmittit hereditatem. *Nov.* 45. *præf. cir. fin.* Accedit denique (VII) quòd in successione fideicommissi, si mater excludatur, exclusus quoque censeatur filius, qui ex matris persona succedere cupit; probabile autem ducitur argumentum à fideicommisso ad feudum. Menoch. *l.* 1. *conf.* 89. *n.* 65. & *l.* 4. *conf.* 400. *n.* 42. item *l.* 10. *conf.* 976. *n.* 8.

CAPVT II.

De fœminarum in feudis cum masculis concurrentium exclusione.

I.

Regula de masculorum prærogativa in feudo fœmineo, latè, & strictè sic dicto.

QUamvis igitur fœminæ, juxtà satis, superque in superiore capite demonstrata, regulariter feudorum sint incapaces; dantur nihilominus feuda ex impropriis nonnulla, quæ vel ex natura sua, vel ex speciali pacto, primæ investituræ inserto, ad illas sunt transitoria. 1. *F.* 1. §. 3. ibi: *nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat.* 1. *F.* 8. *J.* 1. ibi: *vel fecerit investiri filiam.* & *J. fin.* ibi: *ut filii, & filia succedant in feudum.* 2. *F.* 11. ibi: *nisi ejus conditionis sit feudum, vel eo pacto acquisitum.* 2. *F.* 23. *in fin.* ibi: *masculos sive feminas, si de his nominatim dictum sit.* 2 *F.* 30. ibi: *si fœmina, habens feudum, decesserit, quia fœmineum est feudum.* 2. *F.* 50. ibi: *& non filia, nisi ex pacto, vel nisi sit fœmineum.* Schrader. *p.* 7. *c.* 4. *n.* 48. Sonsbecc. *p.* 9. *n.* 123. 128. Carpz. *jurispr. for. p.* 3. *c.* 28. *def.* 10. Struv. *c.* 9. *aph.* 8. *n.* 5. primumque eorum obtinet locum feudum fœmineum, Germanis ein Weiber- oder Kunckel-Lehen, item Beutel-Lehen, Schlair-Lehen. dictum. Besold. *d. thesaur. pract. lit.* K. voc. Kunckel-Lehen. 52. quod à fœmina primùm est acquisitum, ejusque conditionis, qualitatis, ac naturæ, ut fœmina in eo succedere queat, etiamsi de ejus successione specialiter conventum non fuerit. 2. *F.* 30. ubi feudista: *Si fœmina, habens feudum, decesserit, quia fœmineum est feudum, & sinè pacto speciali, deficientibus filiis masculis, ad filias pertinebit.* Quibus prædictis textibus firmiter stabilitum est feudum fœmineum, simulque

mulque probatum, differre utique feudum fœmineum propriè, & strictè sic dictum à feudo ex pacto saltem ad fœminas transitorio, quod fœmineum impropriè, & latè tale dici potest: nam in *dd. txx. 2. F.* 11. & 2. *F.* 50. opponuntur sibi feudum fœmineum, & ex pacto ad fœminas transitorium, & in *d. tx. 2. F.* 30. verba satis clara sunt, dari feudum fœmineum contradistinctum à feudo ex pacto ad fœminas transitorio, nec in illo speciale requiri pactum, cum, quod ex natura rei inest, id speciale pactum necessariò non desideret. Einckelth. *d. 6. contr.* 29. Wurmser. *cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 40. *seqq.* Ludvvell. *de divis. feud. pag.* 114. *seq.* Facit quoque, quòd Dominus concedendo feudum fœminæ, à communi feudorum natura recedere, & fœminas ad ejus successionem habilitare censeatur, quoniam ad primordium tituli posterior quoque formandus est eventus. supra §. 1. *cir. fin. c.* 1. ac quælibet dispositio secundum personarum conditionem, & qualitatem æstimanda. *l.* 12. §. 4. *ff. de usu & habitat.*

II.

Aliquando tamen nec in feudo fœmineo succedunt fœminæ, propter singularem investituræ tenorem, ut si feudum fœminæ primum quidem concedatur, sed in feudum masculinum zu einem Mann-Lehen, ubi filiæ non succedent: hoc enim casu feudum ad propriam suam redit naturam, quæ est, quòd fœminæ in feudo non succedant; quoniam quælibet res ad suam facilè revertitur naturam *per l. 6. pr. ff. de rer. divis. & qualit. l.* 27. §. 2. *vers. incipiet dos. ff. de pact.* §. 29. *vers. quod si. J. de rer. divis.* Deinde verba in dispositione expressa non debent esse otiosa, sed juxta rei naturam, super qua imponuntur, aliquid operari. Bald. *in rubr. C. de contrah. empt.* ubi eleganter ait: non solùm singulas contractuum clausulas, sed ne minimùm quidem vocabulum sine operandi virtute esse debere. Id quod in investituris vel maximè considerandum esse docet Aivarott. *in tx.* 2. *F.* 48. *n.* 2. feudi autem masculini hanc esse naturam, ut fœminæ in eo non succedant, nemo est, qui ignoret. Denique præsumendum est, vocabulum Mann-Lehen usurpatum, & adhibitum esse favore masculorum, ac familiæ conservandæ gratia, adeoque ad fœminas, utpote hujus incapaces, feudum tale transire non poterit. Rosenthal. *d. c.* 7. *con.* 36. *n.* 17. Stryck E. J. *F. c.* 4. *q.* 8. Cæterum notandum, exempla feudorum fœmininorum à Mylero *de Princip. & stat. imp. c.* 24. recensita, hujus non esse gene-

negatur fœminis successio in feudo fœmineo strictè tali, quod sc. concessum est in feudum masculinum.

generis, quemadmodum existimat Stryck. *d. l. q.* 4. recensetur enim ab illo inter alia Archiducatus Austriæ, qui tamen non à fœmina primùm acquisitus, sed per successionem saltem ad fœminam est transiturus, in quo masculi, quamdiu supersunt, à primo acquirente descendentes, per successionem linealem agnaticam primogenialem succedunt, iis verò penitus deficientibus, (quod Deus T. O. M. ad mundi usque consummationem clementer avertat, & Augustissimam hanc Domum in præsentissimum Imperii Romano Germanici incrementum, Patriæque salutem multis masculis, qui gloriosissima Majorum suorum facta adæquent, reddat beatam) fœminæ sunt successuræ; sin verò nec fœminæ, nec masculi amplius forent superstites, tum ultimus possessor ditiones Austriacas in extraneum quemcunque liberè transferre poterit ex privilegio Imperatoris Friderici I. quod exhibet **Lünig im Reichs**-Archiv. p. spec. cont. 1. **von Oesterreich handlend.** *pag.* 4. 5.

III.

Declaratio regulæ.

Nihil autem interest, solane fœmina de feudo primùm investita, an cum ea simul alius, v. g: maritus sit investitus, cum regulariter conjux conjugi, etiamsi simul investiti sint, jure communi, in feudo non succedat: 1. *F.* 15. feudumque ità concessum pro parte uxoris fœmineum, pro parte mariti masculinum esse æstimetur; hinc uxor, relictâ sive ex prædefuncto, sive superstite marito solùm filiâ, decedens, suam feudi portionem non ad maritum, ex pacto, investituræ adjecto, aliàs deficientibus planè liberis successurum, sed ad filiam transmittit, quia quilibet heredibus suis prospexisse videtur. 2. *F.* 18. Neque in hoc casu ullus cum filia concurrit masculus, ex primo aquirente descendens, adeoque meritò filia patri, qui â defuncta uxore sua, utpote prima acquirente, non descendit, sed ex speciali saltem pacto, deficientibus in parte uxoris suæ heredibus masculis, & fœminis, demum succederet, præfertur; sicut & vice versâ, mortuo sinè prole mascula marito, nec uxor, nec filia, ex ipsomet licet procreata, in parte illius, utpote in feudo masculino, citra speciale pactum, primæ investituræ insertum, succedunt, sed pars illius ad Dominum revertitur. 2. *F.* 104. §. *ult. in fin.* utut autem filia tum portionem feudi paternam non consequatur; filius tamen, si quis ex his existat conjugibus, eâ præ filia gaudet prærogativâ, ut non utrique

utrique duntaxat parentum succedat, sed & cum filia in portione materna concurrens, ei omninò præferatur, atque universum feudum solus acquirat, quia in utroque feudo, tam ex natura sua, quàm ex pacto ad fœminas transitorio, tum demum his locus patet, si delatæ successionis tempore nullus planè ex eo, eave, qui, quæve investituram primitùs accepit, descendens amplius superest masculus. Si enim masculus aliquis ab eo, eave, qui quæve primum de feudo investiebatur, per legitimam nativitatem sanguinem trahens, delatæ successionis tempore, adest (vel etiam materno adhuc inclusus utero. 2. F. 1. 33. Bocer *de invest. feud. c.* 5. *n.* 57. H. Pistor. *l.* 2. *p. post. q.* 35. *n.* 11. Wurmser *cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 91. Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 50. *in fin.* tum quia, quoties de ejus agitur commodo, pro jam nato habetur, *l.* 7. 26. *ff. de stat. hom. l.* 187. *ff. de R. J.* tum etiam, quòd cæptum pro perfecto habeatur in *l.* 41. §. 14. *ff. de legat.* 1. *l.* 19. §. 11. *ff. de aur. argent. legat.* ubi Bart. scribit, pro completo haberi, quod cœptum est) is fœminas concurrentes à successione feudi omninò impedit. 1. *F.* 8. §. *fin.* ibi: *tunc enim succedit filia, filiis non exstantibus.* 2. *F.* 17. ibi: *non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus.* 2. *F.* 30. ibi: *deficientibus filiis masculis, ad filias pertinebit.* 2. *F.* 51. §. 3. ibi: *secundum Gerardum masculus tantùm. Obertus contra.* Nam quando duæ de quæstione quadam referuntur opiniones contrariæ in uno textu, non posterior, sed prior probari videtur. Barth. Camerar. *in repet. c. Imperialem de probib. Feudi alien. per Frid. pag.* 246. *in fin.* H. Pistor. *l.* 2. *p. post. qu.* 32. *n.* 2. præsertim, si prior alio textu approbetur, ut hic per *tx.* 2. *F.* 17. *vers. non enim.* Rosenthal *c.* 7. *con.* 35. *n.* 10. *seqq.* item *con.* 40. *n.* 5. 6. H. Pistor. *d. l. q.* 34. & 35. *per tot.* Schrader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 60. Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 49. Carpz. *Disp. feud.* 5. *th.* 55. & *in jurispr. for. p.* 3. *c.* 28. *d.* 13. ubi præjudic. Struv. *c.* 9. *aph.* 8. *n.* 5. Thom. Merckelbach apud Klock. *tom.* 2. *cons.* 14. *n.* 26. Pruckmann. *vol.* 1. *cons.* 48. *n.* 158. Ratio est, tum quia feudi ea est natura, ut, licet ex pacto investituræ transeat quoque ad fœminas; quando tamen delatæ successionis tempore masculus extat, sive per lineam masculinam, sive fœmininam descendens, fœmina non admittatur. *cit. txx.* Alvarott. *in d. tx.* 2. *F.* 17. *n.* 1. Schader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 62. tum quia semper masculum præferri fœminæ in feudi successione, nisi aliud ex investituræ verbis appareat, evincitur haud obscurè ex *tx.* 2. *F.* 104. §. fin.

fin. vers. in cæteris. quam sententiam communem, ac uno ore approbatam confirmat H. Pistor. *d. l. q.* 35. *n.* 18. unde ab ea temerè discedendum non est, quoniam nefas esse dicitur à communi opinione, multis textibus, ac rationibus suffulta, qualis nostra est, recedere. Corat. *tr. de comm. opin. l.* 2. *t.* 8. *inspect.* 2. *n.* 16. 18. relatus à Kirchberg. *C.* 4. *n.* 25. cùm ea sententia, quæ à majore DD. parte recepta, & approbata est, verior esse præsumatur. *l.* 1. *pr. in fin. ff. de offic. Quæstor. l.* 4. *pr. ff. de his, qui not. infam. l.* 12. *§.* 27. *vers. quam sententiam. ff. de instruct. vel instr. leg.* DD. quos refert, & sequitur Menochius *in comment. de præsumpt. l.* 2. *præsumpt.* 71. *n.* 2.

IV.

Ampliatio. Imò quamvis etiam, mortuo sinè prole mascula Vasallo, ad fœminas feudum perveniat, & ex harum una masculus existat; is tamen fœminis, putà matri, & materteris, vi pacti, à primo acquirente in prima investitura interpositi, ex præfata feudi natura est præferendus. 2. *F.* 17. ibique Alvarott. *d. n.* 1. 1. *F.* 6. *§.* 1. 1. *F.* 8. *§. fin.* 2. *F.* 30. 2. *F.* 51. §. 3. & 2. *F.* 104. *§.* 1. H. Pistor. *d. l. q.* 35. *n.* 3. *seq.* modò, ut declaravimus, delatæ successionis tempore masculus jam existat in utero saltem materno; posteà enim conceptus, nec matrem, nec materteram, semel in feudo admissam, jure illis quæsito privare potest: quia tempus successionis est spectandum. 2. *F.* 17. quo cùm non adfuerit masculus, fœminæ ritè fuit delatum, & ab ea perfectè, & irrevocabiliter acquisitum. Andr. Fachin. *lib.* 7. *controvers. jur. c.* 41. Et illam fœminarum exclusionem per regulam generalem d. textûs 2. *F.* 17. eò extendunt Wesenbec. *p.* 2. *cons.* 74. *n.* 20. Vultejus *l.* 1. *c.* 9. *n.* 76. 77. ut, licèt tale alicubi statutum, vel consuetudo existat, quibus in feudis fœmineis fœminæ perinde, ac masculi succedant: nihilominus ea sic veniant accipienda, ut deficientibus demum masculis, illæ admittantur: certi enim juris est, verba statuti, vel consuetudinis ità esse intelligenda, ut, quantò minùs fieri potest, juri communi derogent. Wesenbec. *d. l. n.* 21. etiamsi necessè sit, verba ad significationem detorqueri impropriam. Aym. Cravetta *p.* 1. *cons.* 197. *n.* 6. cùm correctio juris communis sit odiosa *l.* 32. *§. fin. C. de appel. l.* 27. *C. de testam.* Et profectò in omnibus hujusmodi feudis, quæ quis pro se, & heredibus suis sub hoc pacto acquisivit, ut, deficientibus masculis, demum fœminæ ad successionem admittantur, omnes masculi, in diversa etiam linea, & gradu remotiori existentes, ex pacto primi acquirentis jus succedendi

di habere censentur. Quare illorum propter investituræ verba, quibus heredes masculi primùm, & hisce deficientibus, fœminæ ad feudi successionem sunt vocatæ, præ omnibus fœminis, in eadem licèt cum Vasallo proximè defuncto linea positis, huicque longè proximioribus ratio habetur, eò, quòd in feudis non tam Vasallo ultimò defuncto, quam ei potiùs, qui primùm de hoc feudo fuit investitus, & à quo uterque tam successor modernus, quàm proximè mortuus possessor descendit; & quidem jure feudi, Domini investientis voluntate, ac benevolentia à primo acquirente in omnes descendentes habiles delati, sicque tacitâ quadam investituræ lege, succedatur. 1. *F.* 14. ibi: *fratres vel nepotes per investituram patris & avi in beneficium succedunt.* vid. Struv. *in cit. syntag. jur. Feud. c.* 9. *aph.* 1. *n.* 6. & notanter H. Pistor. *cit. l.* 2. *p. post. q.* 35. *n.* 5. cujus hæc sunt verba: *licèt fœmina proximo gradu in linea descendente attineret defunctum; masculus verò, qui cum fœmina de successione contendit, non esset ejusdem linea cum defuncto, sed ex transverso in alia linea, atque adeo gradu longè remotiori constitutus, nihilominus enim fœminam excluderet, modò cum defuncto descendat ex communi stipite, qui primò de hoc feudo fuerat investitus.* Hinc ad primum acquirentem quoque succedens se referat ùt membrum ad caput, ùt rivulus ad fontem, ùt causatum ad causam, & principium suum; ipsum duntaxat in succedendo respiciat, eum in oculis, respectu, ac veneratione ferat, etsi feudum per mille manus, ùt DD. loqui amant, ambulaverit. Ac proptereà pro regula firmiter tenendum, ultimum quoque agnatum fore primi acquirentis successorem, Gail. *l.* 2. *obs.* 154. *num.* 4. atque in feudi successione semper ad ejus stipitem esse respiciendum, non ad alium, qui communis agnationis stipes non est. 2. *F.* 11. ibi: *si fuit illius parentis, qui ejus fuit agnationis communis.* 2. *F.* 17. ibi: *donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus.* 2. *F.* 50. ibi: *ad solos, & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit.* H. Pistor. *d. l. q.* 34. *n.* 11. 19. & *q.* 35. *n.* 4. 5. 21. vid. post Alvarott. Zas. Cravett. Borcholt. Gail. aliosque quàm plurimos Phil. Matthæus *in conss. Marpurg. vol.* 2. *cons.* 26. *n.* 130. *seqq.* & tandem *n.* 134. *in fin.* concludit, hanc sententiam communi DD. calculo esse receptam, & comprobatam, proindeque *n.* 135. ab ea in consulendo, ac judicando haud quaquam recedendum. Gœddæus *d. vol.* 4. *cons.* 26. *n.* 145. ubi dicit, quòd masculi fœminis præferantur non solùm, si mas, & fœmina pari sint gradu, sed & si fœmina sit proximior, masculus verò remotior

tior, & transversæ, sicque diversæ lineæ, modò ex primo descendat acquirente. add. Fachin. *cit. l.* 7. *c.* 44. quam sententiam quoque Magnificus D. Præses, JCtòrum celeberrimus, Feudista consummatissimus, fideliter non minùs, ac constanter docendo, ac legendo per 40. annos ex cathedra publica defendit, disputando propugnavit, sæpeque respondendo approbavit, à quo & ego genuina, ac solida juris publici, & feudalis edoctus sum principia; neque tamen, quemadmodum Pythagorici illi, qui præceptoris sui, etiam sinè ratione quid affirmantis, authoritate contenti, errores suos vulgato illo **ἀυτὸς ἔφα** (ipse dixit,) tanquam tutissimo quodam authoritatis clypeo defendebant, ùt refert Knichen *d. tr. p.* 1. *c.* 3. *num.* 165. sed quemadmodum Cato, qui puer quidem pædagogo parebat jubenti, ast rogabat causam, ob quam id juberet, sententiam hanc apertis juris feudalis textibus, & gravissimis munitam rationibus, suscepi defendendam. His ita firmatis.

V.

Explicatur *tx.* 2. *F.* 50.

Non obstat *tx.* 2. *F.* 50. *in fin.* ibi: *sed omnibus hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ aqualiter vocantur.* Quem versiculum dissentientes ità intelligendum esse somniant: *sed omnibus ex hac linea deficientibus masculis simul & foeminis, demum omnes aliæ lineæ succedunt.* Verùm R. *textum controversum* loqui de feudo proprio, quod sui naturâ masculos tantùm admittit, non fœminas, quemadmodum ex illius exordio apparet, & in progressu semper verba, solis masculis convenientia, occurrunt. Quare vocabulum *linea*, quod ibi reperitur, solummodò masculos denotat, cùm linea masculina fœminas non comprehendat. Cels. Hugo *cons.* 130. *n.* 4. *cir. fin.* Mar. Socin. jun. *vol.* 3. *cons.* 69. *n.* 30. & ideò Joan. Petr. de Ferrariis *in forma libelli, quo agitur ad feudi revocationem.* Gloss. 8. *n.* 2. *in fin.* dicit, *cit. textum* de eo casu, in quo erat contentio inter plures masculos ex diversis lineis, esse exaudiendum. Accedit, quod inquit Paul. Leon. *cons.* 23. *n.* 36. *vers. præterea movetur.* dici quidem in *d. tx.* masculos unius lineæ admitti omnes, donec extant, exclusis aliis alterius lineæ; non tamen decidi, quòd fœminæ unius lineæ excludant masculos alterius lineæ. Sin autem contrariam foventes opinionem evincere cogitent, textum illum loqui de feudo quidem masculino, ad foeminas tamen ex pacto speciali transitorio, rursus nihil nobis facessit negotii, nam sic legaliter ex juris feudalis analogia foret explican-

plicandus: omnibus nimirum ex hac linea deficientibus heredibus feudalibus, masculis, per *tx. 1. F. 13. vers. & si clientulus. 2. F. 26. §. fin. vers. Titius cum Sempronio. 2. F. 34. §. 2. vers. profectò.* H. Pistor. *q. 38. n. 34.* Schrader *p. 7. c. 4. n.* 3. fœminas aliàs regulariter in successionis ordine semper excludentibus, per *tx. 2. F. 17. vers. non enim.* nam in hoc tx. non dicitur: *donec masculus superest ex eo, qui ultimò defunctus est in hac vel illa linea*, sed: *donec masculus superest ex eo, qui primus de feudo fuit investitus.* Jam verò nepos, pronepos, vel ulterioris gradûs, sive per lineam masculinam, sive fœmininam descendens, est masculus ex eo, qui primus de feudo fuerat investitus, ergo quoque, donec is superest, non patebit locus fœminæ in feudi successione, per *d. tx. 2. F. 17.* quem Stryck. *in E. J. F. c. 15. q. 7.* contrariæ opinioni suæ graviter obstare ipsemet fatetur, & frustrà ad eum respondet, casum ibi esse specialem; nec tamen hactenus ostendere potuit, quidnam speciale contineat, seu in quo specialitas ista consistat, & quare non generalis *in cit. tx.* assignata ratio à prærogativa sexûs masculini in feudo etiam fœmineo, & peculiari successionis feudalis natura petita, aliis similibus casibus applicari possit, ac debeat. Nam quæ ratio est, quòd in feudo, ad diversas lineas ex æquo perveniente, quamdiu superest masculus, non admittatur fœmina, ea sanè quoque ratio est, quòd in feudo ad diversas lineas, quarum unâ exclusâ, altera sola ad successionem est admissa, jam devoluto, fœmina admitti non debeat, quamdiu superest masculus, à primo acquirente descendens; atqui ea prioris est ratio, quòd masculus semper præferatur fœminis. *2. F. 17.* ergo eadem etiam est posterioris; quorum autem æqualis est sanctitas, eorum & festivitas celebrari debet æqualis. *c. 8. dist. 76.* & ubi eadem obtinet ratio, ibi quoque idem jus constitui oportet. *l. 27. §. 13. ff. ad L. Jul. de adult. l. 1. §. 25. ff. de vi & vi armat.* Porrò licèt casus foret specialis, deciditur tamen generali quadam ratione, & regulâ, quæ nullibi in jure feudali invenitur restricta, sed potiùs repetita, & approbata legitur in *tx. 1. F. 8. §. fin. 2. F. 51. §. 3.* cui tamdiu inhærendum, donec contrarium manifestè probetur, *c. 2. de restit. spol. in 6.* vel donec casus regulæ contrarius liquidò doceatur exceptus. Wesenbec. *p. 1. consf. 11. n. 11.* unde qui regulâ nititur, rem pro se certam, & jus certum habere dicitur. Vultej. *l. 1. c. 11. n. 176.* ideoque pro eo, tanquam intentionem suam fundatam habente, pronunciandum esse monet ex Baldo Kirchberg *c. 4. n. 96.* erubescere

Refutatur Stryckius.

ſcere enim debemus, exemplo Imperatoris Juſtiniani, ſinè lege loqui, *Nov.* 18. *c.* 5. *pr.* nihilque ſinè legis authoritate temerè aſſerere, *l.* 19. *C. de collat. l.* 5. *C. de repud. l.* 13. §. 8. *ff. de excuſ. tutor. l.* 14. §. 4. *ff. de relig. & ſumpt. fun. Nov.* 2. *c.* 3. & quod ſancitum non eſt, ſuperſtitioſâ adinventione non eſt præſumendum. *c.* 20. *cauſ.* 2. *q.* 5. *c.* 18. *de ſentent. excomm. in* 6. *c.* 2. *ne ſede vac. aliquid innov.* paria autem ſunt teſte Baldo *in c.* 55. *de elect. & elect. pot.* ſinè lege aliquid fieri, & contra legem. Facit denique, quòd non tantùm textui 2. *F.* 17. ſed & 1. *F.* 6. ∬. 1. 1. *F.* 8. §. *fin.* 2. *F.* 30. & 51. §. 3. rationique inde deſumptæ noſtra innitatur ſententia. Quare Borcholt, licèt regulam illius textûs 2. *F.* 17. ad ſpeciem facti, ibi propoſitam, ſolùm pertinere aſſerat; nihilominus opinioni noſtræ tutò ſubſcribit. Hinc

VI.

& contraria Sonsbeccii argumenta reſolvuntur, cum explanatione *tx.* 2 *F.* 17.

Non movent Sonsbeccii rationes, *p.* 9. *n.* 143. adductæ, quibus contra communem inſurgit, earumque (I) eſt: Si Obertus generalem regulam, in tx. ſæpiùs repetito 2. *F.* 17. *verſ. non enim.* propoſitam, perpetuò obſervandam voluiſſet, tunc æque contradixiſſet Gerardi ſententiæ in caſu *tx.* 2. *F.* 17. atque in caſu *tx.* 2. *F.* 51. ∬. 3. atqui hoc non fecit, ſed contradixit ſaltem in caſu poſteriori, ergo controverſam regulam ob caſuum, ibidem propoſitorum, diverſitatem perpetuò obſervari non voluit. Verùm negatur ſuppoſitum, quòd certum ſit, Obertum totius libri 2. *Feud.* conſequenter illius *tx.* 2 *F.* 17. eſſe authorem, cùm in *txx.* 2. *F.* 25. 28. 32. 34. ∬. 1. 2. *F.* 35. 42. 51. ∬. 1. & *ſeqq.* tanquam tertius allegetur. Nec adſtipulatur quidquam, quod ex *tx.* 2. *F.* 1. *pr.* & 2. *F.* 14. §. 2. *verſ. illud tamen,* appareat Obertum duos de jure feudali Anſelmo filio ſuo ſcripſiſſe libellos. Nam hoc non exaudiendum eſt de duobus feudorum libris, & voluminibus, ſed epiſtolis duntaxat, ùt ex *d. tx.* 2. *F.* 1. & 23. *pr.* facili negotio eſt cognoſcere. Sic etiam literarum formulæ, in quibus actor ſuam contra reum judici proponit querelam, factique ſpeciem explicat, apellatione libelli, vulgo Klag-Libell, veniunt. *l.* 1. *C. de precib. Imp. offer.* & *tit. C. quando lib. Princip. dat. lit. conteſt. fac. l.* 4. *ff. de appell. recip.* ſic quoque libelli nomine comprehenduntur epiſtolæ. *l.* 4. ∬. 1. *ff. de publican.* (II) Regulam in *cit. tx.* 2. *F.* 17. poſitam non generaliter ad omnes inveſtitutas, ſed ad illam tantùm facti ſpeciem pertinere, vel ex hoc oſtendi poſſet, quòd inveſtituræ verba, quibus quis inveſtitus fuit pro ſe, & heredibus ſuis maſculis,

vel

vel his deficientibus pro fœminis in controv. *tx.* 2. *F.* 17. multùm ab his, quibus quis investitus fuit de feudo, ut & ad fœminas transiret in *tx.* 2. *F.* 51. §. 3. exhibitis differant; concludit igitur regulam prioris tx. ad casum posterioris accommodari non posse, sed rationi magis consentaneum fore, ut ex hac putativa factorum diversitate diversum etiam jus constituatur; siquidem ex facto jus oriri dicitur *in l.* 52. §. 2. *vers. respondi. ff. ad L. Aquil.* proinde facti species in quæstionum decisionibus imprimis venit spectanda *l.* 15. *C. de transact.* Nam R. non tam verba, quàm rationem, & sententiam esse considerandam docet *l.* 6. §. *un. ff. de V. S. l. penult. ff. ad exhibend. l.* 17. 29. 30. *ff. l.* 5. *pr. C. de LL.* Et quamvis hi duo investiturarum tenores verbis inter se differant; utriusque tamen eadem prorsus est ratio: nam sicut ibi masculus omne suum ponit fundamentum in illis verbis, quibus primùm investitus, se masculos fœminis præferre voluisse declaravit, ita quoque hìc masculus eâdem primi acquirentis nititur voluntate, verbis quidem non expresâ, ex feudi tamen natura, ipso jure præsumptâ. Primi namque paciscentes se naturæ feudi conformare voluisse, arg. *l.* 4. *pr. ff. de usur. l.* 6. *ff. de praescript. verb.* sicque hoc egisse præsumuntur, quòd, donec superest masculus, à primo acquirente descendens, fœminæ in feudi successione locus patere non debeat. 2. *F.* 17. Schrader *p.* 10. *sect.* 3. *n.* 30. 31. regulariter autem id, quod juris præsumptione inter partes contrahentes tacitè actum censetur, eandem vim habet, & effectum, quem habet id, quod verbis est expressum; quoniam non illud solùm, quod verbis exprimitur, sed & quod agitur, pro expresso habendum. *l.* 3. *ff. de reb. cred. si cert. pet. l.* 4. *ff. de pact. l.* 94. *ff. de V. O. l.* 34. *ff. de R. J.* quare duæ istæ investiturarum formulæ ejusdem planè sunt sensûs, ac intellectûs, sive quis juxta *d. tx.* 2. *F.* 17. diversis verbis sibi, & heredibus suis masculis, vel his deficientibus, fœminis per beneficium investituram feudi acceperit: sive juxta *cit. tx.* 2. *F.* 51. *§.* 3. quis investitus fuerit de feudo ita, ut ad fœminas transiret. Hæc namque posterior formula legaliter, ex natura feudi, & præsumpta contrahentium voluntate venit intelligenda, quòd sc. fœminæ ad feudi successionem quidem sint admittendæ, sed deficientibus demum masculis; uti manifestè docent *cit. txx.* 1. *F.* 6. §. 1. 1. *F.* 8. §. *fin.* 2. *F.* 17. 2. *F.* 30. atque hæc præsumpta primorum constituentium voluntas sive tacitum pactum, non illos duntaxat, qui ejusdem sunt lineæ, sed & omnes à primo feudum acquirente descendentes, diversæ etiam li

neæ, respicit, cùm feudi principium, atque origo, non, quo tramite progredi, aut quo alveo posteà promanare cœperit, sit spectanda, omniaque secundùm contrahentium mentem, ac voluntatem conformanda. Bald. *in cit. tx.* 2. *F.* 17. est enim in jure, ùt suprà §. 3. *c.* 1. tritissimum in omni dispositione ipsam contrahentium mentem vel imprimis esse inspiciendam, *l.* 219. *ff. de V. S. l.* 6. §. 1. *ff. de contrah. empt. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* Gloss. *in l.* 12. verb. *dixisti. C. de fidejussor.* usque eò, ut etiam verba, quantumvis clara, & manifesta, ex verisimili eorum mente, interpretationem recipiant. *l.* 19. *pr. ff. de condit. & demonstr. l.* 64. *ff. de legat.* 2. *l.* 3. *§.* 9. *ff. de adimend. vel transf. legat. l.* 3. *C. de liber. præter.* ubi latè Jason. & *c.* 41. *de appell.* imò etiam impropriari soleant, ut mens paciscentium eò accuratiùs conservari possit. Wesenbec. *p.* 1. *consf.* 15. *n.* 82. quod luculenter patet ex *tx.* 1. *F.* 6. §. 1. & 1. *F.* 8. §. *fin.* ubi positâ conjunctione copulativâ *&*, quæ aliàs non simplicem tantùm conjungendi, sed & congregandi vim habet; arg. *l.* 5. *de instruct. vel instr. leg.* nihilominus fœminæ tum demum succedunt, quando nulli supersunt masculi, ut ita ordinem potiùs successivum, quàm simultaneum, hoc loco, inducere censeatur. Etenim mens est radix, & substantia verborum, sub cujus jugo verba ipsa consistunt. Bald. *in c.* 38. *de rescript.* & Jason *in d. l.* 3. *C. de liber. præter.* hinc ille *in l.* 18. *ff. de stat. hom.* virtus humanorum actuum consistit in eo, quod maximum est, nimirum in mente, quæ spiritus literæ dicitur, dispositionem vivificans, quam litera sæpiùs occideret, si secundùm eam judicaretur. & H. Pistor. *d. l.* 2. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 108. nisi ad mentem potiùs contrahentium, quàm verba respiceremus, propter nimiam verborum subtilitatem, contrahentium voluntates inverterentur, contra præceptum Imperatoris in *l.* 1. *C. ut act. & ab hered. & contr. hered.* Nec propterea verba textûs 2. *F.* 17. *vel his deficientibus*, superflua videntur, cùm hac ratione illud operentur, ut masculus fœminis præferatur. neque superfluum dici potest, quod majori præcautionis, ac evidentiæ causâ exprimitur. *l.* 50. §. 1. *ff. mandat. l.* 81. *ff. de R. J.* Gloss. *in* 239. *§. fin.* verb. *commune esse. ff. de V. S.* & dato esse superflua; constat tamen, ea, quæ abundant, scripturas non vitiare, *ex l.* 94. *ff. de R. J.* & *l.* 2. *ff. eod. l.* 32. *§.* 6. *ff. de aur. argent. leg. c.* 37. *de R. J. in* 6. & solet à viris peritis dici: superflua non nocent, per *l.* 3. *verf. nam licet. C. de fidejussor. l.* 3. *ff. de reb. cred. si cert. pet.* ibique DD. *l.* 3. *ff. de leg.* 1. unde sufficit, quòd expressum secundùm naturam rei, de qua agitur, sortiatur effe-

effectum. Bald. *in rubr. C. de contrab. empt.* indubitati namque juris est, quòd pacta, & verba eorum secundum subjectam materiam, & naturam rei, de qua agitur, intelligi debeant. Schrader *p.* 10. *sect.* 3. *n.* 34. 37. Everhard. *loc. à subjecta materia* 93. imò potius admittitur, ut verba contractuum sint superflua, nihilque omninò operentur, quâm ut ea, quæ tacitè insunt, contra negotii naturam, & substratam materiam exaudiantur. *l.* 15. §. 4. *vers. sed etsi ff. locat. c.* 10. *de privileg. in* 6. Schrader. *d. l. n.* 31. 34. 37. Facit ad Majorem hujus declarationem *tx.* 2. *F.* 104. §. 1. ibi: *superstite masculo ex eo, qui primus feudum acquisivit fœmina excludantur, etsi id maribus & fœminis fuerat acquisitum* (*ùt in feudis regulariter tradi solet*) ecce hic tx. loquitur de hac facti specie, qua quis de feudo fuit investitus eo tenore, ut in illo succedant masculi, & fœminæ; & nihilominus accommodat regulam in *tx.* 2. *F.* 17. extantem; quin imò iisdem penè utitur verbis, sc. superstite masculo ex eo, qui primus feudum acquisivit, fœminas excludi; ergo regula, in *tx. alleg.* 2. F. 17. posita, non tantùm ad illam facti speciem, sed ad omnia feuda, masculis & fœminis concessa, &, quod inde fluit; non ad primum modò successionis gradum, sed ad omnes etiam alios descendentes, in diversis utut lineis positos, pertinebit, ut ità, non attentâ illâ verborum diversitate, ex hac rationis identitate idem quoque jus utrobique constitui debeat. *l.* 32. *pr. ff. ad L. Aquil. l.* 108. *pr. ff. de V. O. l. fin. in fin. C. ad L. Falcid.* Rectè proinde Jac. Cujacius *de feud. l.* 1. *tit.* 2. §. *penult.* sentit, ex hoc sæpè citato *tx.* 2. *F.* 17. manifestè apparere, Gerardi sententiam communibus DD. Calculis esse receptam.

VII.

Minus habet efficaciæ dissentientis Sonsbeccii argumentum, ad eruendam casûs specialitatem à proprietate pronominis demonstrativi *hoc*, in cit. tx. 2. *F.* 17. positi, *tertio loco* desumptum. Non enim particula *hoc* rationem, & regulam illam ad propositam ibi investituræ formulam tantùm restringit, sed feudum illud omne, in quo fœminæ quoque succedunt, ab eo, in quo fœminæ non succedunt, distinguit: dicit enim JCtus feudista: *qui de hoc feudo*, non verò, *qui per hoc investitura genus fuerit investitus.* Corroborat interpretationem hanc *tx.* 1. *F.* 8. §. *fin.* qui similiter continet particulam *hoc*, ibi: *hac de hoc feudo paterno.* Neque tamen quis unquam dicere ausus fuit, hunc tx. de specie facti, ibi

ibi proposita, duntaxat esse exaudiendum; in quavis autem interpretatione contrarietas legum maximoperè, quoad fieri potest, vitanda, & ea semper amplectenda est interpretatio, per quam jura juribus concordentur, *l. un. C. de inoff. dot. c. 8. de consuetud.* ibique DD. Siquidem subtilitatem nimiam, & captiosam rejiciunt legislatores. 1. *F.* 7. legibusque amica est simplicitas, *§. 3. vers. & hac J. de legit. agnat. success. §. 7. J. de fideicomm. hered.* Accedit, quod decidendi ratio, illo loco allata, sit generalis, & omni feudo, ad cujus successionem fœminæ quoque admittuntur, applicari possit, ergo & particula *hoc* de omni etiam ejusmodi feudo, cujus fœminæ capaces sunt, venit intelligenda, vel maximè, tum quia relatio ad proxima semper fieri debet, non ad remota. *l.* 15. §. *fin. ff. de alim. leg.* Glos. *in l.* 11. *§. fin. in fin.* verb. *eorum sententia. ff. de jurisd.* tum quia, etsi lex aliqua specialem contineat casum, si tamen is generali decidatur ratione, tunc legis illius dispositio ad omnium ejusdem generis casuum, quibus ratio illa convenit, pertinet decisionem, per *l. fin. §. fin. vers. & licèt. ff. de jur. & fact. ignor. l.* 2. §. 23. 29. & 40. *ff. ad SCtum Tertull. l.* 34. §. *fin. ff. de leg.* 3. nam ratio decidendi generalior esse debet ipsa decisione, ac regularis; proindeque non in illa tantùm ibi proposita specie, sed & aliis multis obtinere. arg. *l.* 14. *§. 2. ff. de excus. tut.* Finckelth. *d. 6. contr. 27. n. 5.* Reliqua Sonsbeccii argumenta, aut rationibus, â nobis jam deductis, penitùs eliduntur, aut leviora ea sunt, quàm ut aliqua indigeant refutatione. vid. Hart. Pistor. *l. 2. p. post. q.* 25. qui omnia *n.* 19. fusè pertractat, & *n.* 24. *seqq.* ex asse resolvit. Item Bocer *de jure succed. c. 3. q. 9.* atque ita ejus opinio in fumum quasi abit.

Et procul adverso raptatur in aëra vento.

VIII.

Ampliatur regularis masculorum prærogativa, etsi fœmina cum masculo fuerit conjuncta per con-

Hæc regula, quòd in feudo tam ex natura sua, quàm ex speciali pacto ad fœminas transitorio, eæ regulariter tum demum ad successionem adspirare possint, quando nullus amplius, à primo acquirente descendens, superest masculus; quando verò aliquis, in utero licet materno adhuc inclusus, existit, is fœminæ præferatur, procedit, etiamsi fœminæ, in prima feudi concessione masculo facta, per copulam *&*, vel ei æquipollentem præpositionem *cum* masculis sint conjunctæ, ità, ut feudum concessum sit pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis: vel masculis cum fœminis. Quantumvis

tumvis enim particula *&* aequaliter conjungere soleat, *l. 7. ff. de usufr. adcresc. l. 12. 16. 33. 34. §. 9. l. 36. §. 2. ff. de leg. 1. l. 5. ff. de instruct. vel instr. leg.* quia tamen haec est feudi natura, ut masculis potiùs, quàm foeminis deferatur successio, & extante masculo, à primo acquirente descendente, foemina ad eam non admittatur, *2. F. 17. vers. non enim.* atque huic feudi naturae primi constituentes sese conformare voluisse censeantur, per ea, quae *h. c. §. 6.* adduximus, sequitur, quòd propter hanc tacitam, & praesumptam eorum voluntatem etiam copula *&* vim suam amittere, ac regulariter secundùm juris feud. dispositionem exaudiri debeat, ita, ut successionis ordinem, à jure feudali introductum, & praescriptum, non excludat, sicque non tam personas, & sensum quoad effectum, ac simultaneae successionis modum copulet, quam succedendi saltem indigitet, ordinem, *l. 29. §. 1. ff. de liber. & posth. hered. inst. vel exher.* feudorum naturae convenientem, ut sc. foeminae succedant, non extante masculo, à primo feudi acquisitore descendente. *1. F. 6. §. 1. 1. F. 8. §. fin.* jam verò eadem tribuitur vis particulae *cum*, quae est conjunctionis *&: d. l. 36. §. 2. ff. de leg. 1. l. 40. ff. de usu & usufr. &c. per leg. vel fideicom. relict. d. l. 7. 8. ff. de usufr. adcresc.* ergo quidquid dictum de particula *&*, idem etiam de particula *cum* est intelligendum. Wurmser *cl. 3. sect. 3. n. 470.* Vultej. *l. 1. c. 9. n. 73.*

junct. cop. &, sive praepos. cum.

IX.

Quod idem obtinet in particulis *tam* & *quam*, ut, si quis pro se, & heredibus suis tam masculis, quàm foeminis investituram accepit, foeminae non aequaliter eodem tempore cum masculis succedunt, sed ordine juris successivo, deficientibus demum masculis; quia etsi dictio *tam*, *quàm* sui naturâ significet aequiparationem, & aequalitatem quandam, nihilominus secundum juris dispositionem, quae est, quod vocatis ad feudum masculis, & foeminis, hae, illis non extantibus, admissae censeantur. *1. F. 6. §. 1. 1. F. 8. §. fin. 2. F. 17. vers non enim.* Quare praedictae particulae ad singularitatem veniunt referendae. *l. fin. vers. ubi autem. C. de dot. promiss.* ubi dicitur, quod, quando pater dotat filiam ex rebus tam suis, quàm maternis; illa verba non in sensu composito, ut pro dimidia quaelibet pars intelligatur, sed in sensu singulari accipiantur, ad significandum idem succedendi jus, non idem etiam tempus, ut eò minus jus commune, alioquin foeminas à feudi successione excludens, corrigatur.

Sive per particulas tam, quam.

rigatur. Menoch. *l.* 10. *cons.* 973. *n.* 1. *seqq.* Indubitati namque juris est, quod in illis casibus, in quibus pactum talem interpretationem recipere debet, ut aliquem effectum sortiatur ultrà juris communis dispositionem, sufficiat, si aliquid saltem vel minimum ultrà eam operetur; in aliis verò omnibus secundum juris feudalis regulas intelligi, declarari, extendi, restringi, & accipi debeat. Schrader *p.* 10. *sect.* 3. *n.* 41.

X.

Sive etiam investituram quis acceperit pro se, & heredibus utriusque sexus.

Procedit etiam regula, quando aliquis feudum pro se, & heredibus suis utriusque sexûs acquisierit; nam, quamvis hoc in casu fœminæ unà cum masculis ad feudi successionem videantur admittendæ propter naturam copulæ, quæ pariter conjungit per *l.* 11. *§.* 1. *ff. de duob. reis. constit.* ex natura tamen feudi, ordine potiùs successivo, quàm simultaneo vocari censentur, quoniam nihil aliud ex illa investituræ formula cognosci potest, quàm quòd masculis, & fœminis datum sit feudum; unde secundùm feudorum placita succedit quidem fœmina, sed masculis non extantibus. 1. *F.* 6. *§.* 1. 1. *F.* 8. *§. fin.* 2. *F.* 17. & 2. *F.* 30. Rosenthal *c.* 7. *con.* 40. *n.* 14. Forster *l.* 3. *c.* 19. *n.* 14. H. Pistor. *cit. l.* 2. *p. post. q.* 21. *num.* 12. Schrader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 66. Fachin. *l.* 7. *c.* 42. quam conclusionem crebriori DD. calculo obtinuisse refert Wurmser *cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 56.

XI.

fœmina tamen, per masculi existentiam semel exclusa, non semper manet exclusa.

Etsi verò fœmina semel per existentiam masculi à successione fuerit exclusa; non tamen propterea perpetuò manet exclusa, sed extinctâ lineâ masculinâ, ad illam indubitatò admitti debet. Textus est (I) expressus 1. *F.* 8. *§. fin.* ibi: *tunc enim succedit filia, filiis non extantibus.* Ecce hìc generaliter dicitur, quòd filia succedat in feudo, quando nullus superest masculus, à primò acquirente descendens: nec distinguitur, num filia semel à masculo fuerit exclusa, nec ne; par igitur est, ut & generaliter de utroque intelligatur: tum quia verba generalia generaliter sunt intelligenda, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de leg. præst. l.* 15. *§.* 9. *ff. de damn. infect.* textus enim generalis, & simpliciter loquens, non admittit distinctionem. *l.* 3. *in fin. ff. de offic. Præsid. l.* 1. *§.* 3. *vers. & est ff. de aleator.* & dici solet, quòd generalis dispositio tantum valeat quoad omnes species, quantum valet, & operatur specialis enumeratio. *l.* 4. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* ibique

que Glos. *verb. enumerata. l. 51. in fin. ff. de administr. & peric. tutor.* lege autem non distinguente, nec nostrum est distinguere. *d. l. 8. ff. de publ. in rem. act.* tum quia semper standum est regulæ, donec locus exceptus manifestè probetur, & ne latum quidem unguem, hoc non probato, ab ea recedendum. *l. 5. pr. ff. de probat. l. 4. §. 1. ff. de hered. instit. c. 2. de restit. spol. in 6.* Accedit, quòd particula *tunc* in tx. alleg. dispositionem ad casum expressum limitare, & ex natura sua temporis extremitatem significare soleat; *l. 4. §. 1. ff. de cond. & demonstr. l. 33. ff. de testam. tutel.* adeoque omnia præcedentia priùs facta, ac completa esse oporteat, quàm hic articulus *tunc* verificari possit. *Præter cit. LL. Clement. un. de concess. præbend. & Clement. 1. de jure patronat.* Ex quo colligitur, non priùs de fœminarum successione in ejusmodi casibus tractari posse, quàm si masculi defecerint, aut non extiterint; si igitur filii non extent, ut quia, postquam successerunt, sinè filiis defuncti sunt, aut plane nullus unquam extitit, tum demum filia cum effectu ad successionem admittitur, licèt ab initio cum masculis propter copulam *&* vocata, succedendi jus in actu primo habuerit. (II.) Probatur per *tx. 2. F. 17.* ubi generalis proponitur regula, quòd locus non pateat fœminæ in feudi successione, donec masculus superest; ergo à contrario, quando masculus non superest, fœminæ ad ejus successionem locus patebit, & succedet in feudo Vasallo non proximè defunctò, sed primo acquirenti, licèt ille impedimento fuerit: argumentum enim, à contrario sensu deductum, in jure est fortissimum, usque adeò, ut, quod infertur, pro expresso habeatur. *l. 18. ff. de testib.* quod vel maximè procedit in casu proposito, in quo ex sensu contrario talis resultat intellectus, qui juri communi feudali omninò est consentaneus. Nam vocabulum *donec*, ibi positum, suâ naturâ non totalem, & perpetuam, sed tantùm partialem, & temporalem, pro eo sc. tempore, quo existunt masculi, exclusionem, seu potiùs suspensionem à jure quæsito significat, limitatam tempore, utùt incerto. arg. *l. 10. §. 2. ff. d. condict. furt. l. 5. §. 5. ff. de acquir. rer. dom. l. 4. §. 3. vers. donec. ff. de nox. act.* Strauch. *in lexico partic. jur.* voc. *donec. num. 2.* quem refert Rhetius *lib. 1. tit. 8.* verb. *feudi videre. n. 6.* Secundùm hanc igitur propriam hujus particulæ significationem interpretatio potiùs capienda est, quàm in sensum improprium detorquenda; verba siquidem, quantùm fieri potest, propriè sunt accipienda; *l. 69. ff. de leg. 3. l. 21. ff. de testam. milit.* præsertim, cùm nulla hic [illegible]

ſiſtat cauſa, ob quam à propria ſignificatione foret recedendum: nec ulla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut ex temporali perpetua inducatur excluſio. *l.* 52. §. *fin. ff. de pact. l.* 20. *ff. de liberat. leg.* Quin imò ipſorum diſſentientium nonnulli, quos reperire eſt apud Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 92. *vers. quintò ſi verò.* fatentur, æquitati naturali non convenire, fœminam ſemel excluſam perpetuò manere excluſam, hancque opinionem eſſe duram, & ab humanitate alienam. Nec ſuffragatur horum ſententiæ *l.* 12. §. 1. *in fin. ff. qui & à quib. manumiſs. lib. non fiunt.* ibi: *quòd quidem perquam durum eſt, ſed ità lex ſcripta eſt.* Nam illa lex, utùt dura, obligans tamen, debet eſſe plana; ex hactenus autem deductis, & adhuc deducendis conſtabit, textum, in quo ſe diſſentientes fundant, valdè eſſe obſcurum, ſi non apertè pro noſtra militat ſententia; proinde illius legis dubiæ, & dure diſpoſitionem aliis expreſſis, claris, & rationi magis convenientibus prævalituram nobis vel ex eo perſuadere non poſſumus, cùm, ſi in caſu verſemur ambiguo, æquitas rigori juris ſit præferenda *per l.* 56. *ff. de R. J. l.* 8. *C. de judic.* ibique poſt alios Paul. de Caſtr. ait: quando intellectus legis eſſet dubius, & quis vellet intellectum legis ſequi rigoroſum, ùt faciunt multi, ut oſtendant, ſe ſciolos, & multas leges præ manibus habere, contra quos faciat dictum Salomonis: noli nimiùm juſtus eſſe. Petr. Heig. *p.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 46. ſcribit, talem, in dubio interpretationem eſſe faciendam, quæ æquitatem ſapiat, & à ſapientibus reprehendi non poſſit, per quam etiam utrique caſui conſulatur, & pars altera non defraudetur. Sichard. *ad l.* 4. *C. de oblig. & action. n.* 5. docet: Si in juris æquitate dubitatio oriatur, æquitatem naturalem tum eſſe amplectendam. Facit, quòd, quando in inveſtitura dictum eſt, fœminas non ſuccedere, donec maſculus ſupereſt, quòd tum fœmina ſemel excluſa, nihilominus admittatur, ex natura dictionis *donec*, ut poſt alios à ſe allegatos docuit Curt. jun. *d. tr. p.* 3. *q.* 27. *n.* 32. *vers. ſecundò limitate.* Si igitur hoc obtinet in verbis in inveſtitura uſurpatis, cur eodem modo verba regulæ noſtræ interpretari non liceret? Sunt equidem, qui arbitrantur, regulam illam in *d.* tx. 2. *F.* 17. non eſſe generalem, ſed reſtringendam ad iſtius capituli caſum, qui ita conceptus, ut feudum acceptum eſſet non pro ſe, & heredibus maſculis, & fœminis, ſed pro ſe, & heredibus ſuis maſculis, vel his deficientibus, fœminis, quaſi hic textus à priore 1. *F.* 8. §. *fin.* longè foret alius. verùm ex ſuprà *b. c.* §. 6. traditis ſatis apparet, caſum

ſum utrobique eundem eſſe, hoc unico excepto, quod, quod in caſu textûs 2. *F.* 17. verbis exprimitur, illud in altero de jure intelligatur; expreſſi autem, & taciti eandem vim, ac effectum eſſe patet *ex d. l.* 3. *ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* ſuprà *§.* 6. *h. c.* Deinde conſtat ex *§.* 7. *h. c.* probatis, rationem, qua aliquid deciditur generaliorem eſſe debere ipsâ deciſione, ac regularem; proinde non in illa tantùm ſpecie, ſed & aliis obtinere. arg. *d. l.* 14. *§.* 2. *ff. de excus. tut.* at ex illorum ſententia ratio deciſionis ipsâ deciſione non eſt generalior, atque adeò decidendi ratio cum ipſa deciſione eſt planè eadem, verbis duntaxat immutatis: ut igitur ratio, deciſioni ſubjecta, ipſi rectè accommodetur, non de illa ſolùm facti ſpecie eſt accipienda, ſed generaliter, ità, ut ſenſus ſit, fœminam quidem jus habere ſuccedendi, aſt tamdiu non admitti, quamdiu extat maſculus, quod reapſe idem eſt cum eo, fœminam non admitti maſculis extantibus. (III.) Corroborat id tx. 2. *F.* 30. ibi: *deficientibus filiis maſculis ad filias pertinebit.* Ecce hic rurſus generaliter traditur, feudum, maſculis non extantibus, ad fœminas pertinere, nullâ factâ diſtinctione, an filii poſt mortem patris non extiterint, an verò poſt feudum, ſucceſſione acquiſitum, deceſſerint. Æquum itaque eſt, ut & generaliter de utroque tempore, vel quo pater moritur, vel alio ulteriore textus intelligatur, juxta ea, quæ *h. §. ſub n.* 1. declaravimus. Nec obſtat, quaſi hic de filia ſemel excluſa nihil inveniatur diſpoſitum. Nam generalis regula eſt, quòd deficientibus maſculis feudum ad fœminas pertineat, neque diſtinguat, quo tempore defecerint; ergo comprehendit etiam quæſtionem controverſam, eamque definit, ut, etſi maſculus poſt feudum, ſucceſſione quæſitum, defecerit, fœmina nihilominus ſuccedendi habeat poteſtatem; neque propterea ullâ aliâ diſpoſitione, qua hæc probetur deciſio, opus eſt, ſed ſufficit, ſtare regulæ. Verùm qui hanc regulam ad unum modò caſum reſtringere, & eum, quo poſt feudum acquiſitum maſculus defecerit, excipere voluerit, is ſibi de ejuſdem probatione proſpicere debet, cùm excipienti, tanquam actori, onus probandi incumbat. *l.* 2. *§.* 2. *in fin.* & *l.* 19. *ff. de probat. l.* 1. *ff. de except.* quo non probato, firma, ac irradicata manet regula, atque ex ea deprompta deciſio. (IV.) Confirmatur ulteriùs per *tx.* 2. *F.* 18. ubi regula traditur, quòd unuſquiſque ſibi, & heredibus ſuis proſpexiſſe videatur: quæ ejus eſt efficaciæ, ut, ſi duo fratres pro ſe, ſuiſque heredibus maſculis, & his deficientibus, pro fœminis feudum acquiſierint, alterius

teruter tamen post mortem suam suæ potiùs filiæ, quàm fratri (utùt arctissimo etiam consanguinitatis vinculo sibi junctus, ac simul secum eodem verborum ambitu de feudo sit investitus, & secundum regulam masculum præ fœminis admittere voluerit) de eo prospexisse censeatur, ergo hoc multò magis dicendum erit in casu proposito, quòd, etsi quis feudum masculis potiùs, quàm fœminis acquisierit, nunquam tamen propterea Dominum, cujus respectu forte nulla, aut saltem non tanta, quanta in duobus fratribus subest conjunctionis ratio, propriæ suæ filiæ præferre, sed filiis masculis non extantibus, filiæ potiùs, & ex ea descendentibus prospicere voluisse præsumatur. Porrò si ipsam contrahentium mentem, ac voluntatem considerare velimus, reperiemus haud dubiè, hanc nostram sententiam illi omninò fore conformem; contrariam verò ab illa alienam: nam cùm in feudi constitutione & Dominus feudum concedere, & Vasallus feudum accipere voluerit, omninò verisimile est, eos verba, quibus usi fuerunt, in eum potiùs sensum accepisse, qui huic eorum voluntati magis esset consonus, quàm qui ipsi quodammodo repugnaret; jam verò si primum acquirentem quis interrogaret, an feudum eo animo pro suis filiabus accipiat, ut eas, semel à successione per existentiam filii exclusas, perpetuò velit exclusas, & feudum potiùs ad Dominum, quàm propriam suam filiam reverti? illicò sanè reponeret, omnino animum sibi esse, suis potiùs heredibus, quàm Domino prospiciendi: & si contingeret, ut fœmina ob masculi existentiam non admitteretur, malle se, obstaculo illo remoto, feudum ad fœminam, ejusque descendentes pertinere. Idem sentiendum de mente concedentis: si enim fœminas admitti noluit, cur passus fuit, feudum pro fœminis quoque accipi? cur non interpretatus est clariùs mentem suam, dicendo sc. si fœmina semel ob masculorum existentiam non admitteretur, tum ipsa, & ejus descendentes in perpetuum sint exclusæ. Interpretatio namque contra eum fit, qui legem contractui apertiùs dicere potuit, *l. 39. ff. de pact.* & in specie rei dubiæ, & obscuræ, in concessione feudi, contra dominum concedentem, ac pro Vasallo; Vultej. *l. 1. c. 7. num. 90.* & *c. 6. n. 46.* præsertim cùm tale pactum de fœminis successuris earum tantùm gratiâ investituræ sit adjectum, masculis sine ullo pacto ad feudi successionem ex legis providentia admittendis. Est autem in toto jure vulgatissimum, suprà *§. 3. c. 1.* & *§. 6. h. c.* abundè ostensum, in omni dispositione ipsam contrahentium mentem vel imprimis

mis esse inspiciendam, *d. l. 219. ff. de V.S.* Accedit (V.) generalis successionum natura, quæ est, ut, licèt quis propter alium, in medio existentem, à successione removeatur, non tamen propterea jus suum succedendi penitùs extinguatur, sed tamdiu suspensum esse intelligatur, donec succedendi ordo ipsum tangat. Sic si quis duos reliquerit filios, & horum alteruter decesserit, relicto filio, hic etsi à successione excludat patruum, nihilominus, eo sinè filiis, relictâ fortè filiâ, decedente, patruus, priùs à nepote exclusus, succedet; quoniam jus patrui non tam extinctum, quàm suspensum fuerat. Secundùm hanc ergo successionum regulam quæstio proposita potiùs venit dijudicanda, quàm ut contra eam sinè manifesta juris dispositione quid statuatur: cùm tutissimum semper sit propugnaculum inhærere regulæ, usque adeò, ut res certa esse censeatur, quæ ex generali regula definitur, Bart. *in l. 13. ff. si quis caution.* donec contrarium liquidò probetur. *d. l. 5. pr. ff. de probat.* suprà *§. 5. circ. fin. h. c.* facit denique, quòd cessante prohibitionis ratione, & ipsa cesset prohibitio. *c. 60. de appell.* atqui, masculo extincto, prohibitionis ratio in casu proposito cessat; nam contemplatione masculi fœmina ad feudum non fuit admissa, ergo etiam cessat ipsa prohibitio, fœminæque exclusio. arg. *l. 26. §. 2. ff. de pact. dot.* & hanc sententiam accerrimè propugnant H. Pistor. *q. 36. n. 5. 11. seqq.* Mynsing. *cent. 5. obs. 74. num. 8. 9.* Rosenthal. *c. 7. con. 44. n. 3. seqq.* Ludwell. *S. J. F. c. 9. pag. 196.* & *tr. de success. feud. c. 6. pag. 357.* Vultej. *l. 1. c. 9. n. 89. seqq.* Carpz. *p. 3. c. 28. d. 15.* Heig. *p. 1. q. 26.* Wurmser *cl. 3. sect. 3. à n. 97. usque ad n. 381.* Struv. *c. 9. aph. 8. n. 6. seq.* Finckelthaus *D. F. contr. 27.* qui argumenta contraria etiam ex asse resolvunt.

CAPUT III.

De Fœminarum in feudis successione.

I.

Licèt ea sit successionis feudalis natura, ut feudum jure sangui- nis à primo acquirente in omnes ejus descendentes mascu- los transeat, minimè tamen ambigendum, quin partes con- trahentes speciali pacto hanc successionis indolem alterare, atque

In causarum decisionibus 1. ad tenorem inve-

fituræ, & paciſcentium mentem reſpiciendum; atque ita convenire poſſint, ut in feudum, non jure ſanguinis, ſed jure hæreditario ſuccedatur. Eſt enim juris expediti, quod varia inveſtituris adjici ſoleant pacta, arg. *l.* 7. §. 7. & *l.* 48. *ff. de pact.* quæ, utùt inſolita, & contra feudi ſint naturam, attamen obſervanda; Alvarott. *in tx.* 2. *F.* 2. *ſ. fin. n.* 4. quoniam legem dant negotiis humanis, eorumque naturam alterare, ac immutare poſſunt, *l.* 7. *ſ.* 5. *l.* 43. *ff. eod. l.* 72. §. *un. ff. de contrab. empt. l.* 1. *ſ.* 6. *ff. depoſ. l.* 52. *ff. de V. O. l.* 23. 34. *ff. de R. J. Nov.* 136. *c.* 1. quatenus ſc. bonis moribus, & ſubſtantiæ feudi non contrariantur; aliàs, ſi probroſa, vel turpia, aut etiam impoſſibilia, inveſtitura non valeret. §. 11. & 24. *J. de inutil. ſtipul.* nam talia pacta, in contractibus, & negotiis inter vivos appoſita, vitiant ipſos contractus; *l.* 31. *ff. de oblig. & act.* Secùs in ultimis voluntatibus. *l.* 9. 14. & 15. *ff. de condit. inſtit.* unde in omnibus omninò feudis, antè omnia, inveſtituræ tenor, & conventionis feudalis verba, hoc eſt, pactum, inveſtituræ inſertum, illorumque qualitas, ac ſenſus contrahentium veniunt ſpectanda, & ex illis potiùs, quàm ex propria feudi natura de ejuſdem dijudicandum qualitate, arg. *tx.* 1. *F.* 1. §. 3. ibi: *niſi ſpecialiter dictum fuerit.* 1. *F.* 6. *ſ.* 1. ibi: *eo tenore.* 1. *F.* 14. *ſ.* 2. ibi: *niſi pactum fuerit in inveſtitura.* 2. *F.* 2. *ſ. fin.* ibi: *ſi aliquis tenor, præter communem feudi rationem.* 2. *F.* 3. *ſ. un. verſ. fin.* ibi: *eo pacto.* 2. *F.* 8. *pr.* ibi: *Speciali pacto.* 2. *F.* 12. ibi: *eo pacto.* 2. *F.* 18. ibi: *propter tenorem inveſtituræ.* 2. *F.* 104. *ſ.* 1. ibi: *ſermonem tamen inveſtituræ, nec non vim verborum, & ſenſum contrahentium intuentes.* H. Piſtor. *l.* 2. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 3. 4. 60. vid. Matthæus *in conſ. Marpurg. vol.* 2. *conſ.* 26. *n.* 16. ubi *in fin.* inquit, quòd Vaſallus, qui pro ſe habet inveſtituram, cauſam vincere dicatur. Gail. *l.* 2. *obſ.* 50. *n.* 15. ex Zaſio *p. ult. n.* 41. notat, quòd ad feudi naturam cognoſcendam diligenter tenor inveſtituræ ſit inſpiciendus, in quem veluti ſcopum omnis feudi ſtatus dirigatur: ad eam velut ad cynoſuram reſpiciendum monet Baldus *in prælud. feud. diviſ.* 4. unam maximam eſſe in feudis radicem, & fundamentum omnium, ſemperque attendendam refert Borcholt. *c.* 1. *n.* 25. atque hoc neglecto, omnia corruere ait Barth. Camerar. *d. l.* Idque locum habet, etiamſi inveſtituræ verba propriæ feudorum naturæ repugnent, cùm tam conſuetudinibus feudalibus, quàm feudorum naturæ derogent. 2. *F.* 18. & 48. Schrader *p.* 5. *c.* 2. *n.* 30. *ſeqq.* feudi enim natura eſt genus, arg. *l.* 27. *ſ.* 2. *in fin. ff. de pact.* inveſtitura verò ſpecies, per quam in toto jure derogatur generi.

l. 34.

l. 34. 80 *ff. de R. J.* hinc investituræ tenorem, utpotè omni naturâ feudi potentiorem, magis inspiciendum, quàm generalem feudi naturam, neque eum restringendum, neque extendendum, sed, prout verba sonant, interpretandum, ipsisque præcisè verbis inhærendum esse docet Bald. *in d. tx.* 2. *F.* 18. & 24. §. *fin.* H. Pistor. *cit. l. n.* 4. Rosenthal. *c.* 1. *con.* 12. *n.* 2. 3. Vultej. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 87. & ùt aliàs contractus ex conventione legem accipere, *in d. l.* 1. *§.* 6. *ff. depositi. l.* 23. *ff. de R. J.* ac pacta juri præstare dicuntur apud Cornificium, hoc est, jure, sive naturâ rei, quam ex jure habet, sunt præstantiora, & ob id, quod juris est, juris non sit, & vicissim, quod jus non est, jus sit, Vultej. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 4. pactisque, ac conventionibus etiam derogari legibus docet *l.* 31. *ff. de pact.* ità quoque in jure feudali constitutum, id antè omnia observandum, quod inter partes ab initio est conventum, & juxta investituræ tenorem potiùs, quàm propriam feudorum naturam de eorundem qualitate esse judicandum refert Kirchberg *c.* 1. *n.* 22. nec non Aristot. 1. *Rhet.* 15. pactum lex est privata, ac particularis; inspiciendæ igitur sunt priùs hæ privatæ leges, quàm publicæ, & communes. Notandum autem est, quòd, si res verbis disertis expressè non sit definita in investitura, sufficiat, si bonâ aliquâ argumentatione, vel ràtione per consequentiam ex verbis deduci possit. Rosenth. *c.* 1. *con.* 11. *n.* 1. argumentum verò à contrario, ex talibus verbis desumendum, tum demum admittimus, quando id ad juris communis non tendit correctionem. Rectèque sentit Vultejus *cit. l. n.* 86. cujus hæc sunt verba: *Si investitura sit dubia, & obscura, tum ejus interpretatio sumenda est ex mente vel hominis, vel legis, cumprimis autem ex mente hominis, quoniam sicut in contractibus cæteris, ità etiam in contractu investituræ antè omnia spectandum est, quæ fuerit mens, & intentio contrahentium.* Quid si plures de eodem feudo extantes investituræ non concordent? tunc prima, & antiquior sequentibus, & recentioribus prævalebit; quia posterioribus investituris feudum non noviter conceditur, sed idem, quod ab initio erat constitutum, tantùm confirmatur. Rosenth. *c.* 6. *con.* 68. *n.* 1. 2. Vultej. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 96. hinc dicimus cum laud. Vultejo *cit. l. n.* 97. renovari debere feudum per investituram sub eadem forma, & pacto, quo prima investitura facta fuit, & censeri in feudo renovato repetitas omnes investituræ primæ qualitates, & cum Menochio *l.* 1. *cons.* 1. *n.* 125. & *lib.* 3. *præsumpt.* 92. *n.* 5. renovationem investituræ juxta investituræ primæ naturam intelligi factam; unde

unde si quid in posterioribus mutatum, vel innovatum reperitur, hoc potius errore, impressione, aut metu factum præsumitur, Rosenthal. *d. c. 6. con. 69. n.* 14. Schrader *p. 5. c. 2. n.* 38. Vultej. *alleg. l. n.* 98. adeò, ut, si plures posteriores à prima discrepent, error videatur continuatus. Rosenth. *l. cit. n.* 16. neque ipsi Vasallo, qui in hac investitura quid mutari vel innovari passus est, neque posteris ejus, vel aliis, jus ex prima investitura habentibus, nocere potest, nisi de certa Domini investientis, ac Vasalli investiti voluntate, quòd voluerint à priori per pactum posterius recedere, constet; & tum ipsis duntaxat Vasallis, qui sponte consenserunt, & investiturarum mutationem, sive innovationem in totum, aut in aliqua earum parte approbârunt, præjudicat. Schrader *d. p. 5. c. 2. n.* 41. Rosenth. *cit. l. n. 16. seqq.* Vultej. *cit. l.* aliquando tamen prima, si forsitan sit obscura, vel dubia, ex sequentibus claris, ac perspicuis declarari potest, quæ declaratio, aut interpretatio in dubio contra Dominum pro Vasallo sumi debet, affirmante Rosenthalio *d. l. n.* 12. 13. Vultejo *cit. l. n.* 90. 91. & *c. 9. n.* 46. Sed quid, si casum emergentem nec tenor, pactave investituræ, nec mens hominis, aut legis definire queant; ad specificam loci, & Curiæ Domini, à quo feudum est concessum, consuetudinem, ac statuta est deveniendum, & secundùm ea judicandum. 2. *F.* 1. 9. 24. 40. *pr. c.* 13. *de judiciis.* Gail. *d. l. obs.* 148. *n.* 3. *sub med.* nam specialis loci, & Curiæ Domini consuetudo derogat consuetudini feudorum generali, cùm, regula juris communis civ. dictante, generi per speciem derogetur. *d. l.* 80. *ff. de R. J.* & quidem priùs consuetudo magis specialis illius loci, in quo vel situm est feudum, si de ipsa re feudali, vel in quo contractus est initus, si de ipso contractu sit controversia, venit attendenda, antequam ad jus particulare, seu provinciale recurrendum; semper enim localia derogant provincialibus, & noviora antiquioribus. *l.* 50. §. *fin. ff. de leg.* 1. ibi: *antè omnia ipsius patrisfam. consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, exquirenda est.* Particulari verò jure etiam deficiente, ad generales consuetudines, ac jus feudor. Longobard. est respiciendum, *d. tx.* 2. *F.* 1. quod unicè in Imperio nostro Romano-Germanico, in curiis, & judiciis, in consultationibus, & decisionibus usu observatum, in vim juris communis feudalis à Seculo XIV. receptum, viguit, atque sic immemoriali temporis spatio, quod instar privilegii est, ac pro lege habetur, *c.* 26. *de V. S. l.* 1. *§. fin. ff. de aqua & aq. pluv. arcend. l.* 2. *pr. ff. eod. l.* 3. §. 4. *ff. de aq. cottid. & æstiv.* vallatum, & muni-

2. ad loci, Curiæ Domini, consuetudinem, ac Statutum;

3. ad generales feudorum consuetudines;

munitum, uti hoc clarè evincit epistola Imperatoris Sigismundi ad Concilium Basiliense an. 1434. data, relata à Londorpio *tom.* 1. *act. publ. l.* 1. *c.* 5. *pag.* 37. verb. *Secundùm juris communis dispositionem, nec non usum, morem, stylum, & consuetudinem S. R. J. feudalis contentio per Dominum feudi, & Pares curiæ terminanda.* & ab Imperatoribus approbatum est, qui multis in locis modò addendo, modò detrahendo, modò ratificando plurima mutârunt, & correxerunt. 2. *F.* 9. 40. 52. 55. 56. 57. clari autem juris est, quòd consuetudines, expresse, vel saltem tacitè ab Imperatoribus approbatæ, jus generale, sive commune efficiantur. Schrader *p.* 2. *p. princ.* 9. *sect.* 3. *n.* 124. *& multis seqq.* conferatur Arthur. Duck. *de usu & author. jur. civ. l.* 1. *c.* 6. *n.* 7. hæc in juris feudalis laudem scribens: *Consuetudines feudales licèt ab Oberto viro privato scriptæ sint, ita tamen sunt receptæ ab omnibus ferè nationibus Christianis, ut jam inter partes juris civilis Romanorum annumerentur, & libri feudorum habentur inter libros juris Romanorum, & post Novellas Justiniani constitutiones decimam collationem constituunt. Hos libros Fridericus Imperator misit Bononiam, in ea Academia publicè legendos, & inde in omnibus Academiis publicè lecti sunt, & in omnibus curiis ferè orbis Christiani ad causas decidendas adhibiti, Romanique deinceps Pontifices eisdem parem authoritatem in foro Ecclesiæ concesserunt. consuetudinum feudorum igitur authoritas inducta est à consensu Imperatorum, Principum, & populorum Christianorum, qui eas in Academiis publicè doceri, à JCtis illustrari commentariis, & in judiciis, in controversiis dijudicandis allegari continuò permiserunt. Hinc* (pergit Author n. 8.) *ab omnibus receptum est, post patrias leges, & consuetudines teneri omnes Feudorum jure tam clericos, quàm laicos in utroque foro, & ex eo decidendas esse omnes controversias non prædiorum humiliorum tantùm, urbium, civitatumve, sed & supremarum dignitatum, Comitum, Marchionum, Ducum, Regum, ubi regna in feudum concessa sunt.* Unde qui hæc jura feudalia ignorare velit, non audietur. arg. *l.* 11. *§.* 3. *ff. de institor. act.*

Ac in earum defectu 4. ad Jus Civ. & Can. est recurrendum.

Quid, si controversia oborta, nec ex jure hoc feudali determinari possit? ad jus civile, vel etiam, pro qualitate causæ, & terrarum est recurrendum. 2. *F.* 1. ibi: *strenuus autem legis peritus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scriptâ.* Non verò, verbis expressis deficientibus, statim putandum, casum ex jure feudali decidi non posse; sed tum demum, quando nec ullo legitimo interpretandi modo illud ad casum obvenientem applicari potest, jus civile vel canonicum est adhibendum; non enim solùm quod ex verbis, sed &, quod ex mente legis venit,

expressum dicitur *l.* 17. 29. 30. *ff. de LL. l.* 6. *§. un. ff. de V. S. l.* 5. *C. de LL.* supra *§.* 6. *c.* 2. sic quando in jure feudali quæstio occurrit, an Vasallus Domino, re alienâ in feudum datâ, ad præstandam evictionem litem denunciare debeat? Feudistæ affirmativè respondent. Quamvis enim hoc in *tx.* 2. *F.* 8. non adjiciatur, colligi tamen ex *tx.* 2. *F.* 25. & insuper ex jure civ. sc. ex *l.* 53. *pr. ff. de evict. l.* 7. 8. 9. 17. 20. 21. *C. eod.* suppleri poterit. Quid, sin etiam jus scriptum, sive jus commune non inveniretur? confugiendum est ad simile consuetudinis, *l.* 32. *pr. ff. de LL.* ibi: *tunc quod proximum, & consequens ei est.* Hoc quoque cessante, ad simile legis est respiciendum. *l.* 12. *ff. eod.* ibi: *ad similia procedere.* Deficientibus autem dictis omnibus, per argumenta legalia, & feudalia ad causæ decisionem est procedendum. Alvarott. *in tx.* 2. *F.* 1. *pr. n.* 5. ibique communiter Interpretes. Postremò hoc advertendum, quòd, si litigantes argumenta cùm ex legibus, tum ex placitis feudalibus desumpta ad causam determinandam accommodent, judicis erit æstimare, cujus vis, & proprietas præferenda, ac secundùm animi sui motum pro eo pronunciabit, qui similia congruentiora, & rei subjectæ aptiora, veroque proximiora in medium protulerit. arg. *l.* 21. *§. fin. ff. de test.* ibi: *rei aptiora, & vero proximiora. l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* ibi: *qui priora ex legitimis modis jura ostenderit.*

II.

Divisio feudi in feudum ex pacto & provid. & in hæreditarium, cum differentiis.

His ita adumbratis eò revertamur, oportet, unde digressi sumus; & quidem ad id, quòd à partibus contrahentibus, & primis feudum constituentibus, per pacta, in investitura interposita, ordinaria in feudo succedendi natura immutari, atque adeò conveniri possit, ut non jure sanguinis, sed jure succedatur hæreditario. Quæ alteratio eò faciliùs admittitur, quò certiùs est, successionem non de essentialibus, sed saltem naturalibus esse feudi. Et ex hac per pactum alteratâ succedendi ratione Interpretes divisionem inter feudum ex pacto & providentia, & feudum hæreditarium induxerunt. Vultej. *l.* 1. *c.* 8. *n.* 40. Illud vulgari nomine appellatur ein Stamm-Lehen, Ritter- und Recht-Lehen, welches für sich, und seine ehelich gebohrne männliche Leibes-Erben, seines rechten Nahmens, Helms, Schilds, und Geschlechtes Erben verliehen wird. Hoc communi appellatione venit eines rechten Erb-Lehens, welches, als ein eigenthümlich Guth zu einem rechten Erb-Lehen, Erb-Guth, als solcher Erb-Güther alt Herkommen, Recht, und Gewohnheit: für sich, seine Erben, und Erb-

Erb-nehmen: getreuen Brieffs Innhabern ertheilet wird. Illud ex juris feud. providentia ad masculos tantùm, à primo acquirente per legitimam nativitatem sanguinem trahentes, seu heredes sanguinis, 1. *F.* 1. §. 3. 1. *F.* 8. *pr.* 1. *F.* 13. *vers. & si clientulus.* 2. *F.* 23. *in fin.* 2. *F.* 34. §. 2. *vers. profectò.* ordine successivo 2. *F.* 50. pertinet (non etiam ad fœminas, 1. *F.* 24. 2. *F.* 36. multò minùs ad extraneos. 1. *F.* 1. §. 2. *vers. sin autem.*) in quorum præjudicium de eo Vasallus nihil disponere potest. *d. tx.* 1. *F.* 8. *pr.* & §. 1. Hoc ad omnes heredes masculos, & fœminas, ita, ut hæ non tantùm, illis deficientibus, prout aliàs regulariter procedit, sed & unà cum illis, si sc. hoc ex investituræ tenore, aut regionis, aut curiæ feudalis more luculenter appareat, ad successionem feudalem admittantur, aliàs secùs. Schrader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 73. *seqq.* imo & tum ad extraneos, nullo sanguinis vinculo primum acquirentem attingentes, pro voluntate Vasalli, est transitorium. 2. *F.* 48. H. Pistor. *l.* 2. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 37. 39. Schrader *p.* 7. *c.* 3. *n.* 1. Vultej. *l.* 1. *c.* 8. *n.* 52. *seq.* & *c.* 9. *n.* 156. Wurmser *cl.* 3. *sect.* 5. *n.* 83. 99. Schnobel *D. F.* 2. *th.* 32. In illo succeditur primo acquirenti, quem succedens in succedendo solùm respicit. Bald. *in tx.* 1. *F.* 8. §. *fin.* & 2. *F.* 12. In hoc Vasallo, proximè defuncto, quem solùm successor repræsentat, & cum quo una, eademque persona censetur. *Nov.* 48. *in præfat.* Menoch. *l.* 1. *cons.* 89. *n.* 7. & *cons.* 99. *n.* 107. item *cons.* 124. *n.* 19. Gail. *l.* 2. *obs.* 154. *n.* 10. 12. In illo succedunt heredes masculi æqualiter, non attento, quòd fortè ex portionibus inæqualibus in allodio sint instituti. In hoc omnes hæredes pro portionibus hæreditariis. Kirchberg *cit. l. n.* 61. *seq.* In summa in illo succeditur ex juris feudalis dispositione: in hoc secundùm jus commune scriptum, sc. *Nov.* 118. *c.* 1. Kirchberg *cit. l. n.* 67. plures differentias, brevitatis studio hîc non commemoratas, videre est apud laud. Kirchberg *c. alleg.* & Henr. Coccej. *disp. de feud. hæreditar. mixt.* §. 8. 9.

III.

Et quemadmodum feudum in dubio potius proprium, quam improprium esse censetur, ita etiam in dubio potius ex pacto & providentia, quàm hæreditarium præsumitur; tum, quod in omni dispositione in dubio id præsumendum sit, quod de propria rei est natura, non quod ab ea recedit, & facto quopiam extrinsecus ei accedit, 1. *F.* 1. §. 3. 2. *F.* 2. §. *fin.* & *l.* 17. §. 1. *ff. de aqua & aq. pluv. arcend. l.* 7. *C. de cond. ob caus.* atqui feudum ex pacto & providentia est feudum proprium, alterum improprium, hujusque conditio,

In feudo hæreditario fœminæ masculis non extantibus succedunt.

ditio, quæ per omnia feudo est extrinseca, nudo Domini feudi, & Vasalli compacto constituta, ideoque externa, & adventitia dicitur. Joan. Thom. de Marinis *tr. de gen. & qual. feud. tit.* 1. *n.* 54. *seq.* Kirchberg. *cit. c.* 3. *n.* 91. tum quia feudum hæreditarium non constituitur, nisi expresso investituræ pacto id actum fuerit, 2. *F.* 48. pacta autem non præsumuntur. 1. *F.* 4. *§.* 3. 2. *F.* 2. *§. fin.* tum etiam, quia contrahentes in dubio juris communis feudalis dispositioni, quod non heredes quosvis, sed masculos, à primo acquirente descendentes tantùm, sinè ulla qualitate hæreditaria vocat, sese conformare voluisse censentur. arg. *d. c.* 8. *de consuet.* Ut proinde, rebus sic stantibus, mirum non sit, in dubio pro illo, quàm pro hoc magis præsumi; utut aliàs in contractibus, & commerciis non modò nobismetipsis, sed & hæredibus nostris prospicere voluisse credamur. *l.* 9. *ff. de probat.* 2. *F.* 18. nam vel id non nisi ex hypothesi, & pro substrata materia admitti debet, vel dicendum est Vasallum ità quoque hæredibus suis consuluisse, sed feudalibus, quos (non allodiales) juxta communem feudi naturam intentione suâ complexus fuisse censendus est, postquam, cum potuisset, apertius legem contractui non dixit. *l.* 39. *ff. de pact.* vid. Schrader *p.* 2. *c.* 3. *n.* 31. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 2. *n.* 5. Wurmser *el.* 3. *sect.* 5. *n.* 106. *seqq.* Struv. *c.* 14. *aph.* 13. *n.* 1. Cæterum circa feudum hæreditarium probè advertendum, quòd quidem ad instar rei hæreditariæ æstimetur, sed sub regula feudali, ita, ut quoad successionem, ac alios effectus ex ea resultantes, duntaxat pro re hæreditaria, ac allodiali reputetur; quapropter in hoc feudo tam agnati, quam filii eodem jure ad allodialia, & feudalia vocantur, nec feudum sinè allodio regulariter retinere possunt, sed voluntatem defuncti, perinde ut alii hæredes, servare tenentur, quia Dominus providere voluisse videtur hæredibus, non repudiantibus, quod facere potuit, *l.* 1. *ff. de except. l.* 137. *§. fin. ff. de V. O.* vid. Alvarott. *in tx.* 2. *F.* 17. *n.* 5. vers. *quæro ab extra.* Gail. *l.* 2. *obs.* 154. *n.* 10. 18. Henr. Balth. Roth. *disp. de feud. merè hæreditar. §. pen.* hæredes verò ad onera defuncti obligari constat *ex l.* 1. 2. *C. de hæredit. vel act. vend. l. fin. C. de hæred. act. l.* 26. *C. de pact.* sive ratione feudi aliquid sit præstandum, sive aliàs circa feudi successionem disposuerit defunctus, ne id eveniret absurdi, ut pro parte cum, pro parte verò sine hærede defunctus decessisse videretur; itaque quoad qualitatem hæreditariam feudum hoc rebus accensetur allodiali-

dialibus, ut in illis, perinde ac in reliquis rebus hæreditariis, successio jure hæreditario, etiam quoad onera Vasalli fiat. & eatenus successores in feudis hæreditariis cum successoribus allodialibus coincidunt, modò ipsis simul deferatur allodium; tunc enim, quia necessariò debent esse hæredes saltem per indirectum, quævis Vasalli dispositio circa feudum ipsis præjudicat; secus se res habet, si ab ipso vasallo defuncto excludantur ab hæreditate allodiali, vel ea ipsis non deferatur, Chemnitius apud Joann. Brunnemannum *cons. ult. n.* 62. & *n.* 358. *seqq.* Thomas Merckelbach. apud Caspar. Klockium *vol.* 2. *cons.* 17. *n.* 44. *seqq.* tunc enim non aliter ipsis præjudicat dispositio Vasalli, quàm si Dominus, & ipsi consenserint; in aliis verò capitulis, quæ non reperiuntur immutata, feudum hæreditarium, feudi jure, censetur. 2. *F.* 48. recepti enim juris est, quòd, etsi feudum in aliquibus contra naturam feudalem concedatur, in reliquis tamen capitulis, quæ alterata non sunt, propriam suam indolem, ac qualitatem retineat salvam. *d. tx.* 2. *F.* 48. *Zas. p. ult. n.* 3. Vultej. *l.* 1. *c.* 8. *n.* 94. Unde hujus feudi successor æquè fidelitatem jurare, servitia solita Domino exhibere, omniaque, quæ de recti seu proprii feudi sunt natura, facere tenetur. Thom. de Marin. *cit. tr. tit.* 30. *n. fin.* Stryck. *E. J. F. c.* 4. *q.* 46. Hinc etiam fit, quòd & hoc casu fœminæ tantùm in subsidium ad successionem feudalem vocatæ censeantur; quamvis enim hæreditarium sit, feudum tamen est; feudum verò ex ipsa concedentis intentione principaliter masculis, & in subsidium demum fœminis concessum videtur. 1. *F.* 8. §. *fin.* ibique Joann. Frid. Rhetius *in comment. jur. feud.* verb. *in patre, ut filii & filia. n.* 2. & 4. confer. *tx.* 2. *F.* 17. laud. Merckelbach. apud Klock. *Vol.* 2. *cons.* 15. *n.* 44. Menoch. *l.* 4. *cons.* 391. *n.* 19. *seq.* Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 71. Rosenthal. *c.* 7. *con.* 40. *n.* 5. 6. qui *in not. lit. d.* docet, hoc ex rei natura fieri, ut sc. ordine successivo, non simul, succedant, etiamsi expressum non sit, ac infinitis id confirmat authoritatibus. nam, si tum demum de jure feudali fœminæ in feudum succedant, desinente prole masculâ, cum pacto expressè cautum est, ut filii, & filiæ succedere debeant, 1. *F.* 8. § *fin.* 2. *F.* 17. & 30. quantò minus admittentur simul cum masculis, quando saltem concessum als ein Erb-Lehen: feudum quippe hæreditarium dicitur illud, quando alii hæredes, quàm de jure feudali communi admittuntur; præprimis autem ad religionis morem, ubi feudum controversum est situm, venit respiciendum. Sic in Germa-

nia superiore non tantùm, sed & inferiore, præsertim in circulo Rhenano infer. & Westphalico feudum hæreditarium indicat fœmineum, Merckelbach ap. Klock. *vol.* 3. *cons.* 157. *n.* 14. in quod fœminas, deficientibus masculis, demum succedere posse supra *c.* 2. satis, superque probavimus. vid. Rosenthal. *c.* 12. *con.* 14. *n.* 2. *seqq.* add. Stryck. *de success. ab intest. diss.* 1. *c.* 3. §. 6. ubi præjudicium affert sequens: ob gleich die verliehene Güther ausser denen 12000. fl. mit solcher libertat concediret worden, das H. R. davon testiren, disponiren, veralieniren, und liberè damit umgehen möge, als mit seinen anderen wohl erworbenen Erb- und eigenthümlichen Güthern, und also scheinet, daß selbe gleich denen allodial-Güthern auf Söhne, und Töchter zugleich verstammen, weil aber in successione feudali, wann gleich denen Töchtern per expressum pactum ratione successionis providiret, selbe dennoch anderer Gestalt nicht, als in subsidium, wann keine Söhne verhanden, zur succession gelassen werden, und also auch die feuda hæreditaria alsdenn nur auf die Töchter verfallen, wenn das männliche Geschlechte, als darauf der Dominus feudi principaliter gesehen, exspiriret, so sind auch im gegenwärtigen Fall, bevor die männliche Lehens-Erben ausgestorben, die Töchter zu der Erb-Lehn-Güther-succession nicht zu lassen.

IV.

adstruitur, divisionem eam esse textualem.

Nec est, quod communiter asseritur, illam feudorum divisionem esse saltem magistralem, non textualem; etenim quanquam verbis expressis, ac nominetenus, in feudorum libris non contineatur, attamen, quia successionem per pacta immutari posse ostendimus, eoque intuitu in quibusdam feudis hæredes secundùm juris civ. dispositionem, jureque hæreditario succedunt; in aliis verò secundùm jura feudalia illi duntaxat admittuntur, ac jure sanguinis, nulla successionis hæreditariæ habitâ ratione, succedunt, qui à primo acquirente per legitimam descendunt nativitatem, parum intererit, quo nomine feuda respectu hujus succedendi modi appellentur, dummodo talis succedendi diversitas feuda comitetur; cum, juxta Quintiliani monitum, de verbis solicitè curandum non sit, nisi maxima rerum versentur momenta, semperque secundùm Justinianum Imperat. *in l. penult.* §. 1. *vers. sed ut. C. de constit. pecun.* ad sensum potiùs, quàm vana nominum vocabula, respiciendum; quin imò hæc ipsa vocabula, diuturnâ consuetudine, cùm rerum, tum maximè verborum dominâ, & usu quotidiano,

Quem

Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi,
ut ait Poëta Venusinus.

recepta, ac approbata, ubique jam invaluêre, tantaque illius divisionis est authoritas, ut in explicandis gravissimis quæstionibus tam ab Advocatis, quàm ipsis etiam Judicibus ad eam, velut ad asylum quoddam, recurri soleat. Kirchberg. *c.* 1. *n.* 48.

V.

Sicut autem res zu einem Erb-Lehen concessa, feudum est hæreditarium, ità & res zu einem Erb-Mann-Lehen collata feudum constituitur hæreditarium, adeò, ut hanc investituræ formulam vix animadvertere potuerit Rosenthal *cit. l. n.* 8. quid aliud differat ab Erb-Lehen, quàm quòd semper hoc Erb-Mann-Lehen necessariò per masculum, v. g. maritum, aliumve substitutum recognosci, fidelitas jurari, & servitia præstari debeant, etiam ubi fœmina in id succedit, ad quod, de jure communi feudali, necessitate non adstringitur in feudo fœmineo vel latè, vel strictè sic dicto. Rosenthal *l. alleg.* & *c. 6. con.* 31. *n.* 6. ex quo manifestissimè apparet, quòd uti secundùm receptam ac approbatam sententiam fœminæ im Erb-Lehen, masculis non extantibus, demum succedunt, ità & multò magis im Erb-Mann-Lehen, deficientibus masculis, ad successionem feudalem admittentur, ne vocula Mann propriâ suâ careret significatione, cùm in omni dispositione ea semper adhibenda sit interpretatio, ne verba sint superflua, & quantum fieri potest, propriè accipiantur. *l.* 69. *ff. de leg.* 3. *l.* 21. *ff. de testam. milit.* vid. suprà *c.* 2. §. 2. sive illa dispositio sit ultima voluntas, *l.* 109. *pr. ff. de leg.* 1. sive contractus, *l.* 4. *pr. ff. de usur.* sive sit rescriptum, *c.* 51. *pr. de appellat.* Gloss. *in c. 6. de Major. & obed.* sive Privilegium, Gloss. *in l.* 35. *pr. C. de inoff. testam.* sive sententia, *c.* 10. *de privileg. in 6.* sive lex, *c.* 1. *dist.* 19. junct. Gloss. verb. *membranas.* sive etiam statutum. Bart. *in l.* 4. *§.* 5. *ff. de damn. infect.* quod vel maximè in verbis investituræ observandum esse docet Alvarott. *in tx.* 2. *F.* 48. *n.* 2. cujus forma ità est præcisa, ut ab ejus tenore non sit recedendum. H. Pistor. *l.* 2. *p.* 1. *q.* 3. *n.* 34. *seq.* præsertim dum per eam feudum ad propriam suam in solem reducitur, cùm unumquodque ad suam facilè revertatur naturam, *l.* 6. *pr. ff. de divis. rer. l.* 27. *§.* 2. *circ. fin. vers. incipiet dos. ff. de pact.* ibique Jason. *§.* 29. *vers. quod si. J. de rer. divis. c.* 2. *dist.* 35. & vulgò dicatur, verba contrahentium secundùm communem, ac vulgarem loquendi usum esse intelligenda. suprà *c.* 1. *§.* 3. Verùm quid aliud denotat vocabulum Erb-Mann-Lehen, quàm prius Mann-

probatur, ein Erb-Mann-Lehen esse feudum hæreditarium.

Mann-Lehen? (& sic masculi succedunt) posteà verò Erb? Merckelbach. ap. Klock. *d. l. n.* 18. ubi rursus secundùm demonstrata fœminæ quidem etiam admittuntur, sed tamen masculi iis præferuntur; adeoque duplici titulo im Erb-Mann-Lehen masculi præ fœminis veniunt admittendi.

VI.

Infertur, fœminas ein Erb-Mann-Lehen successionis esse capaces, deficientibus masculis.

Nec refert, sive illi ex fœmina, sive masculo descendant, *2. F.* 17. ibique Alvarott. *n. 1. seqq.* Zas. *p.* 8. *n.* 52. *pr.* Schrader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 60. 62. Jacobin. de S. Georgio *tr. de feud.* verb. *& fœminis. n.* 13. 16. *seq.* Eric. Mauritius *in consi. Chilon. p. 2. cons. 2. num.* 5. Curt. jun. *tr. de feud. p. 3. princip. m.* 1. *n.* 18. licet masculus Vasallo, proximè defuncto, sit in remotiori gradu conjunctus, quàm fœmina, *d. tx. 2. F.* 17. ibique Alvarott. vid. Curt. *alleg. l.* & feudum hoc semel transitum fecerit ad fœminas, ex quarum una masculus existit, is tamen fœminis est præferendus. *d. tx.* ibique Alvarott. Belvis. Isern, Bald. Schenck. vid. Curt. *cit. l. n.* 17. Rosenthal. *c.* 7. *con.* 40. *n.* 10. 13. & *in not. lit. k.* & *m.* H. Pistor. *l. 2. p. post. q.* 35. *n.* 3. *seqq.* Schrader. *l. alleg. n.* 61. 63. Neque verò hic attenditur linearum diversitas; licet enim quoad lineam fœmina præcedat, sexu tamen masculus prævalet cuilibet fœminæ in feudali successione. *d. tx.* adeoque proximitas lineæ solùm observatur inter personas, quæ ejusdem sunt sexûs. sunt verba Struvii, *c. 9. aph.* 8. *n.* 10.

VII.

Demonstratur, successionem hanc non impediri per divisionem factam; ac Adversariorum argumenta diluuntur.

Neque etiam simplex feudorum divisio impedit, quò minùs masculi unius lineæ excludant fœminas alterius lineæ, ad quarum antecessores masculos pars illorum feudorum ex alia præcedente divisione olim pertinuit, si deinde divisio eum in modum instituatur, ut uni lineæ hæc, alteri alia per novam divisionem assignentur feuda; cùm per divisionem feuda propriam suam naturam non amittant, sed eam, quam ab initio acceperant, illibatam retineant. *d. tx. 2. F.* 17. ubi casus formatur talis: Titius acceperat feudum eo pacto, ut, si liberos masculos deficere contingeret, fœminæ in eo succederent: decedit is sinè masculis, filiâ tantùm relictâ (adeoque conditio extitit) filia hæc, vigore illius pacti in feudum paternum admissa, fatis concedit, relictis duobus filiis, quorum uterque matri successit; reliquit dein horum alteruter duas filias, alter verò filium; suborta jam inter hos, filium sc. & filias, de successione feudali est controversia, ac filius

filius totum sibi feudum ex sexûs masculini prærogativa, & feudorum natura vindicabat; filiæ verò feudo medietatem, à patre suo relictam, quia ex illo nullus extat masculus, ac propterea ipsæ juxta regulam generalem, deficientibus masculis, ex pacto primæ investituræ inserto, ad feudi successionem vocatæ censeantur, ad se pertinere defendebant; nihilominus pro filio masculo pronunciatum, & declaratum fuit, eum non tantùm in portione patris, sed et patrui admittendum, exclusis patruelibus. idque ob rationem generalem ibi propositam (quia non patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus feudum adquisivit) ac repetitam in *tx.* 1. *F.* 6. §. 1. 1. *F.* 8. §. *fin.* 2. *F.* 30. 50 & 51. §. 3. vid. Rosenthal. *cit. l. n.* 5. 6. & *in not. lit. d.* Zas. *d. l.* licèt enim ex altero filiorum, ultimò defunctorum, nullus supersit masculus, quia tamen ab eo, qui primus pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis feudum acquisierat hoc pacto, ut, deficientibus illis, hæ succederent, superstes est hæres masculus, utique hujus propter investituræ verba, quibus hæredes masculi primò, & hisce non extantibus, demum fœminæ ad successionem feudalem vocatæ sunt, potior est habenda ratio, quàm fœminarum, cùm semper ad feudi originem, & primam radicem, non verò, quo tramite descendat, sit respiciendum. H. Pistor. *c. l. q.* 34. *n.* 11. 13. 19. 25. 27. quæ sanè ratio generalis efficit, ut constitutio hæc comprehendat etiam hunc casum, ubi feudum, quod ex pacto, primæ investituræ adjecto, masculis non superstitibus, ad fœminas pervenit, fuit divisum, & uni lineæ hæc, alteri alia per divisionem assignata fuerit feudi portio; jam ex una solus superest masculus, ex altera tantùm fœmina, is masculus, ex repetita ratione generali, utriusque lineæ capiet portiones. Alb. Brun. *cons. feud.* 79. conf. Menoch. *l.* 5. *cons.* 443. *n.* 60. *seqq.* quoniam divisio, ùt monuimus, naturam feudi non immutat, multò minus naturale agnationis vinculum dissolvit. §. 11. *J. de J. N. G. & C.* nec dividentes juri de futuro, ex prima investitura sibi competenti, renunciasse ullo modo præsumuntur, quemadmodum ex bonorum fideicommisso relictorum divisione ei renunciatum non censetur. Bart. *in l.* 122. §. 6. *ff. de V. O. q.* 10. Knipschild. *de F. F. N. c.* 61. *n.* 226. *seqq.* quin imò licèt in divisione feudum uni assignetur, & reliqui juri suo, quoad feudum, renuncient; hæc tamen renunciatio, lineâ, feudum possidente, in masculis extinctâ, ipsis in successione minimè officit, utpote quæ ad jus

præ-

præsens restringi; non verò ad futurum quoque porrigi debet, quia tale pactum censetur personale, & renunciatio personalis, cùm contemplatione paciscentium, suorumque descendentium facta intelligatur. arg. *tx.* 2. *F.* 26. *§. fin. vers. Titius cum Sempronio.* 2. *F.* 49. Jacobin. de S. Georg. *d. tr.* verb. *& unus ex dictis Vasallis refutavit feudum. n.* 5. 6. Andr. Rauchbar. *quæst. jur. civ.* & *sax. p. post. q.* 21. *n.* 9. *seqq.* vid. omninò Menoch. *l.* 10. *cons.* 974. *per tot.* Quare

Non obstat Joan. Mar. Jacob. de Rimmaldis *vol.* 2. *cons.* 259. *n.* 33. *seqq.* & Car. Ruini *vol.* 1. *cons.* 9. *n.* 5. opinio, quòd sc. per divisionem feudum ei, cui illud obvenit, factum sit proprium cum iisdem conditionibus, ac qualitatibus, cum quibus erat apud primum acquirentem; & hoc eò magis, cùm divisio sit species alienationis, *l.* 77. *§.* 18. *ff. de leg.* 2. *l.* 1. *C. commun. utriusque jud.* qua res in emptorem, & acquirentem cum omnibus suis qualitatibus transfertur; feudum autem apud primum acquirentem, ejusque descendentes, postea id dividentes, hanc habet qualitatem, ut succedant masculi, &, his deficientibus, demum fœminæ, ergo concludendum videbatur, feudum, divisione sic translatum in eum, cui ex divisione obvenit, hanc retinere qualitatem, ut, deficientibus illius descendentibus masculis, ad fœminas ejusdem lineæ transeat, &, quod ei consequens est, primam illam acquisitionem, ac investituram non ampliùs esse attendendam. Nam R. feudum per divisionem ei, cui obvenit, factum esse proprium revocabiliter tantùm, atque hoc sensu, donec aliquis ex illius linea superest hæres masculus; adeoque primam investituram non esse attendendam, dici nequaquam potest, cùm per divisionem ab ea non recedatur, atque antiqua feudi natura non immutetur, sed eam feudum, quam priùs habuerat, retineat salvam, ac integram, *d. tx.* 2. *F.* 17. add. *cit. tx.* 2. *F.* 26. §. *fin. vers. Titius cum Sempronio.* ubi similis extat casus; agitur enim hîc de feudo antiquo, quod per successionem ad duos fratres Titium, & Sempronium, ast per divisionem pervenerat ad Sempronium, cum quo Titius pactus erat de eo feudo non petendo; & tamen Sempronio, sinè hærede masculo defuncto, relictâ fortè filiâ, Titio pactum illud non obstat, sed admittitur ad feudi illius successionem, exclusâ fratris sui filiâ. Casus haud absimilis exhibetur in *txx.* 2. *F.* 49. & 83. Ex his ergo luce meridianâ clariùs apparet, primam investituram omninò, vel maximè esse considerandam, quemadmodum de bonorum fideicommisso subjectorum divisione traditur ab omnibus *in d. l.* 122. *§.* 6. *ff. de V. O.* quòd

sc.

sc. eveniente casu, quo masculi, ex una linea descendentes, defecerint, revertatur fideicommissum ad masculos alterius lineæ, qui æquè à primo fideicommissum acquirente, cujus persona semper venit spectanda, sanguinem trahunt; à fideicommisso autem ad feudum validum deduci potest argumentum. Struv. *in observ. feud. ad c. 3. n. 6.* vid. suprà *c. 2. in fin.*

Prædicti feudi exemplum habemus in Comitatu Rittbergensi, & ejus occasione ab hujus Almæ Universitatis Inclyta Facultate Juridica exarato lateque deducto responso.

Casus.

Exemplum eines Erb-Mann-Lehens, sc. Comitatus Rittbergensis.

ES hat Conradus VII. Graf zum Rittberg seine von seiner Groß-Mutter Adelheid Gräfin zum Rittberg per successionem auf Ihn devolvirte allodial-Reichs-Grafschafft, mit all ihren Zugehörungen, aus sonderbahrer Liebe, und Freundschafft, Ludovico III. Landgrafen zu Hessen, an. 1456. dergestalten offeriret, daß Er vor sich, und seine Leibes-Lehens-Erben von demselben solche zu einem Erb-Mann-Lehen, als Erb-Mann-Lehens Recht, und Gewohnheit ist, empfangen, dieses Lehen auch nicht auffsagen wolle, noch solle; und da es wäre, daß Conrad Graf zum Rittberg sonder Leibes-Lehens-Erben von Todes wegen abgienge, wer dann zu der Grafschafft Rittberg käme, und die besässe, solle ebenmäßig dieselbe von Landgraf Ludwig, und seinen Erben, Fürsten des Landes zu Hessen, zu rechtem Erb-Mann-Lehen empfangen; entgegen seyen die Herren Landgrafen solche Lehenschafft in Ewigkeit nicht zu waigeren, sondern Selbe damit gnädig damit zu belehnen verbunden. In solcher Qualität nun hat besagte Grafschafft Conradi VII. Sohn Joannes, Enckel Otto, und Ur-Enckel Joannes, alle Grafen zum Rittberg, besessen; dieser letztere aber, da er in schwäre Melancholie verfallen, und menschlichen Verstandes beraubet, zu Cöln den 9. Decembris an. 1562. ohne männliche Leibes-Erben, doch mit Hinterlassung zweyer Töchtern Armgard, und Walpurg verstorben, hat Herr Landgraf Philipp die Grafschafft Rittberg, als Ihme vermeintlich eröffnet, einzuziehen, und mit seinen Landen zu conjungiren getrachtet, auch zu dem Ende dieselbe quoad Dominium suum directum, um diese neben seinem Fürstenthum Hessen, wiederum zu Lehen zu empfangen, Ihro Kayserl. Maj. Ferdinando I. glor. mem. den 1. Martii 1563. zu einem Reichs-Lehen aufgetragen; es haben hingegen des so verstorbenen Grafen Joannis zum Rittberg beeder hinterlassener Töchtern Arm-

 gard,

gard, und Walpurg (weilen Sie aus dem Stamm, und Geblüth der Grafen zum Rittberg entsprossen) ihre Frau Mutter, und Curator, so wohl am Kayserl. als Fürstl. Hessischen Hof eyfrig und inständig die Belehnung angesuchet, endlichen auch Landgraf Philipp sich dahin gnädig erkläret, selbe gegen Erlegung 12000. vollgewichtiger Rheinischer Gold-Gulden damit zu investiren; immassen auch würcklich erfolget, daß, laut Lehen-Brieff vom 7. May 1565. Herr Landgraf Philipp denen beeden Gräfinen, und ihren Leibes-Lehens-Erben, Söhnen, von ihrem Leib ehelich gebohren, und da deren nicht wären, alsdann denen Töchtern gleichfalls von ihrem Leib ehelich gebohren, die Grafschafft mit all- und jeglichen ihren Zugehörungen, zu einem rechten Erb-Mann-Lehen also geliehen, gleichwie beeder Schwestern Vatter, und Vor-Eltern Grafen zum Rittberg sie innen gehabt. Diese beede Schwestern haben demnach, wegen ihrer gesambten vätterlichen Erbschafft, einen Erb-Vergleich getroffen, und sich zu Esens den 27. Septembr. 1576. dahin vereinbahret, daß zwar eine Theilung der vätterl. Land und Leuthe unter Ihnen gemacht, und die Graf- und Herrschafft Rittberg mit dem Hauß Esens, und allen andern ihren pertinentien neben 25000. Rthlr. Hauptsumm (so aus den gewissesten Einkommen der Häuser Esens, und Wittmund dabey zu legen) ein Theile; die Herrschafften Esens, Stedesdorff, und Wittmund aber mit ihren pertinentiis das andere Theile seyn solle, doch daß beede Gräfinen, und ihre künfftige Leibes-Erben sich von gesambten Herrschafften nennen, und den Titul davon gemeinsam führen, auch eine in der andern zugetheilten Herrschafften, künfftiger Succession halber, gesambte Hand behalten, und die Huldigung, gleicher massen gemeinsam, ohne Præjudiz deren, welchen dieser, oder jener Theil durch Loos, oder Wahl zugefallen, einziehen sollen, und weilen in allen wohlgeordneten Herrschafften löbl. Herkommens, daß der männliche Stamm vor dem fräulichen in der Succession ein Vortheil und Vortritt habe, so solle es auch, in künfftigen Erbfällen, in ihren Herrschafften, folgender Gestalt gehalten werden, daß (I) da der allmächtige GOtt beede Schwestern mit Söhnen, und jungen Herren, oder auch darneben mit Töchtern, und Fräulen seegnen würde, alsdann solle ein jeder an seiner Eltern Theile verbleiben, und die Töchter davon Gräflich, oder sonst zu einem Stand, der ihrem Herkommen gemäß, ausgesteuert, wie auch, da viele Brüder vorhanden, gleichfalls zu thun gefordert werden, die Regierung aber bey dem ältesten Sohn, und respective Bruder, so ferne Derselbe dazu fähig, stehen, und bleiben; auch also immerdar bey denen

nen folgenden Erben in nidersteigender Linie continuiret, und gehalten werden: gleicher gestalt solle es (II) gehalten werden, da Sie beede nur mit Fräulen Töchtern begabet, und keine männliche Erben nach sich lassen wurden. Wolte es aber (III) GOtt gefallen, daß der Schwestern eine mit männlicher, oder männlich- und Fräulicher Geburth, und Erben, die andere aber allein mit fräulicher Geburth gesegnet würde, in dem Falle sollen des einen Theils männliche Erben die Mutter auf der andern Seite, die Zeit ihres Lebens, ihren Theil ruhig besitzen lassen, und nicht eher den angefallenen Theil einzunehmen bemächtiget seyn, biß Er männlicher Erbe denen Fräulen wegen ihres verordneten jährl. Unterhalts, Braut-Schatzes, Kleider, und Kleinodien halber, Versicherung, und Satisfaction geleistet, und willig folgen lassen, was Ihnen von ihrer Fr. Mutter am ersparten zugefallen. (IV) und letztlich, wann der Schwestern eine, oder deroselben Leibes-Erben ohne Descendenten auf der einen Seite würden aus dieser Welt abgeschieden seyn, (es geschehe in künfftigen Zeiten, wann es wolle) alsdann sollen, dieser schwesterlich-ewig wehrenden Vereinigung gemäß, die Erben, und Nachkommen des andern Theils, ohne alle Mittel, in des abgehenden ohnbewegliche Lehen, und Erbschafften die Succession haben, und behalten. Deme zu Folge hat Fr. Armgard die Grafschafft Rittberg, Fr. Walpurg hingegen die drey Harlinger Herrschafften würcklich angenommen. Da nun die Armgard ann. 1584. ohne Erben verstorben, ist die Grafschafft Rittberg auf die Walpurg, dem Erb-Vertrag, und Lehen-Brief nach, verfallen, die gesambte ihre Graf- und Herrschafften auf ihre mit ihrem Gemahl Graf Enno von Ostfrießland erzeugte beede Töchtern, Sabinam Catharinam, und Agnetem, transmittiret, welche die drey Harlinger Herrschafften Esens, Stedesdorff, und Wittmund, wegen des Hauses Ost-Frießland alten darauf gehabten Prætension, ihrem Vatter vor 300000. Rthlr. und darüber cediret, die älteste von ihnen die Grafschafft Rittberg zu ihrem Theil genommen, die jüngere aber die 300000. Rthlr. oder die davor erkauffende Güther zu ihrer Portion bekommen, im übrigen ratione futuræ successionis, das Esensische pactum iisdem ferè verbis zu Beruhm ann. 1600. renoviret, solches auch durch Kayser Rudolphum II. glor. m. bestättigen lassen. Da zwischen der Gräfin Sabina Catharina, und dem Lehen-Hofe ex capite prætensæ feloniæ, incestas nuptias cum patruo suo Joanne Comite Ostfrisiæ ann. 1601. contrahendo commissæ, quæ tamen dispensationem S. Pontificis impetraverat, und zwischen der Gräfin Agnes,

die sich ann. 1603. an Herrn Gundacker von Lichtenstein verheurathet, und dem Lehen-Hof über die Formul des Lehen-Brieffs, weilen der Lehen-Hof die Belehnung anderst nicht, als ex nova gratia zu geben prætendiret, ein Streit entstanden, und ein gedoppelter Proceß coram Paribus Curiæ incaminiret worden, so aber beede ohnausgemacht versitzen geblieben, biß der Gräfin Sabinæ Catharinæ hinterlassene Söhne Graf Ferdinand Franz, und Graf Joannes, um so ehender zur Belehnung zu gelangen, sich mit der Frau Landgräfin Amalia Elisabetha, als ihres Herrn Sohns Wilhelmi VI. Vormünderin verglichen, und gegen Erlag 16000. Rthlr. Graf Joannes (weilen der älteste den geistlichen Stand vorgezogen) die Investitur von der Grafschafft Rittberg auf den alten Fuß (daß jederzeit die Söhne denen Töchtern vorgehen, und diese nicht eher, als nach gäntzlichem Abgang des männlichen Stammens Lehens-fähig seyn sollen) erhalten, nach dessen Ableiben seine Söhne Graf Franz Adoph Wilhelm, und Ferdinand Maximilian, in Conformität der alten Investitur, wiederumben belehnet worden, der ältere aber, als ein Geistlicher, dem Jüngern, mit Vorbehalt eines gewissen Deputats und Regresses, wann der jüngere ohne männliche Erben absturbe, die Administration der Grafschafft überlassen, dahero auch nach dessen ann. 1687. sine prole mascula erfolgten Tod sich des Lehens wiederumben angemasset, aber anno 1690. auch ohne Erben verstorben, worauf sich zu der Grafschafft Rittberg zerschiedene Prætendenten angegeben, nemlich (1.) Maria Ernestina Francisca, Gräfin von Kaunitz, des jüngern Brudern Tochter, (2.) des letzt verstorbenen Grafen zwey Schwestern, Bernhardina Sophia, Aebtißin zu Esen, und Maria Leopoldina, Gräfin von Bergen, (3.) die Herren **Fürsten von Liechtenstein** Gundackerischer Linie, als descendentes der Gräfin Agnetis, unter denen die erste Fr. Gräfin von Kaunitz bey dem Hessen-Casselischen Hofe gehör, und die investitur juxta tenorem der vorigen Lehen-Brieffen erhalten, weilen sie sich dem Lehen-Hof accommodiret, und die Belehnung ex nova gratia angenommen, welches die Hochgedachte **Herren Fürsten von Liechtenstein** weder thun können, noch wolten, dahero Diese wider sothane Belehnung solenniter protestiret, und die Sache in Rechts-Proceß am Kayserl. Hofe erwachsen.

Decisio.

OB nun zwar, wider all besseres Vermuthen, das Urtheil wider das **Hoch-Fürstliche Hauß von Liechtenstein** Gundackerischer Linie

Linie in favorem der Fr. Gräfin von Kaunitz, bey einem Hochlöbl. Reichs-Hof-Rath, würckl. ausgefallen, und sodann bestättiget worden, was Carpz. *in jurispr. for. p.* 1. *c.* 26. *d.* 21. meldet: verissimè dixit, quisquis dixit, sententiam judicis, atque litis victoriam inter casus fortuitos referri; quia exitus causarum est in potestate, & motu judicantis, adeoque dubius litis eventus, sicut belli, ita, ut quandoque etiam justi sub clypeo justo intereant. Heig. *p.* 1. *q.* 12. *n.* 55. fieri enim potest, ut quis v. g. per majora, & pluralitatem votorum contra alterum, qui causæ nititur justitiâ, reportet victoriam, dahero bey **Ihro Röm. Kayserl. Majest.** das **Hochfürstl. Hauß** von **Liechtenstein** / utpote pars læsa, allerunterthänigst die revision angesuchet, solche auch allergnädigst erhalten; so können und sollen wir doch, solâ facti veritate, ac justitiâ inspectâ, genuinis juris imbuti principiis, anderes nicht propugniren, als daß hochwiderholtes von der Frau Agnete Gräfin zu Rittberg herstammendes **Hochfürstl. Hauß** von **Liechtenstein** ohnwidertreiblich (I) der Natur, und Eigenschafft des quæstionirten Lehens, und denen darüber ertheilten Lehen-Brieffen nach, (II) denen darüber aufgerichten von denen Lehen-Herren agnoscirt- und confirmirten Erb-Verträgen, oder Theilungs, und successions-Vereinigungen nach, sodann (III) denen in Teutschland in vim juris communis sowohl in Academiis, als foris à Seculo XIV. usu ac observantia recipirt- und von Kaysern, Churfürsten, Fürsten, und Ständen des Reichs approbirten Longobardischen Lehen-Rechten gemäß, in der Grafschafft Rittberg mit mehrern Fug Rechtens succediren möge, und könne, als immer die Fr. Gräfin von Kaunitz; dieser mithin in der Lehen-Folge, nach dem Tod des letzt verstorbenen Vasalli, Francisci Adolphi Wilhelmi, Grafen zu Rittberg, ohndisputirlich vorzuziehen, und vor ihr indubitato zu investiren gewesen. Dann (1.) erhellet Sonnen-klar aus denen ertheilten Lehen-Brieffen, daß die Grafschafft Rittberg jedesmahl als ein Erb-Mann-Lehen, wie Erb-Manns-Lehens Recht, und Gewohnheit ist, verliehen, und empfangen worden; ein Erb-Mann-Lehen aber ist nichts anders, als ein feudum hæreditarium, vid. supra *h. c.* §. 5. 6. in quo jure hæreditario (non secùs, ac in allodio) non masculi duntaxat, sed & fœminæ succedunt, ità tamen, ut illi his omninò præferantur, per ea, quæ *h. c.* §. 3. *vers. Cæterum.* tradidimus, (cui opponitur feudum ex pacto, & providentia, in quo jure sanguinis, ex juris feud. dispositione tantùm masculi, à primo acquiren-

acquirente descendentes, admittuntur, de quo *h. c.* §. 2. videri potest) nam quando res zu einem Erb-Manns-Lehen conceditur, tunc concedentis intentio esse censetur, ut feudum illud quidem hæreditarium, & sic tam fœminæ, quàm masculi à primo acquirente descendentes, successionis capaces esse debeant, sed ita, ut ad eam fœminæ priùs non admittantur, quàm si nullus ab eo descendens ad-vel superest masculus; licèt in investitura id expressum non sit, Rosenth. *c.* 7. *con.* 40. *n.* 5. 6. & *in notis lit. d.* & *c.* 12. *con.* 14. *n.* 4. 8. salvâ semper prærogativâ, masculis his competente, adeò, ut, quando etiam in defectu masculorum ad fœminam devolvitur successio, ipsa feudum hoc per masculum, v. g. maritum, aliumve substitutum, recognoscere, fidelitatem jurare, ac servitia præstare debeat, cùm alioquin fœmina in feudo fœmineo latè, vel strictè sic dicto, regulariter ipsa recognitionem facere queat. Rosenth. *c.* 6. *con.* 31. *n.* 6. & *cit. c.* 12. *con.* 14. *n.* 4. 8. laud. Besold. *cit. thes. pract. lit. E.* voc. Erb-Lehen. 50. confer. supra *h. c.* §. 3. 5. tradita. illudque præsertim iis in locis, in quibus feudum hoc situm est, obtinere, disertis affirmant Rosenthal. *d. c.* 12. *con.* 14. *n.* 2. *seqq.* Merckelbach ap. Klock. *d. vol.* 3. *cons.* 157. *n.* 14. Diether. *in contin. thesaur. Besold.* voc. Erb-Lehen. Beyer ad Schnobel. *disp. feud.* 2. *th.* 32. imò cum multis aliis Gœddæus *vol.* 4. *cons. Marpurg.* 37. *n.* 720. *seqq.* sibi *d. vol. cons.* 26. *n.* 203. contrarius, & Jo. Schilter *in comment. ad Jus Feud. Alemann. ad rubr.* §. 14. expressè statuunt, fœminas in feudo oblato succedere, cùm ipsis credibile non videatur, quòd quis proprium suum sanguinem etiam in sexu sequiore, & fœmineo tanto habeat odio, ut illi dominum feudalem, à se honoris gratiâ ita dictum, præferre voluerit; nec verisimile sit, propria, & avita sua bona offerentem, ac in feudum recipientem id voluisse, ut illa potiùs devolverentur ad Dominum, quàm ad descendentes suos transmitterentur; aut ad sui, suorumque privationem contractum iniisse, quoniam nihil magis est lugubre, quàm domum, in qua defecit pater, ipsemet crevit, ad extraneas manus pervenisse, Majorumque imagines, aut non fixas videre, aut revulsas, *l.* 22. *C. de admin. tut.* quod postremum juxta §. 13. *c.* 1. non simpliciter approbamus. (2.) Zeigen die unter denen Schwestern getroffene pacta gantz deutlich an, daß, wann deren eine Söhne, die andere aber nur Töchter hätte, der einen Söhne der andern Töchtern in ihrer Mutter Antheil vorgezogen werden, und diese zufrieden leben sollen, daß sie mit

mit einer nahmhafften Summa Geldes ausgesteuret, und mit gebührenden Kleidern, und Kleinodien versehen, auch biß sie sich verehlichen, Standsmäßig unterhalten werden. Ja die paciscirende Schwestern contestiren, daß, weil in allen wohlgeordneten Herrschafften löbl. Herkommens, daß der männliche Stamm vor dem fräulichen in der succession einen Vortheil, und Vorzug gewünne, es auch in künfftigen Erb-Fällen in ihren Herrschafften folgender gestalt gehalten werden solle, daß, wann ihrer eine mit allein männlicher, oder männlich- und fräulicher Geburth, und Erben, die andere aber allein mit fräulicher Geburth gesegnet wurde / in dem Fall des einen Theils männliche Erben die Mutter auf der andern Seiten, die Zeit ihres Lebens, ihren Theil ruhig besitzen lassen, und nicht eher den angefallenen Theil einzunehmen bemächtiget seyn sollen, biß Er Successor denen Fräulen, wegen ihres verordneten jährlichen Unterhalts, Brautschatzes, Kleider, und Kleinodien Versicherung, und satisfaction geleistet, und willig erfolgen lassen, was ihnen von ihrer Mutter an erspartem zugefallen. Trahit quidem non neminem ingenii acumen, æmulatio, adulandi studium, auri emungendi cupido (quod propter multos insidiatores semper pallere dixit Diogenes) ac mala conscientia, ut in simili refert Garzon *d. tr. restrict.* 2. in hanc captiosam opinionem, daß Er widerrechtl. behaupten will, daß die so treulich stipulirte prærogativa masculorum præ fœminis in feudi, de quo hîc quæstio, successione auf jede Linie insonderheit zu restringiren, und also zu verstehen wäre, daß, wann ein masculus der Sabinischen Linie mit einer fœmina ejusdem lineæ concurrire, sie alsdann solchem masculo billich weichen, und die prærogativ vor ihr in der Lehens-Folge geben müsse; mit nichten aber dahin zu extendiren wäre, wann ein masculus der Agnetischen Linie mit einer fœmina der Sabinischen Linie in successione concurrire, (gleichwie in casu nostro, da die Hochgedachte **Herren Fürsten von Liechtenstein** aus der Agnetischen Linie mit der Fr. Gräfin von Kaunitz aus der Sabinischen Linie concurriren, und diese vor **Ihro Durchl. dem Gnädigsten Fürsten von Liechtenstein** in der Grafschafft Rittberg widerrechtl. zu succediren prætendiret) dann daß solch vermeintlicher sensus denen Esensischen, und Beruhmischen Erb-Verträgen è diametro contrarius seye, ergiebet sich von selbsten, massen beede pacta klar vor Augen stellen, daß von zweyen Linien alldort die Rede gehet, und attribuiren dem in una linea existenti masculo die prærogativam, & successio-

cessionem in bonis alterius lineæ, in qua fœminæ duntaxat extant, cum istarum exclusione. vid. cas. *sub n.* 3. ubi autem verba paciscentium clara sunt, ac aperta, ibi omnis cessare debet interpretatio illis contraria, utpote quæ mera audit cavillatio. *l.* 4. *ff. de leg.* 1. *l.* 69. *pr. de leg.* 3. *l.* 1. *§.* 6. *ff. depos. l.* 112. 126. §. 2. *ff. de V. O.* cum alibi Imperatori in legibus magis simplicitas placeat, quàm difficultas, *§.* 7. *J. de fideicomm. hered.* subtilitates à judicibus rejiciantur, *l.* 8. §. 16. *in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* & omissâ subtili ratione aliud concludatur à JCto *in l.* 51. §. *fin. in fin. ff. ad L. Aquil.* und in diesen pactis haben sie ihnen utrinque, und ihren hoffentlich erfolgenden Leibes-Erben niedersteigender Linie in succesſione feudali conjunctam manum, & ad majorem hujus confirmationem, auch den Titul von allen Herrschafften gesambt, und sonderlich zu führen löbl. vorbehalten, solche stipulatâ manu, bey Gräflichen wahren Worten, und Ehren festiglich, und ohnwiderrufflich versprochen, und sich nicht allein vor sich, sondern auch vor ihre hoffentlich künfftige Leibes-Erben kräfftiglich verpflichtet, daß sie diesem Schwesterlichen Vertrag, Cession, und Theilungs-Brieff in all und jeden punctis, und articulis treulich, aufrichtig, und ehrbahrlich Folge leisten, auch darwider niemahlen ichtwas handlen wollen, und sollen. Quæ pactorum clausula, cùm ubique heredum expresse fecerit mentionem, non tantùm paciscentes, sed & eorum heredes ad perpetuam, ac strictam omnium capitulorum ibi contentorum obligat observantiam. *l.* 3. *§.* 2. *ff. de lib. & posth.* ibique Bart. & *in l.* 31. *ff. de leg.* 1. quod eo magis obtinet, cum in dubio omne pactum potius reale, quàm personale præsumatur, præprimis pacta familiæ, seu gentilitia. Besius *de pact. fam. illustr. c.* 4. *pag.* 81. etsi in pacto paciscentium tantùm, non item heredum specialis facta sit mentio. *l.* 13. *C. de contrah. & committ. stip.* plerumque enim persona paciscens pacto inseritur, non ut pactum fiat personale, sed ut demonstretur, cum qua persona pactum fuerit initum. *l.* 7. *§.* 8. & *l.* 40. *pr. ff. de pact.* & licet heredum mentio facta non fuerit, in dubio tamen pactum reale, ad heredes non tantùm primi, sed & secundi, tertii, & ulterioris gradûs se extendens, initum esse intelligitur. *l.* 65. 70. *pr.* & 170. *ff. de V. S. l.* 194. *ff. de R. J. d. l.* 13. *C. de contrah. & committ. stip.* quoniam tam heredibus nostris, quàm nobismetipsis cavemus. *l.* 9. *ff. de probat. tx.* 2. *F.* 18. und endl. (3.) est expressa, ac generalis juris feud. regula, in *tx.* 2. *F.* 17. proposita, quòd non pateat locus fœminæ in

in feudi, sc. fœminei latè, & strictè sic dicti, successione, quamdiu masculus superest ex eo, qui feudum primus acquisivit, repetita in *tx. 1. F. 8. §. fin. 2. F.* 13. 18. 30. 51. §. 3. & *2. F.* 104. ac desumpta ex successionis feudalis natura, quæ nullam fœminis deferri patitur in feudo, sive ex natura, sive pacto ad illas transitorio, successionem, quamdiu aliquis à primo acquirente descendens superest masculus; sive is à masculo, sive fœmina sanguinem trahat, sive fœmina in feudo successura proximo gradu in linea descendente attingat defunctum, & sit vasalli ultimò defuncti filia, masculus verò, qui cum ea de successione contendit, non sit ejusdem lineæ, sed ex transverso in alia linea, & gradu longè remotiori, nihilominus hic masculus fœminam illam, in eadem linea cum vasallo proximè defuncto constitutam, excludit, modò tamen masculus cum defuncto ex uno eodemque communi stipite, qui nim. primùm de feudo fuerat investitus, descendat. *post txx. alleg.* vid. Ferd. Christoph. Harpprecht. *in Resp. vol. 2. tractatui Acad. IX. subjecto n.* 997. *seqq.* & ne actum agere videar, confer. *præced. integrum cap. 2.*

VIII.

Docetur, fœminas certo tenore investitas una cum masculis succedere.

Dictum fuit suprà *h. c. §.* 2. fœminas in feudo hæreditario per masculos non excludi, sed unà cum illis admitti, quando ex investituræ tenore id apparet; apparet autem tum, quando feudum pro se, & heredibus masculis simul, pariter, æqualiter, ac fœminis acquisitum est, Rosenthal. *c. 7. con.* 41. *n.* 1. sive masculis unà cum fœminis, Curt. jun. *d. p.* 3. *m.* 1. *n.* 18. Zas. *p.* 8. *n.* 49. Schrader *p. 7. c.* 4. *n.* 75. H. Pistor. *l.* 2. *q.* 35. *n.* 29. sive masculis sicut fœminis concessum. Curt. Zas. Schrader, Rosenth. *dd. ll. n.* 2. Maurit. *d. l. n.* 13. nam investituræ tenor antè omnia est inspiciendus, quem feudorum consuetudinibus absque dubio derogare, supra disertis probavimus. Hinc

IX.

Exponitur tx. 2. F. 18.

Succedit fœmina eo etiam in casu, neque à masculo excluditur, quando uterque, in feudo successurus, non ab eodem primo acquirente, sed à diverso descendit stipite. *tx. 2. F.* 18. ubi casus est talis: duo fratres de novo beneficio primùm simul investiti sunt, eo tenore, ut ipsi, eorumque heredes masculi, his verò deficientibus, fœminæ in feudo succederent: moritur alteruter fratrum sinè prole mascula, relictâ solùm filiâ, quæritur, an ad hanc, an verò ad fratrem super-

ſtitem defuncti fratris portio, ſucceſſionis jure, devolvatur? & nullum ſubeſt dubium, fratrem fratri non ſuccedere, donec aliquis ex prædefuncto fratre ſupereſt deſcendens, etiam fœmina; adeoque huic, non fratri ſuperſtiti portionem defuncti fratris eſſe deferendam. Ratio decidendi ſubnectitur *in cit. tx.* hæc, quòd unusquisque non ſibi ſaltem, ſed & heredibus ſuis potiùs, quàm extraneis proſpicere voluiſſe præſumatur, quæ deprompta eſt *ex l. 9. ff. de probat.* ubi *in fine* Celſus ait, *plerumque tam heredibus noſtris, quàm nobismetipſis cavemus.* Zas. *p.* 8. *num.* 51.

Obſtare quidem videntur ipſa inveſtituræ verba, quibus fratres in illo beneficio invicem primò ſuccedere, & apud ipſos id tamdiu remanere cenſetur, quamdiu ipſi ſupereſſent: ſecundò his vitâ defunctis, eorum heredes maſculi, iisque deficientibus demum fœminæ ſuccederent, q. d. fratrem fratri potiùs, quàm heredibus ſuis maſculis, & magis his, quàm fœminis proſpexiſſe; in caſu autem propoſito non uterque fratrum deficit, ſed illorum alter ſupereſt, ergo eidem ſuperſtiti præmortui fratris portio deferenda eſſe videtur, non filiæ. *l.* 57. *§. 2. ff. ad SCtum Trebell. l. 77. §. penult. ff. de leg.* 2. quoniam inveſtituræ ordo attendi debet, *l. 85. ff. de hered. inſtit.* Verùm hæc dubitandi ratio ipſa decidendi ratione *in d. tx.* poſitâ refellitur, quòd unusquisque ſibi, & heredibus ſuis proſpexiſſe, eosque fratri prætuliſſe videatur. conf. *l.* 30. *in fin. C. de fideicomm.* ſive, quod in idem recidit, quòd unusquisque fratrum ſuæ ſoboli benè conſuluerit. 2. *F.* 90. Quare primorum paciſcentium verba hanc recipiunt interpretationem, ut alterutro fratrum prædefuncto prima heredum maſculorum, his deficientibus, ſecunda fœminarum habeatur ratio; & ſi ne quidem hæ exiſterent, tum demum prædecedentis fratris portio, excluſo Domino directo, fratri ſuperſtiti deferatur; idque propter pactum inveſtituræ inſertum, ut ipſi fratres, quamdiu extarent, feudum haberent, ſive, ut alter alteri, ſinè omnibus liberis decedenti, invicem ſuccederet. Quod verba *circ. fin.* poſita: *Si tamen is, qui filiam reliquit, ſinè herede deceſſiſſet,* attinet, non ſunt ſibi repugnantia; nam verba illa, *qui filiam reliquit,* ità ſunt accipienda: is, quem in facti ſpecie, ibi præmiſſa, filiam reliquiſſe diximus, ſi ſinè herede, etiam filia, deceſſiſſet, tum propter ſpeciale pactum, in inveſtitura interpoſitum, non jure accreſcendi, fratris ſinè herede maſculo, & fœmina defuncti portio ad fratrem ſuperviventem devolvitur. *d. tx.* & 1. *F.* 8. *§. fin.* ſicque tantùm perſonæ deſcriptio, ut intelligatur, de quo fratre fiat ſermo, denotatur.

X.

X.

Succeſſiotur ſimultaneæ ampliationes.

Item fœminæ unà cum maſculis ad feudi ſucceſſionem admittuntur, quando Regionis, vel Curiæ feudalis more id obtinet; quemadmodum enim conſuetudinibus feudalibus introductum eſt, ut fœminæ regulariter non ſuccedant, ità conſuetudine contrariâ induci poteſt, ut illæ unà cum maſculis admittantur; præſertim cum per talem conſuetudinem ad jus redeatur commune, & naturale: ac improbum eſſe dictu, talem conſuetudinem non valere, ſcribat Andr. de Iſern. *in tx.* 1. *F.* 1. *§.* 3. vid. Schrader. *p.* 7. *c.* 4. *n.* 77. Roſenthal. *c.* 7. *con.* 41. *n.* 9. ubi fallere ait hoc theorema, quòd fœmina feudorum capax, maſculis extantibus, non poſſit in iis ſuccedere, ſi conſuetudine, vel ſtatuto invectum ſit, ut unà, & pariter, ſicut maſculi ſuccedant. Imò talem conſuetudinem, ut fœminæ ad feuda admittantur, excluſis maſculis, valere ſcribit Sonsbecc. *p.* 9. *n.* 127. & ex eo Vultejus *c.* 9. *n.* 64. Maurit. *alleg. l. n.* 7.

Quod autem conſuetudine inducitur, etiam ſtatuto induci poſſe, tradit Schrader *d. l. n.* 55. arg. *§. penult. J. d. J. N. G. & C.* Vultej. *d. l.* 1. *c.* 9. *n.* 65. *in fin.* cùm utrumque & ſtatutum, & conſuetudo à pari procedant, ac, ùt notant omnes *in l.* 32. *ff. de LL.* & *in l.* 9. *ff. de J. & J.* vim legis obtineant. Bart. *in l.* 1. *ff. de LL.* inde utrumque juris contineatur appellatione, §. 3. & 9. *J. cit. tit.* & argumentum à conſuetudine ad ſtatutum ſumi poſſe, deducit Jaſon *in d. l.* 9. *ff. de J. & J. col.* 2. *vers. Secundo modo legitur.* nec immeritò, quia ſtatutum, & conſuetudo non differunt causâ efficiente, ac ejus poteſtate, ſed modo, & formâ. Bald. *in l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.* arg. *d. l.* 9. *ff. de J. & J. l.* 32. *ff. de LL.* Plures ampliationes videri poſſunt apud Garzon. *d. tr.* alioſque, quò B. L. brevitatis ſtudio officioſè remittimus. Et hæc de hac materia pro temporis, ac inſtituti ratione tentâſſe ſaltem hac vice, digitoque notâſſe ſufficiant.

DISPUTATIO XXXVII.

RESOLUTIO CASUS PRACTICI IN PUNCTO SUCCESSIONIS FEUDALIS IN FEUDO FOEMININO.

INAUGURALIS

JACOBI HENRICI TAFEL, Tub.

hab. ad d. Mart. MDCCXXI.

SUMMARIA.

Casus. Quaestiones, I. II. III. Decisio Quaestionis Ima. IIda. Rationes dubitandi. Rationes decidendi. Declaratio. Decisio Quaestionis IIItia. Corollaria: De Asylorum Jure; De restitutione famae.

Casus

Casus in puncto Successionis Feudalis in Feudo fœminino nobis ad resolvendum propositus.

TITIUS fata sua explevit & extremo clausit die, cum opima hereditate Feudum à Majoribus per successionem in ipsum devolutum, duosque filios, CAJUM nempe ac SEMPRONIUM, relinquens, ex quibus natu major CAJUS Patri in feudo isto antiquo successit, post aliquod verò temporis intervallum in anno nempe CIↃDCXL. & ipse sine masculis unica relicta filia, CAJA nimirum, decessit, quæ undecimo vel duodecimo post mortem Patris anno dein genuit filium, nomine MEVIUM. Alter TITII filius natu minor, SEMPRONIUS, qui defuncto fratri CAJO supervixit, in anno CIↃDCLXX. etiam mortuus est, ex prædefuncta filia unica, SEMPRONIA, nepote, JULIO nominato, qui an. CIↃDCLXIIX. vitæ humanæ scenam ingressus, relicto. Ex quo facto sequentes exsurgunt quæstiones ex Jure Feudali Longobardico, quod à Seculo XIV. in vim Juris communis in Germania invaluit, & in caussis Feudalibus receptum, decidendæ.

Casus.

Quæstiones.

I. I. Num post mortem CAJI, filia illius CAJA, an verò superstes ejus frater, SEMPRONIUS, ipsi in feudo isto antiquo, sive id masculus aut fœmina tantùm, sive masculus & fœmina simul, ab initio per primam à Domino de eo factam investituram, acquisiverint, adeoque feudum fœmineum mixtum, ut Dd. appellant, sit, de jure succedere debuerit?

II. II. An post obitum SEMPRONII, illius filia, SEMPRONIA, si hoc casu adhucdum in vivis fuisset, & non jam ante Patrem festinantem animam fato tradidisset, ipsumque morte prævenisset, vel prædefuncti ipsius fratris CAJI filia, ad successionem in illo feudo admittenda fuisset?

III. III. Uter jam ex duobus illis masculis ex CAJA & SEMPRONIA natis potiori jure gaudeat, & alteri in successione feudi istius præferendus, MEVIUS *ne* JULIO, *an contra* JULIUS MEVIO?

Decisio Quæstiones Imæ. De tribus proposito nobis casui subjunctis quæstionibus sententiam nostram juri omninò consonam, præmissis ad Sanctissimum in cœlis Numen pro ductu in tramite veritatis & justitiæ votis, omnibus & singulis facti propositi circumstantiis probè perpensis, paucis aperiemus. Quantum ergò attinet primam quæstionem:

Num

Num post mortem CAJI, filia illius, CAJA, an verò superstes ejus frater, SEMPRONIUS, ipsi in feudo isto antiquo, sive id masculus vel fœmina tantùm, sive masculus & fœmina simul ab initio per primam à Domino de eo factam investituram acquisiverint, de jure succedere debuerit?

Probabilem hîc capimus conjecturam, sine dubio præsupponi 1. in casu feudi à solo masculo primùm acquisiti, adjectum statim primæ investituræ pactum, quo fœminis de futura Successione prospectum, aliàs enim quoad feudum à masculo quæsitum quæstio proposita ferè Domitiana esset, cum vel lippis ac tonsoribus notum sit, in Feudis à masculis primitus acquisitis nullum fœminis cum progenie suâ masculini etiam sexus dari locum, citra expressum investituræ adjectum pactum: Ut, masculis nunc & olim deficientibus, fœminæ etiam admittantur.

Ex 1. *F.* §. 3. verbis: *Hoc autem notandum est, quod licet filia, (peræquè) ut masculi patribus succedant legibus*, (h. e. Jure Civili Justinianeo in allodiis, ut constat ex *l.* 4. *C. de liber. præterit. l.* 14. *C. de legit. hered. & Nov.* 118. *c.* 1.) *tamen* (moribus Longobardorum & consuetudine feudali) *à successione feudi removentur &c.* 1. *F.* 8. §. *ult.* 2. *F.* 2. §. *ult.* 2. *F.* 11. 2. *F.* 50.

ob rationes varias explicatas

à Rittershusio *Part. Jur. Feud. l.* 1. *c.* 14. *q.* 1. Ludvvello *de Success. feud. cap.* 2. *p.* 148. *seq.* Wurmsero *tr. de feud. impropr. cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 75. *seqq.*

ne tum quidem, cum feudum masculo pro se & heredibus suis con- 2. cessum, quia Jure Feudali appellatione *heredis* fœminæ non continentur, sed tantùm masculi,

1. *F.* 13. 2. *F.* 34. §. 2. *vers. profecto &c.* 1. *F.* 18. §. *si aliquis.* 20. 26. §. *fin.* Struv. *Synt. Jur. Feud. cap.* 9. *aph.* 8. *num.* 12. Suev. *Ex. Feud.* 6. *assert.* 4. 5. Schrader. *de feud. part.* 7. *c.* 4. *n.* 31. Rosenthal.

cap.

cap. 7. *concl.* 31. *n.* 4. Klock. *tom.* 2. *cons.* 32. Carpz. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 9.

3. vel masculus feudum acceperit *pro se & liberis suis*, item *pro se ac descendentibus suis*, quia & liberorum ac descendentium appellatione, in materia differenti, ut in feudo, masculi saltem veniunt, secus atque in indifferenti.

Schrader. *d. c.* 4. *n.* 40. Rosenthal. *d. concl.* 31. *n.* 4. 5. *& lit. m. ac q.* Nicol. Mozz. *de subst. feud. n.* 81. *&* 96. Vultej. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 32. Menoch. *cons.* 473. *n.* 65.

4. aut feudum etiam masculo ac *generi ejus* datum sit, item *ipsi & posteritati ejus*, quia hæc quoque verba cum similibus, secundum subjectam materiam accipienda, & de masculis eorumque progenie intelligenda.

arg. l. 83. *in fin. ff. de leg.* 3. Curt. Jun. *de feud. part.* 3. *membr.* 1. *n.* 29. *seq.* Thom. de Marinis *tr. de gen. & qualit. feud. tit.* 11. *de feud. fœmin. n.* 44. Hier. Garzonius *tr. de fœmin. ad feud. recip. vers. Primo itaque &c. & vers. Trigesimo secundo &c.* Ludvvell. *tr. de success. feud. c.* 2. *pag.* 153. Rosenthal. *d. l.*

5. Et hinc nec in feudo, de quo masculus & fœmina (v. g. duo conjuges) simul uno actu investiti sunt, fœminæ admittuntur ad illam feudi partem, quæ masculo (patri) obvenit, & per simultaneam illam investituram acquisita est, quia illa portio feudi masculini qualitatem habet. Quando enim masculum & fœminam, (duos conjuges v. g.) simul uno actu de feudo aliquo investiri contingit, suas ipsi in eo consequuntur portiones, & cujuslibet portio separatam suam induit qualitatem, masculi nimirum qualitatem masculini, fœminæ verò fœminini feudi qualitatem nanciscitur, proinde si decedentes conjuges post se relinquant tantùm filiam, ea in parte matris saltem succedit, patris verò portio ad dominum revertitur.

2. *Feud.* 85. *&* 104. Carpzov. *Disp. feud.* 2. *th.* 4. Wurmser. *de feud. impropr. cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 63. Struv. *cap.* 4. *aph.* 17. *n.* 4. Ludvvell. *Synops. Jur. Feud. c.* 4. *p.* 68.

6. Supposito verò eo, feudum hoc quæstionis primitùs vel à fœmina & masculo simul, vel à fœmina, aut à masculo tantùm, sed cum illo pacto fœminis de futura successione prospiciente investituræ expresse adjecto, acquisitum, adeoque fœminas vel ex ipsius feudi natura,

vel

vel ex adjecto primæ investituræ pacto paratum ad successionem habere aditum, non tamen possumus ex Juris Feudalis analogia & communibus ejus principiis aliter ad quæstionem propositam respondere, quàm quod post mortem CAJI in feudo quæst. à Majoribus ipsius jam acquisito, & in paternarum rerum divisione illi assignato, superstes *ejusdem frater* SEMPRONIU *Soptimo maximo jure sibi successionem vindicaverit*, filia *verò* CAJI *minimè sibi*, SEMPRONIO, *ceu masculo à primo acquirente descendente, adhuc existente, jus succedendi in eo arrogare potuerit.* 7.

Cum certi & indubitati hactenus (quippe tot præjudiciis rerumque in summis & imis Imperii, aliorumque Regnorum Tribunalibus & Curiis judicatarum exemplis comprobati ac confirmati) sit juris, quod, licet fœminæ tàm in feudo à fœminâ primam originem trahente, quam à masculo quidem acquisito, eo tamen pacto, ut & fœminæ juris succedendi in eo capaces forent, ad successionem admittantur. 8.

1. *F.* 1. §. 3. verbis: *nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat.* 1. *F.* 8. §. 1. 2. *F.* 11. 23. 30. 50. Borcholt. *de feud. c.* 7. *tit. de success. n.* 66. 69. Schrader *p.* 7. *c.* 4. *n.* 48. Struv. *c.* 9. *aph.* 8. *n.* 5. Sonsbec. *de feud. p.* 9. *n.* 127. 128. Richter *de Success. ab intest. sect.* 1. *membr.* 1. *n.* 30. *seqq.* Carpzov. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 10.

hîc quidem vi pacti illius specialis primæ investituræ expressè adjecti, illîc verò ex singulari natura & proprietate feudi primâ in constitutione, per gratiam à Domino sciente fœminæ factâ, ei inditâ, ex tacitâ concedentis & acquirentis voluntate, quæ hæc utique esse præsumitur, ut cum semel ejus capax fuerit fœmina, qualitas ista etiam tamdiu, quamdiu feudum consistet, ei inesse & perdurare, fœminæque ob eam & in futurum illius capaces esse debeant, etsi id specialiter in primâ investiturâ dictum, cautumve non fuerit.

2. *F.* 30. verbis: *Si fœmina habens feudum decesserit, quia fœmineum est feudum, & sine pacto speciali, deficientibus filiis masculis, ad filias pertinebit. Obertus & Gerhardus.* Carpzov. *Disp. Feud.* 5. *th.* 46. Suevus *Ex. Feud.* 6. *assert.* 5. Finckelthus. *Disp. Feud.* 6. *th.* 29. Ludvvell. *de success. feud. p.* 91. Wurmser. *de feud. impropr. cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 42. *seqq.* Vultej. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 46. Hartm. Pistor. *l.* 2. *q.* 34. *n.* 20. 21. 24.

Quod enim Isernias, Jac. Alvarottus, Matthias de Afflictis *ad d. tx.* 2. *F.* 30. 9.

prodiderunt, nec in hoc propriè & strictè sic dicto fœmineo feudo fœminas aliter succedere posse, quam si id ab initio in prima investitura nominatim dictum, pactumve sit,

vi alleg. *tx.* 2. *F.* 30. ibi: *Alii vero dicunt, nisi per pactum speciale ad eas non pertinere; sicut si datum esset filio masculo: quia si ideo quod est fœmineum sine pacto transit ad fœminas: eadem ratione quia est fœmineum transit in fœmineam prolem, etiam masculis extantibus: quod est falsum &c.*

10. minimè ferendum est. Nam illis verbis non rejicitur ibi priori loco relata opinio Gerhardi & Oberti, contrariaque confirmatur, ut ipsi sibi imaginantur, sed Compilator Oberti & Gerhardi opinionem ita refert, ut etiam approbet simul, disertè enim dicit, quod si fœmina habens feudum decedat deficientibus masculis, illud pertineat etiam ad filias sine speciali pacto, additâ hac ratione, quia feudum fœmineum est. Contrariam vero sententium opinionem posteriori loco tantum refert, non etiam approbat, *alios ita dicere* inquiens. Nec

11. quod mox subjicit: *quod falsum est*, ad sententiæ dissentientium à Gerhardo & Oberto confirmationem pertinet, sed ad consequentiæ formati ab ipsis contra Gerhardi & Oberti sententiam argumenti (quod hoc: Si feudum fœmineum ex sua conditione & qualitate sine speciali pacto transit ad fœminas, transibit etiam ad eas existentibus masculis. Posterius autem hoc est falsum. E. & prius falsum erit.) negationem, & sunt adeo illa verba authoris capituli, horum dissentientium à Gerhardo & Oberto opinionem improbantis, iisque hoc innuere volentis, non esse idoneam consequentiam: si feudum sine pacto transit ad fœminas, quia est fœmineum feudum, eâdem ratione transibit in fœminas, masculis etiam extantibus, quoniam ut non transeat in fœminas, masculis extantibus, feudum fœmineum, alibi jure feudali cautum.

1. *F.* 8. *§.* 1. verbis: *vel nisi investita fuerint.* 2. *F.* 104. *in fin.* ibi: *in cæteris priorum sententia sanè sequenda est, &c.* quibus verbis clare hoc designatur, quod si conjuges simul de feudo aliquo investiti reliquerint filiam & filium ex ipsorum matrimonio procreatos, obtinere debeat eorum sententia, qui existimantes, filium præferendum filiæ, pro illo pronunciarunt, ex ea ratione, quod in fœmineis feudis fœminæ tum demum admittendæ, cum masculi deficiant.

Sicuti

Sicuti textum *d. cap. 2. F.* 30. ita rectè acceperunt, sicque interpretati sunt, magno numero allegati

ab Hartm. Pistor. *d. l.* 2. *q.* 34. *n.* 20. quos & ipse sequitur *n.* 24. clarius ac latius illorum mentem exponens.

Et sanè illi Iserniæ, Alvarotti sententiæ apertè refragantur 12

Textus 2. *F.* 11. 2. *F.* 50.

in quibus ex professo de Successione feudorum agitur, & fœminis jus succedendi denegatur, additâ duplici hac limitatione, primò nisi feudum ejus conditionis sit, ut fœminæ ad successionem admittantur, h. e. nisi feudum fœmineum sit, vel secundò eo pacto acquisitum sit. Jam si speciale pactum & in feudo fœmineo requireretur, sequeretur, feudum fœmineum, & ex pacto ad fœminas transiturum, esse unum & idem. Sed hoc falsum est per *dd. txx.* ubi feudum fœmineum, h. e. à fœmina primùm per investituram acquisitum, aperte & clare per particulam disjunctivam *vel* ab eo, quòd à masculo acquisitum ex pacto ad fœminas pertinet, separatur, ac ut diversum distinguitur, disjunctionis enim illius hæc est natura, ut ponatur inter ea, quæ diversa sunt, eundem tamen habent effectum, sed ex diversa causa fluentem.

l. 1. *ff. de reb. dub.* Rosenthal. *c.* 7. *concl.* 35. *n.* 8. *lit. C.*

Ne dicamus, quod, quicquid ex natura rei inest, haud amplius speciale desideret pactum, cum hæc etiam JCivili sibi invicem opponantur, inesse ex natura negotii, & inesse ex speciali conventione seu pacto, ita, ut illud semper insit, sive de eo expresſè convenerit, sive non, hoc non nisi convenerit. Cum igitur feudo fœmineo id ex natura rei insit, ut fœminæ illius sint capaces, 2. *F.* 11. 50. non opus erit speciali pacto. Attamen tum demum fœminis in utroque illo feudo locus sit, si tempore delatæ successionis nullus planè ex eo eave, qui quæve investituram primùm accepit, descendens amplius adsit masculus. Namque si masculus aliquis à primo acquirente per legitimam nativitatem sanguinem trahens delatæ successionis tempore adsit, vel etiam in utero matris adhucdum lateat, qui quoties de commodo ejus quæritur, pro jam nato habetur. 13. 14.

vid. *l.* 26. *ff. de stat. hom. l.* 178. *ff. de reg. jur.* Bocer. *de Invest. cap.* 5. *n.* 57. *& de success. feud. cap.* 3. *q.* 8. Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 50. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *q.* 35. *n.* 11.

is fœminam concurrentem omninò excludit vel suspendit, ac si posterior deinde vivus in locum editus, eam pariter à successione excludit.

2. *F.* 17. ibi: *Non enim patet locus fœmina, in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus.* *add.* 1. *F.* 8. *§. ult.* verbis: *Filia vero non succedit in feudo nisi investitura fuerit facta in patre, ut filii & filia succedant in feudum, tunc enim succedit filia* filiis non extantibus. 2. *F.* 13. verbis: *Titius à Sempronio talem investituram accepit feudi, ut haberet ipse & heredes sui legitimi masculi:* & iis omnibus deficientibus, fœminæ &c. 2. *F.* 18. ibi: *ut quamdiu ipsi, vel eorum haredes masculi viverent, &* masculis deficientibus, fœminæ, *si superessent, feudum haberent.* 2. *F.* 30. ibi: *quia fœmineum est feudum, & sine pacto speciali,* deficientibus filiis masculis *ad filias pertinebit.* 2. *F.* 51. *§. similiter &c.* 3. verbis: *similiter si quis investitus fuerit de feudo, ita ut fœminas transiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, & altera filiam: utrum post mortem illarum masculus tantum feudum habere debeat? Secundum Gerhardum Masculus tantum.* Obertus *contra & econtra, si filios ille habuerit.* 2. *F.* 104. Hartm. Pistor. *l.* 2. *q.* 34. *&* 35. *per tot.* Rosenthal. *cap.* 7. *concl.* 35. *n.* 10. *seqq. & concl.* 39. *n.* 4. *ac concl.* 40. *n.* 5. 6. Schrader. *p.* 7. *c.* 4. *n.* 60. Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 49. ibique longa serie allegati. Carpz. *Disp. Feud.* 5. *th.* 55. & in *JPrud. For. p.* 3. *c.* 28. *d.* 13. Struv. *cap.* 9. *aph.* 8. *n.* 5. Richter *de success. ab intest. sect.* 1. *membr.* 1. *n.* 31.

15. etiamsi fœminæ in prima feudi concessione masculo factâ per copulam ET vel ei æquipollentem CUM masculis sint conjunctæ, ita, ut feudum ipsi concessum sit pro se & hæredibus suis, masculis ET fœminis, seu masculis cum fœminis, quia Particulæ ET, CUM, (quæ eandem habent vim, ut apparet ex

l. 36. *§.* 2. *de leg.* 1. *l.* 40. *de usufr. leg. l.* 8. *de usufr. accresc.*)

copulant quidem personas principales hoc casu, non tamen quoad effectum simultaneæ successionis, sed tantum quoad ordinem successivum, feudorum naturæ convenientem, ut scil. fœminæ succedant

non

non exiſtente maſculo ex eo, qui primus de feudo inveſtituram accepit,

per 1. *F.* 8. §. 1. ubi dilucide cautum in caſu, quo quis pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis inveſtitus fuerit, fœminas demum maſculis non extantibus ſuccedere. Thom. de Marinis *tr. de gener. & qual. feud. tit.* 11. *n.* 30. Vultej. *d. c.* 9. *n.* 49. Ludvvell. *Synopſ. c.* 9. *pag.* 194. *& tr. de ſucceſſ. feud. cap.* 6. *pag.* 274. Suev. *Ex.* 6. *aſſert.* 6. Wurmſer *cl.* 3. *ſ.* 3. *n.* 470. Carpzov. *Diſp. feud.* 5. *th.* 56. qui tamen ſibi contrarius *p.* 3. *c.* 28. *d.* 14. & *lib.* 6. *reſp.* 72. cum Struv. *d. aphor.* 8. *n.* 13. & Roſenthalio *c.* 7. *concl.* 41. *n.* 4. *ſeq.* Dictionem CUM fortiorem conjunctionem inducere quam voculam ET, ac proinde ſi feudum conceſſum ſit Maſculis cum fœminis, eas una cum maſculis admittendas eſſe tradit. Quod ſe nobis & antea allegatis Authoribus non probat, niſi pacto primæ inveſtituræ adjecto hoc expreſſe actum appareat, ut fœminæ pariter cum maſculis ſuccedant, beneficio nempe diſerte eo tenore ac forma dato, ut fœminæ ſimul cum maſculis, vel ſicut maſculi in eo ſuccedant. Cum enim ea inveſtituræ forma non ſaltem conceſſionis modum referat ac contineat, ſed ipſum ſucceſſionis modum quoque exprimat, & dictio SIMUL CUM, SICUT, ſuccedendi modo determinandi illius cauſa appoſita ſit, exinde de mente agentium à communi feudorum jure recedendi abunde conſtare poteſt, & fœminis per eam ſatis de ſimultaneo ſuccedendi jure proſpectum intelligitur,

arg. l. 8. *in fin. de uſufr. accreſc.* Maurit. *p.* 2. *Conſ.* 2. *n.* 7. 8.

Ubi autem formula inveſtituræ tamen complectitur modum conceſſionis, de modo ſuccedendi autem nullam facit mentionem, nec quidquam determinat, vix ſatis de animo à juris communis diſpoſitione, & recepto in feudis, propriè & uſu ſic dictis, fœmineis ordine ſucceſſivo, recedendi, conſtat, proinde tutius ibi inhærebimus communis juris feudorum (cui ſe utique ſemper in dubio tam Dominus concedens, quam vaſallus acquirens conformare voluiſſe præſumitur; Dominus quidem, ut Maſculos potius ad ſervitia ſibi præſtanda obſtrictos haberet pacis bellique tempore: Vaſallus autem primus acquirens, quia ipſe magis maſculis ex ſe deſcendentibus, quam mulieribus, ſplendoris familiæ ſuæ conſervandi cauſa proſpexiſſe cenſetur. 16.

arg. l. 69. *§. fratre. §. de legat.* 2. *l.* 38. *§. pater filios. §. de leg.* 3.)

regulæ: Non patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus ex primo acquirente descendens superest,

2. *F.* 17. Bocer. *de success. feud. cap.* 3. *qu.* 41. 42. Ludvvell. *tr. de success. feud. p.* 279. Bechmann. *Us. Pr. Jur. Feud. Ex.* 8. *p.* 214. ubi hoc præjudiciis JCtor. Lips. confirmat.

17. cui & tum locus, si primus acquirens feudum pro se & hæredibus utriusque sexus acceperit, quia etsi hoc casu fœminæ nomine collectivo vocatæ sint, tamen ordo delectus censetur, & ipsæ in defectum masculorum, adeoque ordine successivo, ex natura feudi tantum etiam vocatæ videntur,

arg. l. 32. *§. in fideicommisso. de leg.* 2. Rosenthal. *d. concl.* 40, *n.* 14. Schrader. *d. cap.* 4. *n.* 66. Fachin. *l.* 7. *controv. c.* 42. Bocer. *d. l. q.* 40.

18. Nec aliud obtinet, etsi feudum jam semel aut aliquoties ad fœminas transierit, nam licet successionem feudalem ex pacto investituræ semel aut aliquoties ad fœminam delatam ponamus, non tamen propterea deinceps fœminas una cum masculis succedere, sed à masculis, utut per fœminam descendentibus, excludi, evidentissimè probatur per

tx. 2. *F.* 17. ubi quis acceperat feudum eo pacto investituræ adjecto, ut si liberos masculos deficere contingeret, fœminæ in eo succederent, & mortuus deinde sine masculis, tantum relictâ filiâ, adeoque conditio extitit & filia vi pacti illius in feudo patri successit. Obiit postea & ipsa relictis duobus filiis, qui ambo in feudo matri successerunt. Reliquit deinde alter horum filium; alter duas filias. Orta igitur est inter hos tres patrueles contentio, masculo totum feudum ex prærogativa sexus & natura feudorum sibi vindicante, fœminis vero medietatem feudi, quam ipsarum pater reliquerat sibi ex pacto investituræ primæ adjecto, vigore cujus, postquam semel masculi defecerunt, & feudum ad fœminam transiit, nunc & deinceps non minus ad fœminas, quàm masculos, extincta horum prærogativa, pertineret, defendentibus. Sed pro masculo pronunciatum, eique totum feudum adjudicatum fuisse refert JCtus Feudista.

Imò

Imò, quod diximus de fœminis, demum deficientibus masculis, tam in feudo fœmineo strictè sic dicto, quàm ex pacto ad eas transituro admittendis, in tantum procedit, ut licet fœmina proximo gradu in linea descendente attingat defunctum, masculus verò, qui cum fœmina de successione contendit, non sit ejusdem lineæ cum defuncto, sed ex transverso in alia linea, atque adeo gradu longe remotiori constitutus, nihilominus hic fœminam illam excludat, modò cum defuncto descendat ex communi stipite, qui primò de feudo fuerat investitus, 19.

per tx. proxime citatum 2. *F.* 17. 51. *§. similiter &c.* 3. Hartm. Pistor. *p.* 2. *q.* 35. *n.* 18. *seqq.* Fachin. *lib.* 7. *c.* 44. Rosenthal. *c.* 7. *concl.* 39. *n.* 3. 4. Schrader. *d. p.* 7. *c.* 4. *n.* 63. Bocer. *de invest. cap.* 5. *n.* 58. & de *success. feud. c.* 3. *q.* 9. Struv. *cap.* 9. *aph.* 8. *n.* 9. *seq.* Vultej. *d. c.* 9. *n.* 66. 67. Carpzov. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 13. *n.* 10. Klock. *Tom.* 1. *Consf.* 7. *n.* 876. *& vol.* 2. *Consf.* 14. *n.* 26. Ern. Cothman. *vol.* 5. *Consf.* 4. *n.* 187. Gœdd. *vol.* 4. *Consf. Marp.* 26. *n.* 145. Bechman. *Usf. Pract. Jur. Feud. Ex.* 8. *p.* 209.

Quapropter jure meritoque in casu præsenti post mortem CAJI illius frater SEMPRONIUS sibi successionem in feudo quæstionis, quod CAJO in rerum paternarum divisione obtigerat à Patre, in quem successionis jure jam à Majoribus devolutum erat, sive à masculo & fœmina simul, sive à fœmina aut masculo tantum, cum pacto tamen fœminis jus succedendi tribuente, primitus acquisitum fuerit, asserere potuit, CAJI vero filia nullo juris communis colore ac prætextu sibi eandem vindicare valuit. 20.

In secunda quæstione. IIdæ.

An post obitum SEMPRONII, illius filia SEMPRONIA, si hoc casu adhucdum in vivis fuisset, nec Patrem suum morte jam prævenisset, num verò prædefuncti ipsius fratris CAJI filia, CAJA ad successionem in feudo illo admittenda fuisset?

Primo

Rationes dubitandi.

Primo intuitu videri posset post SEMPRONII mortem CAJI filiam CAJAM in successione SEMPRONIÆ, si adhuc vixisset, præferendam fuisse, idque ex sequentibus rationibus:

1. I. Quod CAJA post mortem Patris sui per SEMPRONIUM ex masculini sexus prærogativâ quidem exclusa fuerit ab actu succedendi, non verò ab ipso jure successionis ex primâ investiturâ, vel fœminæ, vel masculo, cum pacto, ut & fœminæ deficientibus masculis admittantur, factâ, quæsito, sed hoc ei in suspenso manserit, donec masculus aliquando non existeret, sicque revera ipsa potius existente SEMPRONIO, interim non admissa,

2. quam exclusa. Constat enim ex æquiori, & veriori, ut nobis videtur, sententiâ, (quanquam non ignoremus contrariam multos & magnos habere Patronos, prout videre est

apud Hartm. Pistor. *p. 2. q. 36. n. 1. seqq.* Vultej. *l. 1. c. 9. n. 86. seq.* Schrader. *p. 7. c. 4. n. 83.* Rosenthal. *c. 7. concl. 44.*

de quibus ferè nimis injuriose & audacter Petrus Heigius *l. 1. q. 26. n. 8.* loquitur, cum ait, sententiam nostram, quam hic tuemur, tam firmis rationibus munitam, ut qui relictis hisce frugibus, adhuc glandibus vesci malit, vix inter prudentes hodie locum tueri suum possit, & si præfractè adhuc veritati reluctari pergat, commiseratione magis, quam acriori castigatione dignus videatur.) fœminam per existentiam masculi ob ordinis rationem semel non admissam haud propterea posthac in perpetuum submotam & exclusam intelligi, sed masculo excludente defuncto iterum admittendam, quia aliàs diligens primi acquirentis provisio, quæ est, ut feudum ad heredes, tàm fœminas quàm masculos, deveniat,

arg. 2. F. 18.

3. inanis reddderetur. Quo & facit secundò textus

1. F. 8. §. 2.

ubi dicitur, quod filia non succedat extantibus masculis. Ergò si masculi non extent, puta, si obtento feudo decesserint, admittendæ sunt fœminæ, ducto argumento à contrario sensu. Quod innuere etiam videtur ibi particula *Tunc*, quæ aliàs limitare solet dispositionem ad casum expressum & extremitatem temporis denotare.

l. 4. §. 1. de cond. & demonstr. l. 33. de testam. tut.

Tex-

Textus imprimis rotundus ac disertus tertiò pro hac sententia est in 4.

2. F 17. junct. *2. F.* 30.

Quo loco perspicue traditur, non patere locum fœminæ, DONEC masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus. Dictionis enim illius DONEC hæc vis est, ut non perpetuam submotionem atque exclusionem, sed temporalem suspensionem inducat, limitatam tempore quamvis incerto.

l. 10. §. *2. de condict. furt. l.* 1. *§. pen. ff. de ventr. in poss. mitt. l.* 4. *§. si extraneus.* 1. *ff. de nox. act.* cum similibus.

Multis aliis rationibus sententiam hanc solidè firmant 5.

Finckelthus. *Disp. Feud.* 6. *contr.* 27. Suevus *Ex.* 6. *assert.* 7. Ludvvell. *Tr. de success. feud. c.* 6. *p.* 284. Struv. *cap.* 9. *aph.* 8. *n.* 6. 7. Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 52. *seqq.* qui pro hac ipsa sententia, quod fœmina semel exclusa non perpetuo exclusa maneat, aliquoties Collegium JCtorum in Academia Marpurg. respondisse testatur, idque apparet *ex vol.* 1. *Consf.* 20. *n.* 66. *Consf.* 23. *n.* 24. *seq. vol.* 2. *Consf.* 18. *n.* 52. *Consf.* 26. *n.* 63. *in Consf. Marpurgensibus.* Addit quoque hanc opinionem humaniorem & tam Juri scripto, quam naturali justitiæ convenientiorem esse, quam se utpote veriorem & æquiorem aliquoties consulendo secutum esse, non attenta communi opinione dicit Fichard. *in addit. ad Villalob. lit. F. n.* 29. nim. *vol.* 1. *Consf.* 6. *n.* 6. *Consf.* 14. *n.* 4. atque eandem in judicando sequendam monet Wesenb. *de feud. c.* 6. *n.* 23. Hartm. Pistor. *d. q.* 36. *n.* 11. *seqq.* Heig. *d. q.* 26. *ubi n.* 9. secundum hanc opinionem etiam à Colleg. JCtor. Wittebergensium pronunciatum refert. Bechman. *Us. Pract. Jur. Feud. Ex.* 8. *p.* 210. ubi itidem præjudicia allegat. Carpz. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 15. ubi pariter Lipsienses JCtos ita aliquoties respondisse testatur. Beati antecessores Inclitæ Facultatis Jurid. hujus Universitatis ap. Besold. *vol.* 6. *Consf.* 265. *n.* 35. Wurmser *de feud. impropr. cl.* 3. *sect.* 3. *n.* 97. *& multis seqq.* qui omnes contrarias rationes etiam doctè confutant.

Cum igitur SEMPRONIUS anno 1670. CAJA adhuc vivente, sine masculis decesserit, adeoque causa exclusionis illius, existentia scil. masculi à primo acquirente descendentis, sublata fuerit, vide- 6.

tur etiam sublatus effectus, exclusio scil. ipsa, & jus ejus succedendi hactenus suspensum revixisse, quia cessante causa exclusionis & impedimenti etiam ipsum impedimentum & exclusio cessare debet.

> *arg. l. ult. §. ait lex.* 1. *ff. de divort.* Menoch. *Cons.* 331. *n.* 54. ubi in praeced. *n.* 51. *&* 53. in terminis dicit, filiam exclusam conditionaliter, si fratri (vel agnato) non superesset descendens, tantummodo intelligi exclusam, donec existit ipse masculus &c.

7. Vi cujus resuscitati juris succedendi secundò CAJAM quidem tanto magis SEMPRONII filiae, SEMPRONIÆ, si illam lucis usura adhucdum frui contigisset, anteferendam fuisse videri posset, quod eodem gradu cum ipsa primo acquirenti fuerit juncta, in feudis autem succedentem non tam in ultimi possessoris, quam primi acquirentis locum hujus provisione succedere, in vulgus notum sit

> *ex* Gail. *l.* 2. *O.* 149. *n.* 3. Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 209. *seqq.* ubi tradit, quod non solum in feudo ex pacto & providentia, sed & hereditario, tantum primo acquirenti succedatur, quodque feudum antiquum detur heredi primi acquirentis, etiamsi non sit heres ultimò defuncti, multorum authoritatibus id confirmans, deque communi testatus.

8. Rationes decidendi. His tamen non obstantibus verius esse existimamus, quod, si CAJA & SEMPRONIA in vivis adhuc existens concurrissent, omninò exclusâ CAJA, SEMPRONIA ad successionem admittenda fuisset.

Nam licet primò cum successione legitimâ in feudis obtinente res ita sese habeat, ut non tam ex jure defuncti ultimi possessoris pendeat, quam jure succedentis proprio ex prima investitura quaesito nitatur, hicque non tam in locum illius, quam primi acquirentis succedere videatur; attamen quia ministerio ultimi possessoris feudum ad successorem defertur, idcirco & eidem rectè succedi dicitur, proximitasque in hac ipsa successione feudali non respectu primi acquirentis, sed ultimi possessoris defuncti consideratur, ita, ut qui huic gradu est proximior, excluso remotiori, ad successionem admittatur. Patet id vel ex eo, quod si proximitatem primi acqui-

acquirentis, non vasalli ultimò defuncti, respiceremus, liberi fratri ejusdem, utpote qui illis gradu proximior primo acquirenti, non præferrentur, quod tamen fieri constat

ex 2. F. 11. 2. F. 50. quos textus in hanc sententiam, quod proximitas ex persona ultimi possessoris proximè defuncti, non etiam primi ejusdem feudi authoris, æstimetur, inducunt, sicque concludunt Andr. Isernias, Jac. de Belviso, Mart. Laudensis, Alvarottus, Præpositus *add. tx. 2. F. 50. it.* Zasius *de feud. p. 8. n. 5.* August. Beroj. *vol. 1. Cons. 68. num. 19.* Michael ab Aguirre *in Consilio Apologetico, quod de successione Regni Portugalliæ pro Rege Hispaniæ conscripsit. part. 1.* Gabriel. *vol. 1. Cons. 36. n. 14.*

Et quod in successione feudi proximus is dicatur, qui est proximus ultimo vasallo defuncto, non verò is, qui propiori gradu vel linea attingit ipsum, qui primo feudum acquisivit, tradit etiam 10.

Schrader *p. 7. c. 7. n. 19.* eamque sententiam verissimam dicit & pluribus confirmat *vol. 1. Cons. 3. n. 73. & 341.*

Similiter tradit Vultejus majorem melioremque partem interpretum & Consulentium communissimè concludere, in successione feudali proximitatem respectu ultimi possessoris defuncti, non autem respectu primi acquirentis, considerandam, eumque, qui ultimo defuncto gradu est proximior, ad successionem admittendum esse; excluso remotiori, in eum sensum multos allegans, quod docendo & consulendo eandem opinionem tenuerint, illamque usu observari, se experientia Practica edoctum testari posse ait 11.

l. 1. cap. 9. n. 233. & vol. 4. Cons. Marp. 22. n. 10.

Pariter scribit Rosenthal. *cap. 7. concl. 57. n. 10.* hanc esse communem atque indubitatam & veram opinionem, contrariam autem, quæ *Hottomanni* fuit, absurdam & communiter reprobatam. Adstipulantur eidem verissimæ sententiæ, proximitatem ex ultimò defuncto æstimanti, 12. 13.

Hartm. Pistor. *p. 3. q. 23. n. 23. seqq.* ubi eam plenissimè deducit refutatis contrariis. Gothofr. Anton. *Disp. Feud. 5. th. 7. lit. H.* Dominicus Arumæus *Disp. Feud. 6. th. 29. & 31.* Schultzius *Synops. Jur. Feud. c. 8. n. 147.* Ludvvell. *Synops. c. 10. p. 222. & tr. de Success. feud. c. 4. p. 216.* Cothman. *vol. 3. Resp.* 35.

35. *n.* 19. *seqq.* ibique magno numero allegati, testatur verò & ipse ibidem *n.* 24. hanc esse communissimam Interpretum sententiam, & eam in Supremo Imperiali Tribunali & in aliis inferioribus Curiis & Judiciis servari, quam approbarunt proinde etiam Beati nostri Antecessores *ap. Besoldum p. 6. Cons.* 265. *n.* 17. *seqq.*

14. Cum itaque SEMPRONIA in proposito casu Patri suo Sempronio tanquam ultimo defuncto masculo in gradu primo & quidem in primo succedentium ordine juncta fuerit, meritò præferenda fuisset CAJÆ, quæ saltem in tertio gradu ultimò morienti Vasallo conjuncta fuit, juxta computationem JCivilis, quæ ut in allodialium, ita

15. & in feudalium bonorum successione respicienda ac attendenda, Jurisque Canon. computationi omnino præferenda, eò 1. quod hæc communiter primum introducta censeatur *c.* 2. *c.* 35. *q.* 5. qui canon sub Alexandro II. Pontifice anno Christi 1061. creato modò promulgatus, Jus succedendi Collateralium in feudis autem jam per Conradum Salicum anno Christi 1027. introductum sit 1. *F.* 1. *§.* 2. non possit igitur Computatio in success. feudali institui secundum Jus Canon. quod demum 30. & plures annos post constitutum. Secundò quia ipsum Jus Can. sese refert ad Jus Feudale, *t. t. x. de feud.* Unde Jus Feudale prius Jure Canon. fuisse fluit, consequenter graduum computatio non secundum Jus Canon. sed secundum JCivile, quod Jure Feudali prius fuit, facienda in successione feudali, quod & evidenter probant

txx. 2. *F.* 37. *j.* 1. *F.* 1. *§.* 4. *&* 1. *F.* 8. 2. *F.* 26. §. *si vasallus.* 2. *F.* 31. Rhet. *in Comm. Jur. Feud. p.* 118. Ludvvell. *tr. de Success. feud. p.* 217. Struv. *c.* 9. *aph.* 7. *n.* 9. Finckelthus. *Disp.* 6. *th.* 38. Add. Rosenthal. *c.* 7. *concl.* 57. *n.* 9. 10. *seqq. & in Gloss. lit. G. H. & I.* asserens, hanc sententiam usu & consuetudine plane universali corroboratam & munitam, ac à Camera Imperiali observari solitam, nunquam ferè ante hæc nostra tempora in dubium vocatam fuisse, quam & Christinæus *vol.* 6. *Decis. Belgic.* 55. annis abhinc 54. quibus tanquam Advocatus & Consiliarius in Praxi versatus sit, Curias Supremas tàm feudales, quàm alias semper in judicando absque ulla contradictione secutas fuisse testatur.

16. II. Etsi supponamus, CAJAM post mortem Patris sui per existentiam SEMPRONII, ceu masculi ex primo acquirente descendentis, exclu-

exclusam, non in perpetuum exclusam ac remotam, sed ejusdem jus succedendi saltem suspensum esse, agnoscimus enim, illam sententiam verissimam esse per rationes superius allegatas, & à laudatis Dd. latius deductas; Attamen hactenus nondum extitit casus, quo hoc ipsius CAJÆ suspensum jus succedendi reviviscere vel resuscitari potuit; Translatum enim est feudum quæst. per illam CAJÆ exclusionem à SEMPRONIO ex prærogativa sexus masculini factam in aliam, SEMPRONII nempe, lineam, penes quam proinde, etiam secundum illorum, qui fœminam semel exclusam non in perpetuum exclusam esse nobiscum statuunt, sententiam, tamdiu remanere debet, quamdiu aliquis sive masculus sive fœmina ex ea superest, & lineâ eâ tam in fœminis quam in masculis extinctâ demum casus existit, quo jus ipsius CAJÆ suspensum resuscitatur ac reviviscit. Notum namque est, successionem feudalem non tantum secundum proximitatem gradus, sed vel imprimis secundum proximitatem lineæ deferri, & si qui in illa linea, quam feudum semel ingressum est, supersint, qui feudi capaces, ex alia neminem, nisi sexus prærogativa gaudeat, admitti, sed in illa constitutos omnibus aliis, etsi gradu forte propioribus, ex lineæ prærogativa præferendos esse,

2. Feud. 50. ibi Interpretes.

17. Quibus consequenter, SEMPRONIO ultimo possessore feudi quæst. mortuo, non potuisset admitti, & relictæ ab ipso filiæ SEMPRONIÆ præferri antea per eundem ex sexus masculini prærogativâ exclusa CAJA, quia SEMPRONIA non modo ratione gradus, sed & ratione lineæ proximior illi prævaluisset.

18. Confirmat hæc egregie *Rosenthal. c. 7. concl. 44. n. 19. 20. ubi inquit*: Si masculus ille, qui fœminam exclusit, filias fortasse relinquat, vel neptes, hæ alteri illi fœminæ per eum exclusæ præferentur &c. Et hoc quod de filiabus aut descendentibus istius masculi excludentis dixi, etiam procedit, si hanc regulam: fœmina semel exclusa semper manet exclusa, non, sed Laudensis, eam non perpetuo exclusam manere censentis, opinionem sequaris, nam quia tum gradus proximitas respectu hujus masculi ultimo defuncti consideratur, certe ejus descendentes, etiam fœminæ, sorori ipsius præferuntur ex jure communi & feudali &c. His gemina sunt, quæ tradit supra allegatus Menochius *cit. Conf.* 331. *n.* 54. cujus integra verba ita habent: fœmina exclusa intelligitur exclusa, donec existat

ipse masculus vel alii ab eo descendentes, illis autem deficientibus ipsa admittitur.

19. Declaratio. Sed firmata hactenus insimulque à contrariis vindicata decisio pro SEMPRONIA obtinebit, quoad integrum feudum, si illud vel à fœmina vel à masculo tantum, eo cum pacto acquisitum fuerit, ut fœminæ etiam deficientibus masculis succedant. 20. Quod si vero illud ipsum à masculo & fœmina simul simpliciter quæsitum fuisset, tantum in dimidia parte SEMPRONIA succedere potuisset, quia quando masculus & fœmina simul de eodem feudo uno actu investiuntur, feudum istud pro parte dimidia, quæ masculo cessit, masculinum, pro altera parte dimidia, quæ fœminæ acquisita, fœmininum est, hujus ergo dimidiæ partis, quæ fœminei feudi naturam accepit, successio SEMPRONIÆ morte patris delata fuisset, si vixisset, ejusque tantùm capax ipsa extitisset, alterius verò dimidiæ partis, quæ feudi masculini qualitatem induit, eadem incapax fuisset, proinde ista, eâ exclusâ, ad Dominum rediisset,

> *per text.* 2. *F.* 85. & 104. quæ capitula quidem extraordinaria sunt, quia tamen nihil continent, quod capitulis ordinariis, & rationi analogiæ Juris feudalis sit adversum, rectè huc allegantur.

nisi in prima investitura masculo & fœminæ factâ expresse dictum esset, quod integrum feudum, & adeo tam masculi, quam fœminæ portio ad fœminas, masculis deficientibus, pervenire deberet.

Decisio Quæstionis 3tiæ.

Succedit Quæstio tertia:

Uter ex duobus illis masculis ex CAJA & SEMPRONIA natis potiori Jure gaudeat, & alteri in successione feudi istius præferendus MEVIUS ne JULIO, an contra JULIUS MEVIO?

1. Quæ ex iisdem plane fundamentis ac rationibus, quibus præcedens secunda, suam quoque accipit decisionem pro defunctæ SEMPRONIÆ relicto filio JULIO, quod videlicet ipse, tanquam ultimi possessoris ex prædefuncta filia unica nepos, in lineâ rectâ, secun-

ſecundo gradu illi junctus, omnino præferendus MEVIO, CAJÆ filio, ultimo defuncto Vaſallo SEMPRONIO per transverſam lineam longè remotiori gradu conjuncto, quem tam ratione lineæ, quam ratione gradus proximiori JULIO præponi Juris Feud. analogia nullo patitur modo, vi dictorum ad præcedentem quæſtionem.

2. Quod autem circa eandem monuimus eo de caſu, ſi maſculus & fœmina ſimul primitus de feudo quæſt. forte inveſtitus fuiſſet, tum nim. SEMPRONIAM tantum in dimidia parte ſuccedere potuiſſe, id & hic applicatum volumus ad JULIUM, ut nimirum ſi hoc forte contigiſſet, ut maſculus & fœmina ſimul ab initio feudum acquiſiviſſent, & ipſe ceu ex fœmina prognatus ſaltem dimidiam partem feudi qualitatem feudi fœminini nactam, jure petere, ſibique vindicare poſſet

per eosd. tex. 2. F. 85. 104.

Hæcque pluribus hic iterum deducere, ac cum faſtidio repetere, præſertim ubi res clara, meritò ſuperſedemus, & reſolutioni noſtræ Colophonem imponimus.

COROL-

COROLLARIA.

I.

De Asylorum Jure.

ASyla salvo pœnarum Jure admittuntur, & in omnibus populis ac nationibus sine ullo religionis discrimine usitata & consueta semper fuerunt, atque etiamnum certo modo sunt.

II.

In Imperio nostro Romano-Germanico Imperatorem gavisum esse, & gaudere adhuc potestate, Asyla erigendi, dubitare nos non sinunt tot Germaniæ loca, tàm religiosa, quàm prophana & secularia, quibus Asyli jus Imperatores attribuerunt, atque hinc homicidis, aliisque delinquentibus tutum Præsidium præbent, inter quæ magno numero relata à Mylero *de Asylor. jure c.* 6. imprimis occurrit vicina Civitas Imperialis Reutlinga, quæ hoc Privilegio, Imperiali munificentiâ originis ferè nescia, condecorata, quod ipsi confirmavit Maximilianus I. Imperator anno 1495. cujus confirmationis tenorem exhibent Limn. *Tom. I. addit. ad lib.* 7. *c.* 42. *pag.* 298. Knipschild. *de Jurib. Civitat. Imper. l.* 3. *c.* 44. Lunig. Reichs-Archiv. *Part. Spec. Continuat.* 4. *sub Reutlingen N.* 9.

III.

Statibus Imperii quoque quin omninò competat facultas, vi superioritatis territorialis in ditionibus & territoriis suis loca quædam Asyli jure donare ac munire, ita, ut non tantum ipsorum subditi, sed etiam forenses & advenæ in ipsorum territorio delinquentes ad illa confugere, & ibi tuto receptaculo frui queant, haud dubium, vix tamen est, ut sic in suis territoriis Asyla erigere valeant pro peregrinis ac advenis, ut ipsi omnimoda ibidem securitate gaudeant, si extra territorium illorum deliquerint, in proprio nim. Dominorum suorum, quorum sunt subditi, territorio.

IV.

Asyla patrocinari, tutumque refugium & receptaculum minimè præbere debent voluntariis & dolosis homicidis, den muthwilligen vorsätzlichen Todtschlägern, aliisque ex proposito, consilio & industria delinquentibus

tibus, sed solum iis, qui vel culpâ vel casu, contra intentionem suam & voluntatem, cædem commiserunt, vel aliud delictum perpetrarunt; Unde non culpandum aut improbandum, sed potius laudandum Reverendissimi ac Serenissimi Domini Episcopi Osnabrugensis factum, quo ipse prioris generis homicidam, qui die 7. Junii ann. 1716. commissa cæde in Monasterium Dominicanum confugit, post varias autem interpellationes de eodem extradendo, tandem inde d. 27. dict. mens. & ann. ne se plane Justitiæ & promeritæ subduceret pœnæ, manu forti & militari extrahi jussit, & admissum ab eo crimen debitâ ac condignâ vindicavit pœnâ, habita ratione circumstantiarum facti, ac quatenus hæ probari adhuc potuerunt, vel nequiverunt amplius, ob quorundam arreptam intereà fugam, de quo vid. Electa Jur Publici Tom. XIV. Num. I. & VIII.

V.

Non debent quoque Asylorum securitate frui, qui in loco privilegiato, in der Freyheit selbst, deliquerunt.

VI.

Neque eorundem securitas porrò ad eos pertinet, qui jam capti per territorium Asylo privilegiatum ducuntur, ibique ad locum Asyli jure munitum, vel Magistratum confugiunt, uti nec ad eos, qui jamdum carcere mancipati, eo effracto, ad locum Asyli jure donatum se conferunt ac perveniunt.

VII.

Quid dicendum de consuetudine, quâ securitatem & pœnæ remissionem obtinent delinquentes, si se ad latus vel currum Principis sistant, aut currui vel equo ipsius, quo vehitur, in solenni introitu ejus, cum subditos sibi homagio vult devincire initio suscepti regiminis, vel cum novam nuptam in Aulam solenniter deducit, bey der Fürstlichen Heimführung Seiner neuen Gemahlin, inhæreant, & una cum Principe Civitatem, ex qua relegati erant, propter delictum commissum, introëant, an toleranda? Distinguendum videtur inter delicta leviora culpâ saltem, non dolo, commissa, & inter crimina atrociora, nefanda atque excepta ex proæresi delinquendi perpetrata. In illis levioribus tolerari potest, quia ut olim Asyla merebantur, etiam Jure divino, ita etiamnum remitti possunt propter

 intro-

introductionem illam, quæ intercessionis vice fungitur. Glossa *in l. 23. ff. de aqua & aqua pluv. arcend.* ibi: authoritas majoris excusat in illicitis. Tiraquell *de pœnis temperand. caus. 34. n. 5.* Quinimo Princeps reo tali remittere videtur pœnam, siquidem ad latus ejus se sistens proprius ejus est subditus, sin extraneus est, intercessio Principis suum etiam operatur effectum. Delicta atrociora & excepta per introductionem ejusmodi remitti, nec recta juris ratio, nec vigor disciplinæ publicæ unquam pati vel admittere potest, tùm quod Jus Asylorum delicta proaeretica, ut dictum non complectatur, tùm quod ipsa omni juri, etiam divino, cui & Princeps subest, exosa & abominanda sint. Dd. in *l. 3. C. de Episcop. audient.* ubi textus ait, turbari lætitias & gaudia hominum, quoties dimittuntur impuniti criminosi. Vid. Stryck. *tr. de Jure sensuum. Diss. 7. de tactu cap. 3. num. 25. seqq.*

VIII.

De restitutione famæ.

Jus restituendæ famæ etiamnum hodie est Reservatum Imperatoris, à solo illius arbitrio dependens, sine discrimine, an mediatus, vel immediatus sit, qui pristino honori ac famæ restituendus, secus atque non nemo existimat, qui posteriori in casu negotium Comitiorum esse tradit per Capitulationem Leop. *art. 28.* Joseph. *art. 27.* qui art. nil minus, quàm id probat.

IX.

Quamvis autem Status Imperii quoque jure restituendæ famæ gaudeant vigore Superioritatis territorialis, illa tamen restitutio effectum extra restituentis territorium haud habebit, si publica Imperii lege quis infamis declaratus fuerit, secus tamen erit, si saltem per legem Provincialem infamia inusta, quo casu verissima est Per-Illustris Dn. Lynckeri sententia in analectis ad Dn. Præsidis *Introduct. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. c. 16.*

X.

Effectus restitutionis famæ est abolitio infamiæ & recuperatio amissorum jurium, & bonorum quandoque à fisco occupatorum, an autem restitutus ex gratia Principis ad bona, recuperet quoque fructus interim à fisco vel alio perceptos? disceptatur. Nos negativæ subscribimus. *arg. Authent. Idem est de Nestorianis. C. de hæret. & Ord. Cam. p. 3. t. 46. §. 2.*

DISPV-

DISPVTATIO XXXVIII.

DE

SERENISSIMÆ DOMVS AVSTRIACÆ PRÆEMINENTIIS, PRÆROGATIVIS, JVRIBVS AC PRIVILEGIIS PRÆCIPVIS, ET IN SPECIE DE AVGVSTISS. HVJVS DOMVS JVDICIO PROVINCIALI CÆSAREO SVEVIÆ.

hab. ad d. 22. April. MDCCXXII.

RESPONDENTE

JOSEPHO ANTON. MARIA BELLI,
Altorff. Suev.

SVMMARIA.

PRÆFATIO. *De origine gentis Habspurgiæ.* SECTIO I. De Serenifs. Dom. Auftr. Jurib. & Prærogat. *Auftria pars Auftralis Regni Bavarici deftructi, atque in diverfos Ducatus & Comitatus divifi, Comitibus primùm, poft Marchionibus concredita. Poft alios Marchio Leopoldus, Pius & Illuftris, ex Comitibus Babenbergicis oriundus.* § *I. Dux Henricus an.* 1156. *§. II. Habsburgii Auftriæ Duces. §. III. Archi-Duces. §. IV. V. Imperatores & Reges Romanor. ex Auguftiffima Familia Auftriaca. Reges item aliorum Regnorum, Cardinales, Archi-Epifcopi &c. Augufta, Reginæ, Electrices, &c. Splendor Auguftiffimæ Domus ex Affinitate atque Cognatione omnium fere Regum Principumque Europæ. §. VI. An Sereniffimæ Domui Auftriacæ Imperium factum hæreditarium? §. VII. Splen-*

dor Familia Austriacæ ex amplissima opum ac fortunarum abundantia. §. *VIII. Ornamentum ex Ordine Equestri Aurei Velleris.* §. *IX. Singularia ab Impp. concessa Privilegia. I. Primus in Comitiis Imperii post Electores locus, &c.* §. *X. II. Immunitas ab oneribus.* §. *XI. XII. III. Statuta vel gesta Archi-Ducum Austriæ in suis ditionibus revocationi Cæsareæ haud subjecta. IV. Investituram accipiendi mos insolitus. V. Ditionum Austriacarum deficientibus masculis ad fœminas devolutio, &, si nec fœminæ supersint, libera ultimi possessoris de iis dispositio. VI. in Comitiis Imperii comparitio libera. VII. à Comitiorum Decretis exemptio. VIII. Declaratos in bannum Imperii recipiendi licentia. IX. Comites, Barones, &c. creandi facultas. X. Perpetua situm in territorio suo Episcopatuum, Abbatiarum, &c. Advocatia. XI. Territorium clausum & perfectum. Inde XII. præsumptio pro Landsassiatu. XIII. Prohibita Vasallorum Austriæ, sine Archi-Ducis consensu, feudorum suorum in subfeudum concessio. XIV. Archi-Ducum Austriæ à quibuscunque Imperii membris bona, sive allodialia, sive feudalia, sibi comparandi libera facultas. XV. Potestas nova vectigalia instituendi &c. XVI. Expectativa in feudis, quæ in Sueviæ Landvogteis aperta fiunt. XVII. Exemptio à Jurisdictione Cameræ &c. XVIII. Privilegium de non evocando & de non appellando illimitatum.* §. *XII.* SECTIO II. De Judicio Provinciali Cæsareo Suevico. *Singularis Archi-Ducum Austriæ prærogativa, quâ intuitu Judiciorum Provincialium Cæsareorum Sueviæ præ aliis Principibus Imperii gaudent.* §. *I. Judiciorum Provincialium Cæsareorum differentia à summis Imperii Judiciis. Illorum recensio.* §. *II. Judicii Provincialis Sueviæ, quod in Civitatibus Imp.* Ravenspurg, Wangen, Ißny, *& in pago* Altorf *exercetur, definitio.* §. *III. Origo incerta.* §. *IV. Quo titulo tam Landvogteia, quam Judicium hoc Provinciale Sueviæ ad Domum Austriacam pervenerit?* §. *V. Præfectura seu Landvogteia Sueviæ quid? Differentia ejus ab ipso Judicio Provinciali Cæsareo Sueviæ.* §. *VI. An alio titulo Landvogteia, alio Judicium Provinciale Domui Austriacæ obvenerit?* §. *VII. De locis, in quibus Judicium illud Provinciale exercetur.* §. *VIII. De tempore & solemnibus Judicii.* §. *IX. De banno contumaciæ.* §. *X. De Judicii ordinatione reliquoque Jure in Judicio attendenda.* §. *XI. De modo procedendi. De Judice.* §. *XII. De Assessoribus.* §. *XIII. De Judicii competentia.* §. *XIV. De Actore & Reo. De Privilegiis Exemptionis. De casibus Reservatis,* Ehehafften. *Num & contra casus reservatos Privilegium Exemptionis dari queat?* §. *XV. De Personis Judicii minus principalibus: Secretariis; Fiscali; Nuntiis; Advocatis & Procuratoribus.* §. *XVI. De Appellationibus à Judicio hoc Provinciali ad summa Imperii Judicia. De abolitione hujus æque ac Rothvvilensis Dicasterii à Statibus Imperii petita.* §. *XVII.*

PRÆ-

PRÆFATIO.

AUgustissima Domus Austriaca, cujus Inclytum Caput, & unicum Serenissimæ Familiæ Lumen ac columen CAROLUM VI. Sacratissimum Imperatorem Roman. Regemque suum, nunc Germania, Italia, pio Religiosoque cultu veneratur, (Cui DEUS Ter Optimus, Terque Maximus, ex calidissimo nostro, omniumque bene affectorum cultorum quietis publicæ desiderio flagrantium, voto, divina benignitate largiatur Imperium felicissimum, & gloriosissimum, Victoriis ac triumphis, contra infestos almæ Pacis turbatores refertissimum, Optimates in omnibus ad bonum publicum Imperii suscipiendis semper conspirantes, subditos fideles & obedientes, Vitam prolixam, Nestoreos Pileosque annos, & extremum vitæ humanæ terminum multorum annorum numero excedentem, seram posteritatem, non minus in masculis quam fœminis, perpetuò florentem, nonnisi cum ipso fine mundi terminandam, in Salutem Decusque Imperii Romano-Germanici, ad seculorum consummationem usque, in omni felicitatis flore ac prosperrima incolumitate perennaturi) originis splendore, & antiquitate, quam ex immotis repetere principiis, fere prohibet abstrusa vetustas, intricatam reddit prolixa stemmatis series, potentia & ditionum amplitudine, prætensionibus, juribus ac privilegiis, nulli certè in Europa cedit, ac secunda est, tanto Heroum Numero, tantis denique facultatibus, virtutibus, ac gloriosis heroum factis, inter Orbis Christiani Reges & Principes eminens, quantis vix ulla alia illustris familia unquam visa. Natales suos debet Per-Illustri Prosapiæ Comitum Habspurgicorum, ex qua Rudolphus Habspurgicus, ob insignes suas virtutes, fortiaque facta anno 1273. in Rom. Imperatorem, ac Regem Germaniæ, electus, communis Sator & Stator Archiducum Austriæ est, cujus majores jam circa initium seculi, post Christum natum septimi, summa in Occidentali Francia Patriciatus & Majoratus Domus dignitate præfulsisse, quin & maturè admodum, & quidem necdum elapso seculo illo, ipsum Alemanniæ Ducatum, qui tum, ut Caspar Bruschius *in Chronologiâ Mona-*

De origine gentis Habspurgiæ.

nasteriorum Germaniæ, pag. mihi 335. tradit, Alsatiam, Sueviam, & Germaniam superiorem comprehendit, jam tenuisse, & seriem stirpis equidem à Richomere Patricio, adeoque ab anno Christi 600. haud sine specie veri petere, ac deducere post Vignierium, & Chifletium, eruditissimum Blondellum, *in tabula gentis Archinoaldinæ* (ita vocat Habspurgo-Austriacam, ab Archinoaldo majore Domus sub Clodovæo II.) *præfationi apologeticæ ad assertionem Genealogiæ Francicæ* inserta, asserit Clarissimus Obrechtus *ad* Monzamban. *cap.* 2. *§.* 3. Ast quam mirum in modum in investiganda, & recensenda origine Habspurgicæ Gentis, varient Scriptores, plusquam notum est, sique ulla in re, certe in deducenda Stirpe Habspurgica tam diversæ sunt sententiæ, ut earum viginti Joh. Ludov. Schœnleben Carniolo Labacensis in *Dissertatione sua Polemica*, *anno* 1682. *edita*, *de Augustissima Domus Habspurgo-Austriacæ prima origine* retulerit, ac discusserit, ex quibus potiores recenset Clariss. D. Burchardus Gothelf Struvius in *Syntagm. Histor. German. Diss.* 23. §. 1. Laudatus autem Schœnleben, veram ejus originem, à Carolo M. ejusque majoribus Franco-Germanis repetendam existimat *Cap.* 20. *seq.* At istam à Carolo M. deductionem per fœminas saltem procedere, monet novissimè summo studio, in origines Serenissimæ ac Potentissimæ Familiæ Habspurgo-Austriacæ inquirens Joh. Georg. Eccardus, qui eas ex monumentis veteribus, Scriptoribus coætaneis, diplomatibus, chartisque nunc primum continua serie, à prima origine, ad Rudolphum Imperatorem usque demonstrasse, & Sacræ Cæsareæ, ac Catholicæ Majestati se devotissimè obtulisse gloriatur. Nos ergo insuper habito hoc argumento, paucis saltem, illustriores Inclytæ Domus præeminentias, prærogativas, immunitates insigniores, præcipua jura ac privilegia, quibus præ aliis corruscat, tangemus ac recensebimus.

Sectio I.

De Serenifs. Dom. Austr. Jurib. & Prærogat.

I.

Constat vero Austriam, quæ nomen inde sortita, quod pars Australis Regni Bavarici der Oestliche Theil des Königreichs Bayren, præter ipsam Bavariam, Austriam, Styriam, Carinthiam, Carniolam, Tyrolum, Salzburgum continentis, teste Aventino *Lib. 4. Annal. Bojoar. p. 34.* à Francorum Regibus destructi & eversi, atque in diversos Ducatus & Comitatus divisi, quorum administratio diversis commissa, perinde ut alias Germaniæ Provincias, primum per Comites à Carolo M. & ejus posteris constitutos gubernatam fuisse, postea per Marchiones ab Henrico Aucupe ordinatos, qui Hunnos, Avaresque, crebris excursionibus finitimas Pannoniæ Regiones infestantes, compescerent. Quæ dignitas, Provinciaque post alios, à Friderico Lucæ recensitos im alten Fürsten-Saal *P. 1. Cap. 3. pag. 75. seqq.* in præmium fortitudinis, & defensarum contra hostes Imperii finium, obtigit Leopoldo Pio & Illustri ex Comitibus Babenbergicis oriundo, quem multi originem suam ad Sueviæ Duces referre crediderunt, qui error inde natus, quod existimaverint, Leopoldi illius filium, Henricum II. Marchionem Austriæ, Germanum fratrem fuisse Friderici Ducis Sueviæ & Alsatiæ, qui tamen frater ejus uterinus modo fuit, amborum enim mater extitit, Agnes Henrici IV. Imperatoris filia, quæ nupsit

Austria. pars Australis Regni Bavarici, destructi, atque in diversos Ducatus & Comitatus divisi, Comitibus primùm, post Marchionibus concredita. Post alios Marchio Leopoldus Pius & Illustris, ex Comitibus Babenbergicis oriundus.

I. Friderico Hohenstauffio	II. Leopoldo Pio & Illustri Marchioni Austriæ.
Fridericus II. vulgo Cocles seu Luscus dictus, Dux Sueviæ & Alsatiæ seu Alemannorum.	Henricus II. Marchio Austriæ.
Fridericus Barbarossa Imp.	

II. Du-

II.

Dux Henricus a. 1156. Ducis deinde titulum à Friderico Barbarossa, seu Ænobarbo Imp. fratris sui filio, modo dictus Henricus II. obtinuit anno 1156. quia Bavariam Henrico Superbo ademptam, ipsique concessam, filio illius Henrico Leoni, ad sententiam Imperatoris restituit, cujus jacturam, quo benignius ferret, Austria in Ducatum evecta, Clientelæ jure, quo aut totam, aut saltem, quà cis Oenum in intimiora Bavariæ porrigitur, Bavariæ Duci obstrictam ante tenuerant, soluta est. Diplomatis quo Marchionatus Austriæ in Ducatum facta commutatio, ab Imp. Friderico I. copiam ex sibi communicato Codice Pivilegiorum Austriacorum à Domino Reichardo de Strein Dn. in Schwarzenau anno 1599. ex Archivis collectorum, manuscripto refert Pfeffinger *ad Vitriar. L. 1. tit. 16. §. 9. pag.* 17. tabulas easdem, perpaucis mutatas exhibet Limn. *L. 5. §. P. Cap. 2. p.* 29. Lunig. Reichs-Archiv *Part. spec. cont. I.* im 4. Absaß. *pag.* 4.

III.

Habsburgii Austriæ Duces. In Friderico Bellicoso, Austriæ Duce quinto, in masculis extincta est familia Marchionum & Ducum Austriæ ex Comitum Babenbergensium stemmate oriunda, postquam 270. circiter annos Austriæ cum laude præfuisset. Obiit enim ipse Fridericus Bellicosus, licet Victor, ut Princeps animo elatus, ingenio inquies, & audax, nulla timens pericula, ex accepto vulnere, in prælio, cum Bela Hungarorum Rege, prope Neapolim in Austria gesto 15. Junii 1246. Alii referunt Friderici Baronis Pottendorfii scelere periisse, ob illatam Pottendorfiæ Genti in fœmina injuriam, quâ per stupri consuetudinem abusus Princeps dicebatur, pari ardore in amores, atque arma proclivis. Supererant, extincta virili stirpe, fœminæ, nempe Margaretha Friderici Bellicosi Soror, quam primum Uladislaus Moraviæ Marchio, eoque breve post matrimonium fata explente, Hermannus Badensis, una cum Austria habuere. Atque hic paucis post annis rebus humanis exemptus, hæreditatem in filium Fridericum, quem unicum è Gertrudi susceperat, transmisit, is autem adhuc adolescens, & priusquam conjugium experiretur, una cum Conradino Sueviæ Duce, à Carolo Andegavensi Regni Neapolitani usurpatore captus, & capite plexus. Ita orbata Principibus suis Austria, atque hinc Hungarorum, inde Bava-

Bavarorum injuriis exposita, Provinciæ ordines Henricum Misniæ Marchionem, Friderici Bellicosi Sororium adiere, ut Imperium ejus susciperet, rogantes. Eripuit autem faucibus ejus bolum hunc Premislaus Ottocarus Bohemiæ Rex, & à majori parte Ordinum impetravit, ut in Ducem inauguratus fuerit, ducta eum in finem in uxorem, Margaretha Friderici Bellicosi sorore, provectæ ætatis fœminâ, sterili, & ob id paulo post ab eodem veneno sublata. Sed Rudolphus Habspurgicus in Imperatorem electus, armis contra Ottocarum jussu Imperii Procerum ob eam sumptis, ipsum secunda vice devictum coegit, eoque ut Austriam, Styriam & Carniolam Imperio restituerit. Quas ditiones Imperio apertas, ab Ottocaro eidem interceptas, justissimè armis sibi vindicatas Rudolphus Imperator, ad perditam Imperii salutem, cura ac virtute sua restaurandam, illi præfectus, cum non reperiret, quos tenerius amaret, eoque patrimonio auctos mallet, communi Principum ac Civitatum consensu, in Comitiis Augustanis 1282. obtento, filiis suis Alberto ac Rudolpho, coram Principibus Augustæ Vindel. in Curia congregatis, feudi jure ab Imperio recognoscendas, per solennem investituram concessit. Qui Rudolphi Imp. filii, & ex iis nominatim Albertus (Is enim Austriam, Carniolam, Styriamque sub Ducis titulo possedit. Frater autem ejus Rudolphus Junior Sueviam, cujus Linea, in filio ipsius Johanne mox exaruit) easdem ad suos posteros transmisit, tot Regnis, Principatibus, ac Provinciis à DEO ditatos, ut vix ulla Illustris familia in Europa reperiatur, quæ ut hæc, ob authoris sui & Successorum ejus pietatem in DEum, humanitatem & clementiam, aliasque virtutes, tantis Principibus dignas Divina benedictione, virtute Duce, Comite fortuna, sine ulla violentia, usurpatione & injuria cuiquam illata, ita crevisse, totque Regna & ditiones acquisivisse, ac ad tantum honoris & dignitatis fastigium ascendisse, gloriari queat.

IV.

Archi-Duces.

Quis verò ex Imper. Rudolphi, ejusque filii Alberti posteris, cujusque authoritate, Archi-Ducis titulum assumpserit, vel quis ex Austriaca Domo, & à quo Archi-Ducis titulo condecoratus sit? nunc inquirendum. Variant ea in re fere perinde Scriptores & Juris Publici Doctores, ac in ipsa Gentis origine. Sunt enim, qui à temporibus Henrici IV. Imp. qui Ernestum Strenuum Marchionem

Austriæ, in Diplomate ipsi dato anno 1058. ap. Lunig. R. A. *Part. spec. cont. I.* 4ten Absatz von Oesterreich. Priorem S. R. Imperii vocavit, repetere volunt. Vid. Cuspin. in *Austria pag.* 12. ibi: *ab Henrico IV. Prior S. R. I. est appellatus, quod Christi fidem tam strenuè defensaret, multis Libertatibus ab Imperatore donatus est.* Ast quis non videt, Imperatorem illo honoris titulo, personam Ernesti, ob Christianæ fidei constantiam, & strenuam defensionem compellâsse, & tali elogio mactasse, non familiam, & terram Austriacam sub eo peculiari & Archi-Ducali dignitate ornâsse, indeque nec ipse, nec quisquam eorum, qui ex ipsius familia in Friderico Bellicoso deinde extincta successerunt, Archi-Ducis titulo unquam usus, & si Henricus IV. id intendisset, quod ipsi hujus sententiæ autores affingunt, Archi-Ducalis dignitas Austriæ accessisset, antequam Marchionatus Austriæ in Ducatum commutatus, ipsi Archi-Duces facti essent, antequam Duces, quod non est verisimile. Alii à Friderici I. Imp. Regimine originem Archi-Ducalis dignitatis deducunt, ceu in cujus Diplomate de anno 1156. quo Marchionatum Austriæ in Ducatum commutavit, expressa hæc habentur verba: *Si quibusvis Imperii curiis publicis Dux Austriæ præsens fuerit, unus de Palatinis Archi-Ducibus est censendus.* ap. Lunig. *d. l. N. IV.* Sed nec hoc Diplomate Friderici I. Imp. ipsis hic titulus in curiali significatione collatus dici potest. Fridericus enim in cit. Diplomate satis apertè ait: *De consilio & Judicio Principum, Marchionatum Austriæ & dictam Marchiam supra Anasum commutavimus in Ducatum, ejusdem Ducatum cum subscriptis juribus, Privilegiis, & gratiis omnibus, Liberalitate Cæsarea, Henrico, prædicto Patruo nostro charissimo, Prænobili suæ Uxori Theodoræ, & Liberis eorundem, ob singularem favorem, quo erga dilectissimum Patruum nostrum, ejus conthoralem prænobilem Theodoram, & eorum Successores, nec non erga terram Austriæ, quæ Clypeus & Cor Sacri Rom. Imperii esse dignoscitur, afficimur*, & plusquam vicies ipsum Henricum Ducem Austriæ, ipsamque Austriam Ducatum nominat, ac ne semel quidem, ipsum Archi-Ducem, & ditionem Archi-Ducatum appellat, addens saltem, *quod si sæpius memoratus Dux Austriæ in Curiis Imperatoris præsens sit, ut unus de Palatinis Archi-Ducibus censeri debeat.* Quibus verbis à se creatum Ducem Austriæ, illiusque Successores, non Archi-Ducali dignitate exornat, sed in officio & juribus exæquat Comitibus Palatinis, qui olim summi officiales Palatii Cæsarei, Judicesque quasi Regii in Aulis Impp. curam simul Patrimonii, atque Ærarii Regii,

gerentes,

gerentes, fuêre, ut videre eſt ex Guttero *de offic. Dom. Auguſta Lib.* 1. *c.* 17. *& L.* 3. *cap.* 24. Capit. Caroli M. *L.* 3. *c.* 77. conf. Thulemar. in octovir. *c.* 18. *n.* 4. *ſeq. n.* 13. *ſeq.* Poſtea particularibus regnis & Provinciis regendis præfecti, quorum quatuor inprimis in Germania eminuiſſe refert Auth. Spec. Saxon. *Lib.* 3. *art.* 53. Auth. Spec. Suev. *L.* 1. *art.* 19. Coccej. *cap.* 15. *n.* 9. 10. Ex quibus hodie ſoli Comites Palat. Rheni hoc titulo adhuc utentes ſuperſunt; ſive ut clarius efferam, ipſum Ducem Auſtriæ ad exemplũ Comitum Palatinorum Rheni, quos Archi-Duces non in curiali, ſed arbitraria ſeu oratoria ſignificatione vocat, Comitivâ Sacri Cæſarei Palatii majori hæreditariâ exornat, cum inſigni prærogativa, & poteſtate creandi Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Magiſtros, Notarios, aliaque regalia, & eximia jura per totum Imperium valitura, & effectum ſuum habitura, exercendi, perinde ac ſi ab Imperatoribus ipſis exercita aut expedita fuiſſent. Quam Comitivam Auſtriacis poſtea nominatim confirmavit Frider. III. Carolus V. & Rudolph. II. per Diplomata ſua. Alii Imp. Rudolphum Habſp. Alberto I. filio ſuo Auſtriam cum hac prærogativa conceſſiſſe dicunt, ut ipſe, poſterique illius intuitu, perpetuò Archi-Ducali dignitate prælucerent, quos inter Reinking *de R. S. & E. Lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 10. *n.* 5. provocans ad teſtimonia Cromeri *Lib.* 9. *hiſt. Polon. in f.* Camilli Borelli *de præſtant. & jur. Regis Cathol. c.* 26. *§.* 237. Aubert. Miræi *de Reb. Bohem. cap.* 15. Sed reclamat inveſtitura non de Archi-Ducatu, ſed de Ducatu Auſtriæ facta, ut videre eſt ex Hiſt. Auſtr. ap. Freher. *Rer. German. pag.* 332. in Chron. Auſtr. *ibid. p.* 325. H. Steron. *annal. ad ann.* 1281. apud eund. *fol.* 393. *in Annal. Dominican. Colmariens.* ap. Urſtiſ. *tom.* 2. *Rer. German. pag.* 18. M. Alberti Argent. *Chron.* ap. eund. *p.* 101. A. Friderico II. Imp. titulum hunc Auſtriæ Ducibus tributum arbitrantur, Obrecht. ad Monzamb. *pag.* 27. Kulpis *ad eund. pag.* 225. & Thomaſ. *ad eund. pag.* 97. cum Wolfg. Lazio in *reb. Viennens. Lib.* 3. *pag.* 91. Heutero in *origin. Habſpurg. cap.* 21. quam etiam probat Auth. des verteutſchten Monzamb. *cap.* 2. *§.* 3. Alias aliorum ſententias refert Joh. Ludov. à Schœnleben *part.* 2. *Diſſ. Polem. cap.* 7. *§.* 1. Natalis Comitis *Lib.* 9. *Hiſt. p.* 119. ſententia Fridericum III. Imp. authorem tituli Archi-Ducalis eſſe tradentis pleriſque probatur, quia prædictus Imperator in ſua confirmatione privilegiorum Auſtriacorum de ann. 1453. ap. Lunig. R. A. *P. Sp. cont. I.* 4. Abſatz von Oeſter. *N.* 24. hoc diſertiſſimè, ut Auſtriaci poſthac ſolenni & per-

petuo Curiæ stylo Archi-Duces vocentur, Diplomati inseruit, hisce formalibus: Wir wollen, meinen und setzen, von der obberührten unser Röm. Kayserl. Macht, ernstlich und festiglich gebietend, daß die obbemeldte Fürsten unsers Hauses Oesterreich, und unser und ihrer Erben und Nachkommen, die die Fürstenthumb Steyr, Cärnthen, und Crain, je zu Zeiten innhaben und regieren werden, nun hinfür, Ertz-Hertzogen genennt und geheissen, dabey ewiglich bleiben, und von unseren Nachkommen im Reich, und allen anderen Chur-Fürsten, und Fürsten, alsso genennet und geheissen, und davor gehalten sollen werden. Cui igitur in tantum quidem & nos subscribimus, ut tamen distinguamus inter primam ejus originem, ac usurpationem à quibusdam, & inter solennem & constantem ipsius usum. Illam fortè antiquiorem, & si non cum Friderico II. saltem Caroli IV. tempore cœpisse concedentes, cum negari nequeat, ab uno vel altero eorum titulum illum, jam ante usurpatum esse, in oratorio tamen magis, quam curiali significatu, quemadmodum eo Rudolphum IV. Austriacum, dum anno 1360. Caroli IV. Imp. filiam Catharinam matrimonio sibi jungeret, publicè usum esse constat, ex pluribus documentis, à Pfeffingero *ad Vitriar. L. 1. tit. 16. §. 9. p.* 21. adductis, & meminit deinde Sigismundus à Burkhen. *L.* 3. *c.* 3. sigilli Leopoldi Austriaci, Friderici Pulchri fratris, in quo & ipse quoque Archi-Ducis titulum expresserit, ac gesserit. Quanquam à nullo Cæsarum, in Diplomatibus aut rescriptis, nec ab aliis etiam Principibus facile in pactis aut aliis tractatibus, cum ipsis initis, eos hoc titulo compellatos, sed ubique saltem Duces appellatos, & Frider. III. ipsum in omnibus anterioribus suis Diplomatibus, quin & in eo ipso quoque die Epiphanias anno 1453. Aur. Bulla confirmato Diplomate, ex quo supra adducta verba repetiimus, titulo Ducis usum esse, reperiamus. Solennis autem, constans, & perpetuus tituli Archi-Ducis usus, insecutus est modo dictum isthoc Friderici III. Diploma, & ab isto tempore in hunc usque diem, non tantùm ipsi se Archi-Duces vocarunt, sed hoc titulo etiam ab aliis salutati sunt, atque hunc Archi-Ducalem titulum tanti æstimarunt Carolus V. Imp. in Capitul. sua, & datis desuper Electoribus de eadem sanctè observanda reversalibus, & Electores in Litteris suis, quibus Carolo V. electionem intimarunt, (extant illæ apud Goldast. in Reichs-Händel. *p.* 97.) ut eum Regio quoque præposuerint, ita loquentes: Wir Carl der Fünffte von GOttes Gnaden erwählter Röm. König, Ertz-Hertzog zu Oester-

Oeſterreich, König zu Hiſpanien, beeder Sicilien und Jeruſalem, id quod imitatus modernus Auguſtiſſ. Imp. Carol. VI. in ſua Capitul. non autem in reverſalibus, quas Electoribus ſuper ea dedit, uti ex inſpectione cuique patebit, licet id ex ſingulari ea ratione factum eſſe dicant, ut innueretur, ipſos non ut Reges Hiſpaniarum, aliorumque Regnorum ſuorum intuitu, in Roman. Reges & Impp. electos eſſe, ſed ut Principes Germaniæ, ex antiquiſſ. & Sereniſſ. Archi-Ducali familia Auſtriaca natos, ad ſummam hanc dignitatem perveniſſe. Limn. *ad Capit. Caroli V. Prooem.* verb. Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Gottlieb Rinck *in not. Germ. ad Caroli VI. Capitul. Prooem. ad verb.* Ertz-Hertzog zu Oeſterreich. Cum ex longa & immemoriali hactenus ſanctè obſervata conſuetudine, ſeu inveterata obſervantia Imperii Rom. Germ. nonniſi Germanus, id eſt, ex ſanguine Germano, non origine remota, ſed proxima cretus, ad dignitatem iſtam aſpirare queat.

V.

Eſt autem Auguſtiſs. hæc Dom. Auſtr. ſola & unica in toto orbe, quæ in ſignificatu Curiali ſeu Stylo Curiæ, quo titulorum ſolennia metiri & æſtimare ſolemus, Archi-Ducali dignitate præfulget, ſolique Potentiſſ. hujus familiæ Principes, non tantùm regentes, ſed & apanagiati omnes, non tantum mares, ſed & fœminæ, ab omnibus Archi-Duces ſalutantur, compellandique veniunt. Nam Magni quidem Ducis titulo in Italia ſuperbire novimus Florentinos, ſeu Hetruriæ Duces, qui titulus hac occaſione enatus. Summus Pontifex Pius V. Coſmo Medices Regiam dignitatem conferre, Regisque titulum tribuere conſtituerat, & jam tum Regiam Coronam ipſi transmiſerat, cui à Maximiliano II. Imp. contradictum fuit, cum allegaret, in Italia neminem eſſe Regem præter Imperatorem, tandem Magni Ducis titulus loco Regii inventus, Coſmoque datus fuit, & à Cæſare, filio ejus Franciſco, ad illius inſtantiam ampliſſimo Diplomate confirmatus. Sim. Schard. *tom. 4. rer. Germ. ad ann.* 1569. *p.* 130. *& ad ann.* 1570. *pag.* 136. item *ad ann.* 1572. *p.* 177. Natal. Comes *lib. 26. Hiſtor. p.* 587. Limn. *Lib. 1. J. P. cap. 9. n. 49. & tom. 1. addit. ad L. 4. c. 3. n. 28. p.* 138. Simili titulo quoque Magni Ducis Moſcoviæ, Smolenciæ, Novogardiæ uſus eſt Moſcovitarum Czar. Rex Sueciæ, pariter hactenus uſus eſt titulo Magni Ducis Finlandiæ, & Rex Poloniæ fert titulum Magni Ducis Lithuaniæ. Deinde Frider. Wil-

helmus Magnus, Elector Brandenburg. gloriosæ memoriæ, Supremi Ducis Borussiæ titulum assumpsit, postquam per pacta Velaviensia, à loco, ubi conclusa, vel Bydgostiana, à loco, ubi confirmata sunt, sic dicta, anno 1657. inita, quæ refert Puffendorff *Lib. 6. rer. Brandeburg. n.* 77. Lunig. R. A. *P. Sp. Part.* 3. *pag.* 166. Borussia Ducalis, quam hactenus à Poloniæ Regibus feudi jure tenuerat, à nexu clientelari & feudali liberata, absoluto dominio ipsi regenda cessit, in cujus rei memoriam, cudi fecit nummum, qui in receptione homagii à subditis in populum sparsus, in uno latere habens inscriptionem: Supremo Borussiæ Domino Friderico Wilhelmo Electori Brandenburgico homagium præstitum 8. *Octobris* 1663. In altero latere corona fuit, cum inscriptione à DEO data, in medio gladius & sceptrum decussatim mixta stetêre, additis verbis: *Pro DEO & populo.* Archi-Ducum titulus solis hactenus Austriacis proprius mansit, ac licet non defuerint alii eundem affectantes, & ad illum adspirantes, repulsam tamen tulerunt, nec Imperatores in sua vota pertrahere potuerunt. Sixtin. *de Regal. Lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 31. & ejus intuitu post Imperatorem, Regem Romanorum, & Electores Imperii (quos olim nec Regibus cessisse, auff des Röm. Reichs Boden constat, exemplo Comitis Palatini Rheni, & Electoris Friderici III. qui Henrico natione Gallo noviter Electo Regi Polonorum, cum anno 1574. per Germaniam in Poloniam iter faceret, & transiret, cedere noluit, quique in A. B. *cap.* 6. Regibus æquiparantur, imò in actibus ad Curiam Imperialem spectantibus anteferuntur. Sed hodie se sponte Regibus extra Curiam Imperialem cedere velle declarârunt Capit. Leopoldi & Josephi *art.* 5. Caroli VI. *art.* 3. Zachar. Zvvanzig *Theatro Praced. part.* 1. *cap.* 21.) primum locum ac proximam à dextra eorum sessionem sibi semper vindicarunt præ omnibus aliis Ducibus ac Principibus, non modo Imperii, sed aliorum quoque Regnorum. Hancque prærogativam, proximum ab Electoribus locum præ omnibus aliis Ducibus ac Principibus, ubique occupandi, Archi-Ducibus Austriæ pridem speciali Privilegio confirmavit Fridericus I. Imperator Barbarossa seu Ænobarbus cognominatus, in Diplomate Henrico dato, anno 1156. Num autem jure etiam ipsis Electoribus prærogativam dubiam inde reddere queant, quod Fridericus II. Imper. Fridericum II. Austriæ Ducem anno 1245. Regia dignitate peculiari Diplomate ornaverit, quod Diploma post Petrum de Vineis, Cuspinianum, refert Goldast. *t.* 1.

constit.

conftit. pag. 305. Frideric. Lucæ im Fürsten-Saal pag. 99. Pfeffinger L. 1. tit. 5. §. 8. fol. 425. ut anno 1695. factum refert Zachar. Zvvanzig in Theatro Pracedentiæ tit. 51. pag. 130. ambiguum eft, cum hac ipfimet nunquam ufi, fed ad declinandam invidiam ab ea fponte abftinuerint, nifi forte is, qui Regnis Domus Auftriacæ hæreditariis, Hungariæ Bohemiæque præeft, cum Electoribus concurrat, tunc ipfi Electores illi non qua Archi-Duci, fed qua Regi Hungariæ, Bohemiæque fua fponte quin fint ceffuri, nulli dubitamus.

VI.

Imperatores & Reg. Rom. ex Auguftiffima Familia Auftriaca.

Ex prærogativis ac præeminentiis Auguftiff. Familiæ Auftriacæ, haud poftrema hæc eft, qua ipfa non folum omnibus aliis Germaniæ, fed imò totius etiam terrarum orbis Principum familiis facilè palmam præripit, quod illa nobis ab ætate Rudolphi Habfpurgici, jam XVII. dederit Imperatores, ac Reges Roman. Cæfareaque Dignitas fine exemplo per quatuor fecula, & ultra in eadem continuaverit. Affulferunt enim ex Inclyta hac domo intra annos 449. ab anno 1273. nempe ad annum præfentem, in quo vivimus, orbi Chriftiano Imperatores & Reges Roman. 1. Rudolphus Habfpurgicus. 2. Albertus I. 3. Fridericus Pulcher. 4. Albertus II. & ab illo ferie nunquam interrupta 5. Fridericus III. 6. Maximilian. I. 7. Carol. V. 8. Ferdinand. I. 9. Maximilian. II. 10. Rudolphus II. 11. Matthias. 12. Ferdinand. II. 13. Ferdinand. III. 14. Ferdinand. IV. qui ut Rex Roman. ante Patrem mortuus. 15. Leopold. 16. Joseph. 17. Carolus VI. hodie gloriofiffimè regens. Præter hos ulterius ex dicta Rudolphi I. Habfpurg. pofteritate mafculina VII. Reges habuit Hifpania, XII. Hungaria, XIII. Bohemia, II. Polonia, tresque fuere Cardinales, duo Archi-Epifcopi, fex Epifcopi, tres Supremi Ordinis Teutonici Magiftri. Ex pofteris ejus autem Sexus fœminini fuere VI. Auguftæ Conjuges Imperator. Romano-Germanicorum. XXXVII. Reginæ, (IV. nempe in Hifpania, III. in Gallia, VIII. in Hungaria, VIII. in Bohemia, VIII. in Polonia, III. in Portugallia, I. in Dania, III. in Neapoli.) VII. Electrices, II. Archiducifsæ Auftriæ, III. Duciffæ Bavariæ. III. Duciffæ Saxoniæ, III. Marchioniffæ Brandenburgicæ, & I. Badenfis, II. Duciffæ Lotharingiæ, II. Duciffæ Sabaudiæ, II. Magnæ Duciffæ Florentiæ, III. Duciffæ Mantuæ, I. Duciffa Ferrariæ, II. Duciffæ Silefiæ, II. Duciffæ Juliæ Cliviæ, I. Duciffa Tranfilvaniæ &c. In Sereniffimam

Reges item aliorum Regnorum, Cardinales, Archi-Epifcopi &c. Auguftæ, Reginæ, Electrices &c.

Splendor Auguftiffimæ Domus ex Affinitate atque Cognatione

Fami-

omnium fere Regum Principumque Europae.

Familiam Austriacam nupserunt VIII. Filiae Imperat. Romanorum, XXVIII. filiae Regum, V. nempe Regum Hispaniae, IV. Regum Galliae, I. Reg. Angliae, IV. Regum Hungariae, VIII. Regum Bohemiae, III. Regum Portugalliae, I. Regis Poloniae, & II. Reg. Arragoniae, III. Filiae Comitum & Electorum Palatinorum, IV. Filiae Archi-Ducum Austriae, III. Filiae Ducum Burgundiae, IV. Ducum Bavariae, II. Filiae Magnorum Ducum Florentiae, II. Ducum Mediolanensium, III. Ducum Mantuae, II. Ducum Brunsvigo-Luneburgensium, I. Ducum Saxoniae, Comitum Palatinorum, Ducum Sabaudiae, Carinthiae, Juliacens. Pomeraniae &c. Ita ut hodie Europa nullum fere Regem, paucos verò Principes habeat, qui non ex Austriacorum Familia recta Linea descendant, aut cognatione vel affinitate juncti sint, ut Megiserus peculiari ostendit Libro. Quae felicitas vix ulli unquam contigit Familiae in Europa. Hinc non sine causa magnus Lipsius in *praefat. de Magnitudine Romae pag. 5.* in haec erumpit verba: *Quid in omni retro Principum classe simile? & iterum dico mirabile, & quid nisi à DEO tacita vox & testimonium, datam hanc Familiam, & demissam è Caelo in terras esse ad Imperia terrarum? Revolvas annales veteres quosvis, & Genealogicas Principum Christianorum omnium examines licet, haud puto in una stirpe reperies tot sublimia Imperia, tot diademata & sceptra atque in hac una.*

VII.

An Serenissimae Domui Austriacae Imperium factum haereditarium?

Cum itaque Serenifs. Domus Austriaca Sacro Rom. German. Imperio tot dederit Caesares, factumne ergo eidem jam haereditarium Imperium? Idem sustinere omnino voluit personatus Author des Politischen Bedenckens: Ob das Röm. Reich noch bey freyer Wahl stehe, oder ob es dem Hauß Oesterreich Lineae Germanicae erblich zugestanden seye? apud Londorp. *Act. Publ. T. 2. L. 6. cap. 219. pag. 778. seq.* Quod nec de nihilo esse videri posset. Quodcumque enim Imperium à tot jam annis in Austriaca Familia continuatum, id successivum & haereditarium factum esse videtur. Atqui Imperium Romano-Germanicum à tot jam annis in Familia Austriaca continuatum, E. Pungitque Hipol. à Lapide *P. 2. c. 2. Sect. 1. & 2. & P. 3. C. 2.* Serenifs. Domum Austriacam, ex qua, cum jam tot Impp. serie continuata Sceptorum Germanicorum potiti, tam altè in ipsorum Familia Imperium radices egisse putat, ut ejus evellendi, vix ulla spes appareat, & si periculum fecerint Electores, Principem ex alia fami-

familia eligendo, non dubitandum, quin extrema quæque ausuri sint Austriaci, priusquam admittant, ut alius quam ex hac familia Imperator eligatur. Ast nil quicquam præjudicii, vel periculi liberrimæ electioni imminere, nec Augustissimæ Familiæ jus aliquod hæreditarium in dignitatem Cæsaream ex eo acquisitum esse, exinde satis patet, quod à tot annis Imperium in ipsorum familia, non jure Successionis hæreditariæ, sed jure & beneficio liberæ Electionis continuatum sit, haud potuit ergo successivum factum esse, cum qui ex iis ad summam hanc dignitatem pervenerint, non jure stirpis Regiæ & successionis, sed ut dictum jure & beneficio electionis, per liberrima Electorum, vel unanimia, vel majora vota & suffragia, utilitatis publicæ rationibus innixa, adspirarunt. Et ipsi ex inclyta Domo Austriaca electi Impp. & Reges Roman. à temporibus Caroli V. Sacro Rom. Germ. Imperio, & Collegio Electorali de liberrima eligendi potestate per capitulationes suas satis caverunt. Frustra gravi apparatu utramque in partem agitatur quæstio: An electio successioni, vel hæc illi præferenda? cum bonus Civis merito contentus esse debeat iis, quæ præsenti Reipublicæ Statui conveniunt, & LL. fundamentalibus firmata sunt, eo magis, quo nos neutrum alteri simpliciter, sed relativè tantùm pro genio Nationum, quarum una Libertatis amans, altera Libertatis non indulgens est, præstare censemus, ita ut successionem in Regno libertati non adeo indulgente electioni, in regno vero libertatem amante electionem successioni, præferendam, & magis proficuam dicamus cum Schützio *Vol.* 1. *Disp.* 2. *th.* 3. *Lit. C.* Rümel. ad A. B. *p.* 1. *diss.* 3. *th.* 1. ibi Myler *in not.* Conf. de ista controvers. Henr. Arnis. *Lib.* 2. *relect. Polit. cap.* 2. *Sect.* 4. Limn. *L.* 2. *J. P. cap.* 3. *n.* 12. *seq.* Conring. *de Republica diss.* 8. *de negot. Convent. Imp. th.* 32. *p.* 519. *sq.* Rationes, quare per tot secula in hodiernum usque diem Imperatoria dignitas, in Augustissima hac Domo continuata sit, sepositis spuriis, invidia livore & calumniis plenis, in ejusdem odium maligno animo confictis, ab Hypol. à Lapide *d. l.* Monzamb. *cap.* 2. *p.* 4. *seq.* consistunt in congenito Principibus Austriacis plerisque moderato ingenio, meritorum & beneficiorum, quæ Serenissima hæc Domus per multa secula in Imperium contulerit, grata memoria, illius potentia, opum affluentia, & reditibus dignitati Imperatoriæ sustinendæ sufficientibus, qui vix ulli alii Familiæ Illustri in Imperio suppetunt, situ Regnorum & Provinciarum ejus, quæ velut murus quidam pro salute totius Germaniæ immanitati Turcicæ oppositus, Weil dero König-

reich und Lande gleichsam ein Schild und Vormauer der Christenheit und des Heil. Röm. Reichs seynd, dardurch dasselbe, und dessen getreue Chur-Fürsten und Stände in beständiger Ruhe und Sicherheit conservirt bleiben mögen, uti locutus est Imperator Leopoldus in prima propositione sua in praesentibus Comitiis anno 1663. facta; denique in imitatione antiquae Germaniae consuetudinis, qua plerumque filios ac propinquos prae aliis semper electos esse constat, si digni & idonei fuerint, Regiique generis utplurimum rationem habitam, ut non temerè à Familia regia recesserint, teste Lehmanno *Chron. Spir. Lib. 2. Cap. 3.* vel ob virtutum in descendentes propagationis propagationis praesumtionem, vel ne propter illegitimam, ut descendentibus videri potuisset, praeteritionem bellis intestinis causam praeberent, vel tandem, quod sibi persuaderent, Reges majorem rerum Imperii curam habituros, si aliquo modo certiores essent, fasces Imperii ad posteros transituros.

VIII.

Splendor Familiae Austriacae ex amplissima opum ac fortunarum abundantia.

Exserit se inclytae Familiae Austriacae splendor, Praeeminentia & praerogativa in magna & amplissima opum ac fortunarum abundantia, potentia, tot Regnorum, Ducatuum, Principatuum ac Comitatuum, Provinciarum ac ditionum possessione, quot vix in orbe Christiano, nedum in Imperio nostro, uni subjecta sunt Capiti. Postquam enim Rudolphi Habspurgici filii Albertus & Rudolphus, Procerum Imperii consensu, per solennem Investituram de Imperio vacuefactis opimis Ducatibus Austriae ac Sueviae, ad splendidiorem fortunam evecti, ipsi eorumque posteri indies novis subinde auctibus creverunt. Incrementa autem sua plurima gratiosis concessionibus & donationibus, initis pactis successoriis, & feliciter contractis connubiis debent. Sic Albertus I. paucis mensibus post concessam Austriam à Patre quoque Styriam, Carniolam, Vinidorum Marchiam & Portum Naonis, seu Portenaviam in Foro Julii obtinuit. Idem ducta in matrimonium Elisabetha Mainardi Comitis Tyrolensis, quem Pater Rudolphus Imp. etiam Carinthiae Ducatu investierat, filia, Jus sibi in has Provincias acquisivit, quod filii ejus ac Nepotes haud neglexerunt, sed extincta Mainardi mascula stirpe, in filio ejus Henrico, ultimo Carinthiae Duce, vi pacti cum Mainardo an. 1331. initi, Alberti I. filius Otto Ducatus Carinthiae investituram

ram à Ludovico Bavaro Imperatore petiit, & spreto Margarethæ unicæ defuncti Ducis filiæ (quæ obrepandi oris vitium, vulgò Maultasch nominabatur) prætenso jure, obtinuit. Tyrolensem vero Comitatum dicta Margaretha extincto filio unico Mainardo, quem ex Ludovico, Ludovici Bavari Imp. filio, Marchione Brandenburgico susceperat, in consobrinos suos Austriacos Rudolphum, Albertum III. & Leopoldum II. Alberti II. sapientis cognominati filios, Rudolphi Habspurgici Pronepotes, per donationem inter vivos, anno 1363. transtulit. Instrumentum cessionis exhibet Lunig. R. A. *P. Sp. part.* 1. *p.* 762. Horum genitor Albertus II. Austriæ Dux relicto (prævio Sum. Pontificis consensu) sacro ordine, cui diu jam addictus vixerat, matrimonio sibi junxit Johannam, Ulrici ultimi Comitis Pfirtensis filiam, ea Lege, ut Comitatus post Soceri mortem ipsi cederet, & uxoris sorori Ursulæ solveret octo millia aureorum, hocque modo genti suæ Comitatum hunc attulit. Ejus Pronepos Albertus V. Imperator hujus nominis II. suavi matrimonii cum Elisabetha, Sigismundi Imperatoris, simulque Hungariæ & Bohemiæ Regis filia unica & hærede, contracti vinculo, Regnum Hungariæ, & quæ ei connexa erant, Croatiam nempe, Dalmatiam, Sclavoniam &c. nec non Bohemiæ Regnum, una cum Silesiæ Ducatu, Lusatiæ, ac Moraviæ Marchionatibus obtinuit, & ad filium Posthumum Ladislaum transmisit, quo in ipso Nuptiarum, cum Caroli VII. Galliarum Regis filia contrahendarum, apparatu fatis functo, aliorsum quidem transiere Regna hæc, sed 60. annorum spatio interjecto ad Austriacos eadem via redierunt, nempe per Matrimonium Ferdinandi I. cum Anna Uladislai Jagellonis Hungariæ & Bohemiæ Regis filia, Ludovici Bohemiæ, Hungariæque Regis anno 1526. à Turcis ad Mohazum cæsi Sorore, contractum, cui suo affini Ferdinandus Uxorio nomine successit, & ab eo tempore Regna ista Austriacorum Patrimonio sunt numerata, ita, ut successio hæreditaria Sereniss. Domui Austriacæ competens, in Regno Bohemiæ plane indubia sit, per Richardi Strein, Baronis de Schvvarzenau, informationem *de Austr. Successione hæreditar. in Regno Bohemia.* Melch. Goldasti *tract. de Regno Bohem.* subjectam, sub *N.* 2. Pacem Pragensem §. 23. & Instrum. Pac. Westphal. *art.* 4. §. 55. add. Fundamental-Deduction und gründliche Ausführung der Erb-Gerechtigkeit des Hauses Oesterreich zur Cron Böhmen. gedruckt im Jahr 1620. confer. Londorp. Act. Publ. *Tom.* 1. *pag.* 738. 763. *&* 786. Nec minus certa quoque in Regno

Hungariæ, per Beati Widemanni, Assessoris Cameræ, & Ferdinandi I. Consiliarii informationem, von des Hauses Oesterreich Erb-Gerechtigkeiten zu der Cron Ungarn, und dero incorporirten Königreiche, Fürstenthumen und Landen. Ceu tàm in coronatione Josephi anno 1687. quam Coronat. Caroli VI. anno 1712. facta, à Statibus Regni, abolito Edicto Andreæ II. anno 1222. dato, jurejurando confirmata. De qua vid. Rinck im Leben Josephi *Parte 1. pag.* 153. Londorp. *tom.* 13. *Act. Publ. pag.* 255. *seqq.* Theatr. Europ. *tom. XIII. p.* 105. *seq.* Acta Coron. Hung. Caroli VI. Omnium autem, quos hactenus recensuimus, felicitatem multis parasangis superarunt Maximilianus I. ejusque filius Philippus. Quorum ille ex matrimonio cum Maria Caroli Audacis ultimi Burgundiæ Ducis unica filia & hærede contracto, Universi Belgii, Burgundicique Comitatus, (Ducatum enim Ludovicus XI. Rex Galliæ, qui eam quoque pro filio suo Carolo VIII. procabatur, & indigne ferebat, quod inter XXX. competitores prælatus Maximilianus Austriacus, sub ficto prætextu, eum esse Feudum Regum Galliæ, extinctaque stirpe Ducum in masculis, apertum, præripuit) hæreditatem crevit, quâ quanta opulentissimarum ditionum accessio Austriacis obvenerit, nemo non intelligit. Attamen majoris adhuc momenti illa fuit, quæ per Philippi auspicatissimas Nuptias cum Johanna Ferdinandi Catholici & Isabellæ Hispaniarum Regum filia, familiæ Austriacæ illata est, his enim non solùm omnis Hispania, solâ Lusitaniâ exceptâ, sed & utriusque Siciliæ, Sardiniæque Regna in Italia, prætereaque Occidentalis Indiæ Provinciæ eousque detectæ Austriacorum patrimonio adjectæ sunt. Denique Philippus II. primi Nepos, Lusitaniam etiam reliquo Hispaniæ corpori, à quo annos paulo minus quingentos avulsa fuerat, adjecit, quæ tamen anno 1641. jugum Hispan. rursus excussit & in pristinum Regni Liberi Statum rediit, tandemque per Pacem mense Martio ann. 1668. ab ipsa Hispania pro absoluto & libero Regno agnita est. vid. Theatr. Europ. *t.* 4. *fol.* 459. *seq. & t.* 10. *pag.* 900. Et ex septendecim Belgii Provinciis earum septem Philippo II. Hispaniarum Regi obsequium renuntiârunt, ac armis sibi Libertatem vindicarunt, quam tandem post bellum, per annos 80. utrinque acerrimè immensis sumptibus gestum, per Pacem cum Philippo II. anno 1648. initam, omnis juris sui in eas abdicatione firmatam, à Ferdinando III. Imperatore ratihabitam, obtinuerunt. Extat illa ap. Londorp. Act. Publ. *tom. VI. Lib.* 4. *cap.* 141.

add.

add. *cap.* 195. & Lunig. R. A. *Part. Spec. Cont.* 1. *ſub* Niderland. *Num.* 30. *p.* 170. *ſeqq.* Silentio planè involvam ſtupendum illud, quo majus nunquam commiſſum, Spolium, per quod Gens Borbonica, defuncto Carolo II. Hiſpan. Rege, anno 1700. Familiæ Auſtriacæ, omnia Hiſpaniarum Regna ſubtraxit, quia res in eo jam eſt, ut de illo transigatur. Quibus porro titulis, in Imperio noſtro Marchionatus Burgoviæ, Comitatus Veldkirchenſis cum Dynaſtia Pludenz, Comitatus Hohenbergicus, Landgraviatus Nellenburgicus, Comitatus Goritiæ, Comitatus Cilejenſis in Styria, Friburgum, quod ſuos olim etiam habuit Comites, Briſacum, quatuor Urbes Sylveſtres, Conſtantia, Ehinga, Riedlinga, Mengen, Munderkingen, Sulgau, Waldſee, & alia in Auſtriacorum ditionem venerint, non attinet dicere. Videri, ſi placet, de his poterunt clariſs. Dn. Im-Hoff. *in notit. Procer. Imp. Lib.* 1. *c.* 5. Tob. Pfanner. *de Præcip. German. Princip. Gentib. cap.* 1.

IX.

Ornamentum ex Ordine Equeſtri Aurei Velleris.

Ad maxima Potentiæ incrementa, quæ Auſtriacæ Genti feliciſſimo Maximiliani I. cum Maria Burgundiæ & Belgii hærede, conjugio parta ſunt, refert modo laudatus Dn. ImHoff. *d. l. Lib.* 1. *cap.* 6. eximium Ornamentum, Ordinem nempe Equeſtrem Aurei Velleris, La toiſon d'or, Ritter-Orden des güldenen Flüß, rectiùs autem des güldenen Vellus, quo illa hactenus præfulſit, & Imperatores, Reges, Principes, Comites, Barones & Nobiles per Orbem Chriſtianum de ſe benè meritos condecorare conſuevit. Cujus Ordinis Autor fuit Mariæ Burgundicæ Avus, Philippus III. Bonus cognominatus, Dux Burgundiæ, qui illum ad exaltationem fidei & S. Eccleſiæ, ad excitationem virtutum, & bonorum morum 10. Jan. an. 1430. cum tertias nuptias cum Iſabella Johannis I. Regis Portugalliæ filia celebraret, inſtituit, & Beatiſs. Virg. MARIÆ, ac S. Apoſt. Andreæ conſecravit. Patre vero Mariæ, Carolo Audace, ultimo Burgundiæ Duce in prælio cum Helvetiis ad Nancejum occiſo, cum Ordo quoque capite ſuo orbatus eſſet, & Ludovicus Rex Galliæ Ducatum Burgundiæ, ceu feudum Regni Galliæ, per mortem Caroli ſine maſculis, ad ſe devolutum eſſe, ac Aurei velleris Ordinem à nemine alio, quam à ſe conferri poſſe, contenderet, Tornacenſis Epiſcopus Ordinis Cancellarius autem in conventu ſeu capitulo Equitum publico, Maximiliano Archi-Duci Au-

 ſtriæ,

ſtriæ, ad quem Burgundia, cum reliquis ditionibus, per matrimonium, cum Maria unica Caroli filia & hærede perveniſſet, meritò honorem hunc & Præſidium Ordinis deberi aſſeruit, Eique jura Ordinis commendavit. vid. Gerard. de Roo *in Annal. Auſtr. L. 9. p.* 328. Quia igitur Maximilianus I. Imp. poſtea vivus filio ſuo Philippo anno ætatis ejus 17. Burgundiæ & Belgicarum Provinciarum adminiſtrationem ceſſit, Is Philippus verò, ducta Johanna, filia Ferdinandi & Iſabellæ, Caſtiliæ & Arragoniæ hærede, ac ſocru, anno 1504. mortua, Regna Hiſpanica adiit, ſed Patrem Maximilianum morte prævenit, Philippi Hiſpaniæ Regis filius primogenitus *CAROLVS* anno 1500. Gandavi in Flandria natus, Burgundiæ, Belgiique Gubernacula, vivo Avo Maximiliano anno ætatis ſuæ 14. ſuſcepit, deinde anno 1518. Rex Hiſpaniæ coronatus, ac ſequenti anno 1519. in avi ſui demortui locum etiam Imperator electus, ipſe, & qui ex eo poſthac nati ſunt Reges Hiſpaniæ, omnes ſupremi ordinis Aurei Velleris Principes & Præſides hucusque fuere tanquam Auſtriæ Archi-Duces, ſicut hoc reſpectu, ſeſſionem quoque & votum Burgundicum in Comitiis Imperii usque ad mortem Caroli II. Regis Hiſpan. ex familia Auſtriaca Lineæ à Carolo V. ortum trahentis ultimi continuârunt, vi transactionis Burgundicæ à Carolo V. cum Imperii Rom. Germ. Statibus anno 1548. initæ. *§. item convocabuntur ad omnes conventus &c.* quam nobis exhibet Lunig. R. A. *Part. Spec. cont.* 1. *ſub* Burgund *N.* 11. *pag.* 4. Ut ergò Auguſtiſs. Imper. noſter CAROLUS VI. hodienum continuat votum Burgundicum in Comitiis, ſic procul dubio quoque ſibi ut hactenus, ſic & in futurum vindicabit Præſidium laudati Ordinis aurei Velleris, cum jure illum benè meritis conferendi. Qui plura de Illuſtriſs. hoc Ordine nôſſe deſiderat, adeat Dn. ImHoff. *d. l.* 1. *cap.* 6. Megiſer vom dreyfachen Ritter-Stand. *P.* 1. *c.* 3. & 4. ubi Statuta illius. Chriſtian. Gryphii kurtzen Entwurff aller Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden *pag.* 206. *ſeq.* ac eos, qui ſpecialem ejus Hiſtoriam, ſingularia jura & alia de eo ſcitu digna, latius deſcripſerunt, à Gryphio & Pfeffingero ad Vitriarium *Lib.* 1. *tit.* 21. *p.* 944. magno numero allegatos.

X.

Singularia ab Impp.

Eluceſcit in primis Auguſtiſs. Domus Auſtriacæ præeminentia ac prærogativa ex ſingularibus eidem ab Impp. conceſſis Privilegiis, ſin-

fingulari tractatu à Thoma Hafelbachio, ut refert Cufpinianus *in vita Frider. Barbaroffa*, explicatis, de quorum validitate nonnulli fubdubitare voluerunt ex eo, quod Rudolphus Habspurg. ejusque Succeffores ex proprio ipfius ftemmate nati pleraque illa privilegia in aliorum & ipfius Imperii præjudicium genti fuæ conceſſerint, tum talia fint, ut ubi alius Imperator eligatur ex alia familia, cujus autoritas difpliceat, ipfi Auftriaci dicere poffint, fibi nihil negotii effe cum Imperio Romano-Germanico, fed fe feparatam velle inftituere Rempublicam. vid. Severin. de Monzambano *de Stat. Imp. cap.* 2. §. 4. Author der Hiſtoriſchen Anzeig von denen Privilegiis des Hochlöblichen Hauſes Oeſterreich. *pr.* Sed injuria infertur Rudolpho Habspurgico & ex ipfius profapia natis & electis Imperatoribus, ipfique aliena invidia iniquè onerantur, qui fuis Diplomatibus tantùm repetiere privilegia Ducatui Auftriæ, non uno tantùm, fed pluribus feculis prius ab aliis Imperatoribus, ex aliis familiis quoque electis jam conceffa, ac novis fubinde tabulis roborata fuerunt, quàm is in Habspurgicorum jus ac ditionem venerit, quod fatis probant diplomata, quæ continent Privilegia ab Imp. Henrico IV. & V. Frider. I. Henrico VI. Friderico II. Rudolpho Habfpurgico, Alberto II. Henrico VII. Ludovico Bavaro, Carolo IV. Wenceslao, Sigismundo, & Friderico III. conceffa, atque à Carolo V. Rudolpho II. in unum diploma congefta & confirmata funt, ut taceam eos allegare Privilegia à Julio Cæfare & Nerone indulta, quæ omnia in copiis exhibet Lunig. im R. A. *Part. fpec. cont.* 1. im 4ten Abſatz von Oeſterreich. Sunt verò præcipua fequentia:

conceffa Privilegia.

I. Confiftit in eo, quod fi Dux Auftriæ in Curiis feu Comitiis Publicis Imperii præfens fuerit, unus de Palatinis Archi-Ducibus cenferi, & in confeffu vel inceffu ad latus dextrum Imperii, poft Electores Principes, primum locum obtinere debeat. Daß die Hertzogen von Oeſterreich in Reichs-Verſammlungen als Pfaltz-Ertz-Hertzogen gehalten werden, und im Sitz und Gang zu der rechten Seiten des Reichs, die erſte Stelle nach den Chur-Fürſten behalten ſollen, ex privilegio Friderici I. de anno 1156. apud Lunig. *d. l. pag.* 4. 5. Hincque Archi-Duces perinde ut Electores, Regibus fe æquiparant, mitram fuam Archi-Ducalem Regio diademate ornant, ex privilegio Friderici II. Imp. de anno 1245. ap. Lunig. *d. l. p.* 7. Nec quenquam Regum, Cæfare excepto, majeftatis titulo compellant.

I. Primus inComitiis Imperii poft Electores locus &c.

Limn.

Limn. *L.* 5. *C.* 3. *n.* 28. Ut Reges Bohemiæ in Senatu Electorum, inter Electores seculares primum locum habent, ut Archiduces Austriæ verò in Comitiis Imperii in Collegio Principum, in Scamno Principum Ecclesiasticorum primum locum occuparunt, sicque Archiepiscopos in eo præcedunt. Reinking. *de R. S. & E. L.* 1. *cl.* 4. *Cap.* 10. *num.* 4. Ratione Burgundiæ autem in eodem Collegio & scamno secundum locum tenent. Gaudent etiam, ut Archi-Duces Austriæ, in hoc Collegio Principum in Comitiis Imperii directorio, quo se solum olim gavisum esse prætendit Archi-Episcopus Salisburgensis, lite verò tempore Caroli V. inter ipsum & Archi-Duces Austriæ orta de præcedentia, alternatio de una materia ad alteram inter ipsos tam in sedendo, quam dirigendo recepta est, quæ hucusque durat, ita, ut Austriaci singulis Comitiis primam actionem auspicentur, non tamen sine contradictione Salisburgensis, qui quod spontaneâ benevolentiâ sibi socium dari passus sit, indignam sibi gratiam beneficii referri queritur. Sed Austria longinquam possessionem, pactaque utrinque inita opponit, Salisburgensi in re nihil novi præter verba indulget. vid. Grundfeste des Heyl. Römis. Reichs *P.* 2. *cap.* 5. *pag.* 106. Limn. *tom.* 1. *addit. ad L.* 9. *c.* 1. *n.* 142. Legati quoque Archi-Ducum Austriæ, Ducum Burgundiæ & Archi-Episcopi Salisburgensis nulli cedunt Ecclesiastico vel seculari Principi in persona præsenti, licet aliàs in Imperio recepta sit consuetudo, quod Principes in persona præsentes, aliorum Legatis (nisi hi quoque sint Principes Imp. ejusdem stemmatis voto & sessione in Comitiis destituti, ut anno 1653. Cæsarea Majestas pro Julio Henrico Duce Saxoniæ Lauenburgensi, loco Fratris Augusti præsente decrevit. ap. Auth. der Grundfeste des Heyl. Römis. Reichs *P.* 2. *c.* 5. *§.* 2. *pag.* 98.) anteponantur, frustraque dubitat de Archi-Episc. Salisburgensis Legato Limn. *tom.* 2. *addit. ad Lib.* 4. *c.* 9. *pag.* 325. Multz. *in repræsent. Majestat. Imperat. p.* 2. *c.* 19. *membr.* 3. *n.* 38. 39. vid. Auth. der Grundfeste *d. p.* 2. *cap.* 5. *pag.* 96. qui *seq. pag.* 99. testatur, idem etiam in anno 1641. habitis Comitiis prætendisse Archi-Episc. Vesontini Legatum, sed decreto Cæsareo id ei denegatum esse, deinde etiam monet, istorum trium Legatorum prærogativæ hos à Principibus poni terminos, ut ultra sessionem in deliberationibus Comitialibus in Collegio Principum extendi non debeat. add. Zachar. Zvvanzig *in Theatr. Præced. Part.* 1. *cap.* 51. *pag.* 140. *P.* 2. *c.* 9. *pag.* 104. & in annotat. *ad Schema Session. tit.* 1. *p.* 133.

tit. 2.

tit. 2. *&* 3. *p.* 134. In Comitiis Imp. anno 1640. & 41. habitis, cum Status d. 13. Sept. 1640. Cæſarem ex Palatio ſuo in Eccleſiam & ex ea rurſus in Curiam ad propoſitionem faciendam comitarentur more ſolito, Auſtriacus & Salisburgenſis Legatus, æquè ac Electorales Legati, equitando officio hoc defuncti, quam prærogativam procul dubio Directorii nomine ſibi competere, præ cæteris Principalibus Legatis, crediderunt, quia autem hoc factum contra priorum temporum obſervantiam, quâ ſoli Electores, abſentium Electorum Legati & Principes in perſona præſentes, in hoc proceſſionis actu equis uti, abſentium verò Principum Legati modo pedites incedere conſueverant, apud Cæſarem non ſolum Collegium Electorale, ſed etiam ipſi Principes in perſona præſentes proteſtationem interpoſuerunt, & reſolutionem urſerunt, aſt haud conſtat ullam reſolutionem inſecutam, aut controverſiam deciſam eſſe, hinc anno 1653. & 1663. in ſuperioribus & his hodienum durantibus Comitiis nemo equitavit, ſed Imperatorem, vel Principalem ejus Commiſſarium omnes pedites ſunt comitati. Auth. der Grundfeſt des Heil. Röm. Reichs *Part.* 2. *c.* 2. *& tract. ſubject. actus Proceſſionis; & Propoſitionis* $\frac{10}{20}$. Jan. 1663. ſolenniter celebratus. Kulpiſ. *de Legat. Stat. Imp. cap.* 17. *n.* 4. 5. 6.

XI.

II. Conſiſtit in immunitate ab oneribus aliis Imperii Statibus incumbentibus, quippe à quibus tam Imperio quam Cameræ ad ejus ſuſtentationem præſtandis Archi-Duces Auſtriæ immunes eſſe debent, licet ipſis Imperium tutelam præſtare teneatur, & in Camera habeant jus præſentandi duos Aſſeſſores, juxta Schema præſentand. Aſſeſſorum Cameræ in noviſs. Receſſu Imp. de anno 1654. §. 169. Quam immunitatem Fridericus I. Imp. Patruo ſuo Henrico Marchioni & primo Duci Auſtriæ conceſſit, & quidem cum Principum Imperii conſilio & conſenſu, in Diplomate, quo Marchionatum in Ducatum Auſtriæ commutavit, ac non tantùm ipſi pro ſua perſona, ſed & omnibus ipſius ſucceſſoribus, imò ipſi Ducatu Auſtriæ, antequam ille in familiam Habſpurgicam pervenit, conceſſit, ut clarè ex ipſis verbis Diplomatis patet; ap. Lunig. R. A. *P. Sp. cont.* 1. von Oeſterreich, *pag.* 5. Quod Friderici I. privilegium partim generaliter, partim ſpecialiter confirmatum eſt ab Imp. Friderico II. ap. Lunig. *d. l. Num. VI.* Rudolpho I. *ibidem N.*

II. Immunitas ab oneribus.

VIII. Friderico III. ap. Lunig. *N. XXIII.* Carolo V. apud Lunig. *d. l. N. XXXI.* ubi hisce verbis repetitur: Das Land Oesterreich ist auch exempt und frey sambt seinen Einwohnern für all anderen Landen, aller Zinß und Aufflagen der Kayser in Ewigkeit. Und dieselbe Fürsten von Oesterreich seynd dem Römischen Kayser kein Steur noch Dienst schuldig, sie wollen denn das gern thun, ausgenommen zwölff gewapneter Mann in seinen Kösten in Hungaren ein Monath lang zu halten. Ad querelas Statuum tamen Austriaci sponte & liberrima voluntate onera publica in se receperunt. vid. Matric. Imperii sub circulo Austriaco, ubi quantum matriculare duorum Electorum conferre annuerunt. nempe 120. Equites, 554. pedites, aut 3656. flor. it. 450. flor. ad Cameræ sustentationem, salvo cæteroquin suo privilegio & exemptionis jure. Immunitate ista ab omnibus tributis, collectis, subsidiis, servitiis & aliis Imperii oneribus quidem etiam Fridericus I. Austriacos gaudere voluit, non solùm ratione bonorum, quæ tempore privilegii concessi tenuerunt, sed etiam ratione illorum, quæ ipsi futuris temporibus quocumque titulo acquisituri essent, per sequentia Diplomatis sui verba: *Volumus etiam, ut si districtus & ditiones dicti Ducatus ampliati fuerint ex hæreditatibus, donationibus, emptionibus, deputationibus, vel quibusvis aliis devolutionum successibus; præfata jura, privilegia & indulta ad augmentum dicti dominii Austriæ plenariè referentur.* Quæ in Caroli V. Dipl. confirmatorio his repetuntur verbis: Ob auch die District, Gebieth und Herrschafft vorgemeltes Ertz-Hertzogs erweitert würden, mit andern Fürstenthumen, Landen und Leuthen, (quæ proxima verba apud Lunigium omissa, ex aliis supplemus) durch Erbschafft, Gabungen, Kauff, Vermächtnussen, oder einig andere Fäll, so sollen obbemeldte Recht, Freyheit und Indulten auf dieselbe Mehrungen und Erweiterungen vollkommentlich referirt und gezogen werden. In quantum verò huic clausulæ renuntiarint ex Aug. Domo Austriaca à tempore Maximiliani II. electi Impp. videre est in Capit. Maximil. II. art. 27. Rudolphi II. art. 24. Matth. art. 30. Ferdin. II. art. 30. Ferd. III. art. 34. Ferd. IV. art. 32. Leop. 32. Joseph. 31. Caroli VI. art. 11.

XII.

Quatenus Serenifs. Archi-Duces Austriæ Duces Burgundiæ repræsentant immunitatem hanc à collectis, & aliis oneribus Imperii

rii

rii non prætendunt, cum Carolus V. Imp. poſtquam Avus ipſius Maximilianus I. Imp. per matrimonium cum Maria Burgundica, Burgundicas & Belgii Provincias acquiſiverat, & ut Burgundici Circuli titulo cum corpore Imperii arctius conjungerentur, ad impetrandam Imperii tutelam obtinuerat. vid. Receſs. Imp. *de anno* 1512. §. 5. 6. 11. Transactione Burgundica mutuo ipſius Imper. Caroli V. & Statuum Imperii conſenſu anno 1548. initâ, Latino & Germanico idiomate exhibita à Limn. *L.* 5. *J. P. c.* 2. *n.* 50. *& tom.* 2. *addit. ad d. l.* & Lunigio R. A. *P. Sp. p.* 37. *& P. Sp. cont.* 1. Anhang von Burgund. *N.* 11. *p.* 4. diſertis verbis ſe obligaverit, quod ad ordinaria Imperii onera, quantum duo Electores præſtant, ad expeditionem Turcicam verò, quantum tres, contribuere velit, ac debeat, hoc eſt 120. vel 180. Equites, 554. vel 831. pedites, aut in pecunia 3656. flor. vel 5484. quolibet menſe in ſimplo, item ad Cameræ ſuſtentat. 600. flor. ſalva tamen regionum harum exemptione, à Jurisdictione Cameræ Imperialis in prima & ſecunda inſtantia, & ab obligatione conſtitutionum ac ordinationum Imperii Receſs. Imp. *de anno* 1548. §. 67. hactenus, ut ſubditi Burgundiæ Ducis, nonniſi nomine debitarum contributionum Imperii in Camera conveniri debeant. *d. tranſact. Burg.* §. 20. & Burgundia non minus ac reliquæ Burgundici circuli regiones ad cultum & obſervantiam Pacis Publ. des Land-Fridens obſtricta ſit, *d. Tranſ.* §. 22. Aſt poſt mortem Caroli V. Imp. ſub regimine filii illius Philippi II. Reg. Hiſpan. exorto bello Hiſpano-Belgico cum confœderatis VII. Provinciis per annos 80. continuato, eoque tandem anno 1648. per Pacem Hiſpano-Belgicam, cum ſolenni omnis juris in illas VII. Provincias, quæ abjecto ſceptro Hiſpanico in plenam libertatem ita ſeſe aſſeruerunt, ut ſimul etiam omne exuerint Imperii obſequium, abdicatione factam, ſopito, quantum hoc matriculare promiſſum non tantùm valde imminutum, ſed ferè nihil amplius à Regib. Hiſpaniæ exſolutum, & res planè aliam accepit faciem, ut videre eſt ex traditis Reinking. *de R. S. & E. l.* 1. *cl.* 4. *c.* 1. Limn. *tom.* 1. *addit. ad l.* 5. *c.* 2.

Similiter an Archi-Duces Auſtriæ, quatenus Reges Bohem. ſiſtunt, immunitatem ab oneribus Imperii ſibi vindicare potuerint? quæſtio controverſa fuit. Aſſeruiſſe illos ſibi exemptionem tam ab obligatione Conſtitutionum Imperii, quam à collectis, aliiſque oneribus Imperii, conſtat ex Rec. Imp. de anno 1551. §. 51. *ſq.* per Di-

 ploma

ploma Frider. II. Imp. de an. 1212. ap. Lunig. R. A. *P. sp. cont.* 1. von Böhmen, *pag.* 4. confirmatum à Carolo IV. an. 1348. ap. eund. Lunig. *d. l. N. XXIII. pag.* 23. Licet autem Regno Regique Bohemiæ omnimodam exemptionem à Contributionibus Imperii competere Imperium contradixerit, & sub certa taxa in censum retulerit, haud obstante interposita in Comitiis anno 1548. protestatione Ferdinandi I. quam ex Arumæo de Comitiis *cap.* 4. *n.* 58. 59. Hertius *Diss. de renovato Rom. Germ. Imperii & Regni Bohem. nexu, Sect.* 3. §. 5. refert, negari tamen nequit, fuisse hactenus Bohemiæ Reges in quasi possessione libertatis seu exemptionis, à collectis Imperii solvendis. Postquam verò sacratiss. Imp. Josephus gloriosiss. memoriæ, ut Rex Bohem. & Elector, per conclusum trium collegiorum de 30. Junii 1708. & Decretum Cæsareum de 6. Sept. d. an. rursus admissus est ad votum & sessionem, in Comitiis Imp. omnibus tam universalibus quam particularibus, ipsemet se sponte declaravit, se ad necessitates publicas Imperii semper collaturum, quantum Electores cæteri conferre consueverunt, nempe 60. Equites, 277. Pedites, aut 1828. flor. in pecunia, ut & ad sustentat. Cameræ Imp. 300. flor. Camerales, vid. Acta & conclusa huc pertinentia, in der Europ. Staats-Cantzley *Part. XIII. cap.* 9. *pag.* 401. *seq.* addita tamen clausula, daß obiges alles im übrigen Dero Königreich Böheimb Würden, Rechten, Privilegiis fori und anderen Freyheiten und Gerechtsamen auf keine Weiß nachtheilig und præjudicirlich, sonderen dieselbe sambt und sonders überall auffrecht und unverletzt bleiben sollen, conf. laud. Diss. Hertii *Sect.* 4. Wegelin. *in Spicileg. observ. ad Capit. Caroli VI. art.* 3. *pag.* 65. & *p.* 343. *seqq.*

III. Statuta vel gesta Archi-Ducum Austr. in suis ditionibus revocationi Cæsareæ non subjecta.

IV. Investituram accipiendi mos insolitus.

III. Gaudent Sereniss. Archi-Duces Austr. hoc Privilegio, quod quæ statuerint vel gesserint in suis ditionibus, revocationi Cæsareæ non sint subjecta, ex Diplom. Friderici I. aliquoties jam citato. IV. Non tenentur investituram petere & accipere extra ditiones suas, seu extra metas Austriæ, sed intra easdem, more insolito, gladio accincti, cum aliàs vasalli, etiam Reges, arma ponere debeant, cum investituram recipiunt, capite tecto, supposito Pileo Ducali, circumdato serto pinnito, equo insidentes, Sceptrum in manibus tenentes, gratis investiendi sunt, ex privilegio Friderici I. Imp. ap. Lunig. *d. l. p.* 5. Quas solennes investituræ Austriacæ ceremonias, quibus Albertus I. à Patre Rudolpho Habsp. anno 1282. infeudatus fuit æri incisas repræsentat Sigism. von Bür-

cken

cken im Spiegel der Ehren des Hauses Oesterreich *L.* 1. *c.* 13. *p.* 114. Actus investituræ Ferdin. I. anno 1530. ita peractus, tabula lignea depictus extat Norinbergæ auff der Burg, cujus meminit Goldast. in den Reichs-Handlung. *p.* 126. V. Inter Privilegia ipsorum refertur, quod ditiones eorundem nulli Impp. à Serenifs. ipsorum familia tollere, nec fisco Imperiali vindicare liceat, sed deficientibus masculis, ad fœminas etiam devolvantur, aut si ne fœminæ quidem supersint, competat facultas ultimo possessori, eas, irrequisito etiam consensu Imperii, transferre & alienare, quocunque placuerit, quod ex privilegio Friderici II. Imp. repetunt Arnisæus *de Republ. L.* 2. *c.* 2. *Sect.* 12. *n.* 29. Rhet. *in comment. ad Jus Feud. comm. p.* 326. sed minus rectè, concessa enim ipsis hæc potestas jam est in Diplom. Friderici I. ap. Lunig. *d. l. p.* 5. hisce formalibus: *etsi, quod DEUS avertat, Dux Austriæ sine hærede filio decesserit, idem Ducatus ad Seniorem filiam, quam reliquerit, devolvatur.* Quibus verbis simul negativè clarè deciditur quæstio: an ditiones Austriacæ, deficientibus masculis, ad omnes fœminas æqualiter devolvantur? mota à Johanne le Cirier *de Primogen. Lib.* 1. *q.* 20. Blas. à Michalor *de fratr. p.* 3. *c.* 30. *n.* 4. sequitur in Diplomate: *Dux Austriæ donandi & deputandi terras suas cuicumque voluerit, habere debet potestatem liberam, si, quod absit, sine hæredibus liberis decederet.* Et hæc à Frider. I. concessa facultas, confirmata est à Friderico II. Rudolph. I. Frider. III. Carolo V. Rudolph. II. ap. Lunig. *d. l.* Unde patet, casum aperturæ Austriacorum feudorum non prius sperandum, quam vel tota familia cum omnibus per fœminas quoque inde descendentibus extincta, & ultimus Possessor, nulla dispositione vel inter vivos, vel mortis causa, desuper facta, mortuus fuerit. Quod ne fiat ante extremum mundi finem, Divinum in cœlis Numen largiatur, uti ex Friderici III. Imp. Symbolo quinque vocalium. A. E. I. O. U. etiam nonnulli Austriacis augurantur, fortunam ipsorum ad seculorum finem duraturam, id vertentes: *Austria erit in orbe ultima;* quanquam alii id vertant: Aller Ehren ist Oesterreich voll, vel: alles Erdreich ist Oesterreich unterthan; alii: *Austria extendetur in orbem universum;* alii: *Austria erit Imperare orbi universo;* alii denique: *Austriaci erunt Imperatores orbis ultimi.* VI. Quod ipsis liceat in Comitiis Imperii comparere, si velint, si nolint, haud constringantur ad id ipsum, ex Privil. Frider. I. Imp. ab ante dictis Impp. confirmato. VII. Quod eximantur ab omnibus Comitiorum Decretis & Constitutionibus in

V. Ditionū Austr. deficientibus masculis ad fœminas devolutio, &, si nec fœminæ supersint, ultimi possessoris libera de iis dispositio.

VI. in Comitiis Imperii comparitio libera.

VII. à Co-

mitiorum Decretis exemtio.

iis publicatis ex privileg. Frider. I. & II. etiamsi Recessibus Imperii subscripserint, quia hoc censentur fecisse salvis suis Privilegiis, nisi se specialiter ad hoc vel illud obligaverint. Kieffer. *Diss. Polit. qu.* 42. *pag.* 214. Auth. des Teutschen Monzamb. *c.* 5. §. 25. *in not.*

VIII. Declaratos in bannum Imperii recipiendi licentia.

VIII. Quod ipsis citra periculum in bannum Imperii declaratos recipere liceat, actori tamen requirenti justitiam administrari curent, ex privileg. Caroli IV. de anno 1366. ap. Lunig. *d. l. N. XVII. p.* 17.

IX. Comites, Barones, &c. creandi facultas.

IX. Quod ipsi in ditionibus suis Comites, Barones, Nobiles, Comites Sacri Palatii, Doctores, Magistros, Baccalaureos, Poetas Laureatos, Notarios publicos creare possint. Num autem ab illis creati Comites, Barones, Nobiles &c. per totum Imperium pro talibus habendi & æstimandi? controvertitur, licet verò id negent Limn. *l. 6. J. P. c.* 1. *n.* 33. 34. Sixtin. *de Regal. l.* 1. *c.* 4. *n.* 34. & alii magni nominis viri. Nos tamen nulli dubitamus, quin contrarium verius sit, cum verba privilegii sint clarissima, hujus tenoris: Auch daß sie und ihre Erben und Nachkommen in allen ihren Landen, Herrschafften und Gebieten, Graffen, Freyen, Herren, Ritter, Knecht, auch Dughsam und verdiente Personen, von neuem Edel machen, denselben Wappen und Kleinod, mit Schildt und Helm und allerley Zierath, Farben und Plaßierung geben und leihen, der Kayserlichen Rechten, der Artzney, der sieben freyen Künsten Lehrer und Meister, auch offene Schreiber und geordnete Richter setzen und creiren, also, daß dieselbe Graffen, Freye Herren, Ritter, Knechte, Edelleuth, Lehrer, Meister, Offen Schreiber, und geordnete Richter, NB. durch das gantze Heil. Römisch Reich, für solche gehalten, und aller und jeder Privilegien und Freyheiten, Begabungen und Gnaden, ihrer Würde und Amt gebrauchen, treiben, üben und niessen sollen und mögen, als andere Graffen, Freyen, Herren, Ritter, Knecht und Edelleuth, Lehrer, Meister, Offene Schreiber und geordnete Richter, von Kayserl. Gewalt gemacht und creirt, der gebrauchen, üben und niessen, von Gerechtigkeit und Gewohnheit ꝛc. in Diplom. Friderici III. de anno 1453. ap. Lunig. R. A. *P. Sp. cont.* 1. *rubr.* Oesterreich. *N.* 24. *p.* 33. ex qua Constitutione Frider. III. supplenda est Constitutio Caroli V. quoad hunc passum imperfecta, mendosa & manca, ap. Limn. *L.* 5. *c.* 2. *pag.* 40. & ap. Goldast. *P.* 2. der Reichs-Satzungen, *pag.* 193. item ap. Lunig. *d. l. p.* 52. ubi in §. auch daß sie und ihre Erben, post verba: also daß dieselbe Graffen, Freyen, Herren, Ritter, Knecht, Edelleuth, Lehrer, Meister,

Meister, Offene Schreiber und geordnete Richter, (vel à scribente, vel ab imprimente omissa hæc sunt:) durch das gantze Heil. Röm. Reich für solche gehalten, und aller und jeglichen Privilegien und Freyheiten und Begabungen, und Gnaden, und ihrer Würden und Ambt gebrauchen, treiben, üben und niessen sollen und mögen, als andere Graffen, Freyen, Herren, Ritter, Knecht und Edelleuth, Lehrer, Meister, Offene Schreiber und geordnete Richter, quæ ex d. Frider. III. constitutione omnino inserenda ac supplenda, ante verba sequentia: von Kayserl. Gewalt gemacht, geordnet und creirt, quod eò magis confirmat Constitut. confirmatoria Rudolphi II. Imp. ab Lunig. *d. l. n.* 39. *p.* 66. cui verbotenus insertum Diploma Carolinum ita *p.* 70. quoque legit, ut Friderici III. constitutio. X. Sunt perpetui in territorio suo sitorum Episcopatuum, Abbatiarum, Præpositurarum, Monasteriorum, cujuscunque Dignitatis, & Ordinis, Advocati & Protectores, ex privileg. Henrici IV. & Caroli V. Imp. Mager *de Advoc. arm. cap.* 5. *num.* 371. *seqq. & c.* 9. *n.* 650. *seq.* ubi testatur, eos esse Advocatos Episcopatus Tridentini & Brixiensis, item Archi-Episcopat. Salisburgensis & Episcopat. Passaviensis &c. Cujus Privilegii hic insignis est usus & effectus, quod hac ratione Ecclesiarum & Monasteriorum Antistites vel Austriacis inimicos Advocatos eligere, vel dimissis planè Advocatis, justo elatiores, ut in aliorum Principum terris se minimè gerere queant. XI. Asserunt vi privilegii in Austria omnia bona & regalia præsumi mediata, & à Domo Austr. feudi jure dependentia, hinc ea allodialia aut immediata asserentem idem probare teneri, cum juxta verba Privilegii Fridericiani Imperium nullum feudum habere debeat in Austriæ Ducatu, quod idem est ac Austriacum territorium clausum seu perfectum esse, & quidquid bonorum vel personarum sub ambitu territorii continetur, non tantùm in sed etiam de territorio præsumi, & superioritati territoriali Archi-Ducum subesse. Unde porro colligunt: XII. in Austria Vasallos Landsassios & subditos præsumi, & bona oneribus publicis ac Jurisdictioni territoriali obnoxia, eorum ergo possessores ibidem Landsassios & subditos esse. De quo magnas & diuturnas lites inter Austriacos & Ordinem Johanniticum vel Melitensem, seu Magnum Priorem illius Ordinis in Germania, qui residet Heidershemii in Brisgoja, anno 1652. fuisse, constat ex Scripto d. an. impresso, hac inscriptione: *brevis ac solida deductio juris & facti super indultis Privilegiis, immunitatibus, ac reliquo jure Ordinis*

X. Perpetua sitorum in territorio suo Episcopatuum, Abbatiarum, &c. Advocatia.

XI. Territorium clausum & perfectum.

Inde XII. Præsumtio pro Landsassiatu.

Ordinis S. Johannis Hierosolymitani, cum subnexa conclusione, quod superioritas territorialis in Heidershemiana ditione Supremo Priori, neutiquam Domui Austriacæ competat. Item inter Austriacos ex una, nec non Archi-Episcop. Salisburgensem, & Episcopos Bambergensem, Frisingens. Ratisbonens. Passaviens. Brixiens. Tridentinum, ac Præpositum Berchtoldsgadensem ex altera parte, de quibus vid. Limn. *tom.* 1. *addit. ad l.* 5. *c.* 2. *p.* 688. juncto *l.* 4. *c.* 7. *p.* 583. *seq.* atque die Information der Oesterreichischen Gesandschafft auf dem Reichs-Tag zu Regenspurg, daß das Löbl. Ertz-Hauß Oesterreich die hohe Lands-Obrigkeit, über die im Hertzogthum Kärnthen gelegene Herrschafften des Stiffts Bamberg habe, übergeben Anno 1654. und die derselben opponirte Gegen-Information des Stiffts Bamberg, Trient und Brixischen Gesandschafften apud Lunig. in der Grundfest Europ. Potenzen Gerechtsame. *P.* 1. *c.* 1. *n.* 12. *p.* 68. *seqq. & cap.* 4. *n.* 86. *p.* 750. cum pluribus aliis antiquioribus & novioribus utrinque editis deductionibus à Lunig. *in Biblioth. curiosa deductionum sub* Bamberg *&* Oesterreich notatis. Quibus addantur conventiones & transactiones inter Austriacos ex una & altera parte Archi-Episc. Salisburgensem ac Episcop. Bambergenses initæ anno 1535. 1542. 1544. & 1611. ap. Lunig. R. A. *P. Sp. cont.* 1. unter Oesterreich *n.* 32. 33. 34. *pag.* 54. *seqq.* unter Kärndten *p.* 193. inprimis transactio inter Imp. Leopoldum & Episcop. Bambergensem anno 1674. inita, apud Lunig. *in Specileg. Eccles. tom.* 11. *sub* Hoch-Stifft Bamberg *n.* 92. *p.* 125. XIII. Austriæ Vasalli nequeunt feuda sua alii in subfeudum concedere, sine consensu Archi-Ducis, sub pœna feloniæ, contra communem Juris feudal. Longobardici tenorem. 2. *f.* 3. *§.* 1. 2. *f.* 9. *pr.* 2. *f.* 26. *beneficium.* ibique Caspar Bitsch *pag.* 464. *seq.* Andr. Kohl *de subfeud.* ibique Wilh. Antoni *in addit. & not. cap.* 1. *n.* 68. 69. idque per privileg. Friderici I. Imp. de anno 1156. *vers. si vero Princeps;* ubi excipiuntur Principes Ecclesiastici & Monasteria, quod à Carolo V. & Rudolpho II. confirmatum. XIV. Archi-Duces Austr. à quibuscumque Imperii membris, & sine ab his requisito consensu Imp. bona sive allodialia sive feudalia, sine periculo amissionis feudorum ex rigore juris feudal. communis, 2. *F.* 55. emere vel alio quocunque titulo sibi comparare possunt ex privilegio Regis Rom. Henrici Friderici II. Imp. filii *de anno* 1228. ipsis concesso. ap. Lunig. *sub* Oesterreich *p.* 6. antequam simile jus Electores à Carolo IV. *in A. B. cap.* 10. §. *f.* nacti, de quo vid. Dn. Felz *de Elector. Jur. prærogat. pag.* 18. *seqq.* XV. Gau-

XIII. Prohibita Vasallorum Austriæ, sine Archi-Ducis consensu, feudorum suorum in subfeudum concessio.

XIV. Archi-Ducum Austriæ à quibuscunque Imperii membris bona, sive allodialia,

Gaudent Austriæ Archi-Duces insigni potestate nova vectigalia instituendi aut vetera augendi in ditionibus suis, teste Goldast. *p.* 2. der Reichs-Satzungen *pag.* 195. *num.* 35. quâ quoque pollent quatenus sunt Reges Bohem. ut idem testatur Goldast. *tom.* 1. *Const. Imp. pag.* 350. §. 2. XVI. Habent iidem expectativam seu spem succedendi in feudis, quæ in Sueviæ Landvogteis aperta fiunt, largitore Wenceslao ap. Sigism. Bürcken *L.* 3. *c.* 10. *p.* 359. ubi in Instrumento Imp. Wenceslaus expressè inquit, die Lehen-Güter, welche in den Schwäbischen Land-Vogteyen uns und dem Reich ledig werden, die haben wir Ihme (Ertz-Hertzogen Leopold) und seinen Erben ewiglich verliehen. XVII. Serenifs. Archi-Duces Austr. ratione personæ suæ per privileg. Cæsarea sunt exempti à Jurisdictione Cameræ, omniumque Judiciorum Imperii tam summorum, quàm subalternorum, tam in prima quàm secunda instantia, conveniri tamen possunt coram uno Vasallorum suorum electo, vel integro quodam suo Judicio, cui se sponte volunt submittere. vid. Privileg. Friderici I. Imp. in verbis: *Etiam debet Dux Austriæ de nullis oppositionibus vel objectis quibuscunque nec coram Imperio, nec aliis quibuslibet cuiquam respondere, nisi id sua propria spontanea voluerit facere voluntate, sed si voluerit unum locare, poterit de vasallis seu homoligiis, & coram illo secundum terminos præfixos parere potest & debet justitia complemento.* Hoc autem confirmatum est Diplomatibus Frider. II. Caroli IV. Sigismundi, Caroli V. Rudolphi II. ubi habetur der obgemeldte Hertzog ist umb keine Sach schuldig, vor dem Reich zu Recht zu stehen, sie wollten dann gern, sonderen Er mag einen seiner Lehenleuthe setzen, von demselben soll er dem Rechten Gehorsam und statt thun ꝛc. Quid his à nonnullis opponatur, videri poterit ap. Limn. *Lib.* 9. *c.* 2. *n.* 124. *seq.* Klock. *de contrib. cap.* 4. *n.* 218. *seqq.* Henr. Henning. *in medit. ad Instrum. Pac. Westph. art.* 8. §. 3. *verb. reducendis statibus exempt. p.* 1262. *seqq.* Contra vigorem Privilegii pluribus vindicat Uffenbach. *de Jud. Aul. cap.* 12. *sect.* 1. *subs.* 6. excipiens tamen causas & controversias inter Dom. Austr. & Bavaricam exortas & exoriundas, coram Judicio compromissario hunc in finem peculiariter constituto ventilandas. Quibus causis addunt alii causas fractæ Pac. Publ. & causas ipsum Imperium concernentes, Mynsing. 5. *Obs.* 58. *n.* 1. Gail. 1. *O.* 2. 3. *& de P. P. L.* 1. *C.* 1. Rudolph. Knichen *in Op. Polit. Lib.* 2. p. 3. *Sect.* 1. *cap.* 5. *th.* 4. contrarium autem (causas scilicet fractæ P. P. non esse excipiendas) ad rationes oppositas simul responden-

five feudalia, libera sibi comparandi facultas. XV. Potestas nova vectigalia instituendi &c. XVI. Expectativa in feudis, quæ in Sueviæ Landvogteis aperta fiunt. XVII. Exemptio à Jurisdictione Cameræ &c.

do defendit Kieffer in *Diss. Polit. de Dom. Habsp. qu. 29. p.* 164.

XVIII. Privilegium de non evocando, & de non appellando illimitatum.

XVIII. Respectu subditorum gaudent privilegio de non evocando, & de non appellando, & quidem illimitato, quae duo privilegia etiam omnibus Electoribus tam Ecclesiasticis quam secularibus, qui tum temporis fuerunt, in A. B. confirmata sunt, *Cap.* 8. *§.* 12. *& Cap.* 11. His autem, qui Collegio Electorali noviter accesserunt peculiaribus Diplomatibus concessa sunt, imò prius jam omnibus Statibus Imperii commune est per Ord. Cam. *p.* 2. *tit.* 1. & malè à nonnullis haec duo confunduntur. Carpzov. *de Elect. Sax. non provoc. jur. th.* 22. ubi ostendit utriusque differentias. Prius competit ex Diplomate Friderici II. quod postea amplius declaratum est à Carolo IV. Sigismundo, Carolo V. & Rudolpho II. ac limitatur in casu deneg. Justitiae juxta Privileg. Caroli IV. de an. 1363. & 1368. it. Sigism. de ann. 1437. ibi: es wäre dann, daß jemand vor derselben Ertz-Hertzogen von Oesterreich Gerichten rechtloß gelassen würde, da das gar kundtbar und ohne Gefärd wäre. & fractae Pacis publ. ex sententia Limnaei *L.* 5. *C.* 2. *n.* 33. 37. Gail. 1. O. 2. 3. & *de P. P. l.* 1. *c.* 1. Mynsing. 5. O. 58. Mindan. *de process. l.* 1. *c.* 22. *n.* 1. cujus contrarium defendit Christ. Eman. de Garbe *in diss. de Aug. Dom. Austr. Jur. praerogat. c.* 5. *§.* 8. Posteriori de non appellando gaudent ex Diplom. Friderici I. Imp. confirmato à Carolo V. & Rudolpho II. Num autem Serenis. Dom. Austriaca id Privilegium modo Austriae intuitu habeat, an vero etiam in aliis extra Austriam sitis Provinciis ei competat? quaeritur à DD. quae tamen quaestio, quando ipsa verba Privilegii inspiciuntur, omni caret dubio, cum Fridericus I. & II. Carolus IV. Carol. V. & Rudolph. II. Privilegia Austriaca communia fecerint omnibus ditionibus, quae Austriacis tempore concessionis subjectae fuerant, vel ipsis in posterum justo titulo obventurae essent. Unde enascitur porro quaestio principalis de Imperialibus Landvogteis vel Judiciis Provincialibus Caesareis Sueviae, quae Austriaci exercent, an & ab illis appellari queat, & quò sive ad quod Judicium, an ad Cameram Imp. vel Judicium Aul. Caesaris, an verò ad Regimen Austriacum, quod Oeniponti est, provocandum? quae jam argumentum II. Sectionis nostrae constituet, in qua de Judiciis Provincialibus Caesareis Suevicis agemus.

Sectio II.

Sectio II.

De Judicio Provinciali Cæsareo Suevico.

I.

Singularis sane etiam est Archi-Ducum Austriæ prærogativa, qua intuitu Judiciorum Provincialium Cæsareorum Sueviæ præ aliis Principibus Imperii gaudent. Concurrunt enim hac ratione in Jurisdictione cum Statibus Imperii Circuli Suevici contra illa specialiter non privilegiatis, ubi tamen nihilominus casus reservatos, die Ehehafften ut vocant, excipiunt, locumque habere contendunt, ita, ut non tantùm in subditos mediatos, sed & ipsos Status, aliaque illustria Imperii Membra, potestatem Judiciariam exercendam sibi vindicent, personarum quodammodo eorum, rerumque velut arbitros, ac moderatores agentes, quo ipso Austriacorum Principum supereminentia, authoritas & potentia in Imperio splendissimè aucta & stabilita conspicitur.

Singularis Archi-Ducum Austriæ prærogativa, qua intuitu Judiciorum Provincialium Cæsareorum Sueviæ præ aliis Principibus Imperii gaudent.

II.

Dicuntur autem illa Judicia Provincialia Cæsarea, ad differentiam duorum summorum Imperii Judiciorum, per quæ Imperator vel solus, ut per Judicium Aulicum, vel unà cum Statibus, ut per Cameram Imperialem, summam Majestatis jure sibi competentem Jurisdictionem Universalem, per totum, quâ patet, Imperium in omnes specialiter non-exemptos, citra ulteriorem appellationem exercet. Per Provincialia ista judicia autem Jurisdictio Cæsaris nomine exercetur per certos Status Imperii, qui ab Imperatore legitimo titulo id impetrarunt, in certis saltem Imperii Circulis vel Provinciis, in omnes, qui in illis degunt, aut bona & subditos habent, & specialiter per privilegia non exempti sunt, ita, ut gravatis detur appellatio ad summa Imperii Tribunalia, hinc hæc communiter dicuntur subalterna, qualia in viridi suo vigore etiamnum existentia sunt: Judicium Rotvvilense, das Kayserliche Hoffgericht zu Rotweil, quod per quatuor Imperii circulos, Austriacum nempe, Suevicum, Rhenanum superiorem & Franconicum, Jurisdictionem exercet. De quo vid. Mauritii *Disput. de Judic. Rotvvilano.* Judicium Provinciale Burggraviatus Norinbergici, das Kayserl. Land-Gericht des Burg-

Judiciorum Provincialium Cæsareorum Differentia à summis Imperii Judiciis.

Illorum recensio.

grafflthums Nürnberg zu Onolzbach, de quo extat Joach. Henrici Hagen *Differt. Historica de Judic. Cæsareo Provinciali Norico, quà inquirit in fontes, immunitates, jura solennia, dignationem atque amplitudinem ejus.* Judicium Provinciale Herbipolitanum in Franconia, das Kayserl. Landgericht des Hertzogthums Francken zu Würtzburg, de quo vid. dieses Kayserl. Land-Gerichts Ordnung zu Würtzburg, gedruckt Anno 1618. Judicium Provinciale Sueviæ, das Kayserl. Land-Gericht in Ober- und Nider-Schwaben, quod exercetur in tribus Civitatibus Imperialibus, Ravenspurg, Wangen, Ißny & pago im Marcktflecken Altorff. Quæ Judicia veniunt nomine immediatorum Dicasteriorum, in Instrum. Pac. Westphal. Cæsar. Suecico *art.* 3. §. 2. quando ibidem dicitur: *Salvis item litis pendentiis desuper in Aula Cæsarea, sive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis Dicasteriis vertentibus.* Etsi autem non ignoremus, in Suevia plura dari Judicia Provincialia Cæsarea, v.g. das Kayserl. Land-Gericht zu Nellenburg, zu Ranckweil in der Graffschafft Veldkirch, &c. quæ duo pariter per Seren. Domum Austriacam exercentur, ita ut Daniel Heider, Author *Actor. Lindav. fol.* 163. scribat: daß dergleichen Land-Gericht nur in Ober-Schwaben über die zehen nominatim erzehlet werden könnten; in hoc tamen, quod dictis locis exercetur, hac vice se calamus noster figit.

III.

Judicii Provincialis Sueviæ, quod in Civitatibus Imp. Ravenspurg, Wangen, Ißny, & in pago Altorf, exercetur, definitio.

Judicium illud Provinciale Sueviæ nobis est Collegium Judicis Provincialis à Serenifs. Archi-Ducibus Austriæ legitime constituti, & 12. Assessorum, illi à Consulibus & Magistratu cujusque loci, ubi judicium hoc exercetur, adjunctorum, quod per districtum illi assignatum, Jurisdictionem Cæsaris nomine exercet, causas controversas omnium in districtu illo degentium Statuum & membrorum Imperii, ac eorundem subditorum, specialiter non exemptorum, prævia causæ cognitione, per judicialem sententiam definiendo, ab Imperatore, nescio quo, institutum, Archi-Ducibus Austriæ legitimo titulo acquisitum.

IV.

Origo incerta.

Origo hujus Judicii nostri ferè incerta, neque quisquam hactenus repertus est, qui eam apodicticè demonstravit. Et fanè ex Historia Germaniæ constat, quod cum Caroli M. ætate Ducum quorundam potestas ultra modum excrevisset, & illi Regiam ferè potestatem

tem ſibi ſumerent, ipſe Duces hos inſoleſcentes in Ordinem Comitum redegerit, ſeu Ducatus illorum in plures Comitatus diremerit, teſte Lehmanno *Lib. 2. Chron. Spirenſ. c.* 16. Conring. *de Ducib. Comit. Imp. th.* 19. Sub poſteris autem illius Ducum Conſtitutionem iterum invaluiſſe, ac poſtremis Carolingorum temporibus Germaniam, in quantum eam diſtinxeris à terris, quas Venedi inhabitarunt, quinque habuiſſe Ducatus maxima terrarum ſpatia complexos, nempe Bojoaricum, Franconicum, Lotharingicum, Saxonicum & Suevicum. Hertius *de Orig. & Progreſſ. ſpecial. Rom. Germ. Imp. Rerumpubl.* §. 5. junct. Regin. *pag.* 70. ap. Piſtor. *Tom.* 1. *Rer. Germanic.* atque tempore Conradi I. qui extinctâ in Ludovico IV. Puero cognominato, Carolinâ Familiâ, ab univerſis Principibus Regni Germaniæ an. 912. in Imperatorem & Regem Germaniæ electus eſt, quinque illis Ducatibus hos præfuiſſe Duces, Bojoarico nimirum Arnoldum malum, Franconico Eberhardum Conradi Fratrem, Lotharingico Giſelbertum, Saxonico Ottonem, Suevico Burckardum, edocemur à Luitprando *de reb Imper. & Regni L.* 2. *c.* 7. *fol.* 105. ap. Reuber. Lehmann. *Chr. Spir. L.* 2. *C.* 16. & 47 Struv. *S. I. P. C.* 19. §. 8. Et quidem hic ipſe Conradus I. Imp. an. 917. Burckardum ſolenni authoritate primum Sueviæ ſeu Alemanniæ Ducem conſtituit, & Ducatum Sueviæ erexit, ante enim Suevia non per Duces, ſed per Cameræ Imperialis Nuncios gubernata fuit, ut teſtatur Eckehardus Junior *de Caſibus S. Galli Monaſterii Cap.* 1. ap. Goldaſt. *Tom.* 1. *Rer. Germ. Part.* 1. *pag.* 15. ubi agit de Salomone Abbate S. Galli, ſimulque Epiſcopo Conſtantienſi, & de rebus quæ ſub Rege & Imp. Conrado I. contigerunt, ac ſcribit: *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta, ſed Fiſco Regio peculiariter parebat, ſicut hodie & Francia, h. e. Orientalis Franconia. Procurabant ambas Cameræ, quos ſic vocabant Nuncii. Franciam ad Alpes tum VVernherus, Sueviam autem Bertholdus & Erchinger fratres.* Licet enim hi paſſim Sueviæ ſeu Alemanniæ Duces nominentur, ut Hermannus contractus quoque Burckardum, qui ſub Ludovico IV. Alemanniam rexit, & an. 911. in conventu à ſuis occiſus ſcribitur, Alemanniæ ſeu Sueviæ Ducem nominat, reverà tamen omnes non niſi Cameræ Nuncii fuerunt, quorum officium ſic depinxit Joach. Vadianus *de Collegiis Monaſteriisque German. Veter. L.* 1. *C.* 3. apud eund. Goldaſt. *l. c. Tom.* 3. *p.* 25. Cameræ Nuncii per Franciam & Alemanniam redituum Regiorum & fiſcalis pecuniæ rationem exigebant, & adminiſtrabant, erantque veluti

Procuratores Fisci in iis Provinciis, & urbibus, quæ ad Fiscum Regium, Cameram dictum, propriè spectabant. Primus ergo Dux Sueviæ seu Alemanniæ fuit Burckardus, qui genus ex Comitibus Buchorniensibus ad Lacum Bodamicum duxit, à Conrado I. Imp. solenniter cum Sueviæ Procerum consensu an. 917. constitutus, quem Gentis suæ nobilissimum & virtutum dote probatissimum laudatus Eckehardus jun. *d. l. p.* 18. alii Scriptores Potentissimum Sueviæ Ducem vocant. Hujus Successores in Ducatu Sueviæ qui fuerint, refert Pfeffinger ad Vitriar. *Lib.* 1. *t.* 16. *pag.* 310. *seqq. usque ad pag.* 348. Quos inter Fridericus I. Imp. cum tribus filiis, Fridericus II. fuit, Imp. sub quorum Ducum Sueviæ Regimine jàm tum Præfectura seu Landvogteja Imperialis superioris & inferioris Sueviæ (unde Judicium Provinciale Sueviæ dependet, uti non tantùm tradit Author der kurtz doch gründlichen Information, aus was wichtig und standhafften Ursachen das Kayserl. Land-Gericht in Schwaben nicht abolirt, noch dem Hochlöbl. Ertz-Hauß Oesterreich wider seine uhralte erlaugte, und durch beständige Ubung hergebrachte treffentliche Freyheiten, der rechtlichen Austräg halber nichts neues oder beschwehrliches zugemuthet werden kan und solle, quæ prodiit an. 1658. & Inclytæ Domus Austriacæ causam, ac Judicii hujus conservationem contra Status Circuli Suevici ejus abolitionem urgentes defendit, sed etiam agnoscit Author der kurtz doch wohlgegründeten Gegen-Information auf die jenige im Jahr 1658. zu Insprugg in Druck verfertigte so genandte Kurtze, doch gründliche Information das Land-Gericht in Schwaben betreffend, quæ excusa anno 1666. & partes Statuum Suevici Circuli tuetur. Utraque exhibetur à Lunigio in der Grund-Fest Europäischer Potentzen Gerechtsamen *Part.* 2. *Cap.* 4. unà cum der gründlichen entgegen gestellten Erinnerung über die unlängst unter dem Nahmen des Löblichen Schwäbischen Crayses interessirten Stände in Druck verfertigte und so titulirte Gegen-Information das Land-Gericht in Schwaben betreffend, edita anno 1667.) floruit, nam an. 1010. Henricus de Weissenhorn jam tum gessit titulum Præfecti Imperialis in Suevia, & se vocavit Advocatum Provinciæ superioris Sueviæ Generalem. Conf. tamen Auth. der allegirten entgegen gestellten Information apud Lunig. *d. l. p.* 45. Qui verò post ipsum Præfecturam eandem administraverint, eique præfuerint usque ad annum 1333. quo officio hoc functus Henricus de Schvveiningen, non constat, teste Catalogo Præfectorum Sueviæ der Land-Vögte

in

in Schwaben, uſque ad annum 1597. continuato ap. Jac. Ottonem Tr. von den Ehhaffts-Fällen *pag.* 70. *ſeqq.* vid. etiam Authorem der allegirten Gegen-Information apud Lunig. *d. l. p.* 24. Hodie Illuſtre munus Præfecti Provincialis Sueviæ, Kayſerl. Majeſtät Land-Vogts in Ober- und Nider-Schwaben, ſuſtinet Illuſtriſſimus Dn. Carolus Siegfridus S. R. I. Comes in Kœnigsegg & Rotenfels, Liber Baro de Aulendorff, Dominus in Stauffen, Ebenvveiler & Wald. &c. Dn. ac Mœcenas meus gratioſiſſimus. Nec minus inde Judicium Provinciale Sueviæ quoque viventibus ac florentibus adhucdum his Sueviæ Ducibus exercitum fuiſſe, apud omnes in confeſſo eſt, & teſtantur de eodem Acta, quod anno 1240. jam ſuum habuerit vigorem, antequam Conradinus ultimus Sueviæ Dux, Conradi IV. Imp. filius Friderici II. Imp. nepos, lucem vitalem aſpexit, natus quippe 1252. in quo Sueviæ Duces deſierunt, per infelicem & tragicum illius exitum, dum ipſe ceu legitimus Patris ſui Conradi IV. Imp. hæres Regnorum Siciliæ & Neapolis ac Hieroſolymorum, Franconiæ inſuper & Sueviæ ſimul Dux, avita ac paterna illa Regna injuſtè à Carolo Andium Duce ſibi prærepta recuperaturus, cum ſelectis copiis in Italiam movit, à Carolo victus, atque captus, unà cum fido utriusque fortunæ Comite, Friderico Auſtriæ Styriæque Duce, ad enſem condemnatus, ac manu carnificis $\frac{\text{28. Oct.}}{\text{7. Nov.}}$ 1269. publicè Neapoli capite truncatus eſt. Poſt cujus mortem Ducatus Sueviæ & totum Hohenſtauffiorum patrimonium, in quo tunc & Ducatus Franconiæ, ut dictum, continebatur, durantibus interregni magni in Germania turbis, in multas partes diſtractum ac dilaceratum, unde vicini Principes & Comites creverunt & poſſeſſionibus aucti ſunt, oppida quoque ejus Regionis & Orientalis Franconiæ complura ad dignitatem Imperii Civium evecta priſtinam conditionem mutarunt. Ordinem Equeſtrem quoque hac occaſione utroque in Ducatu ſe extuliſſe & immedietatem atque libertatem nactum eſſe multi tradunt, ut Beſold. *de Ord. Equeſtri. n.* 8. Limn. *Lib.* 6. *Cap.* 3. *n.* 56. Speidel. *in Obſerv. voc.* Frey Reichs-Ritterſchafft. *p. m.* 328. *ſeq.* Maurit. *ad Capit. Leop. art.* 3. Datt. *de Pac. Publ. Lib.* 2. *c.* 3. *n.* 1. quibus tamen contradicunt generoſ. Reinhard à Gemmingen ap. Burgermeiſter. *in Biblioth. Equeſtr. Tom.* 1. *pag.* 558. *ſeqq.* Caſpar à Lerch. *P.* 1. *n.* 7. 8. 9. 91. 93. & paſs. *in d. Biblioth. Equeſtr. d. Tomo* 1. Knipſchild. *de Jurib. Nobil. L.* 1. *C.* 3. *n.* 74. *ſeq.* & alii. Etſi autem à Rudolpho

dolpho Habspurgico pro diuturno interregno finiendo anno 1273. in Imp. electo, secundo ejusdem filio Rudolpho Imperio adapertum Ducatum Sueviæ cum Statuum Imperii consensu anno 1282. collatum, ipsumque de eodem investitum esse referat Gerard. de Roo *Annal. Austr. Lib.* 1. *p.* 34. Sigism. à Bürcken *Lib.* 1. *C.* 13. *p.* 113. *seq.* minimè tamen existimandum est, Ducatum Sueviæ ea amplitudine ipsi obvenisse, quâ Gens Hohenstauffia eum rexerat, cum indubium sit, eundem durante infelici interregno in varias partes discerptum esse, quod inprimis confirmat Zeilerus *in Topograph. Suevia p.* 150. hisce formalibus: Obgedachtem Kayser Conrado IV. hat sein einiger Sohn, auch Conradus, und von den Welschen, wegen seiner Jugend, Conradinus genandt, der letzte Hertzog in Schwaben Anno 1253. succedirt, welcher als er sich Anno 1267. nacher Italien rüstete, alles was er in Teutschland gehabt, entweder gantz oder gar verkaufft, oder versetzt, und verpfändet hat. Und da ihm zu Neaples den 28. Octobr. 1269. das Haupt abgeschlagen worden, und also er ohne Leibes-Erben dahin gangen, und kein Fürst von Schwaben mehr übrig gewesen, so ward dieses ledig Fürstenthumb in viel unterschiedliche Theil zerzogen. Und ob gleich Graff Rudolph von Habspurg, als er hernach Römischer König ward, das Hertzogthum Schwaben seinem Sohn Rudolphen verliehen, so ist doch solches nicht mehr, wie zuvor, gantz gewesen, dann viel, ja der mehrer Theil seiner Glieder durch Kauff, Versetzungen, und in mancherley andere Wege, zum Theil in die Freyheit, zum Theil unter andere Herrschafften schon allbereit gerathen war. Was von Rhätischen Landen bißher dem Hertzogthum Schwaben zugehöret hat, ist dieser Zeit von selbigem auch ledig worden. Quid vel quantum ergo nomine Ducatus Sueviæ, vel quas ejus reliquias Rudolphus junior à Patre feudi jure acceperit, definire non licet, ob nunquam visas investituræ literas; num nimirum sub his etiam nominatim Præfectura seu Landvogteja Suevica cum his ab ea dependentibus Judiciis Provincialibus Sueviæ comprehensa fuerit vel non? Quanquam valde probabile sit, ipsum de hac Præfectura Sueviæ unà cum Judicio Provinciali inde dependente investitum esse, cum Præfectura seu Landvogteja ista comprehenderit antiqui Ducatus Sueviæ in tot partes discerpti reliquias, quas Rudolphus junior ab Imperio feudi jure recognoscendas à Patre accepit, ut tradit Author Actorum Lindaviensium *pag.* 199. Et licet Rudolphi junioris filius posthumus Johannes ob parricidium & crimen læsæ Majestatis, Patruum

truum

truum suum Albertum I. Imp. anno 1308. occidendo, patratum bonis ac feudis his omnibus ab Henrico VII. Imp. privatus sit, simulque sine liberis anno 1313. decesserit, attamen Alberti I. Imp. filii, Patrueles illius, ab eodem Imperatore feuda amissa recuperarunt, & ex iis Albertus II. Austriacæ stirpis propagator illa in posteros suos transmisit. Nam in divisione avitarum ac paternarum ditionum inter Alberti II. tres filios Rudolphum III. Albertum III. & Leopoldum II. anno 1362. factâ, hunc ultimum die Herrschafften in Schwaben, Elsaß und Helvetien accepisse, diserte scribit Sigismund. von Bürcken *lib.* 3. *c.* 8. *pag.* 340. 347. & in facta anno 1406. inter Leopoldi II. Probi cognominati, quatuor superstites filios fraterna ditionum divisione, Fridericus III. nactus est Comitatum Tyrolensem cum Suevia, Burgovia, qui licet propterea, quod Johannem XXIII. (al. XXII. al. XXIV.) Pontificem Concilii Constantiensis decreto depositum clam subduxisset, ab Imperatore Sigismundo proscriptus & ditionibus suis mulctatus, ope tamen Ducis Bavariæ & Burggravii Norinbergensis mox iterum Cæsaris iram pacavit, & banno relaxato ditiones suas recuperavit. A quo vero Imperatore Landvogtheja illa Sueviæ primum constituta & à quo connexum ei Judicium Provinciale Cæsareum Sueviæ sit institutum, ex defectu Historiæ certò non licet definire. Probabile quidem est, id factum esse Seculo XII. quibus temporibus Imperatores ex Familiis Ducum Franconiæ Orientalis & Ducum Sueviæ potissimùm electi rerum potiti, sed certum Authorem designare haud audemus. Quamvis enim Andreas Knichen *de Jure territorii cap.* 4. *n.* 483. Henricum Imp. intelligit autem procul dubio hujus nominis VI. Friderici I. Imp. filium, qui Dux Sueviæ etiam fuit, ex Hohenstauffiorum familiâ, authorem esse dicat, & in ejus rei fidem alleget Thomam Lyrerum *in pervetusto suo anno* 1486. *impresso Chronico Sueviæ, fol.* 73. quam levis tamen authoritatis, fideique sit hic scriptor, videre licet ex Authore actor. Lindav. *lit. aaa. fol.* 611. *seqq.* Et certum est, jam ante ætatem Henrici VI. Præfecturam vel Landvogthejam Sueviæ in vigore fuisse, verisimile ergo est, & Judicium Provinciale Cæsareum jam ante ejus tempora exstitisse, exercitumque esse, cum ab illa dependeat, malumus ergo originem in dubio relinquere, quam certum authorem sine vera fide Historica designando errare.

V.

Quo titulo tam Landvogtheja, quam Judicium hoc Provinciale Sueviæ adDomum Austriacam pervenerit?

Quo autem titulo tam Landvogtheja, quàm Judicium hoc Provinciale Sueviæ ad Serenissimam Domum Austriacam pervenerit, hodieque illa hæc possideat, an titulo Cæsareæ investituræ feudalis, vel Oppignorationis Imperialis, vel utroque? de eo maxima à longinquis temporibus agitata lis est, inter Serenifs. Archi-Duces Austriæ & Status Circuli Suevici. Illi se utroque titulo niti asserunt, imò & tertium immemorialis possessionis addunt, & geminatam quidem Oppignorationem Imperialem urgent, nempe primò à Wenceslao Imp. anno 1379. Leopoldo Alberti II. filio pro 40000. flor. factam, (cujus Instrumentum reperitur ap. Sigism. von Bürcken *l.* 3. *c.* 10. *p.* 359. & Lunig. im R. A. *Part. Special. Part.* 1. *pag.* 768.) specialiter à Carolo V. 9. Sept. 1530. & à Maximiliano II. d. 28. Nov. 1571. confirmatam, & secundam ex Friderici III. Imperatoris Alberto VI. anno 1452. postea anno 1464. Sigismundo Archi-Ducibus Austriæ data licentia, interea â Sigismundo Imp. anno 1415. ab Austriacis redemptam, & Dominis, nunc S. R. I. Comitibus, Truchsessiis de Waldpurg (quorum familia antiquitate & rerum gestarum magnitudine Illustris, insignibus suis prærogativis jus Serenifs. Electoris Bavariæ Vicarium, in obeundo munere Archi-Dapiferatus, per Seniorem ex Linea Wolfeggensi & Zeilensi, agendi, adnumerat) pro 6000. flor. quæ summa tamen in 13200. fl. excrevit, iterum oppignoratam Landvogthejam Suevicam ab ipsis Truchsessiis redimendi, atque actu à modo dicto Sigismundo Austriaco anno 1473. persolutione 13200. flor. factam reluitionem, quam summam Austriaci dicunt postea à Carolo V. cum Electorum consensu auctam 3100. fl. Baukosten, iisque 15300. flor. accessisse ulterius 197480. flor. quos Rex Rom. Ferdinandus I. & Imperium supremo Imperii Campi Mareschallo Electori Brandenburgico debuerit, & cum consensu Electorum auf die Pfand-Schillinge der Land-Vogtey Schwaben, Hagenau, und Ortenau geschlagen worden, ut constat ex Diplomatibus Caroli V. & Electorum sub *Num.* 15. 16. & 17. adjunctis der entgegen gestellten Erinnerung rc. supra Th. præced. 4. allegatæ. Contra verò Status Circuli Suevici in dubium vocant, imo negant titulum investituræ feudalis, & validitatem oppignorationis à Wenceslao factæ, tantumque admittunt oppignorationem, seu potius reluitionem Landvogtejæ Truchsessiis de Waldburg oppigno-

pignoratæ ex permiſſione Friderici III. Imp. ab iis anno 1473. factam. Noſtrum non eſt, tantam componere litem, ſed ſufficiat nobis, allegaſſe Gravamina, Proteſtationes & Reproteſtationes utriusque partis apud Goldaſtum in Politiſchen Reichs-Händeln *Part.* 25. *ſub Num. III.* & deductiones *th.* 4. allegatas, ex quibus partis utriusque rationes cuilibet explorare, ac libera mente librare atque expendere licet.

VI.

Porrò monendum nobis hic venit, Præfecturam ſeu Landvogtejam Sueviæ, die Land-Vogtey in Ober- und Nider-Schwaben, deſignare certum territorium, ſeu certum terræ diſtrictum in Circulo Suevico prope Civitatem Imperialem Ravenſpurgum in Algoja ad Schuſſium amnem in valle peramœna ſitam, ac Pagum, dem Marck-Flecken Altorff, quæ ſub ſe comprehendit aliquot vicos & pagos, nec non monaſterium Virginum Lövventhal, in quo diſtrictu à Sereniſſima Domo Auſtriaca conſtitutus Præfectus, des Durchläuchtigſten Hauſes Oeſterreich Land-Vogt in Ober- und Nieder-Schwaben, qui ſedem ſuam quondam in arce vel burgo Civitatis Ravenſpurgenſis, in Monte Urbi finitimo, qui ſancto Vito ſacer eſt, habuit, arce verò iſta combuſtâ, nunc vel Altorffii, ubi Archivum hujus Præfecturæ aſſervatur, vel alibi, ubi libet, reſidet, cum adjunctis ſuis Officialibus, nempe dem Land-Vogtey Verwalter, quo munere hodie cum laude fungitur Conſultiſſimus Dn. de Setelin, Patritius Biberacenſis, Patronus honoratiſs. dem Land-Schreiber und Land-Waibel, omnia Superioritatis territorialis Jura & omnimodam Juriſdictionem in Sereniſs. Domui Auſtriacæ & ejus nomine ſibi quoque ob commiſſum Officium ſpecialiter devinctos ſubditos, incolas & homines exercet. A qua tamen Superioritate territoriali Auſtriacorum nomine à Præfecto exercendâ omnino exempti ſunt, nec illam ullatenus agnoſcunt Imperii Status vicini in Suevia, nec ipſa Sereniſs. Domus Auſtriaca ſibi eam arrogat. Ipſum autem Judicium Provinciale Cæſareum Sueviæ, das Kayſerliche Land-Gericht in Ober- und Nider-Schwaben, juriſdictionem ſuam longè lateque per totam ferè Sueviam, quousque ſe ejus extendit diſtrictus in Ordinatione Judicii determinatus hactenus ipſo facto quotidie, in omnes ſpecialiter per Privilegium non exemptos Status, aliaque illuſtria Membra Imperio immediatè ſubjecta non minus,

Præfectura ſeu Landvogteja Sueviæ quid?

Differentia ejus ab ipſo Judicio Provinciali Cæſareo Sueviæ.

quam horum subditos exercet. Sicque Præfecturæ illius Jura longè arctioribus limitibus ac cancellis inclusa, quàm Judicii Provincialis jurisdictio, utpote quæ non angustæ Præfecturæ ambitu conclusa & coarctata, sed làxius per universum ferè Circulum Suevicum protenditur, & ubique in immediatos & mediatos non exemptos exercetur, uti hoc tam Circuli Suevici Status, quam Austriaci fatentur, illi quidem hoc quodammodo incongruum censent, hi autem adæquatam & perspicuam differentiæ hujus rationem & causam assignant in *præced. th.* 4. allegatis Deductiònibus, nempe quod Jurisdictio Præfecturæ Provincialis ideo tam arctis hodie inclusa sit cancellis, quia Status olim sub ea comprehensi se in libertatem asseruerint; Jurisdictio verò Judicii Provincialis in antiquo suo statu permanserit, & pristinos suos limites retinuerit. Imo & hoc notandum, quòd à sententiis Præfecturæ Provincialis Sueviæ contra illius subditos latis ipsis non liceat appellare vel ad Aulicum vel ad Camerale aut aliud Imperii Judicium, quia hæc Præfectura Provincialis Austriacis **mit allen Nutzungen, Rechten, Gerechtigkeiten** concessa, igitur sicut in aliis suis ditionibus Ipsi jus dicunt sine licentia appellandi ab ipsorum sententiis ad Imperii Judicia, sic & in hac ipsis ab Imp. & Imperio oppignorata Præfectura Sueviæ idem sibi ex Privilegiorum suorum claro tenore vindicant. In Judicio Provinciali Cæsareo Sueviæ se per sententiam ejus gravatos existimantibus omnino datur facultas provocandi vel appellandi ad summa Imperii Judicia, ut infra dicturi sumus.

VII.

An alio titulo Landvogteja, alio Judicium Provinciale Domui Austriacæ obvenerit?

Quod autem Knipschild *de Jurib. Nobil. lib. 3. c. 24. n. 79.* vult alio titulo Landvogtejam Sueviæ, alio Judicium Provinciale Cæsareum Domui Austriacæ obvenisse, vix concedi poterit. Etsi enim lubentes largiamur, Præfecturam Provincialem & Judicium Provinciale Sueviæ non planè unum idemque esse, cum nosmet ipsi notabiles quasdam utriusque differentias in proximè præcedenti thesi 6. notaverimus; diversis tamen titulis, diversisque temporibus ea Austriacis acquisita esse, ut asserit Knipschild *d. l.* Præfecturam nempe seu Præsidiatum Sueviæ, **die Land-Vogtey in Schwaben**, ab Imperatore Wenceslao Archi-Duces Austriæ emisse cum pacto de retrovendendo anno 1379. Judicium Provinciale vero postea à Truchsessiis de Waldpurg per oppignorationem seu per contractum

ctum pignoratitium ad Familiam Auſtriacam perveniſſe modò anno 1473. inter quos contractus magna utique ſit differentia, & inter hujus & illius acquiſitionem intercedere intervallum temporis ferè centum annorum; concedere haud poſſumus, ſed cum Præfecturâ ſimul Judicium Provinciale uno eodemque titulo & tempore ad Auſtriacos tranſiiſſe exiſtimamus, cum hoc nil aliud ſit, quàm Præſidiatûs alicujus Imperii ſeu Præfecturæ talis Provincialis Judicium, teſte ipſo Knipſchildio *cit. cap.* 24. *n.* 1. adeoque ab illa dependeat, illi hinc ſemper annexum fuerit, uti non id quoque tantùm conſtanter aſſerit Sereniſs. Domus Auſtriaca, ſed agnoſcunt etiam Status Circuli Suevici paſſim in ſupra allegatis ſuis Deductionibus. Dicimus igitur, competere utrumque probabiliter Inclytæ Familiæ Auſtriacæ primò ex inveſtitura feudali Cæſarea à Rudolpho I. Imperatore filio ſuo Rudolpho conceſſa, in Rudolphi I. Imp. poſteris ab aliis Impp. continuatâ, deinde hunc titulum magis firmatum per Oppignorationem Imperialem, cujus conjecturam capimus ex Diplomate Caroli IV. Imp. de anno 1373. quo ipſe Alberto III. & Leopoldo II. Ducibus Auſtriæ hoc dedit Privilegium, quod per ſententiam Judicii Provincialis Sueviæ vel Alſatiæ banno notatus non debeat à banno per Cæſaris Judicium Aulicum abſolvi, priusquam ei bannum relaxatum fuerit ab ipſo illorum Judicio Provinciali, quod reum banno notavit. vid. Adjunct. ſub N. 3. **der entgegen geſtellten Erinnerung.** Ex quo quippe Caroli IV. Privilegio patet, Duces Auſtriæ ante oppignorationem à Wenceslao anno 1379. factam hæc Judicia Provincialia Sueviæ jam habuiſſe & exercuiſſe ſub Carolo IV. anno 1373. non conſtat autem de alio, quam infeudationis Imperialis titulo, quo ea tunc habuerint, cui poſtea oppignorationis Imperialis titulus ſupervenit.

VIII.

Diximus ſupra, Judicium Provinciale Cæſareum Sueviæ exerceri in tribus Civitatibus Imperialibus, **Ravenſpurg**, **Wangen** & **Iſni**, nec non Oppido vel Pago **Altorff**. Ex his locis **Ravenſpurg** eſt Civitas Imperialis mixtæ religionis, in qua utriusque tam Catholicæ religionis quam Auguſtanæ Confeſſionis exercitium publicum publica autoritate ſtabilitum viget, omniaque munera publica inter cives utriusque religionis æqualiter diſtribuuntur. Inſtrum. Pac. Weſtph. *art. V.* §. 3. & 29. **Wangen** ad amnem **Argen** ſita Catho-

De locis, in quibus Judicium illud Provinciale exercetur.

Catholicæ religioni, Isni verò contra Augustanæ Confessioni addicta, in qua tamen est Monasterium S. Georgii à Comitibus de Veringen exstructum Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas votum & sessionem habet inter Abbates Scamni Suevici in Comitiis Imperii, novissimoque Recessui Imp. *de anno* 1654. subscripsit, licet ipsi gravis mota sit controversia de Exemptione ab Illustrissimis Comitibus Truchsessiis de Waldpurg, S. R. G. Imp. Dapiferis hæreditariis, ut ex scriptis utrinque editis constat. Abbatiæ hodie præest Reverendissimus & Amplissimus Dn. Alphonsus Postulatus anno 1701. ex Monasterio libero & Imperiali Weingartensi. Oppidum Altorff non procul à Ravenspurgo & Schussio amne situm, in quo antiquitus Patria, natale solum & avita sedes Principum Comitum Altorffensium fuit, nunc Serenissimæ Domui Austriacæ paret, sedemque præbet Judici ac Judicio Provinciali, & communiter confunditur cum Abbatia & Cœnobio Weingarten, dum illud in Capitulatione Imp. Leopoldi *art.* 18. Josephi *art.* 17. & Caroli VI. *art.* 18. vocatur das Weingardtische Land-Gericht, & à Dd. qui aliquid de hoc nostro Judicio Provinciali commentantur, communiter dicitur, exerceri Judicium hoc in Civitatibus Imperialibus, Ravenspurg, Wangen & Ißni, nec non Pago Altorff, genandt Weingardten, cum tamen Altorff & Weingardten sint loca planè distincta. Nam Altorff pagus est, ist ein Marckflecken, Imperio & Jurisdictioni Domus Austriacæ subjectus, ubi ordinariè Præfectus Landvogtejæ Sueviæ, der Land-Vogt in Ober- und Nieder-Schwaben, aut ad minimum ejus Vicarius, der Land-Vogtey Verwalter, & cæteri Præfecturæ Officiales, nec non Judex Provincialis, der Land-Richter, degunt, Archivum itidem tam Præfecturæ quam Judicii asservatur. Weingarten verò est pulcherrimum & amplissimum Ordinis Benedictini Cœnobium Imperiale, Diœceseos Constantiensis, omnium Guelphorum Principum, & Comitum de Kœnigsegg magnificâ Sepulturâ clarum, in medio ferè pagi Altorff situm, quod ex arce Principali in Domum Dei conversum, Pietatisque & Literarum Gymnasium esse cœpit ævo Caroli M. de quo vid. Bruschius *in Chronologia Monaster. German. fol. m.* 568. *seqq.* ubi & de huic Cœnobio incorporata Præpositura seu cella S. Pantaleonis in Hoffen infra Buchornam Civitatem Imperialem ad Lacum Acronium sita, Monialium olim Benedictinarum Cœnobio, nec non de Monasterio Lœvventhal seu Liebenthal agit. Add. Gabriel Bucellinus, Ordin. S. Benedi-

Benedicti Monachus Theologus in Imp. Monasterio Weingartensi professus, Prior S. Joh. Baptistæ in oppido Rhætiæ superæ Veldtkirchensi, Historicus suo tempore Celeberrimus, de sacro monastico ordine strenuè promeritus, qui nativam hanc religiosæ professionis suæ domum, seu dives & magnificum Weingartense Monasterium secundum antiquas Origines suas nobis latius descriptum reliquit in *Germania sua sacra Part.* 2. *fol.* 92. (Cujus opulentiam, fructuumque ex ejus possessionibus redeuntium ubertatem colligere licet ex eo, quod proximo seculo duo insignia prædia emptionis titulo sibi comparaverit, nempe Commendam Ordinis Johannitici in oppido Veldkirch ab Ordine Melitensi 60000. flor. & Dynastiam Blumeneck à Rudolpho Comite de Sulz 150000. fl.) Cui descriptioni suæ subjungit Bucellinus catalogum Abbatum usque ad Dominicum Layman de Liebenavv, qui novissimo Recessui Imp. subscripsit. Hodie præest præpotenti huic & plurimis insignibus privilegiis dotato Monasterio Reverendissimus & Amplissimus S. R. G. Imp. Abbas Sebastianus Hillerus, Dn. ac Mœcenas meus gratiosissimus, Collegii Abbatum Suevicorum Director, & Deputatus Imperii Ordinarius ad Conventus Deputatorum Imp. semper evocandus, de cujus pietate, religione & singularibus in Monasterium suum, Sueviam & Rempublicam literariam meritis, vel me tacente, loquetur magnificentissimè exstructum Templum, & per tot annos prudentissimè gestum S. R. G. Imp. Abbatis & Directoris munus, nec non ad instar Licæi redactum Studium Weingartense.

IX.

De tempore, & solemnibus Judicii.

Quoties in anno Judicium hoc exercendum, aut quomodo Judicis auxilio indigentibus hoc intimandum, & significandum, ut de eo certiores fiant, & in omnium notitiam perveniat, quando ejus copiam habere possint, traditur in *Ordinat. Judic. Provinc. part.* 2. *tit.* 1. Celebratur autem designatis Juridicis Judicium, ita, ut inchoetur in via publica, hora 12. post prandium (ante prandium tamen Procuratores præsentibus duobus Assessoribus suos Recessus ad Protocollum dictent) *d. Ordin. I. P. p.* 2. *tit.* 2. ibi: **Wann ein Land-Richter das Land-Gericht besitzt, so soll dessen Anfang an offener Land-Straß unter dem Himmel ungefähr um 12. Uhr im Tag beschehen.** Quod hodienum adhuc observari testatur Schneider *in Process.*

cess. huj. Judic. tit. 2. *n.* 1. ubi notat, quod haud procul à Curia Judex cum suis Assessoribus, quorum sex ad minimum adesse debeant, publicè in Scamno consideat, & ipse vel ejus Vicarius Nunciorum Supremo, dem Land-Gerichts Ober-Botten, vulgò dem Gefäll Einzieher, quæstionem proponat: An factâ præteriti Judicii publicâ proclamatione legitimum tempus sit Judicium Provinciale Sueviæ celebrandi, judicandique, prout Juris sit? prout hoc cautum *d. Ordin. p.* 2. *t.* 2. Quo facto, & prælectis à nunciorum Supremo querelis primis, nach gelesenen ersten Klagen, Judex cum Assessoribus se conferat in Curiam, ibi partium acta & actitata ventilentur, prævia consultatione decidantur, & sententiæ tam interlocutoriæ, quam definitivæ, convocatis Procuratoribus & partibus publicè in omnium præsentia publicentur, ut patet ex *Ordin. Judic. Prov. p.* 2. *tit.* 2. Schneider *d. l.*

X.

De banno contumaciæ.

Si quis ad hoc Judicium fuerit citatus, & cum sua responsione, durante Judicio, non comparuerit, pro contumace habetur, & publico banno contumaciæ feritur, uti hoc cum formalitatibus suis describit Schneider *Class.* 1. *tit.* 2. *n.* 4. 5. *& d. cl.* 1. *tit.* 21. *n.* 45. Banniti in hoc Judicio persolutâ banni taxâ & præstitâ actori satisfactione à pœna banni liberantur, *Ord. Jud. Prov. p.* 2. *tit.* 8. *vers.* Wann aber 2c. *& tit.* 9. Ein jeder. Schneider *d. tit.* 21. *n.* 52. Si quis ultra annum & diem in banno perseveret, Censura Ecclesiastica notatur, *O. I. P. p.* 2. *tit.* 10. Poteftque Judex Ecclesiasticus secularem & contra secularis Ecclesiasticum pro executione sententiæ invocare. *O. I. P. p.* 2. *tit.* 11. Schneider *d. tit.* 21. *n.* 62.

XI.

De Judicii Ordinatione, reliquoque Jure in Judicio attendendo.

Jus in hoc Judicio Provinciali respiciendum & attendendum potissimum est illius Ordinatio, præscribens modum, res controversas in foro Provinciali disceptandi. Hæc est species Juris scripti, Constitutio nempe Sac. Cæs. Majestatis de personis, Jurisdictione & processu Judicii Provincialis peculiariter promulgata, des freyen Kayserl. Land-Gerichts in Obern- und Nidern Schwaben Ordnung, quam Ferdinandus I. Imp. anno 1562. confici jussit & promulgavit, Maximilianus revidit, emendavit, & auctam confirmavit, quæ Oeniponti typis impressa est ann. 1618. ut ex prooemio patet. Ad Juris scripti hic attendendi species pertinent porrò Recessus Imperii, Aurea Bulla, Capitulationes Cæsareæ, Reformationes Politicæ, Constitutiones de

de pace prophana & de Pace Religiosa, Pacificatio Westphalica, Jus Commune Cæsareum Justinianeum, das gemeine beschriebene Kayserliche Recht, quod in vim Juris communis tacito Imperatoris & Statuum Imperii consensu seculo decimo quarto in Germania receptum, à Judice & Assessoribus inclyti hujus Judicii tam in decidendis causis, quàm decernendis Processibus jugiter observandum. Schneider *cl.* 1. *tit.* 2. *n.* 22. 34. 42. 45. Refert idem huc etiam Privilegia Statuum *n.* 46. Ubi verò Jus scriptum deficit, Judicium Provinciale in causarum eo delatarum disceptatione ac definitione ad exemplum Cameræ Imp. rectè recurrit ad Jus non scriptum, sequendo stylum Curiæ, observando consuetudinem, & attendendo observantiam. O.I.P. *p.* 2. *tit.* 9. §. Wann uns auch. *& tit.* 12. Schneider *d. tit.* 2. *n.* 69. *seqq.* Blum. *in Proc. Cam. tit.* 2. *n.* 19. *seqq.*

XII.

Quis in competentibus cuique Juris remediis in Judicium hoc Provinciale deductis legitimè prosequendis ordo sit servandus, ut quisque quod sibi debetur, vel quod suum est, consequatur & obtineat, seu modum procedendi in causis ad illud delatis pro consequenda justitia & jure suo, satis clarè definit ipsamet Ordinatio Judicii Provincialis, in qua præscriptus Processus ad felicius impetrandum finem, longè facilior & brevioris expeditionis esse creditur, quam aliorum Dicasteriorum Processus. Respicit ille *vel rem controversam*, quæ utplurimum est de facto, non de jure, ceu quod certum & finitum esse dicitur in *l.* 2. *ff. de jur. & facti ignor.* Cæsar Argylus *de legit. contradict. q.* 2. *n.* 189. nisi quatenus vel à prævio facto causatur & jus facto accommodandum est, vel rebus ipsis seu factis inducitur. Sic enim consuetudo materialiter considerata cum facti sit, *l.* 32. *ff. de LL.* §. 8. *Inst. de I. N. G. & Civ.* aliquando, si nimirum negetur, probatione indiget, *c.* 1. *de Constit. in* 6. vid. Gail. 2. O. 31. *n.* 15. *seq. vel Personas Judicium constituentes.* Hæ sunt vel principales, vel minus principales. Principales, sine quibus Judicium consistere non potest, sunt Judex, Actor & Reus, *c.* 10. *X. de V. S.* Judex Judicii nostri Provincialis Sueviæ est caput ejusdem negotia in eo expedienda dirigens, finemque sua sententia controversiis agitatis imponens, vocatur ein frey Kayserlicher Land-Richter in Ober- und Nieder-Schwaben auff Leutkircher Heyde und in der Gepürß. Constituitur ab Archi-Ducali Domo Austriaca. Schneider *cl.* 1. *tit.* 3. §. 13. Knipsch. *de Jur. Nob.*

De modo procedendi.

De Judice.

l. 3. *c.* 24. *n.* 7. Cui & juramentum præstat, cujus formula extat in O. I. P. *cl.* 1. *t.* 4. Exercet ipse Jurisdictionem nomine Cæsaris & Archi-Ducum Austriæ. vid. formulæ *in* O. I. P. *pag.* 77. 84. 86. 96. & passim, ubi semper: Ich N. von Gewalt und Gnaden Röm. Kayserl. Majestät und Fürstl. Durchleucht als Ertz-Hertzog zu Oesterreich. De Ejusdem Officio vid. *O. I. P. cl.* 1. *tit.* 4. Schneider *tit.* 4. Si infirmitate vel alio impedimento detineatur, ut præesse ipse nequeat, ejus officium interim sustinet der Land-Vogten Land-Schreiber, illo etiam impedito, Civitatum Consules & Oppidi Altorff Ammannus, (uti hi in nupera vacantia muneris hujus per 7. circiter menses vices judicis gesserunt, quia Land-Vogtey-Schreiber etiam mortuus erat) vel unus ex Assessoribus vices ejus explet, debent tamen vices ejus subituri vinculo Juramenti Archi-Ducibus Austriæ specialiter devincti esse, O. I. P. *cl.* 1. *tit.* 3. Schneider *tit.* 3. *n.* 16. Et hic Judex delegatus vices Ordinarii ad interim gerens des Land-Gerichts Statthalter vocatur, circa quem notandum, quod in Civitate Ravenspurgensi in officio hoc alternetur ita, ut loco demortui Catholici Judicis Provincialis delegati Augustanæ Confessioni addictus substituatur, & contra, Schneider *cl.* 1. *tit.* 6. *n.* 35. licet Judex Provincialis Ordinarius semper sit Catholicæ Religionis. Schneider *d. l. n.* 34. Catalogus Judicum Provincialium ab anno 1334. usque ad annum 1615. nobis exhibetur à Jacobo Ottone im 2. Entwurff der Ehehafften Ursprung *pag.* 26. 27. Novissimè ad munus hoc summo omnium quatuor locorum, der vier Mahlstätten, applausu promotus est Consultissimus Dn. Jacobus Christophorus Strasser, I. U. L. antea Nobilitatis in Algoja Syndicus, Patronus meus honoratissimus. Non requiritur ergo in hoc Judicio, ut Judex Comes, Baro vel Nobilis sit, multò minus delegatus, der Statthalter, secus ac in Judicio Rothvvilano.

XIII.

De Assessoribus.

Judici in Judicio hoc nostro adjunguntur Assessores, non saltem, ut consiliis suis Judicem adjuvent, quod olim in Republica Romana Assessorum fuit Officium, *l.* 1. *& t. t. C. de Assessor. & Domest.* sed etiam unà cum Judice Judicium insimul constituant, de causa cognoscant, eandemque definiant, & Justitiam administrent; ne unius Judicis nempe arbitrio relinquatur, quod plurium requirit vota & exactius Judicium, plures siquidem, uti in proverbio dicitur, oculi plus vident, quam oculus. Ut hinc Assessores de authoritate Judicis participent, & tanquam membra corpus Judicii forment, indeque

deque Beysitzer und Urthelsprecher vocantur in O. I. P. *p.* 1. *tit.* 3. eamque ob causam æquè ac ipsemet Judex ad jurisdictionis exercitium parili suo modo adstringuntur juramento, O. I. P. *p.* 1. *tit.* 5. Præsentatio seu Receptio Assessorum non fit à Judice Provinciali, sed à Consulibus & Senatu trium Civitatum Imperialium & oppidi vel pagi Altorffensis, ubi Judicium haberi solet, & quilibet quidem locus Judici, quotiescunque ibi judicium exercetur, duodecim adjungere debet Assessores. O. I. P. *tit.* 5. *pr.* Schneider *tit.* 6. *n.* 3. Knipsch. *cit. c.* 24. *n.* 7. Si tot docti haberi nequeunt, etiam ex plebejo ordine sumi possunt, modo sint bonæ famæ, nec parti uni consanguinitate vel affinitate conjuncti, aut alias suspecti, contra hos enim excipere licet, *d. tit.* 5. *in fin.* Schneider *d. t.* 6. *n.* 5. 6. 63. Civitas Ravenspurgensis, quia mixtæ religionis, dat numero pares Assessores ex utraque religione, reliqua loca suæ religioni addictos. Schneider *tit.* 6. *n.* 33. *seq.* Assessores libera sua habent vota, & majoribus regulariter standum. O. I. P. *p.* 1. *tit.* 5. *§. ult.* junct. *tit.* 4. *pr. in fin.* ubi limitatur. Salarium eorum exiguum est, O. I. P. *p.* 1. *t.* 5. *v.* Diese obbenandte.

XIV.

De Judicii competentia.

Cum autem in Judice præter habilitatem & integritatem imprimis spectanda sit ejusdem competentia, ut nimirum habeat illam jurisdictionis speciem, ad quam causa controversa pertinet, quia ex defectu jurisdictionis & competentiæ Judicis oritur nullitas insanabilis. Rec. Imp. *de anno* 1654. *§.* 122. Mev. *p.* 1. *dec.* 100. *n.* 4. quæ à Pragmaticis nullitas nullitatum & lepra insanabilis dicitur, Stryck *Disp. de facto Judicis de fact. cap.* 3. *n.* 2. *vol.* 3. paucis adhuc nobis considerandа venit Judicii hujus jurisdictio, quæ est potestas in certa circumscripta parte Sueviæ non tantùm res contentiosas disceptandi, sententiaque definiendi, sed etiam actus voluntariæ jurisdictionis expediendi, Archi-Ducibus Austriæ ab Imperatore & Imperio concessa, quam ipsi per hoc Collegium seu constitutum Judicem, eique adjunctos Assessores exercent. Ex qua descriptione patet, 1. hujus judicii jurisdictionem non universalem esse, se per totum Imperium, sed particularem, se saltem per certam Sueviæ partem seu districtum in Ord. Judicii Provincialis designatum extendentem, uti constat ex *part. ej.* 1. *tit.* 1. qui sequentis tenoris: Beschreibung des Land-Gerichts in Schwaben uhralten Gezircks, auch wie weit sich

desselben jurisdiction und mitlauffender Gerichts-Zwang erstreckt. Es richtet nehmlich das Land-Gericht über die Donau biß an das Land Würtenberg und biß an den Lech, den Lech nach hinauf gen Reutti an die Brucken, darnach hinüber auf Tachheim, auf die grauen Pundt, zu Anfang des Schweitzerlands, folgends gen Costantz, auch herüber auf Stockach, und von dannen so weit sich der Bezirck des Schwabenlands erstreckt. Und hat der Land-Richter einen mitlauffenden Gerichts-Zwang und jurisdiction, auch in Krafft desselben den eingesässenen Ständen, wie bey andern Kayserlichen Land-Gerichten Herkommen gebräuchig, zu gebieten und verbieten. Non tantùm in causis civilibus, sed etiam in criminalibus competentem vi O. I. P. *p.* 1. *tit.* 8. *p.* 26. *& p.* 2. *tit.* 8. §. *item* Wo jemand. *seq. pag.* 59. An ergo & de crimine fractæ Pacis publicæ Judicium hoc cognoscere possit? quæritur. Et licet videri posset, quod non, quia declaratio in bannum Imperii, die Reichs Acht, quæ ejus est pœna, nonnisi ab Imperatore qua tali, vel à Camera Imperiali, vel Judicio Aulico, & quidem hodie nonnisi prævio omnium Statuum Imp. consensu Comitiali, fieri potest, vi Capitulationis moderni Augustissimi Imperatoris CAROLI VI. *art.* 20. Verior tamen est affirmativa, quia pœna hujus delicti non est sola declaratio in bannum Imperii, sed variæ illius sunt pœnæ. vid. Blum. *in Process. Cam. tit.* 29. *num.* 103. *seqq. ibique Deckherr in Vindic.* & agi deinde etiam potest ad restitutionem bonorum ablatorum, & refectionem damni. Utut ergo non ad pœnam banni Imperialis, attamen ad aliam pœnam vel juris communis, vel Constitutionis Friderici III., vel etiam Constitutionis Maximilianeæ pœnam pecuniariam, vel ad restitutionem ablatorum bonorum, aut damni restitutionem, ob hoc crimen hîc agere licebit, maximè cum actoris læsi arbitrio relictum sit, an Cameram vel Judicium Aulicum vel Judicem loci ordinarium, cum quo hoc nostrum concurrit, adire velit. Kayserlicher Land-Fried *de anno* 1548. *art.* 14. §. 1. *& ult.* Concept. Ordin. Cam. *p.* 2. *tit.* 11. §. *pen. & ult.* Confer. Carpzov. *ad Leg. Reg. German. c.* 9. *Sect.* 10. *n.* 21. *& in Pr. Crim. q.* 36. *n.* 5. 2. In districtu Judicio huic pro exercenda jurisdictione assignato, illud, ut modo dictum, concurrit cum Statibus Circuli Suevici specialiter non privilegiatis, & in omnes in eo comprehensas personas, (veras vel mysticas) ac causas quascunque competentem habet & exercet jurisdictionem, adeoque præventioni locus est. O. I. P. *p.* 1. *tit.* 1. *& p.* 2. *tit.* 4. §. Und dieweil rc.

Schnei-

Schneider *cl.* 1. *tit.* 3. *n.* 15. Causæ tamen minores, quarum valor infra florenum est, ibidem non recipiuntur, nisi actori justitia fuerit denegata, vel in judicio ordinario majores sumptus, quàm in hoc, sint impendendi, vel si judicii hujus casus reservatos, Ehehafftinin, jurisdictionem, regalia, servitutes vel similia Jura concernant, hæ enim, licet valor earum florenum non excedat, nihilominus recipiendæ, O. I. P. *p.* 1. *tit.* 2. 3. Inde colligitur, Judicium hoc Provinciale non tantum habere Jurisdictionem contentiosam, sed etiam voluntariam, eamque in actibus voluntariæ jurisdictionis ita exercere, ut etiam avocari nequeant. O. I. P. *p.* 2. *tit.* 7. *& p.* 3. *tit.* 13. perinde ut Rothvvilanum, quod in eo à Camera Imperiali discrepare asserit Joh. Georg von Zimmern *de Judic. Rothvvil. part.* 2. *quodlib.* 1. *pag.* 81. & Becker *in Synops. Jur. Publ. l.* 2. *c.* 4. *p.* 8. quod ea duntaxat, quæ sunt contentiosæ Jurisdictionis, non item quæ voluntariæ Jurisdictionis, exerceat. Cujus tamen contrarium praxis & experientia quotidiana testatur, quod utique in duobus summis Imperii Judiciis, Aulico & Camerali, etiam voluntariæ jurisdictionis causæ expediantur, teste Uffenbach. *de Judic. Aulico cap.* 11. *in fin. pag.* 110. *seq.*

XV.

De Actore & Reo.

Ad personas Principales, sine quibus Judicium consistere haud potest, diximus præter Judicem pertinere *Actorem*, qui dicitur ab agendo, estque is, qui aliquid in Judicio petit, & prior ad illud provocat; quoad quem hic nihil est peculiare, sed admittitur omnis, qui alias de Jure communi actor esse potest, de quo vid. B. D. Lauterbach. *in Colleg. Pand. ad tit. de Judic. th.* 23. *seqq.* & *Reum*, qui actione pulsatur, sive à quo aliquid petitur. Reos autem fieri & conveniri in hoc Judicio posse diximus omnes, qui in districtu Judicii Provincialis Sueviæ degunt & larem fovent, contrahunt, delinquunt &c. sive mediatè sive immediatè Imperio sint subjecti. O. I. P. *p.* 1. *tit.* 1. Dissent. Knipschild. *de Jurib. Nobil. l* 3. *c.* 24. *n.* 10. *seqq.* *Status & immediatè Imperio subjectos removens*, nisi specialiter sint privilegiati vel exempti à Jurisdictione hujus Judicii. Sunt enim haud paucis Statibus & Illustribus membris Imperii contra hoc Judicium concessa Privilegia exemptionis pro se ac subditis suis, ubi si quis vel se vel subditos suos avocare velit, olim quidem moris erat, ut avocans semper Privilegium in Originali vel per copias vidimatas &

De Privilegiis exemptionis.

novissimam Confirmationem cum literis avocatoriis produceret. Hodie constitutum est, ut si semel Privilegia vel originaliter vel in copiis vidimatis unà cum novissima Confirmatione Judicio insinuata fuerint, ejusque Protocollo inserta, non opus sit, ea ulterius producere, sed sufficiat, illa in literis avocatoriis allegare. O. I. P. *p. 2. tit.* 4. Inter Privilegiatos eminent Electores Bavariæ ratione Mundelheim & aliorum, quæ in Suevia possident, vi *Aur. Bulla tit.* 11. *Capitul. Matthiæ Imp. art.* 16. Serenissimi nostri Duces Würtembergiæ per Privilegium ab Imperatore Maximiliano I. ob singularia in Imperium merita Eberhardo I. Duci Würtembergiæ in Comitiis Wormatiensibus anno 1495. d. 20. Augusti cum consensu Procerum Imp. concessum, quod refert Limnæus *l. 5. I. P. c. 16. n.* 12. Lunig. R. A. *Part. spec. cont.* 2. in der vierten Abtheilung 7. Absatz, *Privil.* 25. *pag.* 814. *seq.* sunt plurimi alii Status Sueviæ ab eo exempti, partim per Privilegia, partim vi Ordinationis ipsius, ut Subditi Austriaci, etiamsi aliis tanquam Dominis directis vel hypothecariis pareant, O. I. P. *p. 2. tit.* 4. *pag.* 52. Non admittuntur tamen avocationes & remissiones in casibus reservatis, vulgò Ehehafften dictis, qui nil aliud sunt, quam causæ ab exemptionibus exceptæ, ita, ut si vel maximè quis à Jurisdictione Judicii ordinariè exemptus sit, tamen illa exemptio in reservatis hisce causis non attendatur, quorum casuum reservatorum 27. recensentur in O. I. P. *p. 2. tit.* 5. quos & refert Besold. *in Thes. Pract. voc.* Ehehafften. ac speciali tr. explicuit Jacob Otto, D. Com. Palat. & Reip. Ulmensis Consiliarius, qui inscribitur: Unverfänglicher Entwurff des freyen Kayserlichen Land-Gerichts Ehehafften. Addantur Kayserliche Oesterreichische Declaration wegen der Ehehafften an das Hoch-Stifft Augspurg de anno 1516. Caroli V. Imp. Declaration der Land-Gerichts Ehehafften halber de anno 1544. Oesterreicher Vertrag zwischen dem Land-Gericht und dem Stifft Kempten wegen der remission und Ehehafftinen de anno 1545. Kaysers Caroli V. Declaration wegen der Ehehafften des Adels Ehehalten, Handwercks- und Bauersleuthe de anno 1524. quæ extant im Teutschen Corpore Juris Publici & Privati Dn. Joh. Steph. Burgermeisters, Consil. Cæsar. & Reip. Ulm. *Part. 2. pag.* 780. *seqq.* Casus hos reservatos 27. Status Circuli Suev. desiderarunt reduci ad 14. coram Commissione Cæsarea Ravenspurgi habita anno 1667. ut videre est ap. laud. D. Burgermeister *d. l. pag.* 812. *seq.* De resolutione & postulati impetratione autem nobis nihil constat. Num autem & contra casus

De casibus reservatis, Ehehafften.

ſus hos reſervatos Privilegium exemptionis dari ac impetrari queat? tam circa hoc, quam Rothvvilenſe Judicium, quod itidem caſus tales reſervatos 28. habet, controvertitur. Ipſa Judicia, & qui horum partes tuentur, ut Joh. G. von Zimmern *p. 2. quodl.* 4. *pag.* 135. Uffenbach. *c.* 12. *Sect.* 1. *ſubſ.* 2. *p.* 153. negativæ inhærent, quia Rothvvilenſe à Maximiliano I. & II. hoc noſtrum Provinciale Sueviæ à Carolo V. (vid. Caroli V. Imp. Caſſation aller Privilegien wider des Land- Gerichts Ehehafften de anno 1544. ap. Burgermeiſterum *d. l. p.* 783.) ita privilegiatum, ut contra caſus reſervatos nullum privilegium Statibus concedi queat, cum clauſulis caſſatoriis derogatoriis & irritantibus privilegia iſta munita ſint. Cujus contrarium tamen experientia docuit. vid. Wehner. *in not. ad Reform. Rothvvil. quibus præmiſſa ſunt Privileg. Maxim. I. & II. p.* 2. *tit.* 5. *pag.* 106. ibique allegatus Meichsner *tom.* 1. *part.* 1. *Deciſ. Camer.* 20. *pag.* 425. Magnif. Dn. Præſes, Patronus ad cineres usque devenerandus, *in Introd. ad Jus Publ. Part. Spec. Sect.* 1. *cap.* 14. *n.* 5. *in fin.*

Num & contra caſus reſervatos Privilegium Exemptionis dari queat?

XVI.

Perſonæ minus Principales ſeu ſecundariæ vel Judici vel litigantibus accedunt. Judici accedunt *Secretarii*, Land- Gerichts- Schreiber, qui negotiorum in Cancellaria Judicii Provincialis expediendorum adminiſtrationi præſunt. Hi non ſpecialiter à Judice Provinciali conſtituuntur, ſed qui in quatuor iſtis locis, ubi judicium hoc exercetur, munus eines Statt- Schreibers ſuſtinent, eo ipſo etiam hoc officio funguntur. Non enim proprius Actuarius ſeu Protocolliſta recipitur, niſi negligentiæ vel Proceſſus ignorantiæ cauſa. Licet autem Secretarius Cancellariæ ſpecialiter à Judice non conſtituatur, tamen eidem juramentum ſpeciale præſtare tenetur intuitu hîc expediendorum, de cujus Officio agit tam O. I. P. *p.* 1. *tit.* 6. quam Schneider *tit.* 7. *Fiſcalis*, qui cauſas Fiſcales in judicio hoc proſequitur, & ad hoc peragendum vi O. I. P. *p.* 1. *tit.* 7. à Judice aſſumi debet ex numero Procuratorum juratorum. Hodie tamen etiam alius, qui non eſt Procurator, in Fiſcalem eligi poteſt, teſte experientia. Officium ejus in eo potiſſimum conſiſtit, ut omnes cauſas Fiſcales in O I. P. *p.* 2. *tit.* 6. enumeratas & quicquid in detrimentum Privilegiorum Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ, nec non deſpectum Judicii Provincialis perpetratum, diligenter notet. O. I. P. *p.* 1. *tit.* 7. ubi & formula juramenti ab ipſo præſtandi habetur, ac de

De Perſonis Judicii minus principalibus: Secretariis; Fiſcali;

Sala-

Salario ipsi ex sportulis judicialibus solvendo disponitur. Schneider *tit.* 10. *Nuntii*, quorum receptio libero Judicis Provincialis arbitrio relicta est, cui quoque præstant juramentum, quo se obstringere tenentur, ex quo simul officium eorum colligi potest. Partibus litigantibus utiles operas præstant *Advocati & Procuratores*, qui inter se differunt ratione causæ efficientis, ratione subjecti, objecti, finis & effectus, de quibus allegasse sufficiat B. D. Lauterbach. *ad tit. ff. de postuland. & tit. de Procuratorib.* O. I. P. *p.* 1. *tit.* 8. & Schneider *tit.* 8. *&* 9.

Nuntiis; Advocatis & Procuratoribus.

XVII.

De Appellationibus à Judicio hoc Provinciali ad summa Imperii Judicia.

Duo adhucdum brevissimis saltem, quia labor fere ultra Disputationis limites excrevit, tangenda sunt. Unum de appellationibus, an hæ à Judicio hoc Provinciali, ab his, qui se per sententiam ejusdem gravatos existimant, fieri possint ad Cameram Imperialem vel Judicium Aulicum Imperatoris, an ad Austriacorum supremam Curiam, quæ Oeniponti est, faciendæ? Hoc Austriacos voluisse, & in Ord. Jud. Prov. *p.* 3. *tit.* 12. cavisse, imò & factas appellationes ad Cameram Imp. cassatas esse, constat aus der Kayserlichen Cassation Ferdinandi III. Imp. der vom Land-Gericht in Schwaben am Kayserlichen Cammer-Gericht angenommener Appellation de anno 1656. ap. Burgermeist. *part.* 2. des Teutschen *Corporis Juris pag.* 814. Statibus Circuli Suevici se enixè opponentibus, & hoc quod cogi velint, ut ad Superiorem Curiam, quæ Oeniponti est, appellent, non tantùm in ipsorum, sed & in Imperatoris, totiusque Imperii præjudicium, ejusque summæ jurisdictionis læsionem & suppressionem fieri, querentibus; Austriacis regerentibus & protestantibus, Serenissimæ Domus Austriacæ intentionem minime esse, nec unquam fuisse, ex Statibus Sueviæ liberis immediatè Imperio subjectis Landsassios facere per judicialem cognitionem & decisionem causarum ipsos concernentium in Judicio Provinciali Suevico, aliud enim esse subditum, aliud forum sortiri, satis constare, Judicium Provinciale Sueviæ esse Cæsareum Judicium, seque nomine Imperatoris jurisdictionem in illo exercere, Statuum ergo immedietatem nullum pati detrimentum, si illic conveniantur. Utriusque partis rationes latius refert Knipschild *de Jur. Nobil. p.* 3. *c.* 24. *n.* 56. *seqq.* Obtinuerunt autem tandem Status Sueviæ, ut Serenissimi Archi-Duces Austriæ pro connata sibi Clementia æquitatem postulati sui agnoverint, & Sacratis-

cratissimus Imp. Leopoldus Capit. sua *art.* 18. Josephus *art.* 17. Modernus Augustiss. Imper. CAROLUS VI. *art* 18. sponte promiserint, se appellationes Statuum tam ab hoc Judicio Provinciali Sueviæ, quam Rothvvilensi Dicasterio ad Aulam Cæsaream vel Cameram Imperialem non impedituros, imò Gloriosiss. Imp. Leopoldus etiam per speciale Rescriptum ad Directores Circuli emissum anno 1670. significavit, quod quilibet Status, qui in hoc judicio egit vel conventus est, si se per latam ibi sententiam gravatum esse censeat, integra & plena gaudere debeat libertate, vel ad Aulam Cæsaream, vel ad Cameram appellandi. Appellatione non interposita sententia executioni mandatur, vid. O. I. P. *p.* 2. *t.* 12. 13. *& p.* 3. *t.* 9. Schneider *cl.* 2. *tit.* 2. ferè per totum. Alterum, quod adhuc tangendum est, concernit abolitionem hujus æquè, ac Rothvvilensis Dicasterii, quam Status in Comitiis anno 1641. vi Rec. Imp. *de anno* 1641. §. 93. in tractatibus Pacis Westph. vi Instrumenti Pac. Westph. *art. V. §.* 56. in Comitiis ann. 1653. & 1667. coram Commissione Cæsarea Ravenspurgi instituta ob varios abusus, Privilegiorum exemptionis neglectum, casuum reservatorum nimiam extensionem, & plura alia Statuum Circuli Gravamina à Dn. Burgermeistero *in Corpore Juris Part.* 2. *pag.* 839. exhibita, petierunt & instanter urserunt. Archi-Duces Austriæ autem sese semper opposuerunt, urgentes, se possidere hoc Judicium duplici jure & titulo, feudi nimirum & pignoris. Oppignorationes autem Imperii confirmatas & irredimibiles factas esse omnium Imperatorum à Carolo V. usque ad Carolum VI. Capitulationibus *art.* 3. *vel* 4. Caroli VI. *art.* 1. & Instrum. Pac. Westph. *art. V. §.* 26. *in fin.* & neminem feudo citra commissam culpam & feloniam privari posse, abrogationem ergò hujus judicii sine læsione Jurium Domus Austriacæ fieri non posse. 2. frustra objici subscriptionem Domus Austriacæ in Instrumento Pacis Westph. ubi meditatio abrogationis proposita, factam, nam eam meditationem rejectam fuisse ad futura Comitia, in quibus rationes suas pro conservando jure suo proponere sibi reservaverit Domus Austriaca, ex pura igitur meditatione subscripta ipsam non obligari ad renunciationem sui juris. Et hic articulus latius pro & contra tractatus est in tribus illis Deductionibus, quæ supra allegatæ *in th.* 4. Stat verò hactenus Judicium hoc nostrum immotum & inconcussum in pristino suo vigore, ac implorantibus justitiam ex bono & æquo dispensat.

De abolitione hujus æque ac Rothvvilensis Dicasterii à Statibus Imperii petita.

Atque sic tandem pedem figimus, DEO T.O.M. pro hucusque concessa gratia & ope divina devotissimas referentes gratias, Ipsiusque omnipotenti Protectioni nos totos, omnesque nostras actiones, B. L. candidæ & æquanimi censuræ autem theses has nostras committimus.

COROLLARIA.

Ex Jure Naturæ.

I. Integræ etiam Gentes, nimirum prædatoriam vitam exercentes, uti sunt Algerienses, Tunetani &c. existimatione simplici destituuntur.

II. Templa, Porticus, Statuas & talia vastare in bello juri Gentium est adversum.

III. Impia & Gentium juri adversa sunt bella, quæ venenis geruntur.

IV. Solos Principes sibi jus venandi reservasse, juri naturæ non adversatur.

V. Officia Civium ex fine Civitatis omnium optimè dijudicantur.

Ex Jure Canonico.

VI. In Contractibus innominatis danti pœnitendi facultas etiam de hoc jure competit.

VII. Ignorantiam impedimenti matrimonialis filio patrocinari verius est.

VIII. Non tantum ignorantia facti, sed etiam juris (quando scilicet aliquis ignoravit prohibitionem sub pœna censurarum) excusat à censura.

IX. Non potest Prælatus pro re immobili Ecclesiæ suæ legata pretium absque solennitate recipere.

X. Si Ecclesia hæres instituta est, aliæ Ecclesiæ verò Legatariæ, tunc competit Ecclesiæ hæredi Falcidiæ detractio.

Ex Jure Publico.

XI. Potest Persona Ecclesiastica in Ducem Circuli eligi.

XII. Vi-

XII. Vicarii Imperii particulares in Italia tempore interregni non subsunt Vicariis in Germania universalibus.

XIII. Ob mortem Prælati vacans Capitulum immediatum, in causis, quæ Episcopatum concernunt, gaudet jure Austregarum.

XIV. Indubium ferè est jus monetandi Statibus, non vi superioritatis territorialis, sed tantum ex privilegio vel præscriptione competere.

XV. Dato, quod dispositio A. B. qua Imperator coram Elect. Palatino respondere tenetur, hodie obtineat, per id tamen ejus majestas non imminuitur.

Ex Jure Civili.

XVI. Tutori salarium à Magistratu constitutum deberi, & rationes tutelares sumptibus Pupilli reddendas esse, extra dubium est.

XVII. Judæi actiones, etiam si usuraria pravitate non laborent, contra Christianos competentes Christianis vendere de jure prohibentur.

XVIII. Actio, quæ in §. 28. Inst. de act. non continetur, Bonæ fidei non est, & differentia inter actiones bonæ fidei & stricti juris etiam post Recess. Deputatorum de An. 1600. non est sublata.

XIX. Qui factum promisit, præstando interesse liberatur.

XX. Actio furti in duplum & quadruplum adhuc hodie obtinet.

Ex Jure Feudali.

XXI. Potest rusticus non solum immediatus, sed etiam mediatus feudum concedere.

XXII. Vasallus per constitutum possessorium feudum alienans, illo rectè privatur.

XXIII. Potest Vasallus de feudo transactionem, tam diminuendi, quam decidendi gratia inire.

XXIV. Non potest Vasallus Domino posteriori contra priorem per substitutum servire.

XXV. Etiamsi in constitutione feudi expressè conventum sit, ne feudum alienetur, tamen subinfeudationi locus manet.

(o)

DISPVTATIO XXXIX.

DE
STATVTORVM ALIENATIONEM BONORVM IMMOBILIVM
IN
ECCLESIAS ET CLERICOS PROHIBENTIVM VALIDITATE

INAVGVRALIS

JOHANNIS BVRCKARDTI SCHOBINGER de KALCHOFEN, Supr. Dicast. Würtenb. Advoc.

hab. d. 3. Jul. MDCCXXIII.

SVMMARIA.

CAPVT I.

Terminorum in Titulo occurrentium explanationem, atque incidentium quarundam utilium quæstionum resolutionem exhibens.

STatuta. §. I. Alienatio. §. II. Bona immobilia. §. III. Ecclesias. §. IV. Clericos. §. V.

CA-

CAPUT II.

Sistens Statuta alienationem bonorum in Eccles. & Cleric. prohibentia.

Origo bonorum Ecclesiæ immobilium. §. I. Ecclesiarum opes immensæ. Damnum exinde Reipublicæ maximum. §. II. Saluberrima igitur Statuta alienationem in Ecclesias Clericosque prohibentia. Würtembergicum. Esslingense. Francofurtense. Coloniense. Augustanum. Bavaricum. Venetum. Hispanica. Gallica. Belgica. Juliacense. Anglica. Lusitanica. §. III. Mediolanensia. alia. §. IV.

CAPUT III.

Statutorum dict. validitatem demonstrans.

Argumenta Clericorum adversa. §. I. Rationes decidendi. §. II. Respondentur adversis. §. III.

CAPUT IV.

Effectus quosdam Statutorum notabiliores exhibens.

Alienatio contra dicta statuta facta ipso jure nulla. §. I. II. An re immobili retractui familiarum subjecta contra statuta supradicta Retractus quocunque modo suum sortiatur effectum? Si concurrat pœna confiscationis, quis præferendus, an fiscus, an consanguineus? §. III. §. IV. An Æstimatio prædii immobilis legati veniat præstanda? §. V.

CAPUT V.

Statutorum Contraria atque Affinia ostendens.

Contraria: Amortizatio. §. I. Usucapio. §. II. Affinia. §. III.

L. B. S.

Nihil ferè est, quo te, B. L. in ipso opellæ nostræ limine teneam. Oeconomia quippe illius ex ipsis Sectionum, in quas omnem nostram tractationem dividere duximus consultum, ipsa rerum jubente indole, inscriptionibus admodum luculenter patet. Nec est, cur primum forte caput pro inutili habeas, vel minus necessario. Titulus quidem dissertationis planus utique est, & quid eo designatum cupiamus, quivis harum rerum non ignarus capere valet. Quum tamen vocum curatiores evolutiones ad ipsa rerum penetralia monstrent viam, januamque adaperiant, terminique hic occurentes variis acceptionibus & ambiguitatibus subjaceant, quibus parum diligenter perspectis extricatisve facillime ideæ turbari, cogitationes perverti, & ipsæ res aliena se subjicere possunt specie: multaque insuper, dum voces explicamus, ipsa occasio suggerat, quæ præmissa argumentum ipsum & rationes respondendi vel illustrant vel corroborant: ideo antecessionis loca illa præmittere visum est. Ceterum Prodromum tantum hic damus vel compendium amplioris hoc de argumento, quam animo concepimus, tractationis, & quidem deproperatum. Non multum enim temporis, quod præfiscini dicimus, his conscribendis impendimus. Nec ita ea elaboravimus, ut elaborare animus est reliqua, imo, alia plane materia sub incude nostra jam sudarat, quam in disputandi argumentum publice proponere voluimus; Sed mutare quædam circumstantiæ nostræ nos nostram jusserunt mentem. Unde è vestigio quasi ad præsentes paginas conscribendas brevique tempore, festinante animo & calamo, absolvendas nos convertimus atque applicuimus. Lambemus eas atque relambemus, multaque, si DEUS otium & occasionem, uti speramus, concesserit, litura expoliemus, augebimus, ac pro virium modulo perficiemus. Interim primas hasce delineationes qualescunque, quas primæ meditationes & Auctorum brevis evolutio suppeditavit, æqui bonique consulas, nimia festinatione admissa condones, B. L. iterum iterumque rogo. Hisce vale, ac in rem, si placet, præsentem progredere.

I. N. J. C.

I. N. J. C.

CAPUT I.

Terminorum in Titulo occurrentium explanationem, atque incidentium quarundam utilium quæstionum resolutionem exhibens.

I.

1. NOn Mos tantum inter eos, qui argumentis ad jurium nostrorum forum spectantibus operam studiumque suum addicunt, dudum atque communiter receptus, sed insignis quoque, quam lectoribus præstabit nostris hoc caput, utilitas, nos permovit, uti in præfatione jam sumus professi, ut hancterminorum, quos ad argumentum tractationis hujus insinuandum in fronte adhibuimus, evolutionem hoc loco præmitteremus. Et quod primam quidem attinet vocem STATUTA. Dicuntur à statuere, quod nihil aliud est, quam decernere & constituere, unde Cicero: *jam habeo statutum, quid mihi agendum sit, IV. Famil. Ep.* 11. Item: *ferro eam contumeliam arcere statuunt, lib.* 1. *Offic.* i. e. proponunt sive constituunt. Item judicare, putare, *vid.* Nizol. *in Thes. Ciceron. h. v.* Licet hic Alberic. de Rosate *de statut. C.* 1. *qu.* 1. *num.* 6. JCtorum solitas sequatur allusiones, *arg. l.* 2. *§.* 2. *Pand. de R. C. pr. J. de Testament.* & ita appellatum velit, quasi stabiliter observandum, cum a Statutorum verbis minime sit recedendum; Sed observanda & interpretanda, prout jacent; ita ut ratione non expressa, verba magis quam ratio consideranda, ut loquitur Magnif. Dn. Præses *in Introd. in Jus Publicum P. Sp. sect.* 2. *cap.* 13. *n.* 3. Et inde sint Juris strictissimi, dum pariant condictionem ex lege, *arg. l. un. Pand. de condict. ex leg.* quæ sua natura est stricti juris, obque vulgarem DD. regulam, quia sc. non continetur in §. 28. *J. de Act.* quæ regula & verissima; Sed cum DD. ejusmodi statuta notabiliter restringant ad ea, quæ sc. contra Jus Civile, inde magis ingeniosa, quam genuina dici meretur, *v.* Joh. Georg. Simon. *in Disp. de Jure Statut. c.* 1. *p.* 5. In sensu vero juridico

Statuta.

dico vox ista accipitur 1.) Pro Lege à Principe condita, quæ aliàs Constitutio appellari solet, *l. 1. §. 1. Pand. de Constit. Princ. l. 3. §. 5. Pand. de sepulch. viol.* 2.) Pro Judicis tam superioris quam inferioris sententia & pronuntiato, *arg. l. 1. Pand. quod quisque jur. in al. L. 46. ibique* Gœddœus *num. 3. de V. S. l. 3. C. de Jurisd. omn. Jud. L. f. C. de Sent. quæ sine certa quant. l. 9. C. de Sent. & Interloc. l. 3. & 7. l. pen. C. Quomod. & quand. Jud.* ubi & Judicium pedaneorum sententiæ statuta dicuntur. 3.) Pro destinato, seu die certo ac definito accipitur, *l. 1. l. 6. de stat. liber. l. 15. & 16. Pand. de Nox. Act. l. 27. §. 10. Pand. ad Leg. Jul. de Adult. l. 21. §. 2. Pand. de Recept. q. arbitr. l. 81. §. pen. Pand. de legat. 3. l. 15. §. 5. de Re Jud.* 4.) Pro jure locali certorum locorum, v. Wissenb. *in π. tit. de LL. n. 3.* Alio nomine Statutum vocatur lex municipalis, *l. 3. §. 5. π. de Mun. & Honor.* Lex municipii, *l. 6. C. quod cujusc. Univ. nom.* Decretum, *l. 1. C. de Emanc. lib.* Jus Civitatis proprium, *l. 21. §. f. ad Municip.* nostro idiomate Stadt-Recht, Weichbild, Willkühr, *v.* C. Besold. *thes. pract.* Horum statutorum fundamentum communiter ponunt in *l. 9. π. de J. & J.* & præter quem textum nullum alium in jure extare asserit Hunn. *in Encyclop. Jur. univers. p. 1. tit. 3. proœm. in 2.*

In latiori vero sensu 5.) nobis hic venit, quo jussus superioris in suo territorio denotatur, quod definitur nobis: *Quod sit lex, quam quisque superior intra ditionem suam sive principatum in publicam principatus utilitatem sanxit atque constituit. v.* Hunn. *d. l. p. 18.* Olim Jus civile appellata, *d. l. 9. π. de J. & J.* Statutorum nomen tandem acceperunt à Jure Can. *c. 2. x. de Constit. in 6.*

2.) Ejusmodi statuta secundum communem DD. sententiam dividuntur in *Personalia* & *Realia*, v. Sam. Stryck. *Disp. de Jure Principis extra territ. c. 3. n. 12.* Christin. *Decis. Belg. Vol. 2. decis. 56. An detur tertium genus statutorum, quod vocatur Mixtum?* inter DD. controvertitur. Affirmat id Argentræus *in Comment. ad Consuetud. Mechliniens.* Negat vero Nicol. Burgund. *in Controv. ad Consuetud. Flandriæ*, cujus in castra & transiisse videtur *cit.* Christin. *decis. 56. Vol. 2. n. 1.* cum horum Statutorum mixtorum exempla dari ipse asserit atque allegat in *sqq.* Hinc mixta dari, quæ ex utroque Statutorum genere conflata sunt, affirmare non dubitamus.

Personalia vero vocamus, quæ plane non curant res, sed simpliciter de Personis disponunt, easque afficiunt.

Realia

Realia vero, quæ omnem respectum suum ad res, sive sint mobiles sive immobiles, sine ulla consideratione ad personas, sive forenses sint nec ne, dirigunt, *vid.* Stryck. *d. l. num.* 5. *&* 6. His ultimis & nostra Statuta alienationem bonorum in Eccl. & Clericos prohibentia sunt accensenda; bona enim immobilia hic sine ullo respectu ad Clericos afficiunt.

3.) *Causa* Statutorum *remota* sine dubio est vel Majestas, vel superioritas territorialis; *Proxima* vero superior, qui dicta Majestate vel superioritate gaudet. Ita in Imperio nostro leges Universales fert Imperator, sed modo à primis Imperii temporibus satis diverso. Cum sola olim Imperatorum voluntas requireretur, Hodie vero, ut valeant, non Electorum solum, ut putavit Sleidan. *l.* 1. *Comm. pag.* 28. Sed omnium omnino Statuum Imperii Rom. Germ. consensus ut adhibeatur, maxime necessarium est, *vid. Capitul.* CAROLI V. *art.* 2. ibi: Wir wollen des heiligen Reichs Ordnung und Gesetz confirmiren, erneuren, und wo Noth dieselbe mit Rath Unser und des Heil. Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und andern Ständen bessern, quod & in seqq. Impp. Capp. sæpius repetitum, ac noviter in *Capit.* CAROLI VI. *art. IV.* ita constitutum: In allen Berathschlagungen über die Reichs-Geschäfften, insonderheit diejenige, welche in dem Instrumento Pacis Westphal. (*art.* 8. §. gaudeant.) nahmentlich exprimiret, und dergleichen, sollen und wollen Wir die Chur-Fürsten, Fürsten und Stände des Reichs Ihres juris suffragii sich gebrauchen lassen, und ohne derselben Reichs-tägige freye Beystimmung in selbigen Dingen nichts fürnehmen, noch gestatten. Contrarium contra tot txx. claros contendere haud dubitarunt Wesenbec. *ad tit. d. LL. num.* 3. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 6. Dominic. Arumæus *Discurs. J. P. vol.* 1. *disc.* 1. *&* 11. & omnes ferè Monarchistæ, quos collegit L. B. de Lyncker *in Dissert. de Forma Status Imperii, Jenæ* 1689. *&* Joachimus Henric. Sibrand. *in Dissert. de Statu & Forma S. R. Imperii. Rostochii* 1695. *§. IV.* Sed vid. Magnif. Dn. Præses *in Introd. in J. P. P. Sp. c.* 25. *§.* 1. *&* 2. Carpzov. *de Lege Regia Germ. c.* 3. *sect.* 1. Limnæus *ad Capitulat. Ferd. IV. art.* 7. *num.* 8. Hæc in transitu dixisse sufficiat.

4.) Majorem lucem nostro instituto adferet disquisitio: *An Statibus Imperii quoque Jus Leges ferendi competat, quoad suum territorium sine ulteriori confirmatione?* Hodie ipsis competere, tot typis mandatæ testantur Provinciarum Constitutiones sive Statuta, quæ vulgo vocabulo

cabulo deren Land=Rechte veniunt. Idque Jure ſuperioritatis territorialis, vi cujus Imperii Statibus omnia ea ſunt permiſſa, quæ ad Principatus atque Subditorum utilitatem promovendam tendunt; quo eo ipſo confirmationis neceſſitas ab Imperatore excluditur, quam tamen ſtrenuè defendit Reincking. *de Reg. Secul. l.* 1. *cl.* 5. *c.* 6. *num.* 181. & Dn. ab Eyben *in Diſp. de Origine regulæ: Principem Imperii tantum poſſe in ſuo territorio &c.* Quod vero horum ſententia ſit falſiſſima, videre eſt ex Capitul. Caroli V. *art.* 4. *& reliquis usque ad Leopold. Nec* noſtræ ſententiæ *obſtat*, quod Status Imperii hanc poteſtatem Legislatoriam Adolphi Naſſovii Imp. temporibus nondum uſurpaverint, niſi prævio Imperatoris conſenſu & privilegio ſingulari, ut id probat Beſold. *de Liber. Jur. Civ. cap.* 9. add. Stamm. *de Servitut. l.* 3. *c.* 8. §. 4. ſimulque cum ſuperius citatis contrariam ſententiam defendunt. Sed hæc nobis nihil officiunt: cum ipſi & hoc ipſis largiamur, cum Dn. Struv. *in Syntag. Juris publ. c.* 24. §. 52. quod ſc. dd. temporibus Statutis regul. confirmatio ſive privilegium acceſſerit, imo recentioribus temporibus acceſſiſſe, videre eſt ex Ducum Brunſuicenſium ordinatione judiciaria, quæ confirmationem Ferdinandi I. Imperatoris habet præfixam: Ut & ex Ordinatione Electoris Mogunt. cujus ſingulas Juris Juſtinianei correctiones nominatim comprobavit Carolus V. & aliorum, *vid.* Dn. Struv. *d. l. p.* 1286. *Rhetius in Proœm. Comm. ad Uſ. Feud. n.* 58. Joh. Nic. Hertius *in Diſp. de ſuperiorit. territ. th.* 25. An vero illa confirmatio ad eſſentiam Statutorum aliquid contribuerit, ac non magis authoritatis & utilitatis, quam neceſſitatis gratia adhibita fuerit, hucusque à contradicentibus nondum probatum, vid. Stryck. *Uſ. Mod. Pand. tit. de LL.* §. 5. Ceterum ad lites præſcindendas & ad bene eſſe, confirmationem ab Imperatore utilem eſſe, *per O. C. p.* 1. *tit.* 13. *& Receſs. Imp. noviſſ. de* 1654. §. 105. teſtatur Magnif. Dn. Præſes *in Introd. in J. Publ. P. Spec. Sect.* 2. *c.* 13. *cui adde* Vultej. 4. *Conſil. Marpurg.* 54. *num.* 20. Heig. *Part.* 1. *qu.* 23. *num.* 31. Coler. *de Proceſſ. execut. p.* 1. *c.* 3. *num.* 8.

Porro & inquirendum: *An Status Imperii ſtatuta legibus ſive juri communi contraria ferre poſſint?* Rationem dubitandi exhibet B. Dn. Stryck. *d. l.* §. 7. Negat id Schütz *Vol.* 1. *Diſp.* 6. §. 20. *tit.* 9. Referens ap. Hagen. *de uſuris c.* 7. *num.* 5. Strauch. *de Statutis à Summ. Princip.* §. 6. idque per *l. ult. Pand. de Colleg.* & *l.* 3. §. 5. *Pand. de ſepulch. viol.* Quorum in caſtra & nos lubentiſſimè concedimus, ſi modo

modo sententiam suam restringant ad Leges Imperii Statum universum attingentes: Quod enim Leges Civiles Justinianeas & Pontificum Canones attinet, contra eos pro lubitu statuta condi posse negare absurdum esset, cum multa, quæ nostris moribus ac rationibus quam minime conveniunt, contineant. vid. Magnif. Dn. Præses *in sæpe laud. Introd. in J. P. d. l. §. 2.* Stryck. *in Uf. mod. Pand. tit. de LL.* §. 7. Hert. *d. Disp. th. 25.* Myler ab Ehrenbach. *de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 39. §. 4. ibique cit.* Gail. 2. *Observ.* 124. *num.* 2. Kohl. *Exerc. leg. c.* 1. *num.* 29. Reincking. *d. l. l.* 4. *cl.* 2. *c.* 10. *num.* 5. Hinc passim extant statuta in Imperio nostro contra jus commune lata, vid. præter hæc in nostra Dissert. quæ recenset Myler ab Ehrenbach. *d. l.* Ceterum in quantum per statuta provincialia Imperii Recessibus derogari possit, solidè demonstrat Magnif. Dn. Præses *d. l. add.* Hert. *d. l.* Stryck. *in Uf. mod. Pand. d. l.*

5.) *Statuta Provincialia* utplurimum in conventibus provincialibus, cum Ordinum Provincialium consensu conduntur, auf denen Land-Tägen mit Rath und Gutachten der Landständen, utpote qui in rebus & moribus patriis optimè eruditi & versati sunt, Myler ab Ehrenb. *d. tr. p.* 2. *c.* 39. §. 9. quod tamen voluntatis magis quam necessitatis esse, tradit Bocer. *Cl.* 1. *Disp.* 3. *th.* 42. idque *arg. l.* 3. *C. de LL.* Hac in re tamen ad pacta inter Principem & Status Provinciæ conventa respiciendum esse, monet Magnif. Dn. Præs. *d. l. P. sp. Sect.* 2. *c.* 13. *§.* 3. Ita in Ducatu nostro Würtemb. expresse hac de re cautum reperitur: Land-Recht und Lands-Ordnungen zu machen mit Rath und Zuthun einer gesamten Landschafft. & ita passim alibi.

6.) Quid de Statutorum Interpretatione dicendum, per regulam tradit Magnif. Dn. Præses *d. l.* his verbis: Statuta, inquit, sunt stricti Juris, & prout jacent, accipienda. *vid.* B. Dn. Harppr. *Conf.* 36. *n.* 47. *p.* 751. Ita ut ratione non expressa, verba magis quam ratio consideranda, *arg. l.* 38. *Pand. de Inoffic. Test.* vid. Alder. Mascard. *de generali Statut. Interpret. concl.* 4. *n.* 51. Honded. *Consult.* 32. *n* 44. Myler ab Ehrenb. *d. l. §.* 12. Ignat. de Nillar. Maldon. *Resp.* 7. *q.* 4. *n.* 5. Merend. *l.* 2. *Controv. c.* 10. *&* 13. Unde satis facete Franc. Vivius *Decis. Neapolit.* 566. *n.* 16. scribit: *Statuta*, inquit, *dicuntur sterilia sicut Mula, quæ non pariunt.* Hæc v. quæ jam dicta intelligi volumus de statutis contra jus commune promulgatis, cætera enim ejusdem naturæ sunt cum jure communi, quæ pro rei indole utique interpreta-

 tionem

tionem recipiunt. Cum vero adeo ſtricte ſtatuta ſint obſervanda, quæritur: *An ſtatutum de forenſibus ſimpliciter diſponens etiam de clericis diſponat, & ita argumentum à forenſe ad Clericum valeat?* Quod certo reſpectu affirmare non dubitamus: Sic Statuta in O. P. W. *fol.* 35. Daß niemand keinem, ſo nicht unter unſers Hertzogthums Obrigkeit geſeſſen, einig liegend Guth zu kauffen gebe; ad Clericos poſſe extendi, teſtatur Beſold. *ad tit. p.* 81. *ibique citt.* Cum Clerici apud Rom. Catholicos inſtar forenſium ſint, qui jurisdictioni ſeculari ſe ſubtrahunt, nec ei ſubjecti eſſe volunt. Caſus tamen exceptos tradit Klock. *de Contrib. c.* 12. *num.* 5. 6. 7. & 8. Qui plura de ſtatutis videre cupit, adeat Dn. Stryck. *cit. Diſp. de Jure Princip. extra territ. c.* 3. *p.* 1. Knipſchild. *de Juribus & Privilegiis Civitat. Imper. l.* 2. *c.* 10. *per tot.* & late ac egregie Henr. Giſebert. *in Juſtin. Harmon. ſive Comment. Inſtit.* ut & Ald. Maſcard. *de gener. Statut. Interpret.*

II.

Alienatio.

ALIENATIO. Hoc vocabulum ſuam originem debet verbo alienare, quod derivatur à vocabulo alienum; alienum vero ab alio, eo quod res per alienationem fiat alterius. Hinc & in genere ſignificat quaſi alienum facere, & ex dominio meo transferre. vid. Magnif. Dn. D. Graſs, *Patronus atque Præceptor omni cultu æternum devenerandus, in Diſp. de Mandato Jurisdictionali de non alienando.* Joh. Calvinus *in Lexico Jurid. h. v.* Alienatio & interdum diminutio dicitur, *l.* 1. *§.* 7. *Pand. ſi in fraud. Patron.* Alterius generis applicatio, *l.* 3. *§.* 2. *C. comm. de Legat.* Diſtractio, Translatio, *l.* 4. *C. de Præd. & al. reb. Min. ſine Decr. non al.*

In Jure noſtro civili *alienationis* vocabulum aliquando in ſenſu ſtrictiori & ſpecialiori pro actu dominii translativo accipitur, *l.* 1. *C. de fundo dot. l.* 87. *Pand. de C. E. V. l. f. C. de rebus alien. non alien.* Fromm. *de Traditione vera th.* 20. Inde hoc modo alienare non dicitur, qui vendidit rem ſuam, ſed nondum tradidit. Rei venditæ enim dominium non tranſit, niſi facta traditione, *l.* 20. *C. de Pact. l.* 6. *C. de Hered. vel. Act. vend. l.* 11. *C. de C. E. V.* Hac itaque deficiente res quidem dicitur vendita, ſed nondum alienata. *p.* 8. *l.* 67. *Pand. de V. S.* In latiori vero & generaliori ſignificatione quando venit, denotat actum cujuscunque juris in re aut partis alicujus ex dominio ſimilisve alterius juris translativum, Magnif. Dn. Graſs. *d. l.* Chriſtin. *Deciſ. Belg. dec.* 78. *num.* 3. *Vol.* 3. quo alterius

alterius patrimonium quomodocunque diminuitur & accipientis augetur, Joh. Calvin. *d. l.* ita ut sub hac significatione non dominii alienationem & mancipiorum manumissionem comprehendat solum; sed & servitutis impositionem qualemcunque, e. gr. Ususfructus, Emphyteuseos, *Nov.* 7. *c.* 1. *l. f. C. de reb. al. non alien.* & feudi constitutionem. *Quid vero de subfeudo dicendum, an & hujus constitutio dicenda sit alienatio?* R. Si Statutorum finem primarium inspicimus, responsio est in promptu; hic vero in subfeudo cessat, cum, domino subinfeudante decedente, iterum redeat ad dominum directum, vid. Magnif. Dn. D. Majer. *in Comment. Jur. Feud. cap.* 18. *§.* 1. *p.* 622. *& seqq.* Dn. Stryck. *in E. J. F. cap.* 19. *qu.* 31. *ibique limitationes.* Hypothecæ & pignoris nexum, *d. l. f. C. de reb. al. non al.* Perez. *ibid. n.* 5. Andr. Reiter *de Alienatione p.* 1. *c.* 6. *Sect.* 2. *&* 3. Hæredis institutionem, Gœdd. *ad l.* 27. *Pand. de V. S. num.* 45. *Hac occasione & quaritur: quid de hareditate dicendum sit, qua ab intestato defertur, an & hac quoque possit dici Alienatio?* R. Alienatio, hoc vocabulo in sensu stricto sumto, quæ præcise actum dominii translativum denotat, non est, ob unitatem testatoris & hæredis sui, quæ à jure fingitur. Inde dominium non dicitur transire à testatore ad hæredem ab intestato succedentem, e. gr. patrem & filium, quod exemplum etiam occurrit ratione ususfructus, *vid.* Schütz. *in Compend. Jur. p.* 257. *in med.* Et hoc sensu accipiunt Dn. D. Harppr. *Consil.* 99. *n.* 35. *Ejusque B. D. Proavus,* Joh. Harppr. *in Comm. Just. tit. de Hered. qua ab intest. defertur, n.* 460. quando dicunt, non esse alienationem; Secus v. dicendum, sumpta alienatione in sensu latiori: Quo sensu recte dicitur alienatio, atque comprehenditur, si Statuta alienationem bonorum immob. in Ecclesias & Clericos prohibent. Porro alienatio *in sensu latiori dicitur Usucapio*, *vid.* Gœdd. *d. l. n.* 3. *princ. n.* 9. *&* 10. ubi ait: *Usucapio proprie ac sine tropo est alienatio.* Et nostra statuta talem comprehendere, testatur Joh. Calvinus *d. l. h. v. pag.* 59. Alienare enim dicitur, qui patitur usucapi. Quo tamen ipso non excludimus usucapionem in bonis subditorum immobilibus ab Ecclesia, sed à Clericis usucapi posse, videbimus *infra c. penult.* Sed quod diximus, intelligi volumus ratione Effectus statutorum sc. pœnæ, & temporis in usucapione bonorum immobilium requisiti ordinarii, & ita ratione Clericorum usucapio est nulla, valida tamen ratione fisci. Sic in CONSTITUTIONE CAROLI V. anno 1520. d. 29. Octob. promulgata est pœna confiscationis alienantibus contra d. statuta. Inde ab eo, qui talia bona

per dictum tempus ordinar. à Clericis usucapi patitur, exigitur dicta pœna confiscationis. Porro & alienationis vocabulo nobis venit transactio, *vid. l.* 1. *Pand. si quid in fraud. Patron. &* Bald. *in l.* 1. §. *si advers. transact.* quod tn. & suas patitur limitationes, quas *vid.* apud Joh. Calvin. *h. v. pag.* 59. Imo alienatio *promissio* dicitur, *l. f. C. de Eunuch.* solvere enim & promittere sibi invicem æquiparantur, *l. f. C. ad Leg. Falc.* & communiter dicitur: quod illud, quod prohibitum est in terminis, etiam sit prohibitum in via. Ultimò alienationis vox & comprehendit venditionem sine traditione, Divisionem, Permutationem, *vid. omnino* Christin. *in Decis. Belg. vol.* 3. *decis.* 78. *&* 79. *ubi disserit latius hac de re.* Hæc itaque comprehendi putamus sub vocabulo alienationis, si statutum generaliter loquitur de alienatione.

III.

Bona. BONA. Propriè dicuntur à *beando*, *l.* 49. *Pand. d. V. S.* scil. quod eum, cujus sunt, reddant locupletiorem, *l.* 7. *§.* 1. *de Popul. act.* unde proprie bona dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent. *l.* 83. *ff. de V. S.* sed ea tantum, quæ deducto ære alieno supersunt, *l.* 39. §. 1. *ff. eod. l.* 2. *§.* 1. *ff. de collat. l.* 72. *in fin. pr. de Jur. dot.* Varias alias recipit significationes, quas *vid. ap.* Calvin. *d. l. b. v.* & Rebhahn. *in Hodog. cb.* 3. *cl.* 1. *§.* 18. Fromm. *in Different. act. qua in bonis comput. & qua non comput. th.* 5. Hoc loco vero dicuntur Bona *immobilia*, quæ in privati cujusdam existunt patrimonio, eumque reddunt locupletiorem: in specie diximus *immobilia*, cum mobilium rationem hic non habeamus, quia cessat in iis statutorum *finis*, *vid. l. f. C. de Long. temp. praescript. &c. & c.* 60. *x. de Appell.* qui saltem est, ne bona subditorum subducantur oneribus publicis, quibus regulariter saltem bona immobilia sunt subjecta, & denique ne bona transmittendo in manus mortuas, (Clerici dicuntur mortui, quia communi hominum consuetudini eximuntur, excommunicantur & quasi deportantur, vid. Speidel. *in speculo jurid. voc. Amortizatio bonor. p.* 52.) constituantur extra Civium commercium, & sic privaretur Princeps jure confiscationis, aliisque juribus ad eum qualiquali modo spectantibus, *vid.* Ramdohr. *de Amortiz. bon.* Christin. *Decis. Belg. Vol.* 1. *decis.* 201. *n.* 3. Ceterum nihil refert, an actu quis possideat; sive potentia: habendo sc. actiones ad bona consequenda accommodatas, ad quod enim quis habet actiones, id ipsum habere intelligitur, *l.* 15. *Pand. ubi DD. de Reg. Jur. l.* 143. *Pand. de Verb. signific.*

Goedd.

Gœdd. *ad l.* 49. *eod.* (unde etiam *cessio* actionum habetur pro *alienatione*, quod supra dicere debuissemus.) Fromm. *d. l.* Inde videmus, quod huc pertineant non solum res *immobiles proprie sic dicta*, sed & *intellectu juris tales.* In genere hic regula valet: *quascunque res Pontifex alienare prohibuit ex Ecclesia, & ita sunt comparata, ut alienatione earum in Ecclesiam, status fisci reddatur deterior, illa omnes comprehenduntur sub nomine immobilium.* Et hanc regulam adjicimus propter gravem & utilem quæstionem: *An in statutis, generaliter de immobilibus loquentibus, eorum appellatione veniant quoque Immobilia intellectu Juris talia?* Quæ vero sint, vid. Lauterb. *in Colleg. Th. pr. Pand. tit. de Divis. rer.* §. 16. & 17. Eleganter Wehner *Observ. pr. voc.* fahrende Haab, *ibique citati.* Nihil vero refert, an bona sint *allodialia*, vel *emphyteutica*, vel *feudalia*: quod enim hæc ultima attinet, tx. satis elegans est 1. *Feud.* 13. ubi alienatio feudi in Eccl. expressè prohibita, Ratio vero hujus non est, quam assignat Jacob. de Belviso, *quia sc. Ecclesia sit potentior & privilegiata*; verum ea est, quæ in ipso *c. tx.* quia scil. feudum nunquam est reversurum ad dominum, cum Ecclesia non desinat esse hæres, *c.* 12. *qu.* 1. & *c.* 5. *x. de Rescript. in* 6. idque obtinet, licet expresse pro anima Ecclesiæ donaret, 2. *f.* 9. & idem valere in bonis *Emphyteut.* certum est, *vid.* Ramdohr. *dict. disp. d. l.* & *egregie* Joh. Andr. *in Addit. vers.* 120.

immobilia.

IV.

ECCLESIAS. *Ecclesia* vocabulo quid veniat, quid sit, & quomodo dividatur, latè tradit Speidel *in specul. Jurid. voc.* Kirch. & Joh. Calvinus *voc. Ecclesia*, quo nos remittimus. Hoc loco accipitur in sensu *latissimo*, ita ut non comprehendat solum Universitatem Ecclesiæ, quæ pro suo subjecto agnoscit Clericos, qui cultui divino vacant; Sed *pro quibuscunque locis piis*, e. gr. Xenedochiis, Prochotrophiis, Orphanotrophiis, monasteriis & masculorum & Virginum, Brephotrophiis, Gerontocomiis & Nosocomiis, *juxta l.* 23. *C. de S. S. Eccles. vid.* Magnif. Dn. Præses *in Introduct. in J. P. Spec. Sect.* 2. *c.* 12. *n.* 8. *p.* 857. Klock. *de Contrib. c.* 12. *n.* 38. & *seqq.* Dn. Bœhmer *Jus Eccl. Prot. l.* 3. *tit.* 16. §. 4. Joh. Jac. Speidel *d. l. pag.* 700. *ibique cit.* Wesenb. *in παρατ. C. de SS. Eccl.* Ramdohr. *sæpe laudata Disp. th.* 20. Quæ habenda pro spuriis, eleganter recenset D. Bœhmer. *d. l.*

Ecclesias.

V.

V.

Clericos.

CLERICOS. Quidquid circa hoc vocabulum notandum, ſatis egregiè ac eruditè tradit Magnif. Dn. D. Graff *in Diſp. de negotiatione Clericorum prohibita*, *cap.* 3. *pag.* 12. Quo B. L. remittimus. Hoc ſaltem hic breviter notandum: Nobis non tàm eſſe ſermonem de Eccleſiis Proteſtantibus, cum in illis quilibet Princeps ſit Papa, Feltmann. *de Jure in Re c.* 27. *§.* 10. Carpzov. *Jurisprud. Eccleſ. l.* 1. *def.* 3. *num.* 4. B. Stryck. *de Jure Papali Princip. Evangel.* Licet Monaſteria Würtenberg. à ſuperioritate Sereniſſimi Ducis eſſe exempta, contendere haud puduit Authorem *Documentorum rediviv. Monaſteriorum Würtenberg.* qui vero ſatis refutatus. Sed de Eccleſiis & Clericis prætenſæ poteſtati Pontificiæ ſubjectis.

CAPUT II.

Siſtens Statuta alienationem bonorum in Eccleſ. & Cleric. prohibentia.

I.

Origo bonorum Eccleſiæ immobilium.

ECcleſiaſticos in primitiva Eccleſia nulla bona habuiſſe, nec poſſediſſe, ſed quæ oblata & ad pedes Apoſtolorum projecta, ſive mobilia ſive immobilia, ſtatim ad nutriendos pauperes atque egenos ea reddidiſſe, docet *tx. c.* 15. *C.* 12. *qu.* 1. *& c.* 13. *eod.* & in ſpecie *Actor. II. vſ.* 44. *&* 45. *IV. vſ.* 32. *&* 34. *&c.* Vid. Magnif. Dn. Præſes *Introd. in J. P. ſect.* 2. *c.* 12. *num.* 9. Dn. Bœhmer *in Jur. Eccl. prot. l.* 3. *tit.* 5. §. 3. Ramdohr. *d. l. n.* 4. Sed paucis pro ſuſtinenda vita contenti Deo ſerviebant, de cujus vitæ genere ſatis erudite ſcripſit Dadinus Altiſerra *in Orig. Rei Monaſt. Pariſ. A.* 1674. *edit. l.* 1. *c.* 2. Tempore vero procedente, cum vitæ ſolitariæ & aliquatenus ob paupertatem miſeriæ erant pertæſi, in urbes gregatim pervenerunt, & innumeros ſe extenderunt ordines, factique Barbati, reſtiferi, ſacco geruli & id genus aliorum turbæ hiſtrionum, apud Corn. Agrippam *de vanitate ſcientia c.* 62. *&* Mencken. *Orat. ſecunda de Charlat. Erud.* Eccleſia rerum poſſeſſiones nacta, magnisque bonis

nis temporalibus est locupletata, quæ deinceps CONSTANTINUS M. tot amplificavit opibus, tot donationibus auxit, atque latissimam prædia à piis oblata retinendi licentiam concessit, *l. 1. C. de SS. Eccl.* ac abinde in largiendis bonis, prædiis, facultatibus ita zelus crevit, ut altero alterum in munificentia superare cupiente, multi ad propriam inopiam redacti fuerint; cum autem Ecclesiastici bonorum abundantiam saltem venditione, & pretii in pauperes divisione his subvenire debuissent, juxta primæ Ecclesiæ instituta, Ipsi contra ea adeo obstinatè sibi vindicaverunt atque propria fecerunt, ut in omne genus luxus, exclusis pauperibus, thesauros Ecclesiæ profuderunt. Quod ex ipsa eorum confessione constat, & *verbis* Hieronymi notatu dignis *in Epist. 2. quam scripsit ad* Nepotianum, *de vita Clericorum*: *Pudet*, inquit, *dicere, Sacerdotes Idolorum, Mimi & Aurigæ & Scorta hæreditates capiunt, solis Clericis Monachis hac lege prohibetur, non à persecutoribus; Sed à Principibus Christianis, Nec* NB. *de lege conqueror, sed doleo, cur meruimus hanc legem.* Cum quibus conveniunt verba Ambrosii *l. 5. Epist.* 31. quam scripsit ad VALENTINUM Imperat. ubi: ***Sola sublata sunt prædia, quia non religiosè utebantur iis, quæ religionis jure defenderent.***

II.

In tantum ab iis temporibus usque ad superiora secula excreverunt Ecclesiarum opes, ut redditæ ditissimæ cum maximo Reipublicæ damno fuerint: immò, si continuassent sine impedimento istos bona acquirendi & ad se rapiendi violentos modos, fieri nequaquam potuisset, quin totus status politicus tandem interiisset absorptus. Id quod satis superque stupenda Venetorum & aliorum demonstrant exempla, quæ refert Pfeffinger *in Memor. Sec. XVII. c. 4. §. 9. pag.* 105. Cujus verba, nostro idiomate concepta, huc rectè referemus: Es waren, scribit, die Geistliche in der Venetianer Gebiet bereits in dem 16. Seculo so reich und mächtig, daß sie in Venedig selbst die Helffte von denen Erb-Güthern, beneben bey 150. Kirchen, Klöster und dergleichen grosse Gebäude in Besitz hatten. Man wuste auf den Fingern her zu zehlen, daß ihre Einkünfften im gantzen Staat, sich auf 30. Millionen Ducaten belieffen, die Jährlich anderthalb Millionen Interesse brachten, wovon dem gemeinen Wesen kein Heller zu statten kam. Aus Furcht nun, es möchte mit der Zeit ge-

Ecclesiarum opes immensæ. Damnum exinde Reipublicæ maximum.

hen wie in Braband, da nach Meterani Aussage l. 27. h. anno pag. 372. die Geistliche von 35. mahl hundert tausend Morgen Landes, in welche das gantze Hertzogthum eingetheilet, 28. hundert tausend zu sich genommen, und dem weltlichen Stand nur 7. hundert tausend gelassen; Oder gar wie in Hennegau, woselbst von 18. mahl hundert tausend Morgen, denen Weltlichen nicht mehr als 3. mahl hundert tausend zusamen &c. Ut taceamus illa, quæ refert Bodinus *lib. 5. de Republic. c. 2. fol.* 530. & ex eo Besold. *in Comment. ad Ord. P. W. pag.* 82. *n.* 3.

Summum itaque ex nimia hac locupletatione Ecclesiæ, nasci status politici detrimentum ac insignem deteriorationem, immo interitum, respectu Jurisdictionalium ac publicarum functionum pro publicis necessitatibus, nemo facile erit, qui amplius dubitet. Cum enim maxima subditorum pars bonorum ad Clericos confluit: ad cives vero tributorum atque indictionum publicarum moles bello & pace recidit; Quo pacto patrimonia subditorum exhauriuntur, quibus exhaustis, Respublica Collectarum subsidio tandem carebit. vid. Bodinus *de Republica l. 5. cap. 2.* Klock. *de Contrib. c.* 12. *n.* 62. Knipschild. *de Juribus Civit. Imper. lib. 2. c.* 10. *n.* 53. Reincking. *de Regim. Secul. l.* 3. *class.* 1. *c.* 8. *num.* 7. Polydor. Virgil. *l.* 7. *Histor.* August. Thuan. *l.* 3. *Histor. fol.* 79. *lit. b.* Et egregie Dn. Ziegler. *in tr. de Juribus Maj. lib. 2. cap.* 1. *§. V.* Scilicet cum Clerici pro se & suis bonis patrimonialibus per suos Canones & Jus Civile Justin. à potestate seculari prætendant immunitatem: Seque publicis hoc modo subtrahant contributionibus, *l.* 5. *l.* 22. *C. de SS. Eccl. Clem. præsenti* 3. *de Censib. c. clericis* 3. *de Immunit. Eccl. in* 6. *c.* 4. *&* 7. *x. eod.* Magnif. Dn. Præs. *in J. P. P. Spec. Sect.* 2. *c.* 12. *n.* 11. Magnif. Dn. D. Grassus *Disp. de Negot. Clericorum prohib. c.* 3. *p.* 18. Dn. D. Harppr. *Consil.* 23. *n.* 209. Ziegler. *de Jurib. Maj. lib. 2. cap.* 2. *§.* 15. Tholos. *in S. J. V. l.* 3. *c.* 8. Guil. Durand. *in Spec. Jurid. l.* 4. *p.* 3. *rubr. de immunit. Eccl. p.* 436. Klock. *de Contribut. c.* 12. *n.* 58. *& multis seqq.* Jam vero tantopere bonis inhiant, ut nihil supra. Quod quum ipsis, prætensæque ipsarum rerum divinarum curæ minimè conveniat, ad Clericos applicare fas est, quod olim Philosopho cuidam immunitatem ab oneribus publicis quærenti respondebat *Diocletianus* & *Maximinianus in l. 6. C. de munerib. patrim. Professio tua & desiderium inter se discrepant, nam cum Philosophum te esse proponas, vinceris avaritia & rapacitate.* Uti itaque Philosopho minime convenit, studio adquisitionis

nis

nis bonorum incumbere, multo minus Clericis: quorum maximè est, secularibus in totum renunciare, atque illa alto quasi despicere supercilio. Pessimum vero illud est: bona semel in Ecclesias translata, quasi extra omnium hominum constitui commercium, vid. Speidel *d. l. p.* 52. cum liberè ad Laicos remeare non possint, ob interdictam rerum Ecclesiasticarum alienandi potestatem: nisi observatis plurimis solennitatibus cum evidenti Ecclesiæ utilitate seu necessitate conjunctis, desuperque prius requisito P. M. consensu per textum *in c.* 52. *C.* 12. *qu.* 2. *& t. t. de rebus Eccles. non alienandis in decreta & l. in* 6. Hinc est, quod conqueritur CHILPERICUS *Francorum Rex* apud Gregorium Turonensem: *Ecce*, inquit, *pauper remansit fiscus noster: Ecce Divitiæ nostræ ad Ecclesias sunt translatæ: Nulli penitus nisi Episcopi regnant; Periit honor noster, & translatus est ad Episcopatus. Hæc agunt assidua testamenta, quæ in Ecclesiis erant conscripta, pleraque disrumpunt. Adde Capitular.* CAROLI M. *art.* 805. §. 2. & 3. *Jus Provinc. Alemannicum cap.* 372.

III.

Saluberrima igitur Statuta alienationem in Ecclesias Clericosque prohibentia. Würtembergicum.

Ne itaque talem conquerendi haberent Causam, Prudentiores in nostro Imperio, & extra ejus limites, Principes ac Status, salute suorum subditorum commoti, statutis talem iniquissimum adquirendi modum coercere, ne sc. bona subditorum immobilia amplius sine prævio Principum consensu alienarentur in Ecclesias, non dubitaverunt: bene memores, quod honor atque salus Principis sit, divites habere subditos. Exemplo pio ductu prævivere Serenissimi Principes nostri Ducatus Würtenb. qui, ne bona sine ipsorum consensu alienarentur in Ecclesias, disposuerunt in J. P. §. Ferner solle Armen-Kästen, Spitälen und dergleichen Häusern, nicht gestattet werden, Unserer Unterthanen liegende Güther, Kauffs- oder Tausch-weise, oder gegen einer erkaufften Pfründe oder gegen einer erkaufften Pfründe oder auch durch Testament, Gemächt und andere Wege, an sich zu bringen und zu behalten, sondern hierinnen dem Mandat, so in unserer Kasten-Ordnung am 353. Blatt zu finden, nachgesetzet werden. Vid. Lauterb. *ad J. P. W. part.* 2. *tit.* 9. §. Wir setzen, ordnen &c. *p.* 94. *num.* 6. Besold. *in Comm. ad O. P. W. pag.* 81. & 82. Ceterum hoc Statutum omnes omnino comprehendere alienationes, quas supra c. 1. recensuimus, dubium non est: cum satis id indicent verba adjecta: und andere Wege. De *Locatione ad longum tempus quid*

dicendum, controvertitur inter Doctores? Multi contendunt, eam contineri vocabulo *alienationis*, ex eo, quod illa sit alienationis species, per quam jus in re, utile sc. dominium transfertur in Conductorem, *p. l. f. §. 3. ff. de superfic. l. 1. §. 1. ff. si ager vectig. c. 5. & 9. x. de Rebus Eccles. non alien.* cui præcipue accedunt Fusar. *de substit. quæst. 525. n. 3.* Knipschild. *de fideicomm. c. 11. num. 138. add.* Brunnem. *ad l. f. C. n. 2. de Rebus al. non al.* Verior & communior est contraria sententia, *vid.* Joh. à Sande *de Probibit. rer. alien. p. 3. cap. 3. num. 19. in παρατ. ff. Locat. n. 8. add.* Zœs. *ad ff. tit. Locat. n. 14. &* B. D. Lauterb. *in tr. Synopt. ad eund. §. 2. n. 3. & in Colleg. th. pract. eod. §. 17. ubi & ad argumenta respondet contraria.* Kurrer. *in disp. de pacto de non Alienando th. V.* Cautius tamen eum agere puto, qui & huic contractui adhibet consensum Magistratus, qui alias in alienatione bonorum immobilium in Ecclesias per d. statuta requiritur, cum sæpissime contractus locationis ad longum tempus confundatur cum contractu Emphyteutico in jure nostro Civili, vid. D. Sam. Stryk. *in tr. V. M. ff. tit. Locati §. 56. ibique cit.* hocve saltem ad evitandas controversias.

Priscis jamjam temporibus talia in Suevia viguisse Statuta, probatur ex eo, quia Dux Sueviæ FRIDERICUS *Anno* 1189. subditis suis dedit licentiam, tam mobilia quam immobilia Cœnobio Adelbergensi donandi, vid. Novatorem *ad Monumenta Wirtenberg. in Monast. Adelberg. pag. 25.*

Eslingense. Ejusmodi notabile Statutum reperitur quoque penes Civitatem Eslingensem, quo LUDOVICUS Imp. illam tanquam privilegio donavit: Statutum vero ita conceptum:

Wir Ludwig von GOttes Gnaden, 2c. Verjehen offenbahr an disem Brieve, daß wir angesehen haben, die genemen Dienst, die uns und dem Rich geton haben, die wisen Leüt, der Burgermeister, der Schultheiße, der Rat und die Bürger gemeiniglichen der Stadt ze Eßlingen unser lieben Getreuen, und den gebresten, der in und der Stadt ze Eßlingen darvon, ufgestan möcht, den wir versehen wollen, als vern wir mügen und künnen, Jn und Jren Nachkommen, ein solich Genade getan haben, und och thun mit diesem Brieve, daz wir nicht wellen, daz kein Phaffen oder phählich Personen, so sün gaistlich oder weltlich, Gotzhüser, Closter und Kirchen, wie die genant sin, eß sin Frowen oder Mann süyn liegendt Gut,

Gut, es sin aigen oder lehen, oder swelherlay es anders sei koufen oder verphenden mügen und süllin, daz da gelegen ist in dem Zehenden ze Eßelingen, wer aber daß sü, oder jeman under in kein solich Gut kouffen oder verphenden, wieder diß unser vorgenant Gnade und gesetze, so soll er das gekoufft Gut die Stadt und die Burger gemeinelich ledeclichen und aigentlich, und daz verphant Gut in phandes wiß anvallen, gar und gäntzlich, und in ewiclich beliben was och den obgenanten Phaffen, Clöstern oder Gotz-Hüsern, sü sind gaistlich oder weltlich, Frowen oder Mann, von liegendem Gut, es si aigen oder Lehen, oder swelcherley es sey, in den vorgeschrieben Zehenden zu selgerätte gesetzet, oder sust durch GOtt gegeben wird, das sullent sy in derselben Jahrs-Vrist, so man in es gesetzet oder git verkouffen, taten sy das nicht, so vellet dasselbe Gut mit gantzem Nutz, und och mit allen sinen und in der Wiß, als es ingesetzet und geben ist, an die vorgenanten unser Stadt und Burger, one alle Widerrede, und soll in auch ewiclich beliben. Und deß zu Urkunde, so geben wir diesen Briev, versigelten mit Unserm Keyserlichen Insiegel, der geben ist ze Eßelingen an dem Palm-Tag, da man zalt von Christes Geburt, druizehn hundert Jar, darnach in dem drizzigesten Jar, in dem sechzehendem Jar unsers Richs, und in dem dritten deß Keysertumes.

Simile Statutum f. privilegium concessit CAROL. IV. Imp. 1376. Civitati Imp. Francofurt. *his verbis*: Daß die Geistliche ihre ligende Güter oder Gülten, so ihnen zum Seel-geräthe von Weltlichen beschieden worden, in Jahres-Frist weggeben, und in eines weltlichen Burgers Hand verkauffen müsten, daß auch alle liegende Güter allein von Burgern zu kauffen, vid. Besold. *Conf.* 278. *num.* 38. Limn. *de Jure Publ. tom.* 3. *l.* 6. *c.* 16. *num.* 22. Knipschild. *de Jurib. Civit. Imp. l.* 3. *cap.* 14. *n.* 31. Lunig. Reichs-Archiv. *Part. Sp. contin. IV. voc.* Franckfurt.
Francofurtense.

Alienationem bonorum in Ecclesias & Clericos etiam expresse prohibent Statuta *Coloniensia in articulo* 7. & 94. teste Besoldo *Conf.* 278. *num.* 34. vid. Knipsch. *d. l. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 54.
Coloniense.

Idem Privilegium retractatus dedit ALBERTUS I. Imp. *Augustanæ Civitati*, vid. Limn. *tom.* 2. *addit. ad lib.* 7. *c.* 4. *p.* 101.
Augustanum.

Nec minus in *Bavaria* expressa constitutione *Anno* 1669. *d.* 20. *Febr.* lata, reperitur concessum nobilitati Bojicæ jus retractus ratio-
Bavaricum

ne bonorum immobilium in Ecclesias & Clericos translatorum, ut testatur Hertius *in Disp. de Superiorit. territ. th.* 11. *Vol.* 1. *Opusc. p.* 2.

Venetum. Reperiuntur quoque talia statuta extra Imperii Germanici fines. Notabili exemplo est illud Venetorum superiori Seculo renovatum Decretum *de non alienandis bonis immobilibus in Eccles. & Cleric. sine Principis licentia*, deque non ædificandis Ecclesiis aut monasteriis aliisve domibus religiosis absque speciali Principis ac Senatus indultu; quo non minus, quàm sumtâ sibi facultate Abbatem quendam & Canonicum atrocissimorum scelerum ac scandalorum reos factos Venetias abducendi & carceribus mancipandi, ad promeritas ipsis pœnas infligendas, adeo ira exarsit PAULUS V. Pontifex, (qui ita elati fuit animi, ut non erubuerit, ab Assentatoribus sibi dari titulum: *Vice DEI, Christianæ Reipubl. Monarchæ Invictissimi, Pontificiæ omnipotentiæ Conservatoris acerrimi.*) ut Venetos excommunicaverit: Sed Veneti rem vilipendentes Edictum promulgarunt, quo Bullam illam Pontificis excommunicatoriam injustam & plane nullam esse declararunt, utque causæ suæ justitiam publice testatam facerent, eruditionis expertæ Virorum Consultationibus illam subjecerunt, ac primariorum Europæ JCtorum Responsa expetierunt, Regibus & Principibus confœderatis omnia controversiæ hujus momenta exposuerunt, & ut posteritas quoque justitiam causæ cerneret, impetrata Responsa publicarunt ac Papæ insinuari curarunt, Jesuitas, quod Aulæ Romanæ commodis contra Rempublicam nimis addicti essent, perpetuò Venetorum ditione excesse jusserunt, resque jam tum in eo statu fuit, ut utrinque ad arma provocatum, sed Rege Galliæ potissimum sese cum aliis interponente, & Pontifice saniora consilia capiente, tandem amicè anno 1607. composita est. Scriptorum ab utraque parte hac de controversiâ edit. plenum contextum refert Goldastus Tom. III. Monarchiæ S. R. Imp. In Compendio totam processus historiam exhibet Pfeffing. *in Memor. Secul. XVII. ad annum* 1605. *c.* 4. §. 9. *p.* 105. *& sqq. ad annum* 1606. *cap.* 4. §. 15. *pag.* 152. *ac ad ann.* 1707. *cap.* 4. §. 13. *p.* 191. *& plurimi ibi citati, præter quos* vid. Arum. *de Jure Publ. Vol.* 2. *Disc.* 2. *per tot.* Reincking. *de Regim. Secul. l.* 3. *cl.* 1. *c.* 8. *num.* 7. Molina *de Justitia & Jure Disp.* 140. Besold. *in Comm.* über die Fürstl. Würtembergische Land-Gerichts-Ordnung. *p.* 82.

Hispanica. Nec incognita sunt statuta alienationem bonorum in Ecclesias & Clericos prohibentia in *Hispania*; quod in genere videre est ex supra

supra jam cit. Ambrosii & Hieronymi verbis *d. l.* Expresse vero de hoc testatur Petr. Belluga *in Specul. Princip. rubric.* 14. Sub Arragoniæ Regibus initium sumsisse testatur Peck. *de Amortiz. Bon. c.* 4.

In *Gallia* sunt notissima, testib. Aug. Thuan. *l.* 3. *Hist. fol.* 79. Faber *in l.* 15. *C. de Rei vind.* Molin. *in Consuet. Paris. tit.* 1. *de Fiefs* §. 51. *conclus.* 2. *num.* 68. Guil. Benedict. *ad c. Raynutius. dec.* 5. *ad verbum: Et uxorem. num.* 3. Gallica.

In *Belgio* quoque esse recepta, testatur Pontan. *in Histor. Amstelod. fol.* 28. Bodinus *de Republ. l.* 5. *c.* 2. *fol.* 530. Besold. *ad O. P. IV. p.* 81. Christin. *Decis. Belg. Vol.* 1. *dec.* 201. ubi expressè agit de Constitutione notabili CAROLI V. *anno* 1521. *d.* 29. *Octobris.* Belgis lata ejusque validitate, ac totius rei enarrat processum *num.* 6. provocante ad Franc. Zypæum JCt. *Canonic. & Offic. Antverp. in suo Jure Pontificio l.* 2. *num.* 17. Notandum tamen, quod dicta Constitutio saltem fuerit repetitio sive confirmatio præcedentium jam sub Principibus Burgundis latarum, vid. Ramdohr. *d. l.* §. 5. Peck. *cap.* 4. *de Amortizatione bonorum, ubi in fine: In Belgio, scribit, nostro per Burgundos Principes lata fuerunt, easque Carolus V. Imp. amplificavit confirmavitque.* Guicciardini *in descript. Flandr.* Belgica.

Geldria Duces Anno 1441. publicis caverunt edictis, ne Clerico vel Monasterio esset licitum in posterum adquirere hæredia, reditus, census, & d genus alia. vid. Lamb. Goris *tract.* 3. *Adversf. jur. cap.* 8. *n.* 14. Joh. Isaac. Pontan. *l.* 9. *Histor. Geld. ad annum* 1470.

Statutum *Juliacense* bonorum immobilium alienationem in Eccles. prohibens confirmavit Camera Imper. *d.* 3. *Octob. ad* 1560. vid. Klock. *de Contrib. d. c.* 12. *num.* 89. Rutg. Ruland. *de Brachio secul. cap.* 73. Chr. Besold. *in Disp. de Majest. Eccl. c.* 2. *num.* 4. & 5. Juliacense.

In viridi adhuc hodie observantia in *Anglia* esse, testatur Joh. Selden *in janua Anglic. l.* 2. *fol.* 91. ubi refert, quod etiam olim non fuerit permissum, hæredia nisi cum venia Principis addicere Cœnobiis. *Add. notat. ad Monument. Monast. Adelberg. pag.* 25. Anglica.

Inveniuntur & ejusmodi statuta in *Lusitania*, quibus sc. quocunque titulo bona immobilia alienare in Ecclesias prohibentur, vid. Klock. *de Contrib. d. c.* 12. *n.* 89. *ibique cit.* Molin. *de Justitia & Jure Disp.* 140. *n.* 18. ubi testatur, lege in dicto regno esse provisum, ut neque Ecclesiæ neque Monasteria emere possint bona immobilia absque Lusitanica.

absque Regis licentia, addens: *quod, si vel donatione, vel successione aliqua illis adveniunt, teneantur illa alienare intra diem & annum, nisi obtineant facultatem à Rege, ut illa sibi retineant: Id autem in dicto Regno, & ordinariè in aliis sancitum esse, ne paulatim plus justo accrescant Ecclesiis tum immobilia bona, tum reditus Ecclesiarum & Monasteriorum in detrimentum Laicorum; præsertim cum pleraque Monasteria jure hæreditario, quotidie loco suorum Religiosorum, succedant in bona defunctorum.* Hæ sunt verba Theol. Molinæ.

Liberè adquirendi privilegium concessit *Monasterio Portensi* OTTO IV. Imp. *anno* 1209. *vid. Chron. Port. cap.* 2.

Idem Sacerdotibus *Lalandiam* inhabitantibus concessit Johannes Comes *in charta* 1330. vid. Isaac. Pontan. *in Histor. Daniæ lib.* 7.

IV.

Mediolanensia.

4. In Ducatu *Mediolanensi* hæc nostra statuta sunt receptissima, teste Signorol. Homod. *Consil.* 21.

alia.

Coronidis loco hæc saltem adhuc addam, quod priscis jam Alemannorum temporibus non licebat, agros fiscales in ullam transferre Ecclesiam, nisi prævio Comitis consensu. Ita tradit Vir quondam Celeberrimus B. D. Joach. Vadianus in tractatu *de Collegiis & Monast. Germ. Veter. l.* 2. quem exhibet D. Goldast. *tom.* 3. *Rer. Alem. fol.* 44.

Plura qui cupit scire, adeat Dn. Feltman. *in tract. de Jure in re c.* 6. *de feud.* §. 9. & Nicol. Hennel. *Breslograph. c.* 4. quos quidem inspicere hactenus non licuit.

CAPUT III.

Statutorum dict. validitatem demonstrans.

I.

Adductis Statutis, quæ alienationis bonorum immobilium in Ecclesias prohibitione vagum, illudque infinitum Clericorum latifundia adquirendi studium, cohibere contendunt; brevibus nunc disquirendum venit: *An valeant ejusmodi statuta?* Quæstio est, quæ inter Dd. maxime est controversa. vid. Gail. 2. *Observ.*

Obserr. 32. Klock. *de Contribut. Cap.* 12. *n.* 89. Ac ut in præced. cap. jam dictum in causa Venetorum adversus interdictum cum Excommunicatione Pontificis, PAULI V. conjunctum, superiori seculo æstuanti animorum & ferè armorum contentione fuit disceptata atque ventilata. vid. Pfeffing. *d. l.* Botereus *in Histor. Belg. lib.* 27. *fol.* 372. *& seqq.*

Negativum innumeri DD. amplexi, & statuta talia tanquam Clericorum libertati & favori contraria invalida esse contenderunt; inter quos Petr. Jacobi, hujus sententiæ defensor longè acerrimus, *in sua praxi tit. quibus caus. Vasall. feud. amitt.* ubi sane nimis loquitur confidenter, eos sc. *qui tales constitutiones edunt, quique constituentibus consilium dant, & qui ad confessiones eorum audiendas assumpti, à talibus legibus non deterrent; Excommunicationi aliisque pœnis subjici & ad reparationem damni obligari.* Modestius tamen alii hac de re sunt locuti, dicentes: *Non multum sibi placere eos, qui ea, quæ jure communi vel jure privilegiario competunt Ecclesiæ Clericisque detrahunt.* & ita Fulgos. *ad l.* 1. *C. de sum. Trinit.* Joh. Bressianus *ad Cons. Avernia c.* 21. §. 14. & alii: quorum argumenta præcipua brevibus jam recensebimus:

Argumenta Clericorum adversa.

I. Opponunt adversarii nostri, quod, cum Clerici atque Ecclesiæ potestati Laicorum non sint subjecti, *Auth. statuimus. C. de Episc. & Cleric.* hinc sequatur, quod nec eorum statuta illos obligare valeant, licet in ipsorum favorem statuta sint promulgata, Surd. *Consil.* 301. *n.* 23. Socin. Sen. *Consil.* 56. *n.* 1. Menoch. *Consil.* 1001. *n.* 3. *vol.* 10. Gail. 2. *Observ.* 124. *n.* 5. Marc. Anton. Peregrin. *Consil.* 1. *n.* 4. *vol.* 1. paria enim sunt statuta, aliquem obligare, & ad forum suum aliquem trahere. Menoch. *l.* 4. *n.* 3. *vol.* 1. Hippolyt. Rimin. *Consil.* 353. *num.* 64. *l.* 4. Vult. 3. *Consil. Marpurg.* 19. *n.* 7. Ex dict. itaque patere videtur, statuta secularium Clericos quoquo modo obligantia ipso jure esse nulla atque improbanda, *per tx. c. bene quidem* 1. *distinct.* 96. *c.* 10. *Ecclesia Sancta Maria. x. de Constit.* præcipue si in eorum tendunt odium atque præjudicium.

II. *Alterum* quod validitati statutorum antea dict. objiciunt argumentum est: Statuta contra libertatem Ecclesiæ ordinata tam de Jure Canonico, *per tx. c.* 49. *Noverit. x. de sentent. excomm.* quam Jure Civili sunt nulla, *l.* 23. *C. de S. S. Eccles. Auth. Cassa. C. eod. & Authent. statuimus. C. de Episc. & Cleric.* Tusch. *Pract. concl.* 181. *lib.* 5. *& concl.* 589. *eod.* Maranta *Disp.* 8. Gail. 2. *Observ.* 32. *n.* 3. Natta *Consil.* 280. *n.* 2.

Antequam vero ulterius procedamus, videamus, in quo ponant Libertatem Ecclesiæ. Contra eam aliquid fieri dicunt tripliciter:-

1.) Quando aliquid fit vel statuitur contra privilegia spiritualia à Deo vel Papa Ecclesiæ concessa, vid. *tx. c. revertimini* 16. *qu.* 1. *& c. cum tuo. de decim. & in fin. c. Si Imperator. distinct.* 96. vid. Othelii *Resp. integrum de hac materia apud* Goldast. *d. l. supra citato. p.* 348.

2.) Dicunt, esse contra libertatem Ecclesiæ, si aliquid statuitur contra privilegia jure communi concessa, vid. Natta *d. Consil.* 280. *num.* 2. Schurf. *cent.* 1. *Consil.* 31. *n.* 4. *&* 5. Bart. Bald. Salicet. Fulgos. *& alii in Auth. Cassa. C. de S. S. Eccles.* Ejusmodi sunt: Ut quilibet possit pro lubitu instituere Collegium Catholicum; Ut Ecclesia, vel alius pius locus, habeat privilegium in rebus sibi jure hæreditario, legati vel donationis relictis, ut actiones eis competentes nonnisi 40. annorum spatio præscribantur; reservato Romanæ Ecclesiæ majori privilegio in *l.* 23. *C. de S. S. Eccl.* ut ejus jura nonnisi 100. annorum cursu extinguantur, & alia perplura, quæ passim in Volumine Codicis reperiuntur, vid. *l.* 1. *& penult. cum Auth. seq. C. de SS. Eccl. l.* 3. *C. de Episc. l.* 1. *& t. t. C. de his qui ad Eccl. conf. l.* 8. *C. de hered. inst.*

3.) Contra libertatem Ecclesiæ esse existimant, si Personis Ecclesiasticis ac Ecclesiæ beneficia auferuntur de jure communi competentia, Bart. *in Auth. Cassa. C. de S. S. Eccles.* Felin. *in c.* 49. *Noverit. x. de Sent. Excommunic.* Ex. gr. Contrahendi quocunque modo cum Laicis: quod tamen abjectissimæ conditionis hominibus alias permissum; Magis enim in iis, quæ competunt de jure communi, tollitur libertas, quam quæ jure speciali: Cum potentius sit jus commune, quam jus speciale seu privilegiarium, vid. *Nov.* 7. *c.* 9. *l.* 34. *Pand. de testam. Milit.* Barbat. *Cons.* 31. *lib.* 4. Surd. *Cons.* 2. *n.* 22. *&* 46. Alderan. Mascard. *de gener. statut. interpret. Concl.* 1. *num.* 88. Dauth. *ad cap. Quamvis de pactis in* 6. *num.* 13. Coler. *de Process. execut. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 172. Contrahere vero & vendere de jure communi nemo cogitur, *l.* 9. *Pand. de Act. rer. amot. l.* 11. *&* 13. *C. de contrahend. Empt. Vend. l.* 16. *C. de Jurib. quæ lib.* Cum omnium contractuum basis atque substantia consistit in Affectu, id est, consensu ab utraque parte contrahentium, *l.* 55. *Pand. de O. & A. l.* 1. *Pand. de Pact. l.* 5. *C. de O. & A.* Et satis sane inhumanum est, compellere quempiam ad emendum vel vendendum, *l.* 6. *Pand. de pignorat. l.* 14. *C de Contrab. Empt.*

Jura

Jura enim hominibus ingenuis pro suo arbitrio emendi vendendi viam occludi nolunt, nisi paucis, expressas ob causas, casibus exceptis, unicuique enim libera contrahendi facultas relinquenda, sic ut res suas pro lubitu quocunque titulo & in quemcunque possit transferre, *l. 21. C. Mand. l. 9. §. 3. Pand. de Adquir. R. D.* Borcholt. *tr. de feud. c. 5. num. 41.* Et hoc respectu Cameram Imperialem sæpius mandata sine Cl. de non impediendo fieri alienationem bonorum emisisse testatur Anton. Hering. *tr. de fidejuss. cap. 1. n.* 100. ubi tria in hanc rem produxit præjudicia.

Ex dictis jam inferunt adversarii ita colligentes: quod nostra statuta alienationem bonorum in Ecclesias prohibentia directo sint contra libertatem Ecclesiæ, cum adimant illa, quæ Ecclesiæ tam de jure communi, quam privilegiario competunt, quod patet ex supra dictis. Hinc tanquam Ecclesiæ perniciosissima rejicienda, annullanda atque omni jure improbanda, ut latè & subtiliter Bald. *in l. 1. Collat.* 38. *C. de summ. Trinit.*

III. Graviter nobis objiciunt: Quod statuta nostra alienationem bonorum in Eccles. prohibentia, liberam adimant testandi facultatem, quam tamen nec Princeps suis adimere potest subditis, cum voluntas ultima debeat esse ambulatoria atque libera usque ad extremum vitæ halitum, *l. 32. §. 3. Pand. de Donat. inter Virum & Uxorem. l. 4. Pand. de Adimend. legat. & c. ultima voluntas 13. qu. 2.* Othelius *d. Responso n.* 10. Licet enim U. V. forma ac solennitates sint Juris Civilis, partim moribus, partim jure prætorio, partim Principum constitutionibus constitutæ, *§. 3. Inst. de testam.* Ipsa tamen testandi facultas atque origo à jure Gentium recepta atque confirmata, Cravett. *Cons. 135. num. 6. Vol. 1.* Menoch. *Cons. 20. num. 2. Vol. 1.* Gutier. *in rep. l. 55. Pand. de Legat. 1. num. 79.* Grass. *lib. 1. recept. sentent. in pr.* Valent. Forster *de success. ab Int.* Seraph. de Seraph. *tr. de privileg. juram. priv. 75. num. 41.* Vultej. 3. *Consil. Marpurg. 29. num. 191.*

Inde hominem sanæ mentis libera sua disponendi facultate privari, non solum est contra religionem, ac iniquum, *l. 43. Pand. de Vulg. & Pup. Substit. l. 15. C. de pact. l. 52. §. 9. Pand. pro soc.* Sed & contra bonos mores atque durissimum quid, *l. 61. Pand. de V. O. Vid. omnino l. 6. C. de pact.* Sixtin. *Consil. Marpurg. 19. num. 40.* Klock. *de Contrib. cap. 12.* Othel. *dict. loc.*

IV. Quod proferunt argumentum pro statutorum dict. validitate subvertenda, petunt ex sanctione Imper. pragmatica CAROLI

IV. Imp. *de anno* 1377. quam exhibet Benj. Leuber. *in* Magdenb. Stappelunfug *num.* 985. *& Chron. Mind. apud* Piſtor. *tom.* 3. *ſcript. Germ. pag.* 746. *ſeqq.* Goldaſt. *Tom.* 3. *Conſtit. Imperial. pag.* 415.

Ad Imperialis Majeſtatis audientiam pervenit, quod ſeculares quidam in poteſtatibus & officiis conſtituti, videlic. Duces, Comites, Barones, & alii Domini temporales, nec non & Conſules Civitatum, Villarum, Oppidorum & locorum dictæ Magdeburgenſis, Moguntinenſis, Colonienſis provinciarum, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas Ordinationes motu proprio & de facto, contra perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiarum libertates & legitimas Civiles & Canonicas ſanctiones, puta quod nulla temporalia in Eccleſiaſticam libertatem transferantur, item ne Clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in quibuslibet & maxime in piis cauſis aliquatenus admittantur. Quodque excommunicati Laici & publicè denunciati in foro civili minimè repellantur. Item prædicti Domini temporales, Conſules, & Rectores per ſecularem poteſtatem res & bona Clericorum occupant & arreſtant; Oblationes fidelium diminuunt & reſtringunt; exactiones & taillias indebite de bonis & Eccleſiæ reditibus exigunt & extorquent. &c. Hæc conſtitutio non ſolum hucusque dicta infringere ſufficiens videtur, ſed inſuper confirmare, quæ ſupra contra ſtatuta ſine Imperatoris confirmatione ſunt promulgata, protulimus. Cum id evidenter pateat ex verbis: *proprio motu ac temeritate præſumptuoſa & de facto.*

Nec ſententia hæc deſtituitur JCtorum eam ſtrenuè defendentium authoritate, Pontificem enim maſculè ſatis defenderunt Bart. *in l.* 14. *§.* 14. *Pand. de Legat.* 1. *num.* 11. Pariſ. *Conſ.* 26. *num.* 6. *Vol.* 1. Petra *de Poteſtate Princip. c.* 4. *parte de Validitate Statut.* 2. *num.* 3. vid. omnino *num.* 25. *eod.* Alexand. *Conſ.* 120. *num.* 12. Ruin. 95. *num.* 92. Card. Zabarell. *in c. perpendimus. Cor.* 5. *col.* 3. Ripa *ſub tit. de Legibus reſp.* 2. *num.* 5. Franc. Vivius *Opin.* 755. *num.* 2. Schurff. *Cent.* 1. *Conſil.* 68. *num.* 23. *& Conſ.* 31. *num.* 4. *&* 5. *eod.* Petr. Peck. *in tr. de Amortizat. bonor.* Cardinal. Bellarminus, Baronius & Colonna, quorum & multorum aliorum ſcripta refert Goldaſt. *tom.* 3. *Monarch. Rom. Imp.*

II.

Rationes decidendi.

Sed nec hi nos terrent, nec antea relata argumenta ſatis debilia nos movent, ut in eorum tranſeamus caſtra, ſed rationibus ipſorum haud obſtantibus liberè profitemur, contrariam ſententiam, quæ his ſalutaribus ſtatutis validitatem adſtruit, veriorem omnino eſſe. Nec quisquam credat, me defenſionem horum ſtatutorum magis

gis religionis præjudicio, quam veritatis ac justitiæ agnitione ductum suscepisse: Absit à me quam longissime. Cum sane memor illius Imperatoris, quod suum cuique tribuendum sit; Sed ut verba facto correspondeant, brevibus nunc adducam rationes, quibus firmissimè nituntur dicta statuta.

I. Indubitatum sane est illud Axioma: Princeps secularis quivis à Deo, cujus est vicarius hisce in terris, Sapient. *cap.* 8. *vs.* 15. Rom. 13. habet potestatem, leges condendi pro felici sui status regimine; Inest enim suâ naturâ Majestati, ac quæ ei æquipollet, Superioritati Territoriali, ceu Potestati Majestati analogæ, Jus ferendi leges, cum sine potestate Legislatoria is, qui Reipubl. præest, finem h. e. salutem ejus nullo modo obtinere possit, quia post lapsum tanta in plerorumque, ex quibus Societas civilis constat, animis est imbecillitas, ut universalia juris naturæ præscripta ad singulares circumstantias applicare vel non possint, vel non velint. Moderatoris Reipubl. ergò officium est, universalitatem illam per leges speciales determinare ac declarare, subditi autem in conscientia obligantur, superioris jussui obtemperare, normamque præscriptam in negotiis suis observare. Exinde itaque necessarium hoc fluit consequens, quod personis sibi subjectis utique eam legem dicere possit, qua, ad alienationem bonorum suorum in Reipubl. damnum ac præjudicium reddantur inhabiles. Primum probat ipsa sacra scriptura, cui & adstipulatur Jus Canonicum *c. Si Imperator distinct.* 96. *ubi* Pontifex: *Habet*, inquit, *Imperator privilegia sua potestatis, qua in administrandis legibus publicis divinitus fuit consecutus &c. c. quæsitum* 24. *qu.* 3. ibi: *Meminerint, à Deo Potestates esse concessas.* Ex quo porrò firmissimum hoc deducitur consequens, Principi omninò licere, pro avertenda ruina sui Principatus ferre leges qualescunque, à subditis, quos inter & ita dicti Clerici haud dubiè referendi, sanctè observandas.

De Jure Romano scripto dubitare nos non patiuntur txx. expressi in *l.* 34. *§.* 1. *Pand. de Contr. E. V. l.* 8. *in fin. Pand. de Pollicit. l.* 14. *C. de Contr. E. V. & arg. l.* 13. *Pand. Comm. præd. l.* 3. *C. de Ædif. privat.* vid. B. D. Fromm. *de Traditione vera th.* 23. Carpzov. 1. *Respons.* 98. *n.* 10. Klock. *de Contrib. c. XII. num.* 136. Christin. *Decis. Belg. dec.* 201. *num.* 2.

II. Prædictus hic terminus medius aliud nobis porrigit argumentum. Pro validitate sc. statutorum nostrorum fortiter decertat Reipu-

blicæ *salus* atque *utilitas:* Cui Politiores Reipublicæ adeò favent impense, ut ejus causa à legum præscripto ipso jure permittente semper ac ubique recedendum esse contenderunt, *Nov.* 7. *cap.* 9. Waremund ab Erenberg *de Regn. subsid. & onerib. subdit. cap.* 8. *num.* 9. Utilitas enim publica fundatur in æquitate, Honded. 1. *Cons.* 89. *n.* 30. Udalr. Zas. 2. *Cons.* 1. *num.* 25. Adeo ut in necessitatis casu præjudicari possit tertio, Riminald. Jun. *Cons.* 253. *num.* 206. Udalr. Zas. *Cons.* 20. *num.* 42. *Vol.* 1. ac res subditorum, sive sit mobilis sive immobilis, possit auferri atque converti in publicam utilitatem, *l.* 14. §. 1. *Pand. Quemadmod. servit. amitt.*

Quid enim majus interest Reipub. quam plura habere *bona immobilia* suæ jurisdictioni subjecta, Keck. *in Syst. Polit. l.* 1. *c.* 24. ex quo Besold. *in Comment. ad O. P. W. pag.* 81. Cum maximam post se triplici respectu trahant consequentiam, 1. Si Respublica bonis abundat immobilibus, consequenter & subjectis abundat Gentibus; Cum regula sit certissima: *Personæ sequuntur bona.* Quod vero personæ principale Reip. sint interesse, patet ex *l.* 1. *ff. sol. matr.* ubi dicitur: *interest Reipublicæ, Civitates hominibus ingenuis repleri.*

2. Interest Reip. quam maxime, quo plures recipere potest functiones publicas & alia commoda ex rerum immobilium possessione resultantia, cum sint Nervi, imo Spiritus vitales, ut vocat Lipsius *in Civil. doctr. l.* 5. *c.* 6. *Reipublicæ*, ut supra dictum; Quo plures itaque rerum immobilium possessores, eo plura exigi possunt tributa, aliaque onera rebus immobilibus inhærentia, quæ sunt subsidia, suppetiæque pro publicis necessitatibus & indigentia, utroque tam pacis, quam belli tempore percipiendæ, *l.* 2. *C. de Annon. & Trib. l. f. C. sine censu vel rel.* Ecclesiastici vero juxta Canones Pontif. Roman. se prætendunt immunes, quocunque tempore, à collectationibus aliisque publicis oneribus, ratione bonorum immobilium, tam Ecclesiæ propriorum, quam patrimonialium, *c. non minus.* & *c. si adversus. de Immunit. Eccl. & c. quamquam. de Censibus in* 6. quod & quotidiana docet praxis, vid. Klock. *de Contrib. cap.* 12. *num.* 147.

3. Quis neget? Reipublicæ plurimum interesse, ditatos habere subditos. Principes enim tunc demum fortunati ac felices sunt, cum dominantur civibus locupletibus, vid. Hieron. Vendram. *in disquis. super causa Venet. contra* Pontif. PAUL. V. & Matthias *in Vita* HENRICI IV. *l.* 2. *fol. m.* 189. Per divitias enim subditi redduntur habiles, ut eo lauda-

laudabilius & largius quocunque tempore Principi possint assistere. Nec ullæ divitiæ aut opes sunt certiores & utiliores, quam quæ in subditorum sunt custodia. Hæ enim solæ sunt firmæ stabilesve, quibus Princeps pro lubitu, vi dominii in omnes subditorum res eminentis, si Reipublicæ necessitas exigit, uti ac frui potest: Reusner *in Hortulo histor. polit., coron. 2. flor. 5. fol.* 134. Multum itaque omnino interest, à subditis bona immobilia detineri ac conservari, quibus fiunt ditiores ac magis conspicui, dum absque illis sordescunt etiam familiarum dignitates, *p. l.* 1. §. 3. *ff. de ventre inspic.* Roland à Valle *Cons.* 58. *n.* 81. *Vol.* 3. Cacheran. *decis.* 100. *n.* 5. Menoch. *Cent.* 197. *num.* 36. Mynf. *resp.* 79. *num.* 32. Pruckmann. *Consil.* 33. *num.* 72. *Vol.* I. Sixtin. 3. *Consil. Marpurg.* 11. *num.* 47. & quadrat huc tritum illud:

Wann die Unterthanen verderben,
Kan der Herr nichts mehr erwerben.

Ex dictis satis nunc clare apparet, quod admodum multum ad Reipublicæ bene constitutæ conservationem, securitatem & florem conferat abundantia bonorum immobilium, ex quibus scilicet gerendarum rerum nervus, tranquilla sive turbulenta temporum fuerit facies, derivari petique possit. Quotus ergo quisque jam amplius est, qui adducta statuta impugnare, & omni justitiæ fundamento destituta esse affirmare ausit? quum certè unica sint sepes repagulumque firmissimum, rempublicam à totali liberans interitu. Quis amplius vitio vertet tali Principi studium, bona immobilia in suo territorio sita conservandi, atque in quærenda Civium suorum incolumitate munere suo, à Deo concesso, pro eo ac par est fungendi? Quos enim divina providentia tantis præfecit Regnis, Principatibus, Ditionibus, Civitatibus, illis sane eo incumbit curatius, Reipublicæ tueri salutem, *l.* 3. *ff. d. Offic. præfect. vig.* atque pro ejus incolumitate exquisita cum solicitudine excubare, ac in omnibus se præstare vigilantes, sie müssen wachende Häupter seyn, ut dicitur in *Recess. de anno* 1570. §. Nach erledigten Puncten 24. nihilque pro Reipublicæ tuitione relinquere, *Nov.* 8. *c.* 11. Sed ut pie adhortatur JUSTINIANUS Imp. *in l.* 23. *C. de Nupt.* omni tempore subjectorum commoda tam investigare, quam eis mederi, ea agere, quæ subditis salutaria & proficua sunt, eosque ab omni liberent onere, *d. Nov.* 8. *pr.* ut hoc modo utilitas Reipublicæ persistat incorrupta & subditorum status jugiter servetur illæsus, *c.* 1. *de probib. feud. alien. per* FRIDERIC. & *c.* 1. *de probib. feud. alien.*

per

per LOTHAR: Sie sollen ihre Sinne und Gedancken dahin richten, daß sie ihrer Unterthanen Ehr, Nutz, Frommen und Wohlfarth allem Ihrem Vermögen nach betrachten, fürnehmen und befördern. Quemadmodum ab Imperii sui incunabilis se totum desudasse scribit Gloriosissimus Imp. CAROLUS V. in der Achts-Erklärung wider den Chur-Fürsten von Sachsen und Land-Grafen von Hessen, apud Hortl. vom Anfang und Fortgang des teutschen Kriegs, *l.* 3. *c.* 16. *§.* Ehrwürdige.

III. Aliam me moventem rationem in eo pono, quod argumentum struam à Minore ad Majus, à subditis ad Principem, à privatorum pactis ad Superiorum statuta, quod argumentum affirmative omnino procedit, vid. Everhard. *in loco* 120. *à pacto ad legem vel statutum:* Sic quotidie videmus, quod testatores in testamentis prohibeant suis heredibus alienationem bonorum in Ecclesias & Clericos, idque solum propter conservationem familiæ, ne paupertate sordescat, *l.* 114. §. 14. *Pand. de Legat.* 1. *l.* 38. §. 4. *de Legat.* 3. *& l.* 69. *§.* 3. *Pand. de Leg.* 2. Ex quibus txx. satis clare evincitur, quod alienatio, si facta est contra voluntatem testatoris non simpliciter; sed ob certam rationem prohibentis, ipso jure fit nulla, hinc à quolibet in illa familia vindicari possit, vid. *l.* 88. *§.* 15. *Pand. eod.* hoc tamen semper subintelligitur: Salvo jure Creditorum atque fisci, cum sit alienatio necessaria, quæ sub testatoris prohibitione non continetur.

Porro & sæpissime, imo toto die fit, ut venditor rei suæ venali adjiciat pactum de non alienando, v. gr. ne efficiatur sacra, religiosa; ne in alium transferatur, cui & favent leges, quod evincit *l. ult. C. de Pactis inter Empt. & Vend.* v. Alderan. Mascard. *de gener. statut. interpret. concl.* 1. *n.* 6. *vs.* 3. B. D. Lauterb. *concl. forens. Ex.* 8. *concl.* 7. licet prohibitio alienationis nuda & simplex sit, (quo differt à prohibitione alienationis per ultimam voluntatem facta, quæ in terminis simplicibus & nudis minime procedit, vid. *l.* 114. *§.* 14. *ff. de Legat.* 1.) & in tantum quidem favent, ut si rem tali Pacto à domino vendente in rei suæ traditione adjecto accipiens rem istam contra adjectum pactum, in quod consensit, alienare postea præsumat, id nequaquam facere, & eam nullo modo alienare possit, nec tradendo dominium transferre queat; Cum Pactum istud rei suæ traditioni à priori domino adjectum rem ipsam affecerit, feceritque, ut sic emens & accipiens non liberum, sed restrictum & limitatum dominium sine potestate alienandi nactus sit, & inde potestate alienandi rursus destituatur, per

l. 20.

l. 20. §. 1. *ff. de pact. dotal.* ibi: *legem enim rei sua dicit. l. fin. C. de pact. in empt. & vendit. l.* 5. *C. si mancip. ita fuerit vend. l.* 9. *ff. de manumiss. Conf. l.* 7. *C. commun. prædior. l.* 32. *ff. de usufr.* B. D. Lauterb. *Ex.* 8. *concl.* 7. *& ibi alleg.* Merenda. *lib.* 1. *controv. qu. cap.* 31. Besold. *Conf.* 83. *n.* 124. *sqq.* Mayrard. *lib.* 4. *dec.* 9. frustra dissentiente Bachov. *de act. Disp.* 4. *th.* 19. & aliis.

Quæ sunt dicta maximè & procedunt in Emphyteuticis bonis, quæ omninò alienari sunt prohibita per pacta privatorum, eo effectu, ut licet alienentur dominium non transeat *per glos. & DD. in l.* 1. *C. de Jure Emphyt.* & Canonistas *in c. posuit de Locat.* Et sic se res habet etiam in feudalibus 1. *F.* 13. vid. quæ supra diximus: *c.* 1. *ad verb. bonorum.*

Quis quæso nunc existimet Principem & Magistratum sibi subjectis translationem bonorum immobilium in manum mortuam interdicentem deterioris conditionum esse debere, quam privatum, qui est subditus, in alienatione rei suæ pacto, ne accipiens rem illam alienat, caventem, vel ne bona ipsius extra familiam ejus alienentur in ultima sua voluntate disponentem. Quum omninò Princeps pro utilitate & conservatione totius publicæ rei tale quid statuat: ne nempè subditorum bona alienentur in Ecclesias Monasteria, & Clericorum sodalitia aliaque corpora immortalia, ad quæ si perveniunt, jurisdictioni Principis ac pensitationibus publicis subtrahuntur, quod maximum Reipublicæ, si nulla tempestive adferatur medela, non potest non adferre damnum, quod ipsum adtrahit interitum. Quantum verò utilitas publica privatorum commodis sit præstantior atque favorabilior unusquisque, qui saltem aliqua sanæ rationis mica utitur, levique rerum notitia imbutus est, agnoscet, contendetque, Principis authoritatem majorem esse, & esse debere in legibus ferendis, quam subditorum in contractibus celebrandis, plus enim est jussio Principis quam privatorum pactio vid. Gloss. *in Rubr. C. de Decur. lib.* 10. Bart. *in l.* 14. §. 1. *Pand. Solut. Matr.* Jason. *in l.* 50. *Pand. de Pact. ubi egregiè dicit: plus est jus constitutionis, quam pactionis* Bald. *in Rubr. d. c. de constit.*

Nec obstat, quod termini non sint pares, nec eadem subsit ratio inter id, quod statuit Princeps super bonis subditorum, & quod disponunt ipsi subditi in bonis suis, cum plus possunt contrahentes ratione dominii quam statuentes. ℞. Licet Princeps non sit dominus

rerum subditorum particularis atque dominium habeat *vulgare*, quis tamen dubitet, ipsum habere dominium *eminens* de quo extat *erudita Dissert.* H. Bœcleri *in Comm. ad Grot. l.* 1. *c.* 1. *pag.* 85. *seqq.* conf. B. Dn. D. Hochstetterus *in Collegio Puffend. Exercit.* 8. *§. V. pag.* 334. Dn. Thomas *in Jurisprud. Div. lib.* 1. *c.* 1. *§.* 122. quod consistit in dispositione super rebus privatorum urgente necessitate publica vel alia utilitate. vid. *Excellent.* Dn. Rösler *Moralium Prof. Celeberr. in Disp. de Dominio th.* 6. *pag.* 13.

IV. Statutorum nostrorum validitatem satis clarè demonstrat trita illa juris regula: *Quod quisque juris in alterum statuerit eodem jure & ipse utatur. tot. t. Pand.* Atque ita efferunt *Patere legem, quam tu ipse tuleris.* vid. Tiraquell. *de retractu lig. concl.* 8. §. 1. *n.* 5. quâ sanè nihil æquius est. At Caput Ecclesiæ Pontificiæ pro dignitate sui Status Ecclesiastici & utilitate personarum ipsi addictarum, constituit, ne bona Ecclesiæ transeant in Laicos nisi prævio Pontificis Maximi consensu per *c. fine except.* 52. *c.* 12. *qu.* 2. *&c. t. de bonis Eccles. non al.* Nihil ergò æquius est, quam ut econtra patiatur, ut Princeps quisque secularis pro dignitate sui status atque salute subditorum constituere valeat, ne bona Laicorum immobilia inconsulto & irrequisito Principis consensu alienentur in Ecclesias. Et sanè quid prætensæ sanctitati pontificiali his juribus posset esse magis contrarium? Cum saltem veteratoris spiritus sit proprium, capere, & non amplius dimittere, minimè verò Ministrorum Dei. Cum ante dictis belle conveniunt, quæ Veneti contra PONTIFICIS PAULI V. rapacitatem atque divitias corradendi studium propudiosissimum produxerunt. Apud Servitam *Histor. Particol. Delle cose passa tral. sommo Pontific. e la Sereniss. Reipubl. di Venetia lib. I. adannum* 1605. *&* 1606. *Ajebat enim Che nella legge del non alienar boni laici in perpetuo ad Ecclesiastici, havendo disposto di cose mere temporali, non e fatto cosa alcunca contra le canoni. Et si come, Pontifici hanno potuto prohibere alli Ecclesiastici il non alienar a secolari beni nelli chiesse senza licenza, cosi il principe puo commeter l' istesso delli beni laici.* Par enim est utriusque status ratio Albert de Rosate *in* 2. *part. statut. qu.* 2. *in f.*

V. Ea rerum humanarum est conditio, ut varientur, variato tempore arg. *l.* 63. *π. ad leg. falcid.* mutatis ergò moribus hominum, nil mirum mutari etiam leges ac jura, imprimis si necessitas reipublicæ id exigat. Nemo, qui paulisper saltem inspicit statum Ecclesiæ, nega-

negabit in primis seculis eam fuisse pauperrimam, atque ob continuatas in Ecclesiam clades vix, uti superius dictum, habuisse Clericos unde viverent. Hinc piè Primi Imperatores Christ. commoti, ut prospicerent Ecclesiæ, ut eò faciliùs persecutiones succedentium Imperatorum Gentilium perpeterentur cruentas. Postea verò cum malitia humana in tantum Clericorum Pontificiorum occupavit animos, ut omnia præcepta divina & primæ Ecclesiæ instituta postposuerint, atque magis in exhaustas divitias adquirendi studio operam navaverint, vid. Gottlieb Slevogt. *Schediasm. de sepult. Imperat. Regum & Elect. in Monast. in præfat. auth. ubi varia Clericorum divitias piscandi hamos recenset, atque exemplis illustrat.* factum ut ad invidiam usque redditæ locupletissimæ atque ditissimæ; imprimis Jesuitarum societas per fas & nefas opibus ac facultatibus, ut testatur illustr. Thuan. *lib.* 37. *Histor.* in tantum ubique crevit, ut Principibus ipsis formidulosa esse cœperit, & ditissimas etiam ac fertilissimas novi, quem vocamus, orbis provincias, Palatiis, prædiisque suis jam impleverit, largissimosque ubique terrarum reditus percipiat, apertè quidem à primo instituto, vili nempè illa paupertate, quam profitebatur, recedens. Quorum laudes hinc canit Carol. Molinæus dicens: *ipsos morientium facultatibus insidiari.* Et Stephanus Pascasius: *Familias captatis testamentis exhaurire videntur. &c.* Quæ omnia confirmant Hieronymus *in supra cit. Epist.* 2. *ad Nepotianum*, & Ambros. *l.* 5. *Epist.* 31. Rectè igitur Principes tollunt illa jura singularia a primis Imperatoribus concessa, quibus adeò abutuntur; abusus enim rectè punitur privatione usus: Quod enim medicamenta exhibent morbis, id exhibent jura negotiis *c. non debes. de consanguinit. & Affinit. c. Mutationis* 7. *qu.* 1. Mutatis itaque morbis, mutantur medicinæ, quo nihil sanè naturæ est convenientius. Præsertim si omnis reipublicæ periclitetur salus. Quid denique justius ex natura privilegiorum? quam ut privilegia ab initio juste ac honeste concessa, si post modum fiunt damnosa atque præjudicialia, restringantur: imò summo cum jure revocentur per *c. suggestum. de Decim.* ubi egregiè notat glossa, quod privilegia pro diversitate rerum & temporum sint varianda.

VI. Antinomistarum neminem non videbis, qui neget, quod statuta, quibus alienatio bonorum immobilium in forenses prohibetur, quocunque modo etiam fiat, sint valida, atque omnem mereantur favorem *l.* 1. *C. Non licere habit. Metro com*: vid. O. P. W.

XVII. ibid. Besold. *pag.* 81. Marta *in tract. de Jurisdict. p.* 4. *lect.* 1. *cas.* 6. *num.* 1. Bald. *Cons.* 349. *l.* 1. Quid verò obstat, quominus à forensi ad Clericum procedat argumentatio? vid. Besold. *d. l.* Cephal. *Consil.* 54. *n.* 1.

III.

Responde-tur advers-fis.

Perplura possemus insuper producere, quibus validitas jure divino naturali gentium & civili confirmata posset statuminari. Sed dicta sufficiant, maximè cum contraria non adeò sint stringentia, ut facilè quendam, qui saltem scintillam rectæ rationis possidet, deflectere queat in sententiam contrariam. Interim brevibus tamen eorum infirmitatem demonstrabimus.

1. Quod supra nobis objectum, Clericos atque Ecclesias non subjectas esse potestati ac jurisdictioni seculari: indeque statuta ab hac profluentia eos non obligare: an verum sit, aliis dijudicandum relinquimus; vid. Stryk. *in tr. U. M. tit. de Just. & Jur.* §. 2. Magnif. Dn. Præses *in J. P. p. Sp. Sect.* 2. *cap.* 12. Sed huc non minus pertinet, quam Cupressus ad Naufragium. Dicta enim statuta de non alienandis bonis immobilibus in Ecclesias & Clericos quam minimè tangunt seu afficiunt Personas Ecclesiasticas; Cum Statutum sit *reale*, rem sive bona ipsa afficiens, non Clericos; uti jam ante dictum: Et quid? si affirmemus, Clerum etiam obligari statuto Laicorum, in specie, si publicæ utilitatis causam contineat, vid. Klock. *d. l.* Gail. *lib.* 2. *Obs.* 32. *num.* 7. idque vi Justitiæ naturalis.

Nec obstat, quod, licet Ecclesia non lædatur directo & statuta in eam dirigantur; illa tamen & afficiatur per consequentiam vid. Gloss. *in c. ult.* in verbo *libertatis De Immunit. Eccles.* Respondemus enim id tum demum ita sese habiturum, si sc. statutum suum fundamentum haberet in præjudicio & odio Clericorum; quod tamen longè falsissimum, cum ejus causa impulsiva sit favor & necessitas reipubl. Itaque ubi hæc concurrunt, ibi consequentia actus non venit in considerationem, & id approbat expressè Bald. *in cap. Ecclesia Sancta Mar. num.* 9. *de Constit.* Ubi quærit: *an valeat statutum prohibens alienationem in Ecclesias;* & concludit: *Non valere, si principaliter, sit editum in odium Clerici;* Sed *si in favorem Reipublicæ sit factum, ne sc. fraudetur publicis functionibus, demum valere statutum*, addens; *id sensisse complures magni nominis Jure Consultos.* Animus denique nocendi

di ex interverso lucro non præsumitur, ubi de utilitate apparet *l. 51. ff. pro soc.* Menoch. *de A. J. Q. cas. 156. num. 9. & Consil. 666. num. 6.* Surd. *Consil. 127. num. 19.* Franc. Vivius *Decis. 306. num. 4.* Honded. *Cons. 80. num. 34. Vol. 1.* Gail. *2. Obs. 69. num. 31. Ubi dicit, quod hac præsumptio juris probationem contrarii in contradictorem rejiciat,* Wesenb. *Cons. 34. num. 10. p. 1. & cons. 67. num. 20.* Multum enim interest, utrum damnum quis inferat, quod regulariter licet nulli, an vero lucrum imminuat: quo nomine actio adversus cum qui suo jure usus est, dari non consuevit *per text. not. l. 26. ff. de damno infect. &* late Klock. *de Contrib. cap. 12. num. 140.* Ut taceam, quod Princeps in suis actionibus semper ac ubique justè ac piè præsumatur moveri *Præs. Everhard. Cons. 131. num. 7. & arg. l. 51. ff. pro soc.* Chalder. *Cons. 17. de Constit.* Quid itaque objiciendum, cum clare constet, qua intentione Princeps sit motus ad ejusmodi statuta promulganda, scil. utilitate publica, quæ consistit in eo, ut vires Imperii conserventur & damnum qualecunque avertatur, quod ex frequenti & immoderata bonorum immobilium alienatione resultat, ut patet ex altera VENETORUM PROVISIONE de anno 1536. ubi in *proœmio* dicitur: *Et essendo da provedersi, coma richiede una cosi importante materia per l'Interesse publ.* vid. Schayn. *in Consil. hac de re reddito.*

Evidens itaque est, hac in parte utilitatem reipublicæ vano & minimè decenti Clericorum lucro longissimè esse præferendam, & hoc nemo negabit vid. Klock. *d. l. num. 189.*

II. *Alterum* quod attinet *argumentum* ibi terminos Ecclesiæ sine ulteriori dubio nimis, & contra intentionem CHRISTI, qui tamen fundamentum & norma Ecclesiæ est, extendunt. Ecclesiæ enim libertas juxta Mentem NOSTRI SALVATORIS saltem consistit in docendi facultate, adeoque qui executionem Ministerii impedit, is demum libertatem Ecclesiæ violare dicitur, vid. Arum. *Vol. 2. de Jur. Publ. discurs. 2.* Klock. *d. l. n. 185.* Exinde patet, quod nec verbis nec mente per statuta nostra officiatur Ecclesiæ libertati, quia saltem disponunt circa temporalia, quorum cura ab Ecclesiasticis absit quam longissimè, secundum Mentem SALVATORIS Cæterorumque APOSTOL. *Ep. 2. ad Timoth. 2. vs. 4. const. tit. x. Ne Clerici vel Mon. Secularibus negotiis se immisceant.* Et notante, *Nov. 123. c. 6. vid.* Magn. Dn. D. Grass. *in Disp. de Negot. Cler. prohib. c.*

 3. p.

3. *p.* 16. nulla plane habita consideratione ad Clericos, sed saltem id intendunt, ut bona inter cives conserventur, quo eò facilius ac promptius pro casu emergenti onera publica possint subire, & ne tributorum exactio Principi reddatur difficilis vid. Marc. Anth. Othel. in *Responso in causa Venet. contra* Paul. V. Pont. *redditum* Signor. *Consil.* 21. *num.* 15. Gail. 2. *Observ.* 32. *n.* 6. Klock. *de Contrib. c.* 12. *n.* 186.

Et posito, quod libertas Ecclesiæ consistat in iis, quæ supra diximus secundum Mentem Pontificiorum, ideò tamen nostra sententia infringitur quam minime: Cum maxima sit differentia, inter Ecclesiæ bona quærenda & quæsita; Cum ab illis ad hæc non valeat argumentatio *l. f. C. de Aquir. Poss.* Seraph. *d. tr. de privileg. Juram. privil.* 71. *n.* 32. ubi inquit, statutum posse præjudicare in quærendis, minimè verò in quæsitis Grat. *l.* 2. *Resp.* 162. *n.* 9. Rimin. Jun. *Consil.* 368. *n.* 65. Gravett. *Cons.* 221. *n.* 2. Nicol. Everhard. Præs. *Cons.* 71. *n.* 6. Roland. à Valle 1. *Consil.* 15. *n.* 23.

Et quod maximum est, & consideratione dignum rei affert pondus, Notandum: Quod statuta supra dicta non absolutè prohibeant alienationem bonorum immob. in Eccl. Sed saltem restringant ac modificent, ne sc. aliter fiat, quam prævio Principis consensu. Undè iterum satis elucescit dictum argumentum plane esse nullum, cum non probet probanda. Est enim sine dubio differentia inter *tollere* & *restringere* seu *modificare*. vid. Christin. *Decis. Belg. dec.* 201. *num.* 2 *pag.* 257. *vol.* 1. Quod fieri posse, *ut sc. actus qui alias tolli non potest, tamen restringatur*, ex multis in jure probatur exemplis, ex gr. in Materia *legis falcidiæ* in *l.* 1. *pr. junct.* §. 5. *ff. ad L. falc.* porrò *in Auth. si qua mulier C. de S. S. Eccl.* Denique in *Emphyt.* & *feudalibus*, quæ etiam prohibentur alienari in Eccl. per testamentum ut supra dictum vid. Gloss. *& DD. in l.* 2. *C. de Jure Emphyt. & in* 1. *feud.* 13. Pari modo & legitima filiorum minuit legata & relicta ad pias causas Bart. *in l.* 8. *§.* 2. *ff. de in Offic. test.* conf. adducta à Rol. à Valle *Cons.* 85. *col. pen. l.* 1.

III. *Ultimum* denique, quod producunt *argumentum*, quod sc. statuta nostra *liberam adimerent testandi facultatem*, nihil hic facit ad rhombum. Cum sanè aliud sit testandi facultatem tollere, aliud limitare, fines ponere & probabili ex juris ratione ad æquitatis normam redigere. Posterius admittimus, non prius; Quod verò potestas testandi restringi possit, nemo est, qui dubitet, vid. Dauth.

de

de testam. num. 113. *fol.* 166. Sic testandi licentiam coarctavit lex Furia, lex Feronia, denique lex Falcidia, itemque Senatus Consultum Trebell. *t. t. Inst. Pand. & C. ad leg. Falcid. & Senat. Consult. Treb.*

Videmus quoque, quod jus civile testandi facultatem, ex multis rationibus restrinxerit, dum certis personis testamenti factionem, tam activam quam passivam denegavit, quorum exempla Juris *Voll.* subministrant per plura.

Principis ergò statuta planè non tollunt testandi facultatem, sed solummodo pro bono Reipublicæ, ne vires ejus dispergantur, restringit atque limites ponit, relicta in cæteris de bonis mobilibus pro lubitu Clericis disponendi potestate, vid. Marc. Ant. Othel. *de Resp.* & eleganter Klock. *de Contrib. c.* 12. *num.* 208.

IV. Objectam CAROLI IV. *Constitutionem* quod attinet, *anno* 1377. *promulgatam* in argumentum illa trahi minimè potest, cum à Pontifice fuerit seductus, vid. Hertz. *in Disp. de superior. territ.* Et in genere multa fecit & gessit, quæ laude non sunt digna. Videamus laudes, quas ipsi cecinit MAXIM. I. Imper. quando eum non Imperatorem & Augustum Imperii, sed Dissipatorem appellasse fertur, non patriæ patrem, sed vitricum & alterum Crassum, quo Pestilentior pestis nunquam contigerit Germanis. vid. Spiegel. *ad l.* 5. *Gunth. Ligurini.* Quod tot Imperii bona alienarit, Arelatense regnum Delphino donarit, Et si Emptorem habuisset totum Imperium Rom. Germ. vendidisset. Crantz. *l.* 10. *cap.* 8. Sax. Kirchner *de republ. lib.* 2. *th.* 5. *lit. b.* Waremund. ab Ehrenb. *d. l.* Klock. *de Contrib. c.* 12.

Discussis itaque, quantum necessarium duxi, adversariorum argumentis, non video amplius, quid sequenti conclusioni obstet, scil. *Quod Statuta tam condita, quam condenda, alienationem bonorum in Ecclesias & Clericos prohibentia sint validissima, atque sine ulla conscientia hæsitatione à quolibet, qui condendi potestate gaudet, condi possint.* Cum felicissimi status conservationem non verò Ecclesiarum detrimentum, ut illi, qui à partibus Papæ stant, nugantur, contineant.

Nec desunt sententiæ nostræ gravissimorum JCtorum authoritates cum tot integra extent Responsa nostris statutis validitatem contra injuriosam atque maximè impiam Pontif. contentionem vindicantia, e. g. Marc. Anton. Peregrini, Othelii & Joach. Schaynii & aliorum quorum Responsa integra exhibet Goldast. *tom.* 3. *Monarch. Rom. Imp.* A Camera fuisse approbata testantur Gailius 2. *Obs.* 32. *num.* 7. Wehner *Observ. pract. voc.* Ewigkeiten. Klock. *de Contribut.* c. 12.

c. 12. Porrò & validitatem iis adstruunt Signor. Homod. *Cons.* 21. *n.* 18. Arum. *de Jure Publ. Vol.* 2. *disc.* 2. Bruning. *de variis Univers. Spec. concl.* 55. B. Dn. Fromm. *in Disp. de Vera Tradit.* Maul. *tract. de Empt. Vendit. lib.* 5. *num. ult. & penult.* Lindenspuhr *de Jure Magistr. & passim alii.*

CAPUT IV.

Effectus quosdam Statutorum notabiliores exhibens.

I.

Alienatio contra dicta statuta facta ipso jure nulla.

Effectus statutorum alienationem bonorum immobilium in Ecclesias prohibentium principalis est, quod *alienationem contra dicta statuta factam reddant ipso jure nullam*, adeò ut Doctores ne actionem quidem Venditori contra Emptorem ad rem venditam concedant recuperandam: Inter quos Joh. Calvinus *in Lexic. Jurid.* ubi vocab. Alienatio. inquit: *Neque agere potest, qui prohibetur alienare, absurdum enim esse putat JCtus ei cui alienatio interdicitur permitti exercere actiones, l.* 7. *§.* 2. *Pand. de Jure deliber.* & Gloss. simul addens rationem: *quia agendo per sententiam dominium posset amittere*, arg. *l.* 60. *Pand. de Condict. Indeb.* Sic per hanc alienationem nec dominium, nec possessio transit in Emptorem sive adquirentem, idque ideo, quia traditio, facta ex causa inutili à leg. & statutis expresse reprobata atque prohibita, non transfert dominium, sed manet nuda, *l.* 5. *C. de LL.* Baldus *ad h. l. & ad l.* 1. *vers. ult. eod.* Joh. Faber. *ad l.* 15. *de Rei Vindic.* Prohibita enim causa traditionis, ipsa traditio censetur prohibita, *l.* 3. §. 10. *de donat. inter virum & ux.* Et per consequens ipsa translatio dominii, ut loquitur Socin. *in l.* 1. *§.* 4. *Pand. de A. R. D.*

II.

Quæ jam diximus in dubium vocant alii, atque contrariam cum D. Gœddeo *de Contract. stipulat. c.* 3. *num.* 164. *& seq.* amplectuntur sententiam; Liceat verò nobis ab horum sententia facere divortium, idque *arg. l.* 53. *Pand. de Condict. indebit.* quam quidem illi pro sua sententia corroboranda allegant: Contrarium tamen probare illum

tx.

ex. non patet solum ex verbis finalibus, sed & toto casu ibi proposito, dicitur enim ibi: Quod si servus dederit pecuniam peculiarem, cujus tamen alienatio sine expresso domini consensu minimè valet, non valere traditionem, nec transferri dominium, videamus quale ex dictis procedat argumentum, si bona à domino servo in peculium data ex jure dominii non possunt alienari eo effectu, ut transeat dominium, tunc sequitur, quod nec bona à Principe alienari prohibita sine ejus consensu possint alienari, ita ut transeat dominium, idque ex jure dominii eminentis & potestate Legislatoria. Denique inspiciamus verba *d. l.* finalia, ubi dicit JCtus: *sed tam benignius quam utilius est, recta via, ipsum, qui nummos dedit, suum recipere.* Et notandum insuper, quod causa, qua relinquitur libertas, non sit inutilis, sed vitietur demum per vitium aliquod incidens. Secus se res haberet, si expresse prohibitum esset, ne testamento relinquatur libertas, hoc modo dicenda esset causa inutilis. Inde patet, quod d. lex nostram sententiam magis confirmet, quam infringat. Nec illud ad hoc, ut dominium non transferatur ex causa inutili, præcisè requirimus, ut lex ipsam traditionem quoque infirmet; sed putamus sufficere, si modo dicat superior, dann wo das nicht beschehen, so soll doch solcher Contract nichtig und unkräfftig seyn, vid. *O. P. W. tit.* 15. §. 4.

Obstare quidem videtur, quod contractus b. f. cui causam dedit dolus, sit ipse jure nullus, *per l. 7. pr. Pand. de dolo m. l.* 16. §. 1. *Pand. de Minor.* Vinn. *l.* 1. *qu.* 12. Et nihilominus dominium transeat in Emptorem, arg. *d. l.* 7. Vinn. *d. l. Respond.* Quod hic justa subsit causa, quæ non reprobata, nec res alienari est prohibita. Hinc non video, cur non procedat translatio dominii, vitium verò quod annullat causam, non inest ipsi causæ, sed personis, & superveniens est, & saltem ex post annullat contractum, non verò dominii translationem. Denique dolus causam dans contractui, non vitiat contractum in totum, sed saltem à parte læsi, cum adhuc in hujus sit arbitrio, an contractui velit stare, nec ne? inde videre est, quod hoc argumentum huc plane non quadret. Vitium enim, quod hic impedit Dominii translationem, non inest personis, sed ipsi rei, sive bonis, quæ redduntur ad transferendum inhabilia. An verò vitium sit reale, an personale, non ex verbis, sed effectu dignoscendum esse putat Burgund. *d. tr. de controv. ad Consuetud. Flandriæ n.* 1.

Firma igitur & ſtabilis manet hac in re noſtra ſententia, quod ſc. nec dominium tranſeat, nec poſſeſſio ex cauſa inutili à Magiſtratu reprobata, *vid.* Magnif. Dn. D. Graſs *in Diſp. de mandato de non alienando, th.* 36. *pag.* 47. ubi ſatis erudite tradit: Proindeque talis per judicem aut ſuperiorem, qui ipſe author & conditor legis eſt, facta alienationis inhibitio, impedit omninò dominii translationem, *l.* 9 *Pand. de Manumiſſ. l.* 10. *ff. de Curat. furioſ. l.* 126. *Pand. de Contr. E. V.* Perez. *in Cod. de Reb. al. non al. n.* 7. Carpz. *p.* 1. *c.* 29. *definit.* 42. *num.* 2. Brunnemann. *ad l.* 26. *Pand. de C. E. V. Conſ.* Dn. Lyncker. *in Trutina part.* 1. *Sect.* 1. *c.* 2. *th.* 82. *& ibid.* Dn. Brunnem. in Caſtig. & quamcunque aliam dominii imminutionem, *l. f. C. de reb. al. non al.* Reiter *de Alien. p.* 1. *c.* 7. *Sect.* 4. *n.* 1. Knipſchild. *de fideicomm. fam. c.* 11. *num.* 36. *Add.* Kurrer *in Diſp. de Pacto de non alienando th.* 12.

§ III.

An re immobili retractui familiarum ſubjecta contra ſtatuta ſupradicta alienata Retractus quoc. modo ſuum ſortiatur effectum?

Præmiſſa ac deciſa hac quæſtione præjudiciali ad alios ejus uſus jam procedere haud difficile eſt. Quorum præcipuus ſe exſerit in materia *retractus.* Cum quæſtio ſit agitata: *An re immobili retractui familiarum ſubjecta contra ſtatuta ſupradicta alienatâ Retractus quocunque modo ſuum ſortiatur effectum?* Hujus quæſtionis deciſio petenda ex modo ſupra dictis: Cum enim alienatio contra Principum ſtatuta id prohibentia facta, ſit ipſo jure nulla, & inde nullum tranſeat dominium, haud amplius difficile eſt deciſu, ſcil. Conſanguineum ad retractum exercendum non admitti poſſe, cum dominium nondum ab eo receſſit, ratione cujus hoc jure gaudet.

Hoc tamen limitamus: *Niſi principis acceſſerit conſenſus*, quo ipſo ſtatuta relaxantur, atque efficitur, ut alienatio & dominii translatio procedat, & inde Conſanguineum à ſuo jure exercendo, cum effectu intra præfinitum tempus arceri non poſſe contendit Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. tit. des retraits. §. l' homme ou femme* 1. *&* 7. Denique & limitamus: *Niſi Emptor rem emptam revocari nollet*, quod & poteſt, *arg. l.* 6. *C. Arbit. tut.* ibique Bald. tunc & admittendum eſſe conſanguineum, non eſt, cur dubitemus, juxta Guilh. Benedicti *in c. Raynutius. ad verbum: & uxorem, Dec* 5. *num.* 5. *&* 6. Joh. Papon. *ad Conſuet. Burgund.* §. 149. & Bald. *ad l.* 2. *de Comm. rer. alien.*

Si concurrat pœna confiſcationis, quis præferendus?

Quid ſi verò concurrat pœna confiſcationis, quæritur: quis præferendus, an fiſcus, an conſanguineus? Poſterius æquius videtur. Cum nemo ex alterius delicto debeat damnum ſentire & ſuo jure privari; hoc tamen eo reſtringimus, ſi ſc. con-

consanguinei ignorarunt, alienationem fieri; secus est, si sciverunt & non contradixerunt: Aliter se res habet, si Clericus sive Ecclesia Domino sciente & non prohibente rem alienatam iterum vendidisset in manus vivas. Hic omninò Consanguineos ad retrahendum admittendos putamus. *Nec obstat*, quod dominium ex vitio antecedenti non possit tranferri in alium, quod tamen, ut retractus procedat, omninò requiritur: quia nemo plus juris transferre potest in alium, quam ipse habet, quod concedimus, si Ecclesia id insciente fecisset herede; cum verò Emptor scivit & passus est, alienatio verò in manus vivas non est prohibita, inde non videmus, quid obstet, quo minus transeat dominium, cum scientia & patientia operentur mandatum, *l. 6. §. 2. & 18. Pand. Mandati. l. 2. C. de Remiss. pign.* Lauterb. *in Colleg. th. pract. tit. Mand. §. 5.* ex mandato verò dominium transferri, dubitare non licet. Ecclesia enim hic non habetur pro domino, nec est dominus, sed mandatarii vices tenere præsumitur.

dus, an sicus, an consanguineus?

IV.

4.) Et secundum dicta *Senatum Mechliniensem* judicasse tradit Christin. *d. l. decis. 202. num. 8.* Et *supremam Curiam* ita censuisse testatur Chassan. *pracit. l. n. 1.* Tiraquell. *de retract. lig. §. a vendu v. n. 5. & seq.* Idem & judicio & sententia approbavit *Magistratus Antvverpiensis* in causa *Vincentii van Houe* actoris, contra *Joh. van Dyck. d. 19. Sept. 1624.* Cum enim *Domicella digna van Houe* testamento prædium legasset Monasterio Annuntiatarum Antvverpiens. ejusmodi prædii incapaci, & dictum Monasterium id vendidisset *Joh. van Dyck. Vinc. van Houe* dictæ testatricis, heredumque ex testamento consanguineus dictum prædium retrahere intendit. Hinc quærebatur, an ad retractum esset admittendus? Pro cujus resolutione dictus Magistratus ex Consilio gravissimorum JCtorum ita judicavit: Quod legatum dicto Monasterio relictum sit invalidum, & ipso jure nullum, ob *notoriam* CAROLI V. supra recensitam *constitutionem*, quâ expresse *sub pœna confiscationis, ne bona immobilia transferantur in Ecclesias, voluit.* Exinde dici debet, quod dominium ac proprietas prædicti prædii post mortem dictæ testatricis manserit apud heredes testamentarios: Juris enim notorii est, quod, quoties legatum ex causa aliqua est irritum atque invalidum, habetur pro non relicto. Hoc præsupposito alienatio à Monasterio *Joh. van Dyck* facta, debet intelligi consensu & mandato heredum testamentariorum facta in *Joh. van Dyck* emptorem

rem nullo sanguinitatis nexu heredibus conjunctum. Ex quorum consensu & mandato etiam venditio fuit valida. Ac ob id locus debet esse retractui gentilitio, quem Vinc. van Houe jure consanguinitatis prætendit. vid. Christinæus *d. l.*

V.

An Æstimatio prædii immobilis legati veniat præstanda?

Supra diximus, & modo repetimus: quod, si bona legato vel fideicommisso sint relicta, cum vero effectu ut transferatur dominium, præstari secundum nostra statuta non possint. *Anne verò Æstimatio prædii immobilis legati veniat præstanda? quæritur:* Ob diversos juris textus diversæ sunt Doctorum sententiæ. Nobis verò placet sententia eorum, qui æstimationem deberi putant *per l.* 40. *Pand. de Legat.* 1. *& l.* 114. *§.* 5. *Pand. eod. l.* 11. *§.* 17. *Pand. de Legat.* 3. vid. Bald. *ad l. d.* 40. *Pand. de leg.* 1. *ubi dicit: Heredem compellendum esse, ad præstationem legati, quotiescunque testator rem legatam non propter suum delictum, sed personæ qualitatem habere nequit.* Hunc sequuntur Bald. *Cons.* 481. *in f. l.* 5. Card. *Cons.* 102. *num.* 2. Quam sententiam pronuntiando secutos esse Dominos Supremi Consilii in causa *procuratoris generalis* & *Agathæ Cornelii*, ac *Adriani Georgi*, Impetrantium *ex una*, & patris, matris & conventualium Monasterii Sanctæ Elisabethæ in Haga siti, *ex altera*, dum 24. Febr. 1547. juxta *d. l.* 114. §. 5. censuerunt, bonorum immobilium Monasterio legatorum æstimationem esse præstandam. Idem censuisse in causa *van Campen*, civis Amstelodam. ex una & *Regentium* inferioris Eccles. Sanct. Petri intimatorum *ex altera dato arresto* 16. *Jul. anno* 1541. testatur Christinæus *d. l. dec.* 201. *Vol.* 1.

Objiciunt quidem *l.* 49. *§.* 2. *de leg.* 2. *&* 34. *de V. Oblig.* Verum textus si rectè inspiciuntur, nostræ sententiæ non contrariantur. Dicta enim *lex* 49. *§.* 2. agit de re, quæ neque in hæredis, neque legatarii, neque alius est commercio, idque propter analogiam juris: & alios juris textus. *In dubio enim semper præferenda illa est sententia, quæ juris textibus est convenientior:* &, *talia debent esse prædicata, qualia permittuntur esse à suis subjectis.* Quamvis enim JCtus *in d. l.* 49. Verba dirigat ad legatarium, inde tamen non sequitur, quod in heredis alteriusve sit commercio. Dicta *l.* 34. plane nostræ sententiæ non obstat, ex qua à multis malè fit illatio. Non enim loquitur de legato, sed de stipulatione, cujus sanè diversa est ratio. Quid verò dicendum, *si statuto sit adjecta clausula decreti irritantis,* uti adjecta est constitutioni CAROLI V. pro & contra, vid. Christinæum *d. l.* & Petr. Peck. *d. tract. de Amortiz. bonor. c.* 9. *num.* 4. & passim alibi.

CA-

CAPUT V.

Statutorum Contraria atque Affinia ostendens.

I.

Relaxamentum statutorum, de quibus hactenus disquisitum, atque solutio eorum obligationis est *amortizatio*, quæ vox quidem satis Barbara est, deducta à peregrino idiomate & voce gallica *Amortir*, quod significat *extinguere*. Hic nobis definitio sufficiat Caroli Molinæi *in Comment. ad consuet. Paris. tit.* 1. *de Sieffs.* §. 51. *gl.* 2. *num.* 68. Qui eam definit, *quod sit licentia retinendi bona immobilia per manum mortuam.* Qui plura hac de materia scire desiderat, adeat modo cit. Molin. *d. l.* Peck. *tr. de Amortizatione bonorum.* Ramdohr. *in Disp. integra de ead. mat.* quam exhibuit Fritsch *in suis Exercit. Jurispubl. ibid. vol.* 1. *Dissert.* 7. Speidel. *in spec. Jurid. voc. Amortizatio &c.*

Contraria: Amortizatio.

II.

Denique Effectum statutorum tollit *Usucapio*. Supra jam diximus, quod bona immobilia per ejusmodi statuta alienari prohibita *usucapi* possint tempore aliàs solito, sc. 10. vel 20. annis. Sed non in Effectu ad Clericos, sed *ad fiscum*. Usucapi tamen etiam posse à Clericis, eo effectu, ut fiant domini, & bona habeantur pro emortizatis, dubium non est, modo sint in bona fide, in tempore vero determinando, quo usucapi possint, DD. non ejusdem sunt sententiæ: Quidam requirunt tempus 30. annorum. Quod solet appellari longissimum, ut Ramdohr. *d. l.* §. 19. & ita judicatum fuisse, tradit his verbis: *Si manus mortua possederint donationis legati aut alio titulo, non posse Principem post tempus* 30. *annorum ad aliud eam cogere, quam ut præstent hominem morientem & committentem, vel cautionem indemnitatis*, citat hanc in rem Ægid. Magist. *c.* 5. *n.* 3. & 4. Papon. *Arrest.* 6. *pag.* 53.

Usucapio.

Sed, ne Justiniano fiat injuria, Putamus distinguendum, utrum Princeps pœnam constituerit confiscationis rerum alienatarum, an non? si *prius;* bona ratione dominii præscribuntur tempore in jure determinato, sc. spatio 10. vel 20. annorum, prout sc. dominus fuit absens vel præsens, ita sc. ut non fiat dominus Ecclesia Usucapiens, Jus tamen fisci currere incipiat. Ut vero & desinat jus fisci & am-

plius rem usucaptam vindicare nequeat, requiritur tempus 40. annorum, *l. 4. C. de longi temp. præscr.* ratio in eo se fundat, cum bona eo momento, quo fiscus suum jus exercere potest, incipiant fieri fiscalia, quæ alio tempore præscribi non possunt; nisi decursu 40. annorum, *d. l. 4.* Et hunc terminum & in plerisque locis observari tradit Ramdohr. *d. l.* & quem citat Guil. Benedict. *d. l. n. 5.*

Sin verò dicta pœna statutis non sit expressa; Sed alia pecuniaria, tunc tempus 30. annorum observari juri conveniens videtur, arg. *l. 3. C. Quibus non objicitur long. temp. præscript.*

III.

Affinia. AFFINIA. *Affine* nostris statutis est, illud, quo subditi prohibentur alienare bona immobilia in forenses, pro quo eadem militat ratio, quæ pro nostris statutis, Ne sc. eorum numerus, qui personalia (vel etiam mixta) subire coguntur munera, decrescat; & ut inter subditos bona conserventur, idque in favorem publici, ne sc. cives prædiis exuti, impares fiant oneribus ferendis, vid. Besold. *ad Ord. P. VV. tit.* daß niemand keinem, so nicht unter unser Hertzogthums Obrigkeit gesessen, einig liegend Guth zu verkauffen gebe. *fol. 35.* Lauterb. *ad J. P. V V. pag. 85.*

2.) Statutum, quo prohibentur Clerici, ne Monasteria aliaque ædificia Ecclesiastica extruant sine permissu Principis.

3. Statutum, quo vindicatur Principi facultas judicandi, puniendi Clericos ob delicta gravia atque atrocia. Quæ duo ultima statuta Reipublicæ saluberrima laudabiliter à Venetis sunt recepta atque vendicata. Quorum & validitatem integris Responsis defenderunt sæpius laudati Marc. Anton. Peregrinus, Othelius & Joach. Schaynius, & alii, quorum Scripta exhibet Goldast. *d. l.*

D. S. L. & G. in Æt.

DISPV-

DISPVTATIO XL.

DE ADVOCATIA AB IMPERATORE PROTESTANTIVM ECCLESIIS NON MINVS AC ROM. CATHOLICIS ÆQVALI JVRE PRÆSTANDA,

DISSERTATIO EX JVRE PVBLICO

FRID. LVDOV. WEISSMANNI.

hab. ad d. Decembr. MDCCXXIII.

SVMMARIA.

PARS PRIMA de Advocatia Ecclesiæ Romanæ ab Imperatore administranda.

Sepofita Advocatia vulgari acceptione, de qua Magerus in ſuo Opere, eminentior ſenſus, quo Imperator Advocatus Eccleſiarum audit, adoptatur ſubjuncta definitione & diviſione. §. I. Origo advocatiæ ab ipſis vitæ monaſti-

nastica institutis arcessitur, quod probatur ex historia. §. II. A Græcis Imperatoribus tutela Ecclesiastica ad Francorum Proceres translata est ad Carolum Martellum sc. & Pipinum. Cur ad hos, & non ad ipsos Reges? An jure Childericus regno motus? qua fuerit tum rerum apud Francos facies? Quod Zacharias cœpit, perfecit Stephanus. Ejus merita in Pipinum, & Pipini in Pontificem. §. III. Ab hoc transitur ad Carolum. Quæ causa belli à Desiderio gesti? Imploratur ab Adriano Caroli auxilium. Superat is hostem. Reddit, quæ Pipinus Pater donaverat, maximoque beneficio sibi devincit Ecclesiam, Adriani gratus animus, & tributa CAROLO jura. Quæ hic fides Sigeberti; Quinam eundem vellicent? Vindices Sigeberti qui? Quæ dignitas Patriciatus? Succedit huic titulus Imperatorius: quo effectu? Digressio de translatione Imperii in Carolum. Cujus autoritate facta? Zelus Cardinalis Sfondrati super hoc argumento. Quem applausum mereatur? §. IV. A Caroli stemmate Imperium pervenit ad Germanos, & quidem Saxones. Otto Caroli magnitudinem pari fortitudine & successu imitatur. Res gestæ cum Pontificibus Johanne XII. & Leone VIII. Plenam Ejusd. & ordinatam historiam tradit Maimburgius. Frustra certatur, Pontificem etiam in ipsum imperium transtulisse. Majus opera pretium in eo ponitur quodnam Jus in Italiæ regnum Otto sibi & Germaniæ acquisiverit. Laudatur Schurzfleischii disputatio de Jure Augusti in Italiam. Successorum hiatus in defendendo jure imperatorio. Quæ eorum causa fuerit? Laudantur AA. de funesto hoc argumento legendi. Schilteri & Conringii querela de capitulis quibusd. s. textibus Canonicis in Germania vix tolerandis. Quis commentatione eos illustraverit? §. V. Explanata historia inquiritur in ipsa Advocatiæ jura, utcunque ipso opere se habeant; non enim de facto, sed de jure quæstio est. Catholici DD. sec. hierarchiæ suæ principia limites constituunt admodum angustos: Protestantes pro suæ doctrinæ ratione ampliores. Allegantur Recessus & Capitulationes, in quibus Cæsaribus hoc nomen tribuitur. In subsidium vocantur tituli scripturarii Principum, per quos sunt scuta, Nutritii: Advocati, Tutores, qui non sunt nuda nomina, sed plurimum rei important. Absolvitur advocatia regendo & tuendo. Regimen verò intelligitur non internum, sed externum, quod respicit vel ipsam Ecclesiam, s. populum sacrum, vel Ordinem Ecclesiasticum, vel Bona Ecclesiæ. §. 6. Imperatores olim Ecclesiam variis modis rexerunt, invigilando doctrinæ & disciplinæ, cujus causa varias L. L. Eccles. condiderunt, quales erant maxime Justiniani & Leonis: convocando Concilia, in quibus præsidio sunt gavisi: Conferendo Jus metropoliticum & rel. §. VII. Jurisdictionem exercuerunt in totum ordinem Ecclesi. ne Pontifice quidem excepto: quæ tamen ut odiosa seponuntur. Igitur tantum de Episcopatibus & aliis beneficiis

neficiis Ecclesiasticis agitur. Meibomii & Conringii querela de investitura jure immutato. Num justa sint, à viro præcipuæ autoritatis disquiritur. Tangitur etiam jus primariarum precum. §. *VIII. Non minus Bona Ecclesiæ Imperatorum Advocatiæ subfuerunt. Vigilare sc. eos decet tum circa usum eorundem, tum circa abusum. Usus ad quatuor capita restringitur. Partes sint æquales, non proportionales. Abusum Ecclesiæ, SS. Patres: maxime Bernhardus, & pii Principes semper gravissimis quibusque reprehenderunt modis. Recensentur speciatim. Sub finem commendantur AA. de h. argumento lectu digni.* §. *IX. Altera Pars Advocatiæ consistit in tuendo, ut mala, quæ Ecclesiam perturbant, coerceantur. Sunt illa vel interna vel externa. Interna sunt mali mores, hæreses & vellicationes, s. turbationes pacis religiosæ. Externa infideles & hostes Christiani nominis. De malis moribus supra jam* §. *antecedente actum. Quæ partes Ecclesiæ circa hæreticos? Quæ magistratuum? De pœnis hæreticorum ex jure Canonico. De hæresibus Germaniæ. An supplicio afficiendi? Observatio Engelii. Digressio de Constitutione Unigenitus, contra quam etiam Imperator Althanio Cardinali Romam quædam monita perscribenda curavit. Quinam turbatores pacis? de duplici genere protectorum prisca Ecclesia. De edicto Imperatoris contra scripta scandalosa, sermones turbulentos, & imagines scopticas. De hostibus externis, Turcis sc. & aliis infidelibus. De cruciatis earumque justitia vel injustitia, remissive.* §. *X.*

PARS ALTERA
de
Advocatia & Protectione Ecclesiis Protestantium æquali Jure præstanda.

Protestantium Ecclesiæ utut Rom. Catholicis invisæ, puriorem tamen Venerationem Augustissimo Imperatori exhibent. §. *I. E quibus fontibus jus advocatiæ in Ecclesias nostras derivatur? Scriptura sc. saniore politica, & pactis religiosis. Maxima cautela hic circa Principia adhibenda.* §. *II. Sponsio hujus protectionis nititur Capitulationis Cæsareæ Artic. I. Quid JCti vel Jesuitæ potius Dillingenses, de validitate h. g. juramenti censeant?* §. *III. Quid nomen Protestantium sibi velit? Sententia Pallavicini: Bosueti: Elogia Farnesii Cardinalis Carolo V. in scripto solemni tradita. Vera Origo. Qui Principes ab eorum partibus primum steterint? quæ urbes? Repudiant Acatholicorum nomen. Vocantur ut plurimum A. C. addicti. An pax religiosa ad literam Aug. Conf. sit restricta? Dicuntur etiam Evangelici.* §. *IV. Reformatis hoc nomen diu fuit negatum, tandem receptio ipsis con-*

firmata in Pace Osnabrug. cujus finis erat non Unio Ecclesiastica, quæ tamen omnibus modis optanda, & quantum per conscientiam licet procuranda est; sed securitas Civilis. Lepida distinctio Usleberi S. J. Prof. Heidelb. inter Reformatos & Calvinianos. §. V. Quæ Jura Sacra Principibus, quæ Cœtibus & Subditis Protestantium competant? Sub nomine Principum, qui intelligantur? Referuntur huc etiam Nobiles Immediati, & Civitates Liberæ tanquam status Imperii. Quibus fulcris jus Principum circa Sacra nitatur? An recte Episcopale vocetur? quæ reliquæ appellationes? Definitio Stryckiana hujus juris. Jura Ecclesiastica Principum sunt vel Communia, vel Singularia. Communia versantur circa doctrinam, disciplinam, res & bona Ecclesiastica. Doctrina quo purior, eo majori cura illi invigilandum, ut & disciplina, eo quod nullis impedimentis constringitur, suspensa omni Jurisdictione Episcoporum, non modo negative, sed destructive & translative, quod probatur apertis textibus. In quo casu Jurisdictio Episcoporum adhuc vigeat? An etiam in matrimonialibus? Excommunicatio Pontificum itidem suspensa. De Jure Principum circa Liturgias, remissive. Personas, res, & bona Ecclesiæ quod attinet, huc spectant Capita de jure vocandi, dimittendi, deponendi ministros. De Jure templorum: de origine, genuino usu, alienatione, & Secularisatione Bonorum Ecclesiæ. Jura singularia Principum, quæ Papalia vocantur à Stryckio. Cur? Unde pateant? Circa quæ versentur? §. VI. Ostenditur, quæ jura Cœtuum & Subditorum sint ex art. 5. & 7. Instr. Pac. §. VII. Fit transitus ad luctuosa tempora, quibus vivimus. Gravamina Protestantium contra Rom. Catholicos, maxime in Palatinatu, de cujus calamitatibus toto libro egit B. G. Struvius. Quinam fontes malorum. §. VIII. (1.) Odium implacabile Pontificis & cleri in Protestantes. Varia illius causa. Quomodo ferendum? §. IX. (2.) Sinistra Regulæ ad Jus reformandi applicatio, ubi de Simultaneo & provenientibus ex eo turbis agitur remissive. §. X. (3.) Clausula articuli quarti, Pacis Rysw. & tertii Badensis. Laudantur Scripta privata & publica de hoc argumento eque posterioribus consectaria eruuntur. §. XI. Circa medelam quæ sint consideranda? §. XII. Advocatus & Vindex in his malis est Augustissimus Imperator, qui seriis rescriptis parti laboranti succurrere jam cœpit. Tangitur hic ardua quæstio, an pressis post Imperatorem etiam ad alios Reges & Principes suæ confessionis confugere liceat? Rationes utriusque partis considerantur. §. XIII. Norma secundum quam occurrendum his malis, est Pax Monast. & Osnabrugensis. Disquiritur heic præcipue, quæ ejus validitas & ratio, eam solide interpretandi: Innocentii XI. Pont. Rom. querela & Bulla contra hanc pacem. Quinam AA. istam Bullam excusserint? aliæ objectiones, quibus respondetur. Constantia & perpetuitas hujus pacis. An sit obscura?

Cujus

Cujus sit, eam interpretari? Quis modus adhibendus? Paci huic etiam subveniunt Recessus executionis Noriberg. Arctior modus exequendi; Edictum executionis Caesareum. §. XIV. Modus tollendi mala, Ecclesias Protestantium vastantia. Imperator vel ipse gravatis jus praestat, vel Electorum, Principum, & aliorum statuum Legati amicabilem compositionem ineunt. vel Executio per Gradus suscipienda. Jus aequale Protestantibus administrandum. Disceptationes de rebus arduis Imperii tractari possunt vel in ipsis Comitiis vel in deputationibus arctioribus; qua via aptior & minus impedita? Panditur modus executionis, ubi processibus onerandi non sunt gravati. Quomodo in executione procedendum? an semper? etiam cum laedens non desistit à via facti, & damnum illatum est fere insanabile? §. XV. Tangitur quaestio, an Compositionem sperare liceat circa dissidia religionum in Imperio vigentium? §. XVI. Concluditur voto pro Augustissimi Imperatoris & Patriae Salute. §. XVII.

Prooemium.

MAtrem Academiam relicturus discedere sine Studiorum aliquo Specimine, duxi indecorum: Circumspicienti vero, quid ex amplissimo Jurium proventu destinationi meae commodum foret, illustre obvenit argumentum, quod prae multis cum ob dignitatem, tum & utilitatem commendabile visum fuit, quin & ad ea, quae à longo jam inde tempore animos suspensos tenent, aequa lance ponderanda, non parum sane oportunũ. Non enim tantum civium lites posse conficere, in mei ordinis hominibus pulcrum est; sed publica etiam negotia, quae Patriae salutem spectant, indagare & contemplari decet ut quod maxime. Qua in re ingenii & scopi Studiis praefixi rationem sequutus non credidi inanem me operam lusurum, aut destitutum iri Virorum doctorum approbatione, si ex Jpublici doctrina, aliquam in me pro virium qualiumcunque mensura susciperem tractationem. Perspectum quidem satis est, Scholas, si non omnes, aliquas tamen, in Aulis Principum, ob sentiendi de rebus suis libertatem tantum non male audire, quippe quae non ita facile ferunt, cum, quod altioris est indaginis, privatorum subjicitur Disputationibus: quare in limine statim hujus nostri Juris, an à JCtis illud in Academiis tradi debeat? disquiri solet. *Vid. B. AVI D. PREGIZERI*, etiam post fata sanct. colendi, *Disc. Not. S. R. I.* §. 3. 4. Sed ardua licet sit, prae-

cipuasque hodie Aulas pervagetur ea, quam considerare institui, causa, non tamen ideo postulabitur, ut à Jurium Sectatoribus silentio omnino prematur, eo quod supremæ potestatis radiis circumfunditur, qui non nisi temere in Ejusmodi Sacra irruentes ardore suo conficiunt: Verecunde autem & reverenter in hoc genere negotiorum versantibus haud obsunt. Illud præcipuam difficultatem attulit in hoc argumento, quod semita hæc nondum trita, semina passim dispersa sint, nec in tanto numero DD. J. Publ. nisi perpauci Duces reperiantur, quos sequi secure liceat, quibus vero ipsis vel aditus ad hæc sacra multo labore parandus fuit, *vid. Differt. Sleevogtii & Beckii in Præfat.* Possunt tamen Acta publica, silente licet DD. cœtu, huic disquisitioni plurimum sane lucis fœnerari, quidque de ea statuendum sit, filo quasi Ariadneo commonstrare, cum sole meridiano clarius appareat, Imperatorem Sacratissimum splendidissimis CAROLORUM vestigiis impigre insistentem, tot lacessitorum haud contemnendis gravaminibus solicitatum, nihil, quod jure venerabundi miramur omnes, reliqui fecisse, aut ulli pepercisse operæ, quo minus seposito partium studio, advocatiæ, quam etiam Protestantium Ecclesiis debere voluit, officia hactenus expleret. Simul autem neutiquam dissimulare fas est singularem voluptatem, quam ex eo maxime percipio, quod ad votum ea mihi felicitas obtigit, ut hæc qualiacunque meletemata defendere liceat sub umbone SUMMI undequaque VIRI, cujus mirificam eruditionem atque in hoc genere studiorum prudentiam & soliditatem exactissimam ipse Cæsar exosculatur: Germania universa colit: nostra Academia ostentat, quemque post publica illa elogia, ego cumprimis, non ut Patronum modo & Præceptorem longe faventissimum semper sum expertus; Sed, quo vinculo sanctius haud ullum datur, etiam habui in baptismali fœdere sponsorem præsentem ac intercessorem devotissimum, cujus nunc demum auspiciis in cathedra stetisse honorificum quis non putet? De laudato igitur argumento cum commentari pauca quædam annitor, ista erit suscepti instituti ratio, ut primo de Advocatiæ Ecclesiæ Romanæ nonnulla præmittam: deinde vero progrediar ad sacri hujus muneris Imperatorii exercitium in Ecclesiis etiam Protestantium. Faxit DEUS! qui etiam NOSTER DEUS est, ut id fiat feliciter, nostræque Ecclesiæ habeant, cur supremo Numini ob præstitum divinitus auxilium æternas grates exolvant!

PARS

PARS PRIMA.

De Advocatia Ecclesiæ Romanæ ab Imperatore administranda.

I.

Dum in illustrissima hac causa versor, non puto opus esse, ut quid vox Advocatiæ in vulgari sensu notet, operose heic exequar, cum *Magerus cap.* 2. suæ tractationis, utpote qui in aula hac solus dominatur, id satis ample præstiterit, maximeque Nitschius *ad artic.* 1. *Capitul. Joseph. toto Capite primo* id declaratum dederit. Quippe cum augustum hoc nomen Imperator sibi in eminentiore longe sensu vendicet, cum Umbris illis Majestatem metiri quisquis voluerit, inanem operam ludet, vel non sane multum profuturam. Sufficit dixisse, Advocatiam significare hoc loco Jus regendi tuendique Ecclesiam vi Imperii competentem, quarum illa, quam ipse Cæsar Augustissimus administrat, superior, propria & immediata audit; ceu quæ vi Majestatis & Jurisdictionis Universalis in Imperio ad eum redundat; altera, quam status Imperii territorialis Superioritatis jure in Ecclesiis exercent, vel Imperatores aliis committunt, inferior sive subordinata, mandata, atque mediata dicitur: de qua posteriore non admodum erit differendi locus.

Seposita Advocatiæ, vulgari acceptione de qua Magerus in suo Opere, eminentior sensus, quo Imperator Advocatus Ecclesiarum audit, adoptatur, subjuncta definitione & divisione.

II.

Satius vero fuerit, in historiarum documentis, quæ Juri nostro illustrando insigniter plane inserviunt, V. B. AVUS PREGIZERUS *in differt. alleg.* §. 19. 20. *seqq.* originem tanti muneris indagare. Diffiteri quippe non licet, si altius rem velimus ordiri, advocatiæ Christianæ originem omnium primo ab ipsis vitæ monasticæ institutis esse arcessendam, quibus, ut protectores sibi præficerent, vel sanctioris professionis ratio, vel administratio sinistra bonorum Ecclesiasticorum, vel Monasteriorum & Ecclesiarum incolumitas, uti ex insigni numero vetustissimorum diplomatum abunde probari potest, suasit. Accedit autoritas Eius generis *Conciliorum: Carthaginensis Prioris, cap. IX. & Milevitani II. cap. XVI.* è quibus isto jam tempore Protectorum Ecclesiasticorum usum viguisse, satis superque patet. Quin & multo ante CAROLUM tempore, Byzantinos etiam Impp. cum actum inaugurationis subiissent, solenni Sacramento, quod Ecclesiam protegere vellent, spopondisse, *Marquardus Freherus in notis ad Petrum de Andlo de Imp. R. G. L.* 1.

Origo advocatiæ ab ipsis vitæ monasticæ institutis arcessitur, quod probatur ex historia.

cap. VI. p. 186. commemoravit, id quod Conſtantinus M. cujus beneficia Eccleſiæ non malo animo præſtita præter rem à nonnullis juſto acrius vellicantur, cum ſucceſſoribus ſtrenue ſemper præſtitit, quorum eximia in Eccleſiam merita eaque memoratu digniſſima *Magerus cap. V. arg. VII. & VIII.* contra *Knichenium* longa ſerie luculenter admodum deducit.

III.

A Græcis Imperatoribus tutela Eccleſiaſtica ad Francorum Proceres translata eſt ad Carolum Martellum ſc. & Pipinum. Cur ad hos, & nōn ad ipſos Reges? An jure Childericus regno motus? quæ fuerit tum rerum apud Francos facies? Quod Zacharias cœpit, perfecit Stephanus. Ejus merita in Pipinum, & Pipini in Pontificem.

His vero fato functis & ſequioribus ſubmiſſis, quos hæreſibus aliisque turbis implexos, Longobardi omni fere Italiæ Imperio exuebant, ut Pontifices & Eccleſiam tueri amplius non poſſent, ad Francos magis ſibi vicinos & potentia florentes ii fuerunt converſi. Gregorius II. ſcilicet Leone Iſauro à ſe per literas, legatos, preces, minas, ut ab iniquis conſiliis deſiſteret, cautiſſime & omnibus adhibitis gradibus, fruſtra monito, ex omni parte deſertus, fœdus cum Carolo Martello & Francis ſanxit, venturoque in Italiam conſulatum, dignitatem ſupremæ proximam promiſit, quam & Martellus acceptavit præmiſitque Abbatem Corbejenſem, qui fœdus cum Romanis iniret ſponderetque auxilium, ipſe ſequuturus, niſi mors obſtitiſſet. Eo ergo extincto, & Pipino necdum noto aut rerum potito, cum auxilium à Francis ceſſaret, & Græci exarchatum adhuc in Italia, & Siciliam Calabriamque obtinerent, Longobardi vero hæreſi & armis graſſarentur ac Romæ imminerent, non deſtitere Romani Pontifices Gregorii II. III. Paulus, Stephanus, Zacharias, Adrianus aliique apud Græcos Imperatores literis ac legatis agere, ut in ſinum Eccleſiæ Cathol. redirent, & Romam Italiamque à Longobardis tuerentur: cum tandem rebus omnibus deſperatis Pipinus & Carolus ſubvenere, imperio Græcis in Occidente ademto. Si mireris, cur ad Miniſtros potius Regios, quam ipſos Reges provincia Eccleſiam Rom. tuendi devoluta ſit, ex ipſa hiſtoria Francica facilem ſe putant habere reſponſionem. Scilicet civilibus bellis, fratrumque diſcordia ac Regum ignavia res Francicæ tum fere conciderant. Reges ruri potius quam in Aula degebant, otio & deliciis vitam ducentes præparcis tamen, & privatæ potius quam regiæ ſortis. Raro in publico viſi, niſi cum legatos audirent & reddenda erant reſponſa, eaque non pro arbitrio, ſed ſuggeſta aut etiam juſſa, inani Majeſtatis ſimulacro, niſi quod ſolio inſiſterent. Cum prodibant, plauſtrum pro curru, boves pro equis erant. Producta

ducta fluensque barba & coma in humeros fusa: hæc pompa, hoc fastigium Franciciæ Majestatis, quod pluribus Eginhardus testatur. Jus interim belli pacisque ac regni moderandi penes palatii Magistros, & dum isti aut retinendæ potentiæ, aut vincendis æmulis, aut Regibus pro arbitrio deligendis abdicandisque certabant, regnum interea civili bello consumebatur: Franciæ provinciæ, ut quisque occupaverat, in diversos scindebantur principatus. Saraceni Gothique, aut sponte aut in subsidium vocati Franciæ infundebantur, qui licet Martelli virtute fuissent deleti, Præfectorum tamen palatii, quod regii sanguinis non essent, invalida apud populum reverentia. Nec melior Ecclesiæ tum, quam regni facies. Itaque Pipinus illud à Zacharia Pontifice petebat, utque Childericus Rex ob ignaviam & impar regendo imperio ingenium deponeretur, sollicitabat: cui audaci voto nullo periculo vel religionis vel regni excusando: V. S. R. D. D. WEISMANNUS, PATRUUS & HOSPES æternum colendus, in H. E. P. I. Sec. VIII. p. 597. Pontifex statim annuit, atque Childerico imperio moto & tonso, Pipinum omnium votis eligi jubet, Francosque juramento absolvit, quod Childerico dixerant: *Vid. Annales Laurisbamenses ad A.* 749. *Fredegarius ad A.* 751. *Rhegino in Chronico. Abbas Ursperegensis ad A.* 748. *Otto Frising. L. V. cap.* 22. *Sigebertus ad A.* 750. *Sigon. L. III. de R. Ital. ad A.* 750. Paulo post Aistulpho Longobardorum Rege ferro ignique Italiam vastante, Romamque obsidente, Græcis frustra ad auxilium solicitatis Stephanus II. ad summas angustias redactus, preces ad Pipinum convertit, qui Pontificis necessitate comperta legatos misit, qui illum in Franciam deducerent, cujus in primaria urbe cum advenisset, magno apparatu cultuque exceptus fuit, Pipino, regia Conjuge & liberis obviam Pontifici procedentibus, equumque reverentiæ causa comitantibus. In eo conventu decreta in Aistulphum expeditio & regia dignitas nunc coram & ab ipso Pontifice, majorique apparatu Pipino collata, cui etiam sacra unctio & solennis coronatio addita. *V. Theophan. L. XXII. Guagninus Hist. Franc. L. III. Abbas Ursp. ad A.* 753. *Paulus Æmilius in vita Pipini. Carol. Sigon. Libr. III. de R. Ital. ad A.* 754. Sic ergo Pipinus egregium Ecclesiæ Rom. Advocatum & Protectorem egit, dum Aistulphum bis vicit, ereptum Exarchatum & plurimas civitates alias, missis pro dono clavibus, Petro toties restituit, Italiamque tamquam imperii partem repetenti per legatos Constantino ita fortiter respondit

spondit, ut quam turpiter ille religionem neglexisset, omnemque fidem Ecclesiæ debitam posthabuisset, inde satis intellexerit.

IV.

Ab hoc transitur ad Carolum. Quæ causa belli à Desiderio gesti? Imploratur ab Adriano Caroli auxilium. Superat is hostem. Reddit, quæ Pipinus Pater donaverat, maximoque beneficio sibi devincit Ecclesiam, Adriani gratus animus, & tributa CAROLO jura. Quæ hic fides Sigeberti; Quinam eundem vellicent? Vindices Sigeberti qui; Quæ dignitas Patriciatus? Succedit huic

Perfecit Pipinus, quantum poterat, sed major in nato vis tantos tamque obstinatos hostes delendi erat reposita. Desiderius quippe, Rex Longobardorum, dominium totius Italiæ animo agitans populabatur Ecclesiæ ditiones: Exarchiam Ravennatem occupabat, & Romam cum exercitu contendebat. Causam belli, præter dominandi pruritum annales hanc referunt, quod Hadrianus Papa Caroli ex Desiderii filia nepotes Reges consecrare, regnoque paterno, cujus tunc Carolus potiebatur, habiles reddere noluerit. Hærebat interim Constantinopoli Copronymus Imperator, Italiæ suæ immemor, negligensque. Exarchi, ut in rebus alienis fieri amat, otio & præsentibus fruebantur deliciis, futurorum incurii. Hadrianus ergo Pontifex Maximus Carolum Regem implorat, qui florentissimis armatorum copiis cinctus, bina clade custodiis cæsis Alpes penetravit, Desiderium ejusque exercitum in fugam vertit, ipsumque Ticino inclusit. Sequente anno, relicto ad Ticinum exercitu, cum regni Ducibus Romam profectus ibi Paschalia egit, factamque à Pipino Patre donationem (de cujus, aliarumque ab Imperatoribus factarum subinde donationum jure vid. illustris Frommanni, Serenifs. W. D. nunc à Status consiliis: Mecænatis humillimo cultu prosequendi, *Disputatio inauguralis de Oppignorat. particul. Feud. regal.* §. 12.) sua, omniumque regni ordinum autoritate confirmavit, & Ticinum tandem morbo in Longobardos grassante, expugnavit. Francicis tum præsidiis omnia firmata. Carolus novo regno auctus, & Ecclesia metu tam sævi hostis liberata, & post longam tempestatem in portu quasi constituta fuit. Refert *Sigebertus in Chronico*, Carolum capto Ticino Romam profectum, ibique in Synodo CLIII. Antistitum ab Hadriano Jus accepisse, summum Pontificem eligendi, omnesque Archiepiscopos & Episcopos investiendi, quod ex Sigeberto totidem verbis exscripsit *Gratianus in C. Hadrianus XXII. D.* 63. Quem licet malæ fidei accusent *Morerius in Dictionario Gallico, in vita Sigeberti*: & *Baronius ad A.* 754. vindicias tamen ejus in se receperunt & *Maimburgius dans l' histoire de la decadence de l' Empire à p.* 82.-89. & *Eugenius Lombardus in regali Sacerdotio L. I. §. V. p.* 134. *seq. Goldastus in Rationali ut & Tom.* 1. *Constitut. fol.* 16. ubi Bulla Adriani, Theodorici à Niem solici-

solicitudine servata, legitur. *Conringius de Imperio R. G. Cap. VI. Schilter de libertate Eccles. German. L. II. C. XI. §.* 4. ubi tamen notetur velim, Patriciatus dignitatem, quam solenniter Carolus tum obtinuit, ipsi non tum primum collatam, sed repetitam, imo ampliorem & splendidiorem fuisse redditam. *Lehmann. Chron. Spir. L. II. C.* 40. Estque hic omnino consulendus *Petrus de Marca*, Archi-Episc. Paris. *de Concord. Sacerdotii & Imper. L. III. C. XI. §.* 8. 9. in quibus quam dignitatem complexum sit nomen Patritii, luculenter explicat. Add. *Muldeneri Dissertatio de Protect. ab Imperat. Ecclesiis utriusque Relig. in Germ. aequaliter debita*, in qua *p.* 28. *seqq.* ex aliis Autoribus difficultates evolvit, huic appellationi innexas. Mortuo Adriano etiam LEO suae venerationis signa Carolo exhibuit, & per Legatos claves confessionis S. Petri una cum vexillo urbis Romae eidem transmisit, de quibus Symbolis eleganter Mariana, Scriptor Hispanus, *L. VII. Cap. XI.* fuisse, tradit, illa indicio, Cives & Pontificem se in ejus potestatem contradere: uti certe post aliquod tempus, exorta adversus ipsum Procerum Roman. seditione, necesse habuit, confugere sub umbonem Caroli, à quo ita validè contra adversarios, cum in Synodo quadam, ipso praesente, ab imputatis criminibus se purgasset juramento, fuit defensus, ut posito Patritii Rom. nomine, jus & dignitatem tum Imperatoris Rom. acquireret. Pontifex enim Imperatorio titulo per trinam Populi Rom. acclamationem insignitum aurea corona pretiosissima & Augustali Chlamide exornavit, hocque ipso, recepto solenni juramento, cujus formulam *Goldastus Tom.* 2. *Const. Imper. p.* 5. recenset, PROTECTOREM & ADVOCATUM Rom. Ecclesiae constituit, qua certè Solennitate limites Advocatiae (quam semper summo in pretio sic habuit, ut e. gr. in praefatione *ad sua Capitularia* inter alios titulos hunc velut maximè regium suo nomini praefigeret: *Carolus Rex Francorum devotus S. Ecclesia defensor, humilisque adjutor*: Et ad Episcopos Hispaniae *in literis contra haeresin Nestorianam: Carolus Rex Francorum & Longobardorum, Patricius Romanorum, Filius ac defensor sacrae & Rom. Ecclesiae.*) amplissimè fuerunt extensi, sicque intimè cum Juribus Imperatoriis uniti, ut nunquam ab iis potuerint avelli. Quod enim ante sub speciali hoc titulo, in Sacris sancire poterat Carolus, id deinceps vi Majestatis, constituendi jus habebat. Non enim illa Imperii delatione nudum tantum nomen consecutus est Carolus verè M. sed cum titulo Imper. dominium & Jurisdictio in Urbem Romam & caeteras Regio-

titulus Imperatorius: quo effectu? Digressio de translatione Imperii in Carolum. Cujus autoritate facta? Zelus Cardinalis Sfondrati super hoc argumento. Quem applausum mereatur?

giones, quæ Patrimonio Petri accensebantur, & generatim omnis dignitas, honor & jura, quibus Impp. Græci gaudebant, in quorum locum eorum culpa suffectus erat, in ipsum simul transiere. Quin ipsum quoque Pontificem tum Caroli Jurisdictioni fuisse obnoxium, satis arguit humillima illa adoratio, qua eum jam coronatum cum Episcopis & omni Clero LEO excepit, sicut hoc singulare, de actu isto solemni, quod alii Pontif. partibus addicti consulto omisere, annotat *Lehmannus in Chron. Spir. L. II. Cap.* 40. post quem tamen videri etiam potest *Marca de Conc. S. & I. l. c. §. 9. & 10.* Quibus hoc adhuc adjicere liceat, contra eos, qui imperatoriam dignitatem hic imminuere, Pontificiam elevare velle videntur, quod etsi, uti lubentes fatemur, Imperium Rom. Carolo M. Francorum & Longob. Regi à Pontifice Romano collatum fuerit, robur tamen certe addiderit S. Pque R. jam tum ab Imperio Græcorum per longum tempus liber; ipsum autem complementum & perfectionem sua virtute Carolus adjecerit, possessioni suæ novam superaddens formam, particulari sc. universalem, unde, ut stabilis esset, etiam apud posteros ista Reipubl. forma, testamentum de divisione Regnorum inter filios factum, & jurejurando ab Optimatibus munitum, Leoni Papæ, ut manu sua subscriberet, misit, quas tabulas *Goldastus* exhibet *pag.* 145. Ut silentio involvam Imperatoris Constantinopolitani, Nicephori consensum, qui initum cum Carolo pactum per Legatos transmisit. *Schilt. l. c. L. II. Cap. XI. §.* 11. quam illustrem sane controversiam cum Zelo contra Maimburgium *dans le traité historique de l'établissement & des prerogatives de l'Eglise de Rome Ch. XXIX. p.* 280. *seqq. Edit. Parif.* uti olim contra *Flacium* toto libro *Bellarminus: l. c.* tractavit modo laudatus *Eugenius Lombardus*, sub quo ficto nomine Cardinalis *Sfondrati*, ante Abbas San-Gallensis latere voluit, scilicet *ex C. Venerabilem* 34. *x. de electione.* id maxime adstruere gestit, imperii translationem ad Francos, per sua tempora distinctam Leonis III. P.R. authoritati esse adscribendam, *à p.* 125.-155. *Add. Gallia Vindicata. Differt. II. §. II. à p.* 417.-430. quorum solutionem heic tentare opus non est. Fortassis etiam major in his effulsura fuisset veri species, nisi hunc reliquosque textus canonicos qui sequuntur, substravisset propositioni à Gallis tantopere oppugnatæ: *Esse in Pontifice R. in Reges eorumque bona temporalia potestatem utut indirectam*, quam amovere is haud infeliciter poterit, idque ex propriis Romanis DD. cui lectus liber est: Unfug Pabst *Clementis XI.* wider die Kron Preussen, exqui-

sita

sita opera elaboratus: quique Jus à factis probe distinxerit. Cujus eminentissimi Cardinalis gloria summa eruditione, & candidissima fide parta eximium quidem plane pretium & venerationem mereatur, sed in eo, quod contra hæresin Lutheranam p. 78. Prælud. §. II. scripsit, ipse in se expertus est, quod rubrica arguit, animum passionibus agitatum in errores prolabi.

V.

Extincta Carolingorum stirpe, qui ut plurimum minus feliciter res suas gesserant. V. ex Catholicis *Eugenius Lombardus l. c. à p.* 156-160. *ex nostris Celeberrimus Historicus H. N. Gundling. in praefatione* des Abrisses zu einer rechten Reichs-*Historie*, cum à Francis ad Saxones Imperium fuisset translatum, atque etiam ab Ottone ante Pontificis coronationem stabilitum, non ab Adelaide Lotharii Conjuge & Agapeto II. Pontifice modo ejus auxilium contra Berengarium fuit imploratum, sed post etiam Pontifex Joannes XII. homo sceleratus, tantoque patrocinio indignus, supplicibus literis, per Legatos missis Ottonem rogavit, ut per DEI amorem & SS. Apost. Petri & Pauli se suamque Ecclesiam tantopere pressam, è faucibus eorundem hostium rursus liberaret, pristinæque libertati restitueret: quod cum felicibus auspiciis Imperator perfecisset, ab eodem Pontifice mirifico Ornamentorum apparatu susceptus, uti ante à Leone Carolus, unctionem Imperii accepit. Perjurus deinde factus, turpissimorumque criminum jure accusatus hic ipse Johannes sensit fulmen Imperatoriæ autoritatis, à qua & Synodo tum in Ecclesia Petri congregata, ob contumaciam, quod ad repetitam citationem comparere noluisset, tanquam monstrum nulla virtute à vitiis redimendum, sede Romana fuit motus, inque ea ejus loco constitutus LEO VIII. Rom. Ecclesiæ tum Protoscriniarius, qui quanto in pretio habuerit Imperatoris tutelam, quaque fide & submissione se eidem commiserit in *decreto Gratiani C. in Synodo* 23. *Dist.* 63. satis exquisitè descriptum legitur: unde contra Benedictum AntiPapam, tiaram rursus deponere coactum, partes Leonis rectè suscepit, istumque secum abductum Hamburgum relegavit, ubi longe religiosiùs, quam in Cathedra Petri potuisset, vixisse scribitur: *vid. D. D. Weismannus Hist. Eccl. P. I. Sect. X. p.* 715. *seqq.* Ceterum plenam Othonis, rerumque ab eo in Italia gloriosè in Republica & Ecclesia gestarum historiam ordinatissimè ex AA. classicis digestam exponit *Maimburgius dans l' histoire de la decadence*

A Caroli stemmate imperium pervenit ad Germanos, & quidem Saxones. Otto Caroli magnitudinem pari fortitudine & successu imitatur. Res gestæ cum Pontificibus Johanne XII. & Leone VIII. Plenam ejusd. & ordinatam historiam tradit Maimburgius. Frustra certatur, Pontificem etiam in ipsum imperium transtulisse. Majus operæ pre-

tium in eo ponitur, quodnam Jus in Italiæ regnum Otto sibi & Germaniæ acquisiverit. Laudatur Schurzfleischii disputatio de Jure Augusti in Italiam. Successorum hiatus in defendendo jure imperatorio. Quæ eorum causa fuerit? Laudantur AA. de funesto hoc argumento legendi. Schilteri & Conringii querelæ de Capitulis quibusdam s. textibus Canonicis in Germania vix tolerandis. Quis commentario nemo illustraverit?

dence de l' Empire apres Charle magne L. I. p. 33. - 89. Poteritque etiam generatim de insignioribus his Imperii R. G. periodis consuli B. D. Pregizeri *allegata jam aliquoties laudatissima Dissertatio academica.* §. 24. *& D. Eckholdi JCti Lips. Jus Majestaticum Imperat. R. Germanici in R. German.* §§. 4. 5. 6. Sic ergo hic ipse gloriosissimus Imperator, (de quo Catholici Scriptores heic eandem cramben recoquunt, quod etiam hæc imperii ad ipsum translatio authoritati papali accepta ferenda sit, quibus pro inani isto labore digniorem longe operam, hac maximè ætate & utilem & necessariam, opponere liceat eorum, qui, quanta gloria Otto M. Italiæ regnum Longobardis funditus ereptum sibi & Germaniæ vendicaverit, propriumque id, uti *in tabulis A.* 962. *editis* nominavit, pleno & perpetuo jure reddiderit, tam felici successu, ut Viridarium Imperii dici meruerit, docuerunt: de quo vid. *Schurzfleisch in nobili dissert. de Jure Augusti in Italiam* §§. cumprimis *III. IV. V. VIII. XVI. XVII.*) sic, *inquam*, & hic Imperator, non minus ac ante Carolus satis abunde expertus est, non minores in stabilienda Republica, quam tuenda & ornanda Ecclesia labores requiri, quibus & rectissimè defunctus est, & viam pro sua ætate successoribus quibuscunque præiverat, strenuè semper calcandam, nisi inverso ordine res agi vellent, id quod proh dolor! subsequuto tempore, per calliditatem & ambitionem Pontificum, nec non Principum nimiam facilitatem, aut si fateri liceat, præposteram pietatem, imo & Episcoporum & Nobilium Cæsares etiam fortissimos interdum deserentium aut oppugnantium perfidiam, nimis lugubriter, & maximo cum damno libertatis Ecclesiarum German. evenit, de quo gravissimo sanè argumento, quod cordatis Lectoribus horrorem incutit, rectius tacetur, quam pauca dicuntur. Lucem tamen rei fugiti nestissimæ affundent Autores, quos brevitatis causa laudare ex multis hic decuit, *Schilterus* in laudatissimo opere *de Libert. Eccles. Germ. H. Henniges*, vir acutus & perspicax, *de summa Imp. Rom. potestate circa sacra per totum itidem librum; Adamus Cortrejus in Observ. Historico-Politico-Juridicis ad concord. Imp. Frid. III. & Nicolai V. P. Maimburg. Ex-Jesuita dans l' Histoire de la decadence de l' Empire.* Maxime attentionem hic merentur *Dignissimi D. D. Weismanni gravissima in hanc historiam observat. H. E. P. I. Sec. IX.* §. 10. *de Ludov. Pio & Gregorio IV. p.* 691. *seq. Sec. XI.* §. 4. *p.* 751. *seqq. de controversiis inter Henr. IV. & Gregor. VII. Sec. XII.* §. 12. *p.* 811. *seqq. de investituris in litem adductis, Sec. XIII.* §. 4. *p.* 889. *seqq. de calamitatibus Frider. II. à Pontif. illatis, Sec. XIV.* §. 5. *p.* 969.

p. 969. seqq. de Ludov. Bav. cui ultimæ feces tyrannidis papalis fuerunt sorbendæ. Frustra ergo mirati vel conquesti potius sunt Conringius & Schilterus, quod Capitula illa, *C. Venerab. X. de elect. & elect. potest. Clement. Unica de Jurejur. C. Si fratrem, Extravag. Joan. XXII. Ne sede vacante,* in Codice LL. Papalium media in Germania, cum summa Capitis & Gentis injuria, tolerentur, cum Pontifices à longo inde tempore habeant quod volunt, neque fuerint, qui obices libertati Germanicæ oppositos fortiter revellerent. V. *Eugenius Lombardus l. c.* ubi quam originem habuerint illa Capitula, quidque probent & demonstrent, magno labore ostendit.

VI.

Hactenus ergo Advocatiæ S. quæ Imperatoribus delata est, imo, si verum dicere velimus, nunc visceribus Majestatis inhæret, originem, occasionem, propagationem, incrementa & decrementa, tristissimasque vicissitudines, quæ reparari nulla amplius arte possunt, historia duce, strictim consideravimus. Nunc ipsa, quæso, jura illa, quibus absolvitur conquirere liceat. Ubi satis quidem sentio difficile admodum se bivium pandere. Quodsi enim Romanos Doctores Capiti sui obnoxios (utinam vero vel Germani eam Imperatori fidem, quam Regi suo Galli, præstarent, quos quidem haud ita pridem etiam descivisse in causa Clementis XI. accepimus,) audire tenear, quid magnifici reportabunt Imperatores, quos post Monarchiam Hildebrandinam tanquam Laicos infra papalem dignitatem absque omni verecundia deprimunt, aque sacris quibusvis juribus longissimè remotos cupiunt? Si vero rectius, quod credo, sentientibus me adjungere gestiam, atque velim edisserere, quamnam facultatem AUGUSTIS hoc munus Advocatiæ S. ad conservandam s. promovendam Ecclesiæ incolumitatem tribuat, aquam cribro me haurire dicent, eaque reducere conari, quæ diuturno usu mutuis pactis vel sint contra antiquum morem restricta, vel omnino deleta, quod utrumque sanè permolestum videtur. Hierarchiam sc. Romanam in eo quo nunc est fastigio, cum prisca simplicitate comparatam quisquis Protestantium contemplatur, non potest non allidere ad scopulos quamplurimos: id quod vicissim Rom. Catholicis in nostris quoque castris obtingit, qui toto cœlo ab his principiis dissident, quæ propitia veritate, jureque Imperantium sic postulante, DD. nostri exosculantur, cumque versantur in hoc argumento, passim longa acie

Explanata historia inquiritur in ipsa Advocatiæ jura, utcunque ipso opere se habeant; non enim de facto, sed de jure quæstio est. Catholici DD. sec. hierarchiæ suæ principia limites constituunt admodum angustos: Protestantes pro suæ doctrinæ ratione ampliores. Allegantur Recessus & Capitulationes, in quibus

Cæsaribus hoc nomen tribuitur. In subsidium vocantur tituli scripturarii Principum, per quos sunt Scuta, Nutritii: Advocati, Tutores, qui non sunt nuda nomina, sed plurimum rei important. Absolvitur Advocatia regendo & tuendo. Regimen verò intelligitur non internum, sed externum, quod respicit vel ipsam Ecclesiam, s. populum sacrum, vel Ordinem Ecclesiasticum, vel Bona Ecclesiæ.

acie instruunt. Evitata igitur prima via: (nam quis montes tangat, aut hierarchiam aliquot seculorum præscriptione, vix quoquam contradicere auso, exercitam immutari posse credat? vid. Magnif. Dn. Præses *Introd. Part. Spec. Cap. V. §. 7. sub finem.*) procedo in alteram planiorem. Memor sc. Cæsares non olim duntaxat, sed & hodie in defensionis Ecclesiarum titulis plausisse, eosque publicè usurpasse: vid. Rec. Imperii de Anno 1512. §. 4. de Ao. 1518. Augustan. §. Erstlich. Rec. I. de Ao. 1530. §. 9. & 10. 1541. §. Aber Chur-Fürsten, 19. verb. Und uns als Advocaten und Beschirmer der Christlichen Kirchen ꝛc. & Rec. Augustan. de Ao. 1548. §. Damit dann, 6. verb. So wollen wir als Advocat der Heil. Kirchen, und Beschirmer der Concilien; ꝛc. It. Rec. Imp. Spir. de Ao. 1529. §. Und anfänglich, 1. verb. daß Ihro Kayserl. Majest. als der Obrist, Haupt und Vogt der Christenheit ꝛc. hæcque ipsa elogia se omni studio expleturos, data in Capitulationibus publica fide solemni juramento confirmata, spopondisse. Vid. *art. 1. Cap. Caroli V. Ferd. I. Maxim. II. Rudolphi II. Matthiæ: Ferdinandd. II. III. IV. Leopoldi: Josephi*, & qui nunc imperii habenas felicissimè moderatur, invictissimi *Caroli*, quarum eas, quæ post Westphalicam pacem publicatæ sunt, *peculiari Dissert.* succinctè invicem contulit Illustr. Dn. Præses: pronam inde conjecturam facio, appellationem tam augustam, & à sacratissimis Imperatoribus, quovis tempore in summo pretio habitam, non sanè inanis modo tituli blanditias, sed rem supremæ Majestati convenientem complecti. Unde ipsa DEI vox tam splendidis encomiis suos in his terris Reges & Principes mactat: quos jam vocat SCUTA Terræ, & simul officii memores esse vult, ut Ecclesiam à persecutionibus & injuriis muniant. *Ps. XLVII. v.* 10. vocat NUTRICIOS, TUTORES atque CURATORES, ut Ecclesiam velut pupillam aut infantem nutriant ac tueantur: vocat DEFENSORES & ADVOCATOS, ut Ecclesiam ab omnibus malis tutam præstent. *Esaj. XLIX. v.* 23. *LX. v.* 16. Non itaque Imperatores Advocati tum demum sunt, cum ANNIBAL AD PORTAS STAT, vel hostes Christiani nominis Italiæ litoribus, quod nuper admodum ausi sunt, imminent, quo tempore statim Roma vocalis esse, & armamentaria Regum indefessis precibus pulsare solet: quamvis partem hujus officii id esse manifestum sit; sed majora incumbunt, quæ nunc edisseram. ADVOCATIA scilicet absolvitur regendo & tuendo. Regimen vero intelligo non internum, quod ad sacerdotium spectat, eique ita proprium est, ut

Impe-

Imperium Civile nihil juris in illud sibi possit vindicare: Sed externum, quod (potiora enim tantum Capita attingam) vel ipsam Ecclesiam sive populum sacrum, vel ordinem Ecclesiasticum, vel bona Ecclesiæ respicit.

VII.

Ecclesiam sive sacrum populum variis olim modis Imperatores rexerunt: Mox enim invigilabant doctrinæ & disciplinæ, LL. ecclesiasticas condentes, è quorum magno numero, quos *Marcus Antonius de Dominis L. VI. Cap. VI. n.* 27. allegat & vindicat, Justinianum & Leonem h. l. allegare placet, quorum *Constitutiones* sunt notissimæ, plurimaque gravitate se commendant: imo per mille fere & ducentos annos Ecclesia Leges Principum sibi & Ecclesiasticis pro externo regimine latas acceptavit, & humili obsequio adprobavit: vid. *Aut. modo laud. & Zieglerum de potestate Principis circa discipl. Eccles. L. I. C. XVII. n.* 5. Mox convocabant Concilia, ea dirigebant & dimittebant; vid. *Henniges Cap. VIII. de Synodis. Nitsch. ad art.* 1. *capit. Joseph. Cap. V. Ziegler. l. c. Cap. XV.* Contulerunt itidem Ecclesiis jus metropolitanum, aliis id auferendo, vel saltim, uti rationes poscebant, imminuendo: ac diœceses dividebant, ampliabant, coarctabant, qua in re semper & lubenter paruerunt Imperatoribus, quod plurimis exemplis demonstrat, eademque ab exceptionibus summorum adversariorum vindicat, toties in his argumentis jam laudatus Archi-Episcopus Spalatensis *l. c. a. n.* 136.-142. *add. Ziegler. L.* 1. *Cap. XXVII. §.* 16. *p.* 409.

VIII.

Exercebant porro jurisdictionem, in totum Ordinem Ecclesiasticum, ne Pontifice quidem tum excepto, quem olim eligere, vel à populo electum confirmare, sceleratum vero condemnare & deponere, nec non de criminibus totius S. ordinis cognoscere licuit. *Vid. Henninges. l. c. C. VI. de Jurisdict. §.* 30. Quæ quia odiosa sunt & mutata, licet plurimis exemplis, ex vetere historia confirmari possent, supparo silentii involvo; cui hic scomma in *Carolum Molinaum, JCtum* laudatissimum, cum ex Pelagii II. dicto §. *nullus Patriarcharum* Pontificem Rom. Episcopum Universalem dici non debere probare voluisset, à Baronio acerbe satis, recensente *Zieglero l. c* §. 21.

Imperatores olim Ecclesiam variis modis rexerunt, invigilando doctrinæ & disciplinæ, cujus causa varias LL. Eccles. condiderunt, quales erant maxime Justiniani & Leonis: convocando Concilia, in quibus præsidio sunt gavisi: Conferendo Jus metropoliticum & rel.

Jurisdictionem exercuerunt in totum ordinem Eccles. ne Pontifice quidem excepto: quæ tamen ut

odiosa se-ponuntur. Igitur tantum de Episcopatibus & aliis beneficiis Ecclesiasticis agitur. Meibomii & Conringii querelæ de investituræ jure immutato. Num justæ sint, à viro præcipuæ autoritatis disquiritur. Tangitur etiam jus primariarum precum.

§. 21. conjectum occurrit. Utcunque vero hæc se habeant, magnifica tamen sunt, & ad effectus advocatiæ referenda, quæ in Capitulationibus suis, pro Germania ejusque Archi-Episcopis, Episcopis & Capitulis, contra Pontificum, Nunciorum Apostol. & reliquæ Curiæ Romanæ attentata, si quæ eveniant, pro summa autoritate cavenda & avertenda spondent Imperatores, ut quæ satis innuunt, nondum rem apud Germanos eo esse omnino deductam, ut quod aulæ Romanæ libet, in eos liceat, *vid. Succinct. Collat. Capitul. Cæsar. Illustr. Dn. Præsidis Art. XIV.* Itaque de Episcopatibus & aliis beneficiis Ecclesiasticis potius quædam dicenda, de quorum investituris in Germania, decantatissimæ, quas supra etiam tetigi, circumferuntur querelæ. *Vid. Meibomius pecul. dissert. de jure investituræ Episc. Conringius de Constit. Episc. th. 44. seqq.* quæ vero judice magno quodam JCto facile mitigari possunt, si res æquo animo dijudicetur, nec tam adversariorum invidia heic spectetur, quam id, quod in jure isto Cæsarum adhuc salvum est. Est enim expeditum, jura Imperii, quæ ad imperium spectant, & quorum exercitium electo Imperatori, eousque dum regimini præest, commissum, in præjudicium successorum nunquam posse in perpetuum abdicari, sed manere unam eademque majestatem, quæ, sicuti Ottonibus & Henricis competiit, ita adhuc nostris Imperatoribus, nisi in quantum Capitulationibus & LL. Imperii est restricta, integra superest, hisque non potest præjudicare, quod antecessores suis juribus non semper & omni tempore usi sunt. *Textor I. P. Cæsar. Cap. XI. Rhetius Institut. I. P. Libr. I.* Quid ergo sentiendum sit, cum de electione Episcoporum in Germania ejusque modo, tum de sublata per annulum & baculum investitura, in cujus renunciatione sibi per sceptrum faciendam investituram reservarunt Imperatores, quam hodie per gladium expediunt, conum ejus deosculandum præbentes, graviter & perspicue traditur *in insigni Differt. de Jure Cæsaris in Episc. & Episcopatus Germaniæ, Observ. v. XVI. Tom. VII. Observ. Hallens.* Dignus etiam est, qui legatur hic, utut adversæ parti exosus, *A. de Dominis L. VI. C. VII. de Rep. Eccles. Add. Ziegler de Jure Majestatico libr.* 1. *C. XXVII. §.* 32-34. *Henniges. l. c. Cap. VII. de elect. Cortrejus l. supra cit. cap.* 1. maxime autem *Magnif. D. Præs. Introd. Part. Spec. Sect.* 1. *Cap. IX. p.* 367. *seqq.* ad quos remittere chartarum angustia me adigit. Huc etiam ex quorundam sententia spectat Jus primariarum precum, quod intuitu advocatiæ Imperatori competere nonnulli DD. asserunt; de quibus tamen vid.

Illustr.

Illustr. Præs. in Introd. P. spec. Sect. I. Cap. V. §. 14. 15. 18. 19. 20. Cortrejus l. c. Cap. 2. Conradus von Einsiedel *Tractat. de Regal. cap. II. §. 33. n. 330. seqq. Engel Univers. Salisb. Pro-Cancell. Colleg. Jur. Can. L. III. Tit. V. §. 7. de primis precibus, p. 491. seqq.*

IX.

Non minus etiam Bona Ecclesiastica Imperatorum Advocatiæ subsunt, ubi quidem amplissimum patere campum video, sed nobis sterilem. Versari debet illa cura cum circa usum, tum circa abusum: Circa usum: Principes enim maximam habent vel habere debent circa bona Ecclesiastica autoritatem, quia totum suum populum repræsentant, & sunt naturales Ejusdem ac Universales, iique ordinarii Protectores & Procuratores, qui, cum dominium horum bonorum sit penes totum populum fidelem; hujus vero sit, bona sibi data conservare tanquam sua, bonæque eorum administrationi invigilare, ita Principes vi supereminentis dominii idem jus habent, quod negligere, cum res eorum opem deposcat, citra conscientiæ violationem non licet. *M. A. de Dominis L. IX. C. VI. n.* 10. 14. Confirmatur hoc Legibus veterum Imperatorum gravissimis, quibus legitimæ administrationi horum bonorum prospexerunt, è quibus hic *Novellas Justiniani* laudo, cujus *& Leonis Leges ecclesiasticas supra* tetigi. Tum vero usus bene se habet, cum Administratores, i. e. Episcopi, pro conscientia suo funguntur officio; *V. Ant. modo laudatus loc. cit. Cap. VII. n.* 14. *seq. Cap. VIII. n.* 2. 3. 4 - 10. cum beneficia in personas idoneas conferuntur. *Cap. X. n.* 12. 13. *seqq.* cum oblationes & reditus Eccles. expenduntur in eas res, quas Ecclesia intendit: ad Episcoporum sc. sustentationem, Cleri alimoniam, pauperum, quibus addendi captivi, peregrini, ægroti, levamen, Ecclesiarum extructionem, supellectilem, reparationem &c. quibus IV. Capitibus includitur, quicquid Ecclesiæ bonis solet & potest adjuvari, deberentque jure hæ partes esse *æquales*, non *proportionales*, ut loquuntur, quod postremum si obtinet, frustra Ecclesia remedium divisionis præcepit. *L.* 4. *n.* 1. 2. 3.-13. 17. 18. 19. *L.* 9. *Cap.* 7. *n.* 30. His inquam curis & si quæ sunt aliæ, quæ nunc ita speciatim non occurrunt, si animum applicare dignentur Augustissimi Imperatores, non possunt non facere rem DEO longe gratissimam. *Et hac de usu.* De *abusibus bonorum* Ecclesiæ plura itidem sunt, quæ animadversionem & Zelum requirunt, qualia vero mala non Eccle-

Non minus Bona Ecclesiæ Imperatorum Advocatiæ subsuerunt. Vigilare sc. eos decet tum circa usum eorundem, tum circa abusum. Usus ad quatuor capita restringitur. Partes sint æquales, non proportionales. Abusum Ecclesia, SS. Patres: maxime Bernhardus, & pii Principes semper gravissimis quibusque reprehenderunt modis. Recensentur speciatim Sub finem commendantur AA.

de h. argumento lectu digni. siam modo Romanam, sed & reliquas omnes misere fœdare, quis nescit? quibus alteris id tamen eo acerbius accidit, quo longius ab istius opulentia & immensis divitiis sunt sejunctæ. Aureus hic plane est *Archi-Episcopus noster Spalatensis*, (cujus miserum fatum, & quod fraudibus passus est se Romam reduci, de veritatum ex libris ejus optima fide scriptis in hanc dissertationem passim translatarum valore nil quicquam derogare apud æquos Judices potis erit) etiam cum lutum, cum Camarinam abusuum istorum exquisita diligentia movet, non certe quadam obtrectandi libidine, quod adversariis semper in ore est; sed veritatis amore, quam diffiteri, nisi frontem quis omnem posuerit, nemo potest, cum deflendos istos abusus quam plurimos jam olim insectata sit frequentibus Synodis & decretis ipsa Ecclesia: damnaverint SS. Patres: maxime *Bernhardus:* manum medicam admovere conati sint *pii Principes.* Si specialius tibi eos recenseri cupias, sunt distracti curis indebitis Ministrorum animi, templa nimio fulgore, qui SStis semper quam maxime displicuit, coruscantia; unde fit, ut nostra, tanquam pauperum tabernas fastidiant: Pompa prælatorum, cumulatissimæ monasteriorum tabescente populo divitiæ, *L. IX. Cap. V.* Avaritia immanis Curiæ Romanæ, quam exercet per Bullas, annatas, proprias decimas, quindennia, compositiones, dispensationes, absolutiones, perpetuas indulgentiarum concessiones, vacationum implicatos modos, resignationes, permutationes, subrogationes, coadjutorias, commissiones & privilegia, & quæ sunt millena alia, quorum artificiorum officinæ sunt Consistorium, Camera, Dataria, Cancellaria, curiæ libellorum, signaturæ Gratiæ & justitiæ, Pœnitentiaria, reliquæ congregationes, admixta quibus turpitudo nullis omnino velis potest obtegi. His addo beneficiorum in una persona pluralitatem, *Cap. X. n.* 29.-39. Commendas perpetuas, pensiones injustas. *L. IX. cap. XI. n.* 4-12. 24.-29. 33. 34. 35. Tandem quod spolia Clericorum attinet, utut dubium videri possit, ea ob incertos donatores ad Jus Principis pertinere, in eo etiam religiosi Viri Ecclesiæ bonis prospectum cuperent, ut Principes conscientiæ rationem habentes, donantium Voluntatem & intentionem omnino procurarent exequendam, quo videlicet bona omnia Ecclesiastica usui duntaxat pio inservirent, & à cujuscunque proprietate & dominiis amoverentur: laudandusque esset eorum Principum rigor, qui spolia ejusmodi omnia severissime colligerent, & piis operibus attribuerent,

buerent, quo ipso sic tandem Clerici à nimia thesauros colligendi aviditate animum essent avocaturi. Consulatur etiam *Aymonius Innoc. XI. prælatus: quondam domesticus in Tableau de la Cour de Rome*, ubi plurima omnino arcana de artibus & fastu sedis Rom. curiosis lectoribus revelat, nec non *D. D. Weismannus H. E. Tom. post. Sec. XVII. à pag. 755. usque 790.*

X.

Hæc de regimine Ecclesiæ, quod in summum Ejus Advocatum cadit. Sequitur altera hujus muneris pars, quæ in tuendo consistit, ut mala, quæ eam perturbant, ab ea fortiter arceantur. Sunt ista vel interna & domestica, vel externa. Interna sunt mali mores, hæreses, turbationes item & vellicationes pacis religiosæ. Externa, infideles, & hostes Christiani nominis. Utriusque generis malis, si DEUM ament Principes & populum, summa fide & data opera, absque ulla personarum acceptione, obsistendum. De malis moribus Ecclesiam pestiferi instar fermenti corrumpentibus nihil hic moveo, cum quæ §. superiore modo dicta sunt, præcipuam eorum pestem efficiant; quibus ut & reliquis per universum Orbem Christianum grassantibus scandalis, medelam in hac ultima temporum fece, nisi DEUS, nemo afferet quisquam mortalium. Hæretici quomodo à summo Magistratu coercendi sint, res est magnæ indaginis, nec possunt omnia laudari, quæ vel vetus historia de Imperatorum contra eosdem Zelo nobis commemorat, vel hodienum de spinoso hoc argumento à Viris doctis in utraque Ecclesia disseruntur. *Vid. in hanc rem Obs. XVIII. ad L. I. Cap. de Summa Trinitate Tom. III. Observ. Hallens.* §. 33. Id omnino verum est, Ecclesiam, cum nullam habeat potestatem coactivam, si pertinacem offendat hæreticum, nihil amplius contra illum posse, nisi ut eum, post motos omnes lapides, abjiciat, & ex albo fidelium expungat, ceu hominem ad Ecclesiæ judicium non amplius spectantem, *Matth. XVIII. v. 17. 1. Cor. V. v. 11.* Ea ipsa vero de causa potestati Seculari subjicit eundem oportet, cujus est, istas pestes ab Ecclesia removere. Sed si quæratur: Quis ergo pro hæretico habendus sit? Ne Roma consulatur, aut Hispania vel Gallia, ubi vel tribunal sanctæ quam vocant inquisitionis etiam in vitas fidelium, quin imo ipsorum Regum Summorum si à fide deficiant, propriam sibi potestatem Ecclesiasticam vendicat, vel dissensus à recepta unica in regno

Altera Pars Advocatiæ consistit in tuendo, ut mala, quæ Ecclesiam perturbant, coerceantur. Sunt illa vel interna, vel externa. Interna sunt mali mores, hæreses & vellicationes, & turbationes pacis religiosæ. Externa infideles & hostes Christiani nominis. De malis moribus supra jam §. antecedente actum. Quæ partes Ecclesiæ circa hæreticos? Quæ magistratuum? De

 fide

fide damnat. Neque statim suppliciis, ferro & igne sæviatur, quod volunt *Covarruvias Tom. II. resol. L. 2. Cap. X. n. 10. J. Coras. L. 3. misc. C. 8. Anton. Perez. tit. C. de haret. n. 3. Tiber. Decianus L. V. tr. Crimin. C. 40. & 42. n. 4. Menochius de A. J. Q. Cas. 374.* & Theologi Pontificii plerique omnes: prohibet vero sanctissima Religio: potius rem acu tetigit *Clariss. H. Coccej. pecul. Disp. qua est Tom. II. Disp. XIV. de Jure circa hareticos. Engel. Colleg. J. Can. L. V. tit. VII. Num.* 16. cum censuit, plerasque hæreticorum pœnas, quarum dicto titulo præcipuas enumeravit in Germania fortassis locum tantum habere circa hæresiarchas, qui nova dogmata velut novas hæreses inveniant; non autem circa Lutheranos & Calvinistas, ceu qui nullo modo pro talibus habendi: sed ex variis pactis & LL. fundamentalibus Imp. ut unius Reip. Cives in consortium Pacis & tranquillitatis publicæ recepti in caussis religionis aliisque negotiis iisdem cum Rom. Catholicis juribus & beneficiis gaudent, *Instrum. P. W. art. V.* §. 1. & *art. VII.* Neque indigna est, quæ h.l. inspiciatur dissertatio Juridica G. H. Lehmanni, Helmstadii habita de Jure Apostatarum, cujus Cap. 1. principia generalia de puniendis heterodoxis & apostatis exhibet, C. II. & III. autem, quid in eorum personas, res & actiones justum sit, deducit. Utinam verò Pontifices Bullis & Constitutionibus non ipsi inficerent & vastarent Ecclesiam, ut gloriosissimus Imperator noster CAROLUS, exemplo Galliæ funestissimo motus, ne ista pestis in suis quoque Ecclesiis & regionibus motus periculosos excitaret, necesse habuerit, tanquam Advocatus Ecclesiæ Universalis, & præcipue Germanicæ, missis Romam seriis omnino literis hortari suum ad S. R. Legatum, Eminentissimum Cardinalem *Albanium*, ut novo Pontifici nondum in hoc argumento longe progresso, curas suas Imperatorias contra serpens hoc malum explanaret. Literæ gallico idiomate in novellis Belgicis exhibitæ, quas etiam *Beckius sua dissert: de triplici advocatia Imperatoris* inseruit, hujus erant tenoris, qui plane ad rem nostram spectat: Vous n'ignorés pas, quelles erreurs & quels Troubles la Constitution Unigenitus a causeé dans l'Eglise Gallicane, Vous sçavez, que ce mal s'est glisśe peu à peu dans les autres païs &c. Nous donc, en qualité de Chef Supreme & Temporel, d'Avocat de l'Eglise Universelle, & particulierement de celle d'Allemagne, comme aussi en qualité d'Empereur & de Prince de la Patrie, ne pouvant, ni ne devant souffrir plus long tems

un

pœnis hæreticorum ex jure Canonico. De hæresibus Germaniæ. An supplicio afficiendi? Observatio Engelii. Digressio de Constitutione Unigenitus, contra quam etiam Imperator Althanio Cardinali Romam quædam perscribenda curavit. Quinam turbatores pacis? de duplici genere profectorum priscæ Ecclesiæ, De Edicto Imperatoris contra scripta scandalosa, sermones turbulentos, & imagines scopticas. De hostibus externis, Turcis sc.

un mal, qui fait tous les jours de nouveaux progrés, & voulant premierement prendre les voyes de douceur, maintenant, que le nouveau Pape n' est pas encore entré fort avant dans céte affaire. Nous vous ordonnons de representer à sa Sainteté, tout ce que dessus, de la maniere la plus capable de faire impression sur son esprit; Specialement combien il est dangereux & impraticable, dans la conjoncture des Troubles, qui divisent aujour d' hui l' Empire au sujet de la Religion, de continuer céte rigoureuse inquisition, employée jusqu' ici par les Arch-Eveques & Eveques, au sujet de la Constitution Unigenitus, qu'on ne cesse d' inculquer & de vouloir faire recevoir par tout, avec tant de violence: Comme aussi de representer à sa Sainteté, combien il seroit au contraire avantageux au Siege Apostolique dans l' Empire, qu'il voulut user de son Autorité Pontificale, pour donner des bornes au Zele impetueux de ces Prelats, dans leur maniere de proceder; pour laisser en repos le simple peuple, qui se soumet d' ailleurs avec tant d' Obeissance & de respect à tout ce, que croit la sainte Eglise Rom. & pour conserver par ce moyen nos Etats Hereditaires, & ceux de l' Empire, dans l' heureuse ignorance, ou ils ont été jusqu' à present, & dans la tranquillité Chretienne, que nous sommes obligés de maintenir, soit en Vertu de nôtre dignité Imperiale, & des Constitutions expresses de l' Empire, soit par l' Effet de notre amour, pour la Sainte Eglise Catholique Rom. Enfin qu'en cas, que nos remontrances n'ayent pas le succés que Nous en esperons, Nous Nous croiront obligés d'emploier en cela nôtre Autorité Imperiale & souveraine comme Prince Temporel, pour apporter à ces maux les remedes necessaires, n' ayant d' ailleurs en cela, que des bonnes intentions pour la gloire de Dieu, & pour le siege Apostolique &c.

& aliis infidelibus. De cruciatis earumque justitia vel injustitia, remissive.

Sed redeundum in viam, operæque pretium videtur commentare h. l. *præfationem*, quam *Thuanus*, illustris Scriptor Gallus, *operi suo historico* præfixit, allegante *Zieglero L. I. Cap. XVI. §. 4. de Potest. Principum contra haeret.* cujus & reliqua insignem prudentiam & moderationem sapiunt: quam eandem laudem etiam *Henningesio* attribuere fas est, super iis, quæ tradit *Lib. sæpius cit. Cap. VI. de Jurisdictione.* Per turbatores & vellicatores pacis illos intelligo, qui vel fraude, vel vi jura religionis adoriuntur, quod malum hodie Ecclesias cumprimis Imperio augusta Cæsaris protectione gaudentes,

mirum in modum affligit, quibus vero obices satis validi publicarum LL. beneficio oppositi sunt; de quibus in seqq. Huc scilicet referendum esset duplex illud defensorum Ecclesiæ priscæ genus, quorum opera olim Imperatores utebantur, illustrium scilicet, qui armata manu defendebant, & illatam vim arcebant, & judicialium, ἐκδίκων dictorum, quorum fuit, res & jura Ecclesiarum tam in quam extra judicium, Scriptis, Legationibus, commendatitiis, interventionibus, & quibusvis aliis modis tueri, & ut salva omnia essent, operam dare, vid. *Ziegler. de Jure Majest. c. sacra L. I. Cap. XXII. §. 2. 3.* Sed hodie per P. Religiosam aliam faciem habent isthæc negotia. Sunt minores etiam vulpeculæ, quæ tamen & ipsæ vineam Domini pro sua mordacitate satis male perdunt; quasque ideo *solemni Edicto d.* 18. *Julii Anno* 1715. publicato coercendas statuit Imperator. Eos intelligo, qui vel è suggestu turbulentis & inconditis clamoribus controversias & rixas Theologicas tractant; vel maledicis iisque virulentissimis scriptis alter alterum lacerant, vel contumeliosis etiam picturis contemtui & risui publico religionem exponere gestiunt. Atque hæc in sinu Ecclesiæ fiunt. Excurro nunc ad extraneos hostes, infideles scilicet odio Christiani nominis incensos, de quibus quantas jam, & quam illustres victorias reportaverint Imperatores nostri Gloriosissimi, maximeque Invictissimus CAROLUS, TERROR TURCARUM jure appellandus, in vulgus notum est. Scilicet ista bella sacra sunt, quæ tanquam Advocati Ecclesiæ gesserunt, quibus etiam ad miraculum usque divina benedictio se adjunxit, universis stupentibus, quomodo parva sæpe manus tantos exercitus sternere, rabiemque hostium frangere potuerit, *vid. Nitsch. Dissert. ad Capit. Joseph. Art. I. C. III. B. Cancell. Jagerus in dissert. Acad. de Juribus Aug. Imperat. Caroli VI. in Romam & Italiam. p.* 17. *seq.* Alia Quæstio est, si de expeditionibus cruciatis in terram sanctam, earumque justitia, judicium exposcatur, in quo argumento, quia plura hic adjicere non vacat, liceat provocare *ad Celeber. Jenens. Theol. Doct. Buddeum, in Exerc. Hist. Jurid. Nat. de expeditionibus cruciatis*, in qua etiam de bellorum, quæ religionis causa suscipiuntur, justitia vel injustitia nonnulla simul admiscet, nec non *Vener. Patruum D. Weism. Hist. Eccl. P. I. Sec. XII. §. 14. à p.* 823.-831.

PARS

PARS ALTERA.

De Advocatia & Protectione Ecclesiis Protestantium æquali Jure præstanda.

I.

SIc ergo quæ Romanam Ecclesiam ſpectant, quemcunque demum habeant Uſum, quem non omnino nullum fore præſumo, delineavi. Hæc, uti eſt ampliſſima, totoque orbe diffuſa: ut inexhauſtis divitiis abundat: ut auro gemmisque radiat: ut Capite ornata eſt ſplendidiſſimo, tot purpuratis ſummisque è Sacro Ordine Viris cincto: ut, ſummos Reges & Principes in ſinu fovet, ita non poteſt non noſtras Eccleſias, ſi ſeparationem à ſe factam recolit, dedignari, illisque invidere tutelam, quam æquali jure AUGUSTISSIMUS IMPERATOR, interpoſito ſolemni juramento, iis quoque ſpopondit. Sed ſalva res eſt, ſumusque omnino perſuaſi, uti fert doctrinarum noſtrarum illibata ſanctitas, noſtram pietatem in protectores, quos divina providentia etiam nobis indulſit, eſſe frigori Rom. Catholicorum longiſſimè anteponendam, qui per ſuperbiſſima Aulæ Rom. aſſerta, quæ utique in Solis menſa poſita ſunt, ſi maximè perſonas Eccleſiaſticas ſpectes, Heliotropiorum inſtar, ad Pontificem tanquam ſolem ſuum converſi, Laicas, uti loqui amant, poteſtates, corpore inclinato venerantur quidem; at ſi animorum penetralia recludas, eosque receptorum dogmatum, à quibus ne latum quidem unguem Curiales diſcedunt, modulo metiaris, alto ſupercilio eas tanquam longè inferiores deſpiciunt; niſi quod Germani viciſſim illam Italorum impotentiam & ſervitutem faſtidiunt; atque ſatis perſentiſcunt, quid de Cæſaris Majeſtate, etiam cum circa ſacra verſatur, ſit ſentiendum. *Vid. B. Cancell. Jageri Tract. de Concord. Imperii & Sacerdotii L. I. Cap. VI.* quo loco declarat Sententiam Eccl. Rom. quamnam illa poteſtatem tribuat Majeſtati politicæ circa ſacra. Ejusque ſucceſſor MAGNIF. D. D. PFAFF. *Mecanas & Patronus meus ſubmiſſo cultu venerandus, in Qu. XXIX.* ſeines nöthigen Unterrichts von denen Religions-Strittigkeiten der Röm. und Proteſt. Kirchen. *p. 565.*

Protestantium Ecclesiæ utut Rom. Catholicis invisæ, puriorem tamen Venerationem Augustissimo Imperatori exhibent.

II.

Limpidi itaque ſunt fontes, è quibus nos Advocatiæ jus in Eccleſias noſtras derivamus, ut etiam ipſi ſapientiores Rom. Catholici, qui

E quibus fontibus jus Advo-

catiæ in Ecclesias nostras derivatur? Scriptura sc. saniore politica, & pactis religiosis. Maxima cautela hic circa Principia adhibenda.

qui norunt, quid distent æra lupinis, agnoscant heic principiorum nostrorum integritatem: adeoque omnino fatendum sit, providentia divina evenisse, ut Magistratibus & Principibus sua jura è verbo DEI & saniore Politica ante oculos ponerentur, quam laudem GEORGIUS ANHALTINUS, Princeps prudentissimus, Luthero tribuere minimè veritus est, asserens, impudentissimam esse calumniam, tot bellorum & seditionum, tum frequentium, culpam doctrinæ Evangelicæ tribuere, cum post reformationem plurimum potius venerationis accesserit Principibus & Magistratibus, omnibusque, qui aliis præsunt, quorum omnium nulla penè ratio in Papatu fuerit habita, prælato multis modis Clericorum & Monarchorum statu, vid. *Seckend. Hist. Luther. P. 3. Sect. 30. §. 117. addit. I. lit. U. Add. Godofr. Masius in Interesse Principum circa Relig. Evang. cap. II* Unde & JACOBO, Magnæ Britanniæ REGI, ita se commendavit nostra de Jure Principum circa sacra sententia, ut secundum omnem hypotheseos istius plenitudinem jure suo Ecclesiastico voluerit uti, quod contra *Suarezium M. A. de Dominis* plenissimè docuit. Scripturæ & sanæ rationi accedunt tot pacta religiosa, quibus istud jus Imperatori & Principibus mutuo consensu, nostrisque Ecclesiis admodum salutari, confirmatum est; Quorum utique finis justus & legitimus, qualem Usus istorum Jurium præfixum sibi habere debet, fallere nostram expectationem haud facile potest. Quodsi etiam alia fundamenta nonnunquam substernunt JCti, pro summa prudentia, qua hic ordo salutem publicam tueri satagit, probè sibi cavent, ne hinc inde in scriptis vel ea ponant principia, quæ ita eripere possint Rom. Catholici, ut nulli usui amplius sint protestantibus, vel dum erga Catholicos Principum Jura amplificant, suis Imperantibus ad abusum viam sternant.

III.

Sponsio hujus protectionis nititur Capitulationis Cæsareæ Artic. I Quid JCti vel Jesuitæ potius

Sponsionem hujus protectionis juratam, qua nitimur, exhibet Capitulatio Invictissimi nostri Imperatoris Caroli, cum quo articulo statim I. pepigere etiam Serenissimi Electores Protestantes, ut Advocatia & protectio Ecclesiæ ab Imperatore ita exerceatur, ne per eam Pax Imperii Religiosa & Profana vel Westphalica violetur, sed ipsis & reliquis fidei suæ asseclis non minus quam R. Catholicis PARI JURE præstetur, in quod Imperator etiam fidem dedit perinde ut Antecessores ejus. vid. *Illustr. Praes. in succincta collat. Capitul. p. 12. m. 9.* quæ aurea planè verba jure exosculamur, & veneramur, utpote

pote quibus, quod pace religiosa in Ecclesiarum nostrarum salutem sancitum est, addita juramenti solemnis fide, ceu sigillo, corroboratur & munitur, nulla certè adversariorum arte evertendum, utut satis lubricè *cap. ult Compos. pac.* disputare ausi fuerint JCti *vel potius Jesuitæ Dillingenses*, de validitate hujus generis juramenti. Quo certior itaque hæc fides est, eo majori verecundia & circumspectione, quantam non extinctæ, sed calentes sub judice controversiæ postulant, etiam ea, quæ de nostris rebus nunc proferenda sunt, explanabo.

Dillingenses, de validitate h. g. juramenti censeant?

IV.

Primo loco quid nomen *Protestantium*, quorum causa hæc ipsa formula *Capitulationi Cæsareæ* inserta est, sibi velit, dicam. Equidem omninò optandum foret, cum vinculum & fulcrum Rerumpublicarum Jure habeatur religio, in toto qua patet orbe Christiano, una tantum eaque purior sola existeret, quæ Cives & Imperantes arctius colligaret; Sed quis ingenium humanum refingat, quod in prima statim mundi ætate, à via Veritatis declinavit, ut totidem jam fere sint, quot Capita, religiones: quod malum etiam Germaniam, Patriam nostram, in flebili illa tempestate, ita miserè distraxit, ut nisi duratura pace exortis simultatibus & bellis fuisset subinde consultum, perpetuæ ruinæ illam involvi necesse fuisset. Funesta nobis ipsis ex parte est memoria secessionis, quam Majores nostros à Sacris corruptæ tum Ecclesiæ facere oportuit. Utut enim nobis minimè erubescenda, sed incomparabilis potius beneficii loco ea habenda sit, cujus invalescentem hodie contemtum DEUS vindicabit, conjuncta tamen est cum invidia prope singulari, altaque prorsus mente repositum manet, in quo semel, quod putant, defecimus. Hinc Protestantium nomen *Pallavicinus* idem esse dixit, quod *perduellium in Cæsarem* aut *Pontificem; L. IV. cap. XVIII. §. 4.* At verò hoc crimen in neutrum commiserunt: non in Pontificem, cujus Majestatem non tenebantur agnoscere: non in Cæsarem, cui omne obsequium extra causam æternæ salutis offerebant; hanc verò pro sua quemque conscientia curare, ruptis semel non temerario ausu, sed ipso DEO benignissimè Ecclesiæ suæ prospiciente, totidem huic injectis repagulis, non liberum sed necessarium existimabant. *Bossvetus Episcopus Gallus*, protestationem eorum, & provocationem ad Cæsarem vel generale Concilium, contra Decretum Spirense, *ferociam* vocat, fiducia armorum excitatam, quæ tum totam Germaniam percelluerint, *Tom. I. Variat.*

Quid nomen Protestantium sibi velit? Sententia Pallavicini: Bosveti: Elogia Farnesii Cardinalis Carolo V. in scripto solemni tradita. Vera Origo. Qui Principes ab eorum partibus primum steterint? quæ urbes? Repudiant Acatholicorum nomen. Vocantur ut plurimum A. C. addicti. An pax religiosa ad literam Aug.

Conf. sit restricta? Dicuntur etiam Evangelici.

riat. §. 48. *p.* 83. contemsisse, ait, autoritatem Episcoporum & disciplinam Ecclesiasticam, *l. c. p.* 184. non curasse ullam morum reformationem, *p.* 189. fuisse iniquos in SS. Patres, *p.* 436. exprobrat affinitatem dogmatum cum Albigensibus, prædecessoribus suis, quos in numero sceleratorum habet; *Tom. II.* §. 102. §. 70. omnia ipsis placere, modo quis se Papæ exhibeat infensum & Eccles. Rom. *p.* 165. eos nescire, quid sit Ecclesia, ex quo exortæ sint confessionis variationes, *p.* 324. Cui rerum ignaro & autoritatem hominum in fastigio constitutorum attendenti hæc inter Catholicos bilem non moveant? Ne quid dicam de pudendis conviciis à Reformationis statim initio, contra majores nostros per Galliam & Angliam, Regna florentissima passim sparsis, quasi omnem humanitatem exuissent; quæ recensente *Seckendorffio*, ita eorum famam deturpaverant, ut Apologiam scribere necesse habuerint: quibus haud multo mitiora fuerunt, paulo post Imperatori Carolo V. à *Farnesio* Card. Pontificis tum Nepote & Legato, Scripto solenni tradita: Protestantes Turcis esse pejores; diripere Ecclesias, ejicere Episcopos, profanare religionem, & id quidem impune: vid. *idem Seckend. Hist. Luth. ad annum* 1540. *p.* 273. *L. n.* sed euge! deleamus veteres injurias & ne incurramus novas, animo pio & sincero caveamus, quibus certe bona causa fretis non minus intrepidis esse licet. Scilicet, ut quod res est, dicatur; nomen PROTESTANTIUM majores ex eo tulerunt, quod, cum Imperator Carolus in Comitiis Spirensibus iis injunxisset, ut decretum Spirense de non mutanda religione Pontificia majoribus Catholicorum votis sancitum, ratum haberent, d. 19. April. Anno 1529. publice & solemniter protestati fuerint; se salvâ conscientiâ decretum hoc approbare & observare non posse, neque eodem teneri obvertentes, in quo quidem nulla culpa, uti rhetoricati sunt adversarii, intercedit. Qui tuebantur sejuncti cœtus partes, ex Principum numero, tum fuere, Johannes Saxoniæ Elector, Georg. Marchio Brandenb. Onolsbacensis: Philippus Hassiæ Landgr. Ernestus, & Franciscus, Duces Brunsvicenses & Luneb. Wolffgangus, Princeps Anhaltinus: Gebhardus & Albertus, Comites Mansfeldenses: His se adjunxerant XIV. Civitates, Argentoratum, Norimberga, Ulma, Constantia, Lindavia, Memminga, Campidunum, Nordlinga, Heilbronna, Reutlinga, Isna, San-Gallum, Weissenburgum, Windsheimium. Inter has Urbs San-Gallensis fœderi Helvetico, cum Abbate suo innexa fuit, & Constantia post Austriacum subiit dominium.

Erant

Erant autem hæ Urbes primi quidem Ordinis, i. e. liberæ, quædam tamen parvæ, tanto quidem laudabilioris animi & Zeli, quod nullis viribus, sed sola causa, quæ integerrima fuerat, niterentur. vid. *Magnif. D. Præf. Introd. Part. Spec. cap.* 1. *Sect. II. §.* 12. *IV. Seckend. Histor. Luth. Lib. II. Sect. XIV. §.* 44. *p.* 128. *b. Hortleder. Tom. I. L. I. V.* Artificium rhetoricum fuit, ipsa tamen re subnixum, & calculis quorumvis recte sentientium comprobatum; cumprimis Principes nostrarum partium esse PROTESTANTES, i. e. quod cusa in hanc rem moneta ostentabat, PRO TE, O gloriosissime Imperator, in bellis cruentis, & longe periculosissimis, fortiter STANTES, de quo Annales loquuntur, & custos rerum gestarum historia. Acatholicorum nomen à Plenipotentiariis Cæsaris, Neomagum ad pacem pangendam missis, imo ab ipso Imperatore FERDINANDO III. diu ante impositum, tanquam inusitatum ferre recusarunt in Comitiis Ratisbon. observante *Fritschio in Annot. ad Instr. Pacis p.* 679. Alias ut plurimum à Confessione Cæsari Augustæ exhibita nos insigniunt (die Augspurgische Confessions-Verwandte) id quod nobis magnæ laudi ducimus, cum majus elogium optare vix liceat, quam eo tempore nostrates talia dogmata esse professos, ad quæ stupuerint universi, neque oppugnatores habuerint, uti fatebantur nonnulli, quod salva Scripturæ autoritate iis opponerent. Miramur verò adversariorum artes, quibus disquirere hic placuit, annon adstricta fuerit Pax religiosa ad literam Aug. Conf. ita, ut vi ejusdem nihil aliud protestantibus docere liceat, quam quod eâdem comprehensum est, quam quæstionem responsione cordata illustravit quondam *Calovius Tract. de natura & indole P. R. Qu. XLV. p.* 169. *sqq.* Superest dulce nomen Evangelicorum, vid. *Instrum. P. W. art. X. §.* 16. quod jure in summo pretio habemus, quia Medullam sanctissimæ nostræ professionis complectitur, quam etiam Imperatores à Sacris cæterum alieni inter maximas animarum suarum delicias moribundi degustarunt. Tandem vid. *Decker. de Pace Civili Religioni data. ad art. V. Instr. Pac. P.* 1. *cap.* 8. *ad n.* 12. ubi reliqua puncta Critica examinat.

V.

Sub hoc eodem elogio etiam *Reformati* àd percipienda Pac. Relig. commoda admissa sunt. Principio quidem res controversia non caruit. Habuerunt non modo ipsum Saxoniæ Electorem eo tempore sibi adversantem, sed ipsi J. Publ. Dd. in ea decidenda multum desu-

Reformatis hoc nomen diu fuit negatum, tan-

dem receptio ipsis confirmata in Pace Osnabrug. cujus finis erat non Unio Ecclesiastica, quæ tamen omnibus modis optanda, & quantum per conscientiam licet, procuranda est; sed securitas Civilis Lepida distinctio Usleberi S. J. Prof. Heidelb. inter Reformatos & Calvinianos.

desudarunt, majori eorum parte negativam, eos sc. sub Umbone istius pacis non comprehendi, tuente, id quod verba *Constit. Relig. in Rec. Imperii de Anno* 1555. §. 15. Doch sollen alle andere, so obbemeldten Religionen, nehmlich Römisch Catholisch und Augspurgischer Confession, nicht anhängig, in diesem Frieden nicht gemeint, sondern gänzlich ausgeschlossen seyn; & Edict. Relig. FERDINANDI II. *de anno* 1629. §. wir wollen auch, *de restituendis bonis Ecclesiasticis*, satis in aprico ponunt, prætereaque res ipsa tum loquuta fuit, cum Reformati à nostra confessione secedentes propriam Imperatori obtulerint, dissensu in præcipuis fidei articulis constanter servato, *vid. Lehmanni Acta Publ. de pace Relig. L. III. cap. V. Cranius de Pac. Relig. P.* 1. *probl.* 13. *Syring. de Pac. Relig. concl.* 21. *Adam. Cortrejus in Observ. ad P. R. art.* 4. *pag.* 77. *seqq.* Tandem tamen mitiorem nostri animum induerunt, deque Electore Palatino Friderico III. num Aug. Confessionis Socium eundem agnoscerent? quæsiti, in resolutione Cæsari in Comitiis Aug. exhibita testati sunt, se plane non in ea versari sententia, ut vel Electorem Palat. vel alios à nonnullis fidei articulis dissidentes, s. Germani sint, s. alius nationis, in periculum adducere, multo minus pacis religiosæ beneficio privari cupiant: non enim se adversæ partis sanguinarias machinationes, quales in Germania & alibi struantur, approbare, aut consiliis & opere juvare, neque, ut sic satis miseris Evangelii confessoribus afflictiones & calamitates augeantur & duriores efficiantur, ullo pacto velle committere. Quæ vero formula, aus dem Religions-Frieden setzen, cum grano salis debebat accipi, neque ultra vel mentem vel facultatem Protestantium, quam tum habebant, torqueri. *vid. Limn. L.* 1. *J. P. cap.* 13. *n.* 33. Quam itaque suo modo Status Reformatis tum indulserant receptionem, eam in Pace Cæsareo-Suevica *Anno* 1648. Osnabrugæ pactâ communes omnium calculi ratam fecerunt. Sic enim *Art. VII. Instr. Pac.* se habet: *Unanimi Cæsareæ Majest. omniumque Ordinum Imperii consensu placuisse, ut, quicquid juris aut beneficii, cum omnes aliæ Imperii Constitutiones, tùm pax religionis & publica hac transactio, in eaque decisio gravaminum ceteris Catholicis & A. C. addictis statibus & subditis tribuunt; id etiam iis, qui inter illos Reformati vocentur, competere debeat, salvis tamen semper statuum, qui protestantes nuncupantur inter se, & cum subditis suis, conventis pactis, privilegiis, reversalibus, & dispositionibus aliis, quibus de religione ejusque exercitio & inde dependentibus cujusque loci statibus & subditis hucusque provisum sit, salva itidem cujusque conscientiæ liberta-*

bertate. Ex quo patet, minus recte, quod tamen sæpenumero fieri solet, dissentientium quosdam ad hunc articulum provocare, cum etiam de pace Ecclesiastica contendere amant: hujus enim pacis, quæ non nisi civilis erat, intuitu in mutuam modo securitatem consensum est, non ut unio religionum, quæ alius longe fori est, firmaretur, quam quidem in Votis, qui non itidem habet, aut si potest, quantum per veritatem & conscientiam licet, promovet, ferreum pectus in sinu gerat, necesse est; quæ causa fuit, quod pro ratione & mensura nostri temporis manum continuerim ab omnibus iis, quæ duriora in nostris Autoribus circa hoc argumentum leguntur, quorum nomina ne quidem adscribere consultum duxi. Neque operam perdet, quisquis evolvet, insignem *B. G. Struvii librum*, cui titulum feci: Ausführlicher Bericht von der Pfältzischen Kirchen-Historie, von der Reformation an, biß auf diese gegenwärtige Zeit; in quo paulo ante periodum præsentem, quam inchoavit postremus Serenissimus Elector Carolus Philippus, recensetur lepida distinctio *Usleberi Jesuita, in Acad. Heidelb. Jur. Can. Prof.* inter Reformatos & Calvinianos, quorum illos ob interpositam pacis Religionis autoritatem à censura suæ disputationis de disciplina Ecclesiæ veteri & moderna, immunes declaravit; alteros tanquam hæreticos exilio & supplicio dignos ausus est pronunciare, ob quam insolentiam, quam corrigere toties monitus noluit, ad tribunal aulici Senatus Cæsarei provocatum fuit. *vid. laud. Struv. cap.* 13. §. 106.

VI.

Quænam ergo *Protestantibus* jura & beneficia in Imperio per pacem religiosam competant, nunc ostendendum est. Magnam admirationem in medio papatu movent singulares illæ Gallicanæ Ecclesiæ libertates, quas *Petrus de Marca*, Archi-Episcopus Parisiensis, scriptis VIII. de Concordia Sacerd. & regni libris magno labore *asseruit.* Felices judicant *Venetos*, qui Gallos imitati, papale jugum *Paulo V.* Sedem R. occupante, evulgatis contra interdictum eius *IX. gravissimis propositionibus*, aliisque scriptis & factis mascule repressérunt, *vid. B. Canc. Jageri Histor. Eccles. Sec. XVII. Cap.* 1. *à pag.* 201-244. Convertit item in se omnium oculos Ecclesia Anglicana, quæ de libertate sua, ut Civili, ita & Ecclesiastica, mirifice sibi plaudit, Romamque jacturam suam acerbius quotidie lugere, lætatur. Non certe huc etiam

Quæ Jura Sacra Principibus, quæ Cœtibus & Subditis Protestantium competant? Sub nomine Principum qui intelliguntur? Referuntur

Nobiles Immediati, & Civitates Liberæ tanquam Status Imperii. Quibus fulcris jus Principum circa Sacra nitatur? An recte Episcopale vocetur? quæ reliquæ appellationes? Definitio Stryckiana hujus juris. Jura Ecclesiastica Principum sunt vel Communia, vel Singularia. Communia versantur circa doctrinam, disciplinam, res & bona Ecclesiastica. Doctrina quo purior, eo majori cura illi invigilandum, ut & disciplinæ, eo

certe ea, quæ divinâ clementiâ, eaque prorsus incomparabili nostris Ecclesiis obtigit, minore loco habenda est, si modo illibata & inconcussa ad seros posteros transeat, omnesque qui ea gaudent, hoc deposito cœlesti quam dexterrime utantur. Duo vero hic sunt, quæ expedire teneor: unum, quam Principes, quique cum illis in aliqua ἐξοχῇ sunt constituti, circa sacra potestatem obtinuerint? alterum, quibus juribus cœtus sacri, sive Ecclesiæ nostræ fruantur? Nomine Principum intelligi hic debent non tantum Status Imperii, sed & alii immediatè Imperio subjecti, à quibus nec apanagiatos excludimus. Referenda ergò etiam huc indubie immediata Imperii Nobilitas, *Instr. Pac. Art. V. §. 28. & Rec. Imp. de Anno* 1555. *§. 26.* **Und in solchem Frieden, solle die freye Ritterschafft rc. rc.** Civitates Imp. liberæ, *§. 29. & eod. Rec. §. 27.* **Nachdem aber in vielen Frey-und Reichs-Stätten:** ideo, quod hæ omnino Status Imperii sint, hinc nec superioritate territoriali, *vi Instr. Pac. West. art. 8. §. gaudeant.* 2. & 4. privandæ; *vid. Dn. Præses in Disput. de Pacis relig. constantia & perpetuit. §.* 16. 17. Diversas DD. de hoc jure sacro Principum Protestantium cogitationes, *Magnif. Dn. Cancell. Pfaff* pro summa sua perspicacia mirifice explanatas dedit *in Orig. Jur. Eccles. cap.* 4. *art.* 1. 2. ubi magnam JCtis in hoc genere studiorum cum judicio versatis laudem tribuit. Nostri DD. in suis scholis paulò aliter procedunt, quorum vestigia discipulos sequi fas est. V. B. FROMMANNUS, venerandum etiam mihi post fata NOMEN, in Tractat. inaugurali: de Condominio Territorii Cap. VI. *à §.* 72-81. Cap. IX. *§.* 22. & *Magnif. Dn. Præses,* qui mentem suam expressit *Introd. P. Spec. Sect.* 2. *cap.* 12. *§.* 1. *B. Stryckius* originem hujus circa sacra Juris non ex simplici, sed ex pacto legibusque religiosis confirmata superioritate atque suspensa autoritate papali omnique Jurisdictione Ecclesiastica, territorio vi illius pacti juncta: sive non ex mera superioritate; neque ex mera conventione, sed ex jure territorii & pacto derivat, simulque observat Jura sacra Principum minus recte Episcopalia vocari, qualia quidem omninò habeant, sed eam appellationem esse nimis angustam, cum ipsis in suis territoriis vigore Pacis Relig. ac Westphalicæ plenum & integrum Sacrorum Jus quod longe latius patet, quam Jus Episcopale, vi superioritatis territorialis competat, illudque libere exercere possint. *Burgold. ad Instrum. Pac. part.* 1. *D.* 10. *n.* 16. *& part.* 3. *D.* 1, *n.* 6. *Henr. Linck. de Jur. Episcop. c.* 1. *n.* 65. *seq. & cap. ult. n.* 96. *seqq. Henr. Henning. in medit. ad Instrum. Pac. art. VIII.*

VIII. §. 1. *p.* 871. ita, ut in negotiis religionis & causis Ecclesiasticis à nullo, nec a Pontifice, nec ab Imperatore, in quantum est Romano Catholicus, dependeant, sed Jurisdictionem Ecclesiasticam in subditorum suorum causis Ecclesiasticis sic exercere queant, ut à sententiis in Consistoriis illorum rite & legitime latis neque ad Cameram Imp. neque ad Judicium Caesaris Aulicum locum inveniat appellatio, uti late hoc deducit *H. G. Thulemarius in pecul. Responso Anno* 1700. *impresso*, & à tribus Facultatibus Juridicis approbato, quod refert Author der Europ. Staats-Cantzley *Part. XIII. pag.* 507. *seqq. Stryck de J. P. Princip. Imp. Evangel. cap. ult.* §. 3. 4. 5. 6. *Bodin. de illicita à Protestant. Princip. provocat. in causis Ecclesiast.* Ab aliis rectius appellari dicit jus Majestaticum circa sacra; Jus territoriale Ecclesiasticum: utut & haec nomina laborare videantur. Ipse ergò adoptat ex ipso Pac. Instrum. emphaticum titulum Juris dioecesani, ita dicti, non à Lege dioecesana, Juris Episc. secunda parte, sed publica autoritate comprobata & ad eminentiam papalem evecta voce, quae hoc *ipso alleg.* §. 48. *Instr. Pac.* ampliatur per adjectas voces: TOTA JURISDICTIO ECCLESIASTICA; utrumque itaque involvit non tantum LL. concessionem, pontificiaeque potestatis publica conventione factam suspensionem, sed ipsam etiam superioritatem territorialem summam, sine ullo recursu ad Pontificem aut alium superiorem in Ecclesiasticis Jurisdictionem annexam habentem. Quippe territorium in Ecclesiasticis dioeceseos nomine venit. *Ziegler ad Lancellot. L.* 1. *Tit.* 27. §. 21. unde ex LL. Imperii hoc jus nihil aliud est, quam potestas summa de Sacris disponendi, omnia jura Ecclesiastica totamque Jurisdictionem Papalem cum singulis suis speciebus exercendi per Leges Imperii vi superioritatis territorialis, Principibus aliisque Statibus & immediatis Imp. membris competens. *vid. Dissert. de Jure Papali Principum Evang. Cap. II.* §. 2. 3. 4. Quae omnia uti certe magnifica sunt, ita neminem terreant, quasi haec asserta novos Anti-Christos politicos parturire apta sint, cum de genuino usu capi modo debeant, omnia vero, quae S. literis contraria & injusta sunt, remota ad Garamantas usque velint omnes boni. Jura ergo Eccles. quibus Principes nostri gaudent, sunt vel communia, vel singularia. Communia versantur praecipue circa tria Capita: 1. Circa Doctrinam, 2. Disciplinam, 3. Personas, Res, & bona Ecclesiae. Doctrinae magna cura invigilare debere Principes Evangelicorum omnes fatentur, id quod expedire solent per Consistoria, de quibus

quod nullis impedimentis constringitur, suspensa omni Jurisdictione Episcoporum non modo negative, sed destructive & translative, quod probatur apertis textibus. In quo casu Jurisdictio Episcoporum adhuc vigeat? An etiam in matrimonialibus? Excommunicatio Pontificum itidem suspensa. De Jure Principum circa Liturgias, remissive. Personas, res, & bona Ecclesiae quod attinet, huc spectant Capita de jure vocan-

di, dimittendi, deponendi ministros. De Jure templorum: de origine, genuino usu, alienatione, & Secularisatione Bonorum Ecclesiæ. Jura singularia Principum, quæ Papalia vocantur à Stryckio. Cur? Unde pateant? Circa quæ versentur?

bus *vid. Cantell. Jager. l. c. L. 2. Cap. 12. VVeber. de Jure Consistor.* Faciendum id eo alacrius, quo purior inter nos est, & ex solo DEI verbo haurienda, quam tanta animorum contentione propugnarunt Majores, inque ea cordate profitenda omnem gloriam posuerunt, posthabitis omnibus, quæ in summo alias pretio haberi solent inter mortales. Quodsi diversæ fidei subditos habent, beneficia etiam his & jura religionis, quam profitentur, solicite administranda sunt ad publicorum pactorum præscriptum. Porro disciplina Ecclesiastica insigne momentum adfert ad augendam Principum Evangelicorum gloriam, cujus rite exercendæ tam præclaram cum nacti sint occasionem, gravissimis DEO obstricti essent rationibus, nisi id fecerint, cum nihil habeant, quod eos impedire possit. Suspensa enim hic est omnis jurisdictio Ecclesiastica, quam in Papatu Episcopi sibi vendicant: neque *negative* modo, sed *destructive & translative, h. e. pleno cum effectu* facta intelligitur, quia in ipsa constitutione pacis Relig. Statibus Aug. Conf. conceditur facultas ordinandi & exercendi religionem, constituendi Ministros Ecclesiæ, & ministeria, quæ non sunt privationis, vel negationis, sed actus & Effectus, quem roboravit observantia, quæ Constitutionem Pragmaticam antecessit, & sequuta est, *vid. Rec. Imp. de Anno* 1555. §. Damit auch obberührte 20. *ibi:* so soll die Geistl. *Jurisdiction*, wider die Augspurgische *Confession*, *Religion*, Glauben, Bestellung der *Ministerien*, Kirchen-Gebräuche, Ordnungen, und *Ceremonien*, so sie aufrichten möchten, biß zu endlicher Vergleichung der *Religion*, nicht *exercirt*, gebraucht oder geübt werden, sondern die Geistl. *Jurisdiction* ruhen, eingestellt und *suspendirt* seyn und bleiben. *Add. Instr. Pac. art.* 5. §. 48. Hinc Catholici nullum plane jus habent, A. C. dogmata lacessendi, aut hæreticos nos appellandi, causas item spirituales & Ecclesiasticas cognoscendi, vel in personas Religioni nostræ vacantes ullum sibi jus sumendi, & quamvis ex §. modo allegato, sejunctas à Religione causas in terris Protestantium à jurisdictione Ecclesiast. Episcoporum Rom. Cathol. exemtas esse multi non admittant, sed horum dijudicationi subjacere contendant, ea tamen limitatio ad observantiam exercitii Jurisdictionis Ecclesiasticæ illius temporis restringenda foret. *Instr. n. P. art.* 5. § 48. Jus diœcesanum & totam Jurisdictionem Eccles. cum omnibus speciebus suis, contra A. C. Principes, & Status suspendit, & non nisi unico casu ad consequendos reditus, census, decimas, & pensiones ex A. C. statuum ditionibus ipsis debitas admit-

admittit, si nempe Rom. Catholici Episcopi A. 1624. in possessione vel quasi seu exercitio illius jurisdictionis fuerunt, tum enim demum illam ad reditus hos obtinendos exercere: excommunicationis autem remedio non nisi post tertiam denunciationem uti poterunt. Et quas turbas quaeso daturum esset exercitium Jurisdictionis Eccles. Episcoporum Pontificiorum contra Protestantes in matrimonialibus & divortiis? quas ex diversissimis & plane contrariis principiis decidere solent. *vid. Illustr. D. Praeses in disp. alleg. §. 44. p. 86. seq.* Suspensa itidem est excommunicatio, quam in nostros Pontificii amplius exercere non valent, nostri Principes, ubi opus fuerit, ad tollenda scandala omnino tenentur. *vid. Canc. Jager. l. c. L. 1. cap. V. XV. XVII. XXI. XXII. In specie etiam differt. D. Böhmeri de jure liturgico* à nobilissimo quodam Viro ex patria nostra defensa *adeatur*, *cap. II.* §. 19. 20. *seqq.* si placet. Tandem quod ad personas, res, & bona Eccles. attinet, etiam nonnulla, remissive tamen tantum monenda sunt. Spectant huc capita de vocatione ministrorum, in qua, si DEUM ament Principes & conscientiam, imo & Ecclesias, omnis labes Christo Domino tam exosa, serio cavenda, & cuique Ecclesiae ordini sua sors relinquenda. Videatur *uterque Cancell. Tubing. Jag. & D. D. Pfaff. Ille cit. loco L. II. Cap. VIII. & IX. Hic in origin. J. Eccles. p.* 197. 200. 202. 223. Doctrinam de jure Principis circa dimissionem ministrorum prolixe explanavit laudatus modo Böhmerus in solenni Disp. hoc ipso anno Halae vulgata. De deponendi eosdem facultate graviter *Canc Jagerus L. 1. Cap. XIII.* De jure in templa quid sentiendum sit, rursus Böhmerum, si commodum sit, advocare in subsidium licet in insigni dissertatione *de potestate civili in templa*, ubi quam plurima memoratu dignissima occurrunt, ad conficiendas hujus argumenti controversias, nostro tempore tam frequentes. Sed quae illius *cap. 2. Sect. V. §.* 29. in Rom. Catholicorum favorem asserit & definit, probare nequeunt nostri DD. sed merito hic praeferimus *vi Instr. Pac. art. V. §.* 25. tradita Authoris *tract. I. P. de statuum Imp. Jure reformandi pag.* 177. *& Authoris antivindiciarum statuum Evangelicorum Episcop. Hildesh. p.* 85. *Conf. Londorp. Act. Publ. Tom. VIII. ad an.* 1655. *Num.* 30. *seqq. p.* 1068. *seqq.* Bonorum item Ecclesiae cura & administratio vel sola seriam meditationem meretur, eoque circumspectiorem, quo intentiores DEUS & adversa pars, quae bona sibi erepta queritur, in ista oculos habent: de horum origine, vero & genuino usu, nec non alienatione & secularisatione, quam vocant, tum necessitatis, tum utilitatis gratia praeclare commentatus est, saepissime

jam laudatus *Jager. l. c. L. 2. cap. VI.* Hæc de juribus communibus. Supersunt singularia, quæ Papalia vocat *B. Stryck.* eo quod explosa Pontificis autoritate & Idictione Ecclesiastica territorio conjuncta, ea nunc, etiam lucrosa, ad Principes nostros pertinent, quod *ex §. Jus diœces.* 48. aperte patet, ut & ex verbis §. 26. ejusdem art: *Conferant etiam Archi-Episcopi, & quibus aliis id juris competit*, qui ipsi certe sunt nostri Principes, quibus suspenso Papæ jure in capitulis æquale jus competit. *Add. textus gener. ex §. 8. J. P. §. 1.* ibi: *libero juris territorialis tam in Ecclesi. quam in Politicis exercitio &c.* Quæ vero sigillatim sint illa Jura papalia, quæ passim in Germania à nostris exercentur Principibus, docent *Concordata Germaniæ*, quibus hi quidem nihil debere volunt, cum ne quidem pro sua parte Imperatorem ad illa adstrictum cupiant, sed occasionem tantum inde sumunt, in hæc eo melius inquirendi, cumprimis circa capitula, quæ si corrigantur superstitiosa, removeantur, quæ illicita sunt & inconvenientia, salva conscientia possunt tolerari. *Vid. Stryck. in Annot. ad Brunnem. Jus Ecclesi. L. I. cap. VI. m. 12. §. 18.* Versantur ergo circa provisionem, confirmationem, menses papales, preces primarias, quas uti & Imperatrix in capitulis fœmininis, ita illas non minus Regina Borussiæ in iisdem exercet; annatas, potestatem circa capitula summumque jus de ipsorum controversiis cognoscendi ac illas decidendi per sententiam citra ullam appellationem, vel ad Imperatorem vel ad Cameram, si lis inter subditos modo Evangelicorum versetur, de quibus prioribus, si placet, consuli potest *Differt. sæpius alleg. de Jure Pap. Principum Evang.*

VII.

Ostenditur, quæ jura Cœtuum & Subditorum, sint ex art. 5. & 7. Instr. Pac.

Perspecta Principum circa sacra potestate, cœtuum etiam jura ponderamus; Hæc nullam controversiam habent, ubi sub Magistratu vivunt eandem religionem amplectente: quodsi is Sacra mutet, prospectum subditis est per *Art. V. §. 31. & Art. VII. Instr. Pac.* in quo inter Paciscentes sic conventum est, ut si aliquis Princeps vel territorii Dominus, vel alicujus Ecclesiæ Patronus posthac ad alterius partis Sacra transierit, aut Principatum aut ditionem, ubi alterius partis Sacra exercitio publico de præsenti vigent, sive jure successionis, sive præsentis pacificationis vigore, aliove quocunque titulo nactus fuerit; aut recuperarit, ipsi quidem Concionatores Aulicos suæ Confessionis citra subditorum onus aut præjudicium secum atque in Residentia sua habere liceat; at fas ei non sit,

vel

vel publicum religionis exercitium, LL. aut constitutiones Eccles. hactenus ibi receptas immutare, vel templa, scholas, hospitalia, aut eò pertinentes reditus, pensiones, Stipendia, prioribus adimere, suorumque Sacrorum hominibus applicare, vel Juris territorialis, Episcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu subditis ministros alterius Confessionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium, directe, vel indirecte alterius Sacris afferre: & ut hæc conventio firmius observetur, licet hoc mutationis casu ipsis communitatibus præsentare, vel quæ præsentandi jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Ecclesiarum ministros, à publico loci Consistorio & Ministerio, si ejusdem cum præsentantibus vel nominantibus communitatibus sunt Religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quem ipsæ communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel Territorii Domino postea sine recusatione confirmandos. Porro ex *Art. V.* §. 34-37. hæc ad rem nostram faciunt: Placuit, ut Catholicorum subditi A. C. addicti, nec non Catholici A. C. statuum subditi, qui futuro tempore, diversam à territorii Domino religionem profitebuntur & amplectentur, patienter tolerentur, & conscientia libera domi devotioni suæ, sine inquisitione aut turbatione privatim vacare: in vicinia vero ubi & quoties voluerint, publicis religionis exercitiis interesse, vel liberos exteris suæ Religionis Scholis aut privatis domi Præceptoribus instituendos committere non prohibeantur, sed ejusmodi Landsassii, vasalli & subditi, in cæteris officium cum debito obsequio & subjectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant. Sive autem Catholici sive A. C. addicti fuerint subditi, nullibi ob Religionem despicatui habeantur, nec à mercatorum, opificum, aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hospitalibus, leprosoriis, eleemosynis, aliisque juribus aut commerciis, multo minus publicis cœmeteriis honoreve sepulturæ arceantur, aut quippiam pro exhibitione funeris à superstitibus exigatur, præter cujusque Parochialis Ecclesiæ jura pro demortuis pendi solita, sed in his & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti. Quodsi quis subditus religione mutata, sua sponte emigrare voluerit, aut à territorii Domino jussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties id ratio postulat, ad res suas inspiciendas, aut prosequendas lites aut debita

exequenda libere & sine literis commeatus adire. Conventum etiam est, ne sive voluntarie sive coacte emigrantibus, nativitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificii, honestæ vitæ testimonia denegentur, aut iidem reversalibus inusitatis vel decimationibus substantiæ secum exportatæ plus æquo extensis prægraventur, multo minus spontaneam suscipientibus emigrationem servitutis aut ullo alio prætextu impedimentum inferatur. &c. Qui singuli §. §. sunt humanissimi tenoris, qui si attenderentur, non sane tot acerbissimis querelis, quales *Reformati & Lutherani* passim in Germania fundunt, opus esset, cum libertas etiam subditis pacta sit, satis ampla & liberalis, cujus vindicem publicum esse Augustissimum Imperatorem omnes utique norunt.

VIII.

Fit transitus ad luctuosa tempora, quibus vivimus. Gravamina Protestantium contra Rom. Catholicos, maxime in Palatinatu, de cujus calamitatibus toto libro egit B. G. Struvius. Quinam fontes malorum?

Scilicet in ea tempora incidimus, quibus in media pace Protestantium Ecclesiæ hinc inde vim sane lacrymis deflendam patiuntur: quasi oves essent, quales tamen divina gratia nondum sunt, omni custodia & præsidio destitutæ. Non nescimus ingentem cumulum gravaminum vicissim etiam à Rom. Cathol. esse congestum contra Protestantes, qui vel reditus sibi ereptos, vel statum religionis immutatum, vel contra art. 4. Pacis Rysvvic. & tertii Badensis è templis se esse ejectos conqueruntur; quæ omnia nos intacta, summique in Imperio JUDICIS arbitrio relinquimus. Nos non nisi de notissimis, quæ nostros urgent injuriis pauca commemorabimus. Quis ignorat, Palatinatum esse omnium calamitatum scenam, id quod toto libro per singulorum Imperantium periodos ostendit supra laudatus *Struvius*? Quid non post obitum immortalis gloriæ Regis CAROLI XII. Suecorum Monarchæ pertulerunt Bipontini? Quæ vis atrocissima à Moguntinis maximè Exequutoribus idque in territorio alieno, sub prætextu redivivi juris diœcesani nostræ religionis consortibus illata fuit? Quid non experta est Spira, Urbs imperialis olim clarissima, nunc ad paupertatem fere redacta? ad quæ omnia provocare licet eo liberius, quod publica fide ista omnia nituntur, Cæsareaque jam censura illis opposita fuit. vid. Europ. Staats-Cantzley à *Part. XX. XXIV. usque ad. Part. ult. nunc typis expressam XLII.* His ob viciniam adjungi possunt similis fere generis fata, quæ *Reutlinga*, cui vel solum id nomen facit, quod inter primas Urbes Evangelium professa est, paucos ante annos pertulit, quasi

quasi lædens pars fuisset, non parum gravata. Huic enim & ipsi prægrandes molestiæ creatæ fuerunt ab Abbate Zvvifaltensi, omnem lapidem cum suis movente, ut sive palam, sive clanculare exercitium religionis Catholicæ in paratum ad hunc finem in ædibus olim ab Urbe emtis Sacellum induceret, cui publico scripto, & apologia se hujus negotii causa opponere necesse habuit; V. Bestgegründete rechtliche Repræsentation, was es mit dem vom Hr. Prälaten von Zwifalten in dero zu Reuttlingen innhabenden Hoff und dann vor einigen Jahren angelegten kleinen Capelle, und darinnen contra Pac. Westphal. eigenmächtig und heimlich verrichteten actibus religionis vor eine wahr-gründliche Beschaffenheit habe. Anno 1714. Horum igitur malorum, quæ sane sunt durissima, & sine maximo dolore legi in actis publicis nequeunt, originem si quis indagare velit, tres potissimum fontes offendet, unde scaturiunt, implacabile scil. odium Cleri Rom. in Protestantes: sinistram regulæ ad jus reformandi applicationem, & quartum denique Pacis Rysvvic. & tertium Badensis articulum, de quibus singulis, quod necesse est, monebo.

IX.

(1.) Odium implacabile Pontificis & cleri in Protestantes. Variæ illius causæ. Quomodo ferendum?

Pontificem, cui alias debitam tanto fastigio reverentiam neutiquam denegare cupimus, & Clerum Rom. Catholicum, ut de reliquis, nec non promiscua plebe taceam, anguibus pejus & canibus Protestantes odisse, multis argumentis probare, opus certe non est, neque id dicere, injuria. Dies enim & res ipsa in Actis Publ. id non loquuntur, sed clamant. Qui suos, nulla habita ordinis aut dignationis ratione, plusquam Rhadamanteo sacræ inquisitionis tribunali vexant. *vid. Magnif. D. Cancell. Pfaff.* im Unterricht von denen Religions-Strittigkeiten zwischen der Röm. und Protest. Kirche. Quæst. XXXIV. Quo animo erunt in nostros? Quis dicet charitatis specimen esse, cum Pontifex Rom, quotannis *die Cœnæ dominicæ, publicata Bulla*, inter terribiles ceremonias fulmen excommunicationis jaculatur in omnes, quotquot jurisdictione Ecclesiastica utuntur, quotquot jurisdictione Ecclesiastica utuntur, quod nostri maxime faciunt? Aut quis cultioris ordinis non legit defuncti Pontif. CLEMENTIS XI. *literas d.* 18. *Xbr.* 1719. in Germaniam missas, in quibus præter modum se solicitum esse scripsit propter *impia consilia*, quæ à nonnullis Principibus Protestantium agitentur, à quibus Elector Palatinus *invitus* adductus fuerit ad reddendam *Calviniana hæ-*

reſeos Sectatoribus præcipuam partem majoris Eccleſiæ Heidelbergenſis; quam *optimo jure* nuper Catholicis attribuerit: Non prætermiſiſſe ſe vehementer exhortari literis etiam CAROLUM, Imperatorem electum, præcipuum Orthodoxæ Religionis ADVOCATUM, ut ACatholicos Principes ab *injuſto hoc molimine* revocaret &c. Hæc ne verò ſine bilis exundantia Romam ad aures Pontificis deferri, aut ſine acerrimo odio reſcribi potuerunt? Qualis autem mens eſt Capiti, eam etiam membra induunt: quod ut faciant, variis principiis inducuntur. Dum enim nos pro rebellibus & hæreticis habent, quo quidem elogio parcius in Germania agere eos oportet, quidvis in nos ut audeant, licere ſibi putant, neque dominatui ſuo conveniens eſſe cenſent, ut mollius cum hoc genere hominum agatur. Alii hoc odium internecinum exercent conſcientia erronea impulſi, Deo rem gratam ſe facere exiſtimantes, cum à fide ſua alienos vexant, aut convitiis proſcindunt. Alios ſuperbiæ, alios vindictæ Spiritus exagitat: in univerſum omnes ferè, etiam cum blandiuntur, averſo ſunt à nobis ſacrisque noſtris, animo, ut niſi publica pacta ſecuritatem noſtris Eccleſiis præſtarent, certè dudum de ſalute noſtra actum eſſet; licet inter ſapientiores utique non deſint, qui acutius aliis cernentes, benignè de rebus noſtris ſentiunt. Sed hoc DEO commendamus, cujus ipſe FILIUS inter mortales degens, mitiora, quam ipſi perferenda erant, fata neutiquam promiſit. Unde potius præſtat, iſtas iras, illa fulmina, Evangelium contemtim habendo, non acuere, aut armare, quam longas nectere de adverſæ partis invidia querelas, quibus DEus & Imperator ſacratiſſimus porrò proſpicient.

X.

(2.) Siniſtra regulæ ad Jus reformandi applicatio, ubi de Simultaneo & provenientibus ex eo turbis agitur cemulive.

Circa jus etiam reformandi, quoad normam ſæpe aberratum eſſe, itidem apricum eſt. Unde tot funeſtæ de inducto ſimultaneo concertationes. Paginarum anguſtia & properans ad finem calamus non permittunt, ut de hoc argumento, tam fœcundo tot litium ſemine, quod quidem lubens omnino facerem, appoſito pleniore diſcurſu agam. Satiabit animos cordata curioſitate hæc ſcrutantium exaſciata planè, imo & religioſa deductio, quam dedit, ILLUSTRISSIMUM CORPUS EVANGELICUM in der Beylage ihrer anderwerten Vorſtellung L. G. ad n. 8. ſub titulo: Ungrund des ſogenannten ſimultanei, oder, daß die Mit- und Nebeneinführung der Catholiſchen oder Evangeliſchen Religion, wo ſie reſpective Anno 1618.

und

und 1624. nicht oder anders und weiters, als sie zu solcher Zeit gewesen, wider das *Instr. P. W.* seye. *à p.* 82-88. quo scripto publico, demtis, quæ ad Privatos non pertinent, & historiæ & rei lux affunditur, quanta optari potest. Europ. Staats-Cantzley *Part. XXXV. cap.* 3. *lit. G. pag.* 410. *seqq.* Ulteriorem vero commentationem addunt, quæ leguntur im allerunterthänigsten Vorstellungs-Schreiben auf das Kayserliche Commissions-Decret. *pag.* 24. 25. cui adjungatur der sub Lit. O. angeschlossene Ursprung des Simultanei, und sub Lit. P. beygelegte Abdruck einiger Mandatorum des Kayserlichen Cammer-Gerichts gegen das sogenannte Simultaneum, und Anhang zu demselben. Europ. Staats-Cantzley *d. cap.* 3. *Num. XII. pag.* 442. *sqq.* vid. etiam *Struvius cap.* 1. in Indice, ex quo patebit, quas utrinque turbas, & quam funestas Simultaneum excitaverit.

XI.

(3.) Clausula articuli quarti, Pacis Rysvv. & tertii Badensis. Laudantur Scripta privata & publica de hoc argumento eque posterioribus consectaria eruuntur.

Sed quid dicendum de clausula art. 4. Pacis Rysvv. & 3. Badensis, *vid. Cortrej. ad d. art. pag.* 134. *seqq.* Horret animus, qui historiam & sequelas tragicas, è tam paucis verbis in Ecclesias Protestantium, torrentis instar, invectas paulo penitius considerat, ut vel ex solo hoc clausulæ abusu, si omnibus aliis argumentis essemus destituti, patere possit, quem animum erga nostros R. Catholici gerant: *vid. Lunig. in R. A. Part. General. Contin. II. Fascic. XII. pag.* 1324. *seqq.* Quos inter fuit non nemo, qui se solemni titulo Commissarium ad negotia religionis secundum Pacem Rysvv. componenda deputatum appellaret. Prostant *Considerationes ad clausulam hujus art. Tom. V. Observ. Hallens.* insertæ *Obs. V. & VI.* in quibus plena omnium momentorum & difficultatum expositione ea expenditur, tandemque ultimis priores obs. §§. 62. 63. 64. 65. summa dictorum in compendium contrahitur, ut ipsa rei viscera facile possint inspici. Vix tum quadriennium effluxerat, cum ista scriberentur: non potuerunt itaque omnia mala prævideri, quæ hinc longo temporis decursu, tanquam ex hydra Lernæa contra mentem summorum Paciscentium procreverunt. Juvat itaque etiam alia scripta publica autoritate evulgata inspicere, quale actis publicis, quæ Religionis gravamina complectuntur, sub lit. K. insertum est, ferens titulum: Kurtzer doch wahrhaffter eigentlicher Verlauff der Sachen, die Ryswick. Clausul und Baadl. Friedens dritten Art. betreffend: Europ. Staats-Cantzley *Part.* 39. *c.* 8. *pag.* 319. *seqq.* Constat id §§. 68. totiusque controversiæ histo-

riam,

riam, & momenta à prima origine ad finem usque anni 1720. quo in lucem publicam prodiit, continet, ex qua avthentica recensione, hæc, quæ subjungo consectaria, prono alveo fluunt. 1. Galliam, omnia ista loca, quæ Catholici clausulæ quarti hujus articuli P. Rysvv. dispositioni submittere voluerunt, in media pace contra expressam & apertissimam literam Pacis Westph. & Neomag. occupasse. 2. in his ipsis locis Galliam Religionem Cathol. contra *art.* 2. 8. & 9. Pacis Westph. pro qua tamen fidem suam interposuerit, introduxisse. 3. quo ipso obstricta fuerit, factas in Ecclesiasticis mutationes in occupatis à se locis, ad dictata hujus pacis cum pristino statu conciliandi. 4. Non tantum fassos esse status Catholicos, Galliam pacem violasse, cum Catholicam religionem inea loca invexisset, in quibus annis decretoriis, 1618. & 1624. culta non fuerit; sed validis decretis & solennibus conventionibus etiam se obstrinxisse, velle se cum statibus Evangelicis omni opum vi eo eniti, ut quæ Galli immutassent, restituerentur, 5. ea ipsa vero de causa neque tempore belli durantis, neque inter tractatus pacis potuisse illos absque voluntate & consensu statuum Evang. cum Gallis pacisci, aut tale quid spondere, quo vel minima vis Paci Westph. nedum damnum Evangelicis inferretur. 6. Evangelicos status nunquam consensisse in hanc clausulam, desertos vero à Con-Statibus, invitos, non tamen alio sensu, quam, quem Aula Gallica tum propinabat, sc. eam nonnisi templa à Rege Galliæ extructa & dotata respicere, neque præter tolerantiam ab Evangelicis quicquam exigi, admisisse, idque ad principium usque A. 1702. quo Pax Rysvv. ob novum bellum expiraverit. 7. Articulum hunc quartum P. R. esse quidem pactum à toto Imperio cum Gallis initum, cujus præstationem secundum tenorem à se verbis impositum, & ab Imperio admissum urgere potuerit, sed minime pactum statuum inter se, quod in causis religionis, vim legis in Imperio habuisset, eo quod constanter ipsi fuerit contradictum. 8. Recensionem locorum à Legato Gallico *Chamoisio* exhibitam, à REGE pro nuda designatione (Projet) habitam, ab Imperio nunquam agnitam, neque à Catholicis, si voluissent, absque expresso Evangelicorum consensu potuisse approbari. Exequutiones igitur secundum illam recensionem susceptas mera esse contra pacem profanam & religiosam attentata. 9. Innumeras protestationes, reservationes, contradictiones Evangelicorum contra dictam clausulam, irrefragabile argumentum præbere, quod ne UMBRAM quidem juris, per hanc in se suasque res unquam

unquam voluerint indulgere, ne dicam, quod ipso opere indulta fuerit. 10. Galliam in abolitionem clausulæ vi tractatuum cum ANGLIA, BORUSSIA & BATAVIS tum initorum consensisse. 11. Hanc ipsam abolitionem à Gallia promissam ob dictas non modo rationes, sed quod Evangelici in ratihabitionem Pacis Badensis, nonnisi sub hac conditione, si restitutio in Ecclesiasticis ad solam Pacis Westphal. normam fieret, consenserint, instrumento pacis fuisse inserendam. 12. Itaque protestationem Evangelicorum contra articulum tertium Pacis Bad. esse validam, eo quod neque Gallia solemnibus promissis, Angliæ, Borussiæ & Hollandiæ datis, deesse potuerit, neque contra suam voluntatem & commoda quicquam pangendi vel disponendi primariis paciscentibus facultas data fuerit: Igitur se hoc articulo neutiquam obligari, sed constanter promissæ abrogationi inhærere. &c. Ad quæ caute & solide dijudicanda in subsidium vocanda sunt, quæ ulterius ad explanandam Augustissimo Imperatori profunda cum submissione mentem suam afferunt ILLUSTRISSIMI STATUUM EVANGEL. LEGATI. im allerunterthänigsten Vorstellungs-Schreiben *p.* 26. 27. Europ. Staats-Cantzley *Part. XXXVII. N. XIII. pag.* 573. *seqq.*

XII.

Circa medelam quæ sint consideranda?

Visis per transennam malis Protestantium Ecclesias affligentibus, ad medelam propero, circa quam dispicere placet, 1. quo gaudeant Advocato & Vindice? 2. quæ norma observanda? 3. quæ via & ratio in tollendis malis ipsis ineunda?

XIII.

Advocatus & Vindex in his malis est Augustissimus Imperator, qui feriis rescriptis parti laboranti succurrere jam cœpit.

AUGUSTISSIMUM IMPERATOREM etiam Protestantium Ecclesiarum esse *Protectorem & æquali jure Advocatum*, idque *jurata* fide promisisse supra ex Art. 1. Capitul. accepimus, quod nos is plane ducimus gloriosum. Neque rem metimur ex titulo, sed ex factis, qualia ab aliquot annis, recensentibus actis publicis, extant quam plurima. Ob cumulatissima enim in causis religionis gravamina multum sane negotii Imperatori intercessit cum Regibus, Electoribus tam Eccles. quam Secularibus, Episcopis, Principibus, Comitibus, Baronibus, & quibus non? quos omnes missis rescriptis gravissimis, suprema Majestate dignis, uti cujusque ferebat sors & conditio, advocatiæ suæ, & sancti erga Ecclesias utrasque officii memor,

Tangitur

Hic ardua quæstio, an pressis post Imperatorem etiam ad alios Reges & Principes suæ confessionis confugere liceat? Rationes utriusque partis considerantur.

mor, de serie sua voluntate, quid in perturbato hoc rerum Statu sec. tenorem LL. publicarum, pacisque maximè religiosæ fieri vellet, atque ut sine mora læsi in integrum restituerentur, donec momenta causarum luculentius excutere liceret, fecit certiores; Circa quod punctum illustris occurrit controversia, quæ quidem in Academiarum pomœria, ut de eadem disceptetur, transferenda non est: meretur tamen *ἱστορίας ἕνεκα* ex utraque parte considerationem. Displicuit, quod Reformati in Palatinatu ad Reges & Principes suæ Confessionis confugerint, hique missis in aulam Palatinam quin & Cæsaream Legatis patrocinium hujus causæ susceperint. Contendunt, id pugnare cum expressis textibus *Recess. Imp. de Anno* 1541. §. Und damit im Heil. Reich: 26. sub finem: Es sollen auch die Protestirenden, *d. Ao.* 1544. §. Doch soll kein Stand: 83. *de Ao.* 1555. §. 23. Es soll auch. *Instr. Pac. art. V. §.* 30. *quantum deinde*: *Art. XXVII. Capitul. Cas. Carol. VI.* Altera pars, supponens illos textus de *illicita* extraneorum subditorum *corruptione* & *aversione* eorundem ab obsequio legitimis Dominis præstando loqui, mente submissa & venerabunda alios producit hujus generis subventionem approbare visos: Ex. gr. *Art. XVII. Instr. Pac. §. 5. Teneantur omnes hujus transactionis consortes universas & singulas hujus pacis leges* CONTRA QUEMCUNQUE *sine religionis discrimine tueri & protegere*: quæ verba nostræ Confessionis PRINCIPES socios afflictos intercessione & Consilio suffulcire posse cur non probent? *Annos regulativos* 1618. & 1624. magno labore excogitatos, ut & *constitutionem, quosvis consortes pacis hos tueri debere*, mox expiraturos, totumque Pacis Westphal. fundamentum corruiturum, si compaciscentes manus heic auxiliatrices subducere vellent: potius *nimia patientia* fuisse contra hanc pacem peccatum, cum in inferiore Palatinatu ultra C. templa, mediaque redituum Eccles. pars, quæ CM. florenorum conficiat, sub variis prætextibus fuerit subducta. Regulam de non recipiendis in protectionem aliorum subditis exceptionem pati, 1. *nisi subditi sint privilegiati*: quod elogium nemini magis competat, quam A. C. addictis à Religione Domini dissentientibus, qui tempore annorum decretoriorum in possessione fuerint, quibus *Instrumentum Pacis* cautissimè omnino prospexerit. 2. *nisi controversia inter Dominum sit & subditos, ac hi sibi de vi metuant*: quo utroque casu ipsi Imperatores docente experientia, defensores jurium & libertatis per *protectoria & conservatoria specialia* indulgere soliti fuerint. Tandem cum exteri Reges, ut & reliqui pacis consortes Elect. &

& Status Imperii, extra omnem dubitationis aleam habendi ſint pro *ſponſoribus* Pacis Monaſterienſis & Oſnabrugenſis, facile poſſe concludi, *Art. XXVII. Capitul. Caſarea* ipſos à tutela & patrocinio Civium Imperii quoad religionem in periculo conſtitutorum non eſſe excluſurum.

XIV.

Hanc ipſam Pacem Monaſterienſem & Oſnabrugenſem Anno 1648. in Weſtph. Monaſterii cum Gallis, & Oſnabrugæ cum Suecis communi omnium ordinum Imperii conſenſu concluſam, & ad verbum *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. So haben wir ꝛc. inſertam, uti eſt Lex Imperii fundamentalis in negotiis religionis ſecuritatem omnimodam ſtabiliens, totiusque Imperii concatenationem concilians, ita eam hac ipſa de cauſa pro præcipua norma eſſe habendam protectionis Cæſareæ, quis eſt qui ignoret? *Vid. Rec. Imp. de Anno* 1555. §. 29. - 32. *& Inſtr. Pac. Art. XVII. §. 2. Rec. Imp. d. A.* 1654. §§. 4. 5. 6. Omnes in promtu habent inſignem *Differt. Illuſtr. Dn. PRÆSIDIS, de Pacis Relig. perpetuitate & Conſtantia* habitam, cujus cauſa longis & tædioſis allegationibus hic ſuperſedemus, utut quam plurimos, quos inter ſolum adhuc *B. Nitſch. integerrima fama JCtum differt. de Legib. Imperii fund. occas. Art. II. Cap. Joſ. cap.* 4. nomino, præclaram huic argumento illuſtrando operam poſuiſſe, non ſit diffitendum, quorum libri & nomina ſatis nota ſunt. Sepoſitis itaque omnibus, quæ aurea hac pace, ceu incomparabili beneficio divino, quod ſatis mirari, deoſculari & pro dignitate æſtimare nequaquam poſſumus, alias inter Dd. diſſeruntur: in duo circa eam momenta, *valorem & rationem interpretandi*, quæ certe contemnenda non ſunt, inquirere hoc loco placet. Ineptus poſſim videri, qui, num hæc pax firmam ſatis autoritatem habeat, per quam ejus valor apud omnes extra controverſiam ſit poſitus? quærere velim. Si ſententiam dicere debeant *Dillingenſes*, vel alii extra Germaniam Catholici, (domeſtici enim cautius mercari tenentur, licet premunt altum corde dolorem) actum de ea eſt: injuſtam habemus pacem, quam Pontifex damnat, luget Romana Eccleſia, configit clerus, aqua ubique hæret. Nota eſt Bulla ab Innocentio X. P. R. Anno 1651. vulgata, quam *Limnaus ad Capitul. Ferd. IV. Art. 2. & Conringius in libro de pace perpetua Proteſtantibus danda*, exhibent: in ea conqueritur: (1.) Bona Eccleſiaſtica aliaque ab hæreticis occupata, illis in perpetuum addici. (2.) Hæreticis A. C. liberum ſuæ hæreſeos exerci-

Norma, ſecundum quam occurrendum his malis, eſt Pax Monaſt. & Oſnabrugenſis. Disquiritur heic præcipue, quæ ejus validitas & ratio eam ſolide interpretandi: Innocentii XI. Pont. Rom. querelæ & Bulla contra hanc pacem. Quinam AA. iſtam Bullam excuſſerint? aliæ objectiones, quibus reſpondetur. Conſtantia & perpetuitas hujus pacis. An ſit obſcura? Cujus ſit,

eam interpretari? Quis modus adhibendus? Paci huic etiam subveniunt Recessus executionis Noriberg. Arctior modus exequendi; Edictum executionis Cæsareum.

exercitium in plerisque locis permitti. (3.) Ipsos cum Catholicis ad publica officia, imo & Episcopatibus & alia beneficia Eccles. accessum habere. (4.) Annatas, jura pallii, confirmationes, menses papales & alia jura in bonis Eccles. dictæ A. C. Pontificiis præcludi. (5.) Confirmationes electionum prætensorum A. Episcoporum, Episcoporum, Prælatorum, Potestati seculari attribui. (6.) Archi-Episcopatus, Episcopatus, monasteria, Præposituras, Ballivias, Commendas, Canonicatus, aliaque beneficia & bona Ecclesiastica Principibus hæreticis eorumque hæredibus in feudum perpetuum sub dignitatis secularis titulo concedi. (7.) Nulla jura canonica & civilia, aut conciliorum decreta, & religiosorum regulas, juramenta, concordata, cum R. Pontiff. inita contra dictam pacem debere admitti. (8.) Numerum EE. Septenarium, Pontifice inaudito & sine ipsius consensu, esse immutatum, & octavum electoratum hæreticis concessum, quare eam à se pro nulla declarari. Sed huic Bullæ strenue se opposuerunt *Ludovicus de monte sperato*, sub quo nomine *Bened. Carpzovius* latet, *in vindiciis hujus pacificationis: Joh. Hornbeck. Theol. Reform. in ejusdem examine & Conringius in suis ad eam animadversionibus.* Neque nos terrent aliorum offuciæ: Eam esse Ens rationis politicum. Si est: Cur illud non difflant? Cur ab eo tantopere vexantur? Cur tanti Principes contra tot protestationes eam tamen admiserunt? Cur adamantinum robur habet in confibulanda Imperii salute? Cur aurei montes ab ea pendent? qui certe Ens rationis non sunt: nec puto, Ens reale ullum tantum valere, aut efficere posse, quam hoc quidem Ens rationis, quo stante & vigente, viget Imperium, corruente, & ipsum æternis litibus & bellis illico est corroiturum. Imperatorem in præjudicium Papæ nil potuisse statuere, quod idem etiam *Dillingenses l. c. cap. V. qu.* 28. 29. ussit; esse enim illius Vasallum, 2. *F.* 100. *Clem. unica de jurejur.* Hoc telum quod Majestatem Cæsaream & Imperii vulnerat, non attingo. Malo audiatur *Magnif. Dn. PRÆSES disp. alleg. p.* 50. 51. 52. Tandem nec ille ictus contemnendus est, quod amicabili religionum conciliatione, cujus meminerit *Rec. Imp. de Anno* 1555. (*quem Paulus IV. Pont. Rom.* inter libros prohibitos & damnatos retulit) §. 25. Und nachdeme eine Vergleichung &c. non obtenta, Concilium Tridentinum, à quo nostra confessio damnata fuerit, omnem illam pacem irritam fecerit. Sic vellet *Burcardus in Avtonomia P. III. cap. VII.* Sic olim *Jesuita* & alii Pacis osores, de quorum sermunculis, daß der Religions-Friede nur ein Inte-

Interim, und ferner nicht, als biß auf das vollendete Tridentinische Concilium kräfftig seye: Protestantes A. 1594. in Comitiis Ratisbonensibus conquesti sunt. Sed alia responsione opus non est ea, quæ *in hujus ipsius Recessus §. allegato 25. circa finem* comprehenditur in *verbis:* Wo denn solche Vergleichung, durch die Wege des General-Concilii &c: nicht erfolgen würde, soll alsdenn nichts destoweniger dieser Friedstand rc. Unde & finito illo Concilio, cujus plurima vitia Theologi detexerunt, in hodiernum usque diem, observante *Ill. Dn. PRÆSIDE l. c. p. 55.* septies decies rursus ab Imperatoribus & utriusque religionis EE. & Statibus Imperii, pax religiosa in specie, explicite & implicite confirmata & quasi immortalitate donata fuit; dissidia enim utriusque partis in religione tandem sublatum iri hac ætate qui credere velit, sub spe contra spem id credit, utut benignissima illa expectatio, & præsumta tantæ rei possibilitas, quæ animos omnino generosos & dociles, quales utique tum Pacificatores habuerunt, arguit, profunda cum veneratione exosculanda sit. O auream itaque pacem & cœlitus datam, quam summorum Paciscentium animis non humana prudentia, sed ipse DEUS, ut Ecclesiam luce Evangelii collustrari cœptam, sartam tectamque conservaret, inspiravit, utque eidem tam circumspecte & mascule, animo plane heroico, contra cujusvis ordinis hominum intra vel extra imperium, protestationes & contradictiones, *Vid. Rec. Imp. de Anno 1555. §.* Und solle alles 28. *L. P. Art. V. §.* 1. ibi: *non attenta cujusvis* &c. caveretur, prospexit: abs quo si esset, uti quævis humana consilia facile extingui possunt, maxime si ingenti cum invidia & molestiis pene insuperabilibus conjuncta sint, dudum sane periisset. *Sed cujus est interpretari hujus pacis articulos & momenta?* quæque via ineunda est, ut legitima sit interpretatio & censuram publicam ferre possit? *Hic Rhodus, hic saltandum.* Cum enim ex hac pace Imperii salus & tranquillitas pendeat, litesque non infinitæ modo, sed summi momenti sint, quæ decisionem poscunt, in magnum profecto periculum omnes privati, etiam Dd. exercitatissimi, se conjicerent, qui suum arbitrium hic sequi, & Imperantium negotia, in quibus suprema Majestas ipsa præsidium tenet, sui ingenii decempeda metiri vellent, quæ facultas *novis Cæsareis Edictis* compressa est. Audiamus hic *Magnif. Dn. PRÆSIDEM*: Quod instrumentum P. Westphal. multis in locis obscurum sit, negari non potest, & agnovit id ipsum Serenissimus Elect. Palat. CAROLUS LUDOVICUS, perspicacissimi quondam ingenii Princeps: animad-

verterunt & alii prudentes jam pridem, obscurum & intellectu difficillimum esse Instrum. Pacis, tum propter stilum ipsum, tum quia decisionem continet variarum controversiarum superioribus seculis exortarum & agitatarum. Nisi itaque status cujuslibet controversiæ una cum rationibus utriusque partis sit cognitus, difficulter cognosci possunt, quæ de ea *in Instrum. Pacis* habentur: sed exinde non sequitur *conclusum Buckischii in suis observ. p.* 454. quod illud non sit attendendum. Nam in passu obscuro omnia media sunt adhibenda ad obscuritatem illam tollendam, in quo haud exiguam operam præstiterunt tum *Actorum Publicorum Collectores*, tum *Commentatores* ad dictum *Instrumentum.* Si autem per *interpretationem doctrinalem* (quæ ubi de voluntate paciscentium certi sumus, & ex contextu ipsius pacificationis, adhibitis illis subsidiis lucem affundentibus, dubium dilui valet, non minus in hac Lege Imperii publica & sanctione pragmatica, quam in jure privato locum invenit, per *Instrum. Pac. Art. XVII.* §. 2. eaque tam Cæsareis Procerumque Consiliariis & officialibus, quam tribunalium omnium judicibus tanquam REGULA, quam perpetuo sequantur, præscripta,) verus sensus, mens ac voluntas transigentium erui nequeat, *avthentica interpretatio Imperatori & Statibus Imperii* competens erit requirenda, sec. *Instr. Pac. art. V. §. utriusque religionis; vid. dissertat. allegat. p.* 91. 92. Non exiguum quoque pondus addunt verba *splendidissimorum Legatorum Corporis Evang.* quibus AUGUSTISSIMO IMPERATORI, modum & rationem, quam in interpretando *Instrum. Pac. Westphal.* adhibere soleant, & ab aliis pariter omnibus adhibendam esse censeant, nisi periculose aberrare à vero velint, exponunt in dem allerunterthänigsten Vorstellungs-Schreiben auf Ihro Kayserl. Majest. auf die Religions-Gravamina erfolgtes Commissions-Decret, p. 25. Europ. Staats-Cantzley Part. XXXVII. cap. 8. Num. XIII. pag. 573. sqq. Cæterum dum pacem hanc relig. per P. W. confirmatam ac declaratam normam & regulam esse dixi, secundum cujus dictata Imperator Augustissimus, ortas in rebus religionis controversias, expediat, suæque Advocatiæ Partes Ecclesiis Protest. administret, huic ipsi etiam subvenire patet *Recessum executionis Norimbergensem*, *Arctiorem modum exequendi*, *Edictum executionis Cæsareum*, quæ omnia cum in finem conventa sunt, ut conclusa Westphalica in exequutionem deducerentur, adeoque uti Rec. Imperii *de Anno* 1654. inserta sunt, ita etiam

LL.

LL. Imperii accensenda & eodem loco habenda, quo *Pacis Instrumentum. vid. Nitsch. Cap. IV. alleg. dissertat. de Instrum. Pac. Westphal.*

XV.

Ex hac vero LL. coacervatione recte conjicimus, *viam modumque* tot generum mala ab Ecclesiis laborantibus amoliendi, quod quidem praecipuum quoad nos Sacrae Advocatiae munus est, sine quo tranquille vivere inter tot vellicationes partis dominantis non licet, esse summi omnino momenti. Seligimus autem ex amplissimo hoc loco ea tantum, quae maxime ad institutum nostrum faciunt. Vel enim ipse IMPERATOR gravatis Jus praestat: vel Electorum, Principum & aliorum statuum *Legati*, amicabilem super rebus controversis compositionem inire aggrediuntur; vel culpa litium in aprico posita, *executio per gradus* suscipitur. Promisit ergo Imperator, velle se protectionem *utriusque religionis Ecclesiis* in Imperio PARI JURE, sepofito omni partium studio, id quod post Imperatorem etiam *subdelegati Judices* observare per omnia tenentur, praestare, quod verba jurata capitulationum fide irrefragabili spondent: Vid. in *Carolina* Art. I. II. XIV. XVI. XXV. & reliquas suo loco ex collatione succincta DN. PRAESID. nec moramur hic vel *Dillingenses, de Compos. Pacis, cap. VI. qu.* 31. vel *Buckischium Obs.* 115. *in* §. 39. *Art. V. Instr. P. & Obs. VII. in Art. VII. quibus ex asse satisfecit Magnif. Dn. PRAESES l. c. p.* 71. *seqq.* Altera quaestio: *Utrum, si amicabilis via ineunda sit circa graviores disceptationes*, qualibus status Imperii hoc ipso tempore se non parum implicatos sentiunt, *id per deliberationes in ipsis Comitiis instituendas, an vero deputationem Imperii arctiorem satius sit expedire?* itidem vix in Academiarum pulpitis satis commode agitatur. Nil tamen quidquam obesse videtur, audire rationes, quibus priorem modum rebus arduis rite tractandis aptiorem, alterum difficiliorem & impeditiorem esse, ostenditur. Tractatus comitiales de corpore ad corpus, uti loquuntur, scopulis & offendiculis non omnino carent: Interim omnia negotia hic intra receptum ordinem volvuntur: & si Caesareae Majestati autoritatem suam interponere placeat, EAQUE perpetuo aequissimo praesidio lances temperet, nihil est, quod alterutra pars vereri necesse habeat. Poscere videtur summa negotiorum gravitas aliquam frequentiam deliberantium: Suadet difficultas erogandorum sumtuum, qui ad comitia ablegatis sponte expenduntur. At circa deputationes

Modus tollendi mala, Ecclesias Protestantium vastantia. Imperator vel ipse gravatis jus praestat, vel Electorum, Principum, & aliorum statuum Legati amicabilem compositionem ineunt. vel Executio per Gradus suscipienda. Jus aequale Protestantibus administrandum. Disceptationes de rebus arduis Imperii tractari possunt vel in ipsis Comitiis, vel in deputationibus arctioribus; quae via

aptior & minus impedita? Panditur modus executionis, ubi processibus onerandi non sunt gravati. Quomodo in executione procedendum? an semper? etiam cum lædens non desistit à via facti, & damnum illatum est fere insanabile?

nes plures salebræ, imo vel ipsum limen spinis obsitum est. Antequam enim in unum coeant deputati, varia dubia prius excutienda sunt. Cujus sit, ex utraque parte deputatos coeligere? An directorii tum partem aliquam etiam habeant Evangelici? A quibus plenæ agendi facultatis copia pendeat? Commissariis Augustissimi Imperatoris quæ autoritas competat? Quodsi hæc expedita sint, & ad rem deveniatur, curam tamen sinistri eventus injicere possunt aliarum deputationum Imperii exempla minus secunda: obstare potest dominans in Principiis generalibus, nedum in hypothesi difformitas, cum obscuri LL. textus interpretandi sunt: Accedit intolerabilis fere temporis jactura in communicandis cum comitiis gravioris argumenti negotiis, qualia intra paucitatem valide & secure satis definiri nequeunt: Ut taceam de noxa, quam interdum nonnullorum deputatorum absentia afferre potest, quibus alios substituere, uti in Comitiis, non licet. *Sed quid, si in aperta culpa via juris tandem arripienda sit?* Modo id fiat ad coercendos gravantes, non premendos gravatos. Modus enim procedendi in causis restitutionum ex Instr. Pac. luculenter est definitus. Fieri sc. debet, non per viam ullius processus, *vid. Art. XVII. §. 8. lin. ult. Conf. Art. V. §. 14.* Sed plenæ & promtissimæ executionis sec. nudum factum possessionis in anno decretorio. *Art. V. Instr. Pac.* §. 2. 15. 25. 32. Executio vero ita se habeto, ut fiat illico, *Art. V.* §. 15. *Edict. Execut. Arct. modi exequ.* omnino absque mora & indistincte, §. 25. statim, *Art. XVI.* §. 4. 5. plenarie & pure, *Art. V.* §. 2. fine ulla exceptione, *Art. V.* §. 32. *Art. XVI.* §. 5. *Ed. exec. arct. modi exeq.* ad requisitionem restituendorum, *Art. XVI.* §. 2. à Directoribus, Cräyß-Ausschreibenden Fürsten, sive præfectis militiæ Circularis, Cräyß-Obristen, *Art XVI.* §. 2. etiam in aliis circulis, *ibid.* sive Commissariis Cæsareis, si gravati tales poscant, qui sine mora sunt indulgendi, *Art. XVI.* §. 3. hisque executio sine mora suscipienda, *Edict. exec.* §. 4. Ubi instrumentum pacis specialiter disponit, fiat ea sec. literam: in reliquis regulæ generales sunt observandæ, *Arct. mod. exeq.* sec. nudum factum possessionis, *Rec. exec.* §. 3. quodsi super eodem dubia alicujus momenti intercidant, summariissime in loco executionis dissolvantur. *Arct. mod. exeq. Recess Exec.* §. 5. manu militari, si opus sit, *Edict. Exec. Arct. mod. exeq. Rec. exec.* §. 3. deficiente Directorum, vel præfectorum militiæ circularis auxilio, gravatis suis vel aliorum armis id facere licet. *Rec. execut.* §. 3. Si neque

neque amicabilis compositionis, neque juris via restitutio post triennium obtineatur, tenentur omnes & singuli hujus transactionis consortes, junctis cum parte laesa consiliis viribusque arma sumere ad repellendam injuriam à passo moniti, *Art. XVII. §. 6. Veruntamen &c.* Ex quibus patet, publicas has LL. poscere, ut laesi gradus adhibeant, (1.) ut laedentes à via facti dehortentur, eosque admoneant, velint causam vel amicabili compositioni vel juris disceptationi submittere. (2.) si laedentes id non curent, sed laedendo pergant, executionem sec. nudum factum possessionis in anno decretorio per Directores, vel praefectos militiae circularis suscipiendam. (3.) si autem neutro horum modorum intra spatium trium annorum terminetur controversia, à transactionis consortibus junctis cum parte laesa consiliis viribusque arma sumenda. Quae justissima plane & sapientissima instituta quis non laudaret? Videntur enim gloriosissimi Pacificatores animo praecepisse constitutionibus tantos inter labores & contentiones prudentissimorum virorum excogitatis facile locum datum iri. At ubi laedens à via facti, utut monitus, etiam à SUMMA POTESTATE, non desistit, aut minimum hostiles actus suspendit, quod factum esse ab adversariis abunde constat: ubi damnum infertur, vix reparabile: Ubi exercetur *tyrannis in Ecclesias earumque ministros durissima, eos armis expellendo, carceribus, verberibus, conviciis, mulctis pecuniariis truculenter exagitando*, &c. vix credi potest, *OPTIMOS ILLOS* & *BENIGNISSIMOS PRINCIPES* postulare voluisse *ad literam patientiam trium annorum*, intra quos, si velint gravantes, nullam autoritatem veriti, etiam totos coetus extinguere & exitium insanabile inferre possunt; sed *sine ambagibus*, laboranti periculose parti ut valide subveniatur, *nullo pacto sua voluntati adversum* judicasse.

XVI.

Tangitur quaestio, an Compositionem sperare liceat circa dissidia religionum in Imperio vigentium?

Quia denique etiam, dum in hoc argumento versor, deprehendi summos Pacificatores semper spem aluisse, posse aliquando *dissidia* religionum, quae in Imperio vigent, *per amicabilem agendi modum* tolli, atque unionem obtineri, sive per concilium generale, sive nationale, aut per colloquia inter exercitatos Theologos instituenda id fiat. *Vid. Recess. Imperii de anno* 1555. *§.* 25. *de anno* 1557. §. 9. alienum quidem non foret ab hoc meo instituto, quid spei hac nostra aetate de tam difficili argumento porro fovere liceat, recen-

ſere, niſi odioſa hæc eſſent & ambiguæ valde diſceptationis, quæ in Theologorum magis ſubſelliis, quam JCtorum agitari ſolet. Equidem quid inter nos & Reformatos ab aliquo tempore unionis ſenſim ſenſimque ineundæ cauſa deliberatum ſit, & publicis libris vulgatum, novum omnino eſt, & in ſolis menſa poſitum, neque negari debet, iſta conſilia Catholicis non parum ſuſpecta videri, qui facile hinc arripere poſſent occaſionem ſtatuendi, novam religionem in Imperio eſſe enatam, quam tueri Imperator per pacem religioſam non amplius teneatur, de quo tamen aliter arbitrantur Sapientiores. Catholicos vero & Evangelicos in pacem veram & ſinceram coire poſſe quisquis ſerio aſſerere vellet, iſtum vel arcana religionis ignorare, vel præter oſtentationem ingenii, quod vitium hodie ſatis vulgare eſt, magno hiatu nihil agere voluiſſe judicandum eſſet. *Vid. Magnifici Præſidis diſſ. alleg. §§. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.*

XVII.

Concluditur voto pro Auguſtiſſimi Imperatoris & Patriæ Salute.

Id quod ergo humanis conſiliis perfici nequaquam poteſt, DEUS ſummus omnium rerum arbiter, potentia ſua infinita ſuppleat, quem proinde flexo poplite rogamus, velit ab Eccleſiis noſtris omnia mala clementer porro averruncare, res collapſas reſtituere, propitiamque AUGUSTISSIMO IMPERATORI mentem erga eas porro inſpirare, qualem quidem hactenus abunde declaravit. Auſpicata nobis eſt ſumma CAROLORUM clementia, & æquitas, quam nulla nobis tempeſtas intervertat, quæſumus. Colimus MAGNUM REGEM IN COELIS, Eccleſiæ ſuæ PRÆSIDEM & TUTOREM O. M. qui ad dextram Patris ſedet & Reges terræ judicat, quibus glorioſum eſt, ad ſcabellum pedum Ejus procumbere, & oves, quas ipſe ſanguine ſuo ſibi vindicavit, tueri. Hos inter maxime ſalvum nobis & incolumem ſervet inviĉtiſſimum CAROLUM, totius orbis imperantis PRIMARIUM SIDUS & SINGULARE omnino ORNAMENTUM, quem totum nobiſcum Imperium ob ſummas virtutes impenſe veneratur, Advocatum etiam noſtrum & Protectorem pium, religioſum, magnanimum, fortem, in cuius fide & clementia poſt DEUM tuto recumbimus. Stabiliat SUMMUM NUMEN Ejus thronum, augeatque AUGUSTISSIMAM FAMILIAM *hærede* ex propriis lumbis *maſculo*, qui avitam patriamque Majeſtatem & gloriam in-

con-

concussam ad seros posteros propaget. *Virtembergia* etiam nostra, Patria dulcissima, pace toties commendata tam felix reddita, *J. P. Art.* 4. *§.* 24. habet omnino, cur devotissimas DEO gratias agat, quod non luce tantum Evangelii collustrata est, sed & beneficio M. REGIS bona pro tuenda & ornanda Ecclesia nacta est amplissima, quorum causa multis in Germania provinciis palmam præripit. Huic DEUS servet PRINCIPES puræ religionis amantes, *Ecclesiam* incorruptæ sanctimoniæ laude florentem, *Ministros* fideles & perpetuam veritatis sine adversariis ullis possessionem.

S. D. G.

DISPUTATIO XLI.

DE ORIGINE JURIS SUFFRAGIORUM,

Aut. & Resp.
B. HORNIG, Hirschberga-Silef.

hab. D. Menf. Augufl. MDCCXXIV.

SUMMARIA.

Scripta huc pertinentia. §. I. Derivatio nominis. Synonyma. §. II. Suffragii & Suffragiorum Juris definitio. §. III. Divisiones. §. IV. Juris Suffragiorum sedes in primis Civitatum fundamentis. §. V. Jus scilicet suffragiorum cuilibet societatis membro ex naturali libertate ac spontanea conventione quaesitum. §. VI-X. Alius suffragiorum Jus acquirendi modus, multorum bonorum possessio. §. XI-XIII. Suffragiorum Juris fontes in Republica nostra Rom. Germanica. §. XIV. Aliud suffragiorum fundamentum, insignia fortium virorum merita. §. XVI. Natalium item Nobilitas. §. XVII. XVIII. Regum denique, Procerumve vel populi benefica voluntas.

Q. D. B. V.

I.

Scripta huc pertinentia.

REm exactè cognoscere gestienti, primum respicere originem & Principium cùm rei, tùm temporis, quo esse coepit, incumbit; Tempus est considerandum, ex cujus quippe genio multa sunt discenda & colligenda; Res omnis suum veneratur ortum, hinc fundamenta, ex quibus totius rei constitutio derivatur, scire praestat; His verò neglectis nulla solida rerum datur cognitio. Rectissimè ergò à Poeta felix prae-

prædicatur ille, qui potuit rerum cognoscere causas. Cum itaque mihi quædam exercitii gratia conanti, jura suffragiorum indagare, in mentem venerit, paucis hisce paginis titulum; de Origine Juris Suffragiorum, inscribere placuit. Celeberrima, quæ hac de re prostant scripta, undeque hæc addiscere licuit, sunt præcipuè: Dissertatio Cocceji, de eo, quod justum circa numerum suffragiorum; Reisseisenii sub Feltzio de Suffragiis Statuum in Comitiis Imperii universalibus; huc etiam facit Jer. Eberhard. Linckii Dissertatio de fundamento voti Comitialis. De jure suffragii usu intermisso non pereunte scripsit Dissert. Henr. Gribnerus. Item extat Michael. Lœffenii Begriff etlicher durch die Protestirende auf dem Reichs-Tage 1613. übergebener Fälle, in welchem sie nicht gestatten können, daß die majora vota den Vorzug haben sollen; Wolffgang. Paul. Burgermeisteri Dissertat. de Casibus à jure majoris partis in Comitiis S. Romano-Germanici Imperii exceptis, in Instr. Pac. Westphal. Art. V. §. 52. firmatis; Nec non sacra libertatis Anchora, sive Analysis §. in causis religionis. 52. art. V. Pac. Westph. ubi agitur de pluralitate votorum, in quibus causis non sit attendenda, speciatim de jure eundi in partes, nec non de jure singulorum, quæ exhibetur in der Europæischen Staats-Cantzley *Part. XXXVIII. c. X. lit. N. p.* 314. *seqq.* & *in Electis Jur. Publ. Tom. XIV. p.* 453. *seqq.* Ex hisce enim & multis aliis ad jus publicum spectantibus scriptis solidiora utique hauriri possunt, quam hic paucis proferuntur.

II.

Originem suffragiorum, eorumque juris principium perpendere dum placet, primum derivatio nominis à suffragando notanda occurrit; deinde varia ejus sunt Synonyma; audit enim 1. Voluntas. Ulpian. *in l. f. §. fin. ff. de Pactis.* his utitur verbis: Si vero dissentiant, tunc Prætoris partes necessariæ sunt, qui decreto suo sequetur majoris partis voluntatem. 2. Consilium sive concilium. Curt. *Lib. IV. c.* 11. scribit: Alexander legatis excedere tabernaculo jussis, quid placeret ad consilium refert. Et *eod. Lib. c.* 13. idem de Alexandro hæc refert: igitur sive dubius animi, sive ut suos experiretur, consilium adhibet, quid optimum factu esset, exquirens. Jul. Cæsar. *Lib. VI.* de Gallis recenset: de re publica nisi per concilium loqui non conceditur. 3. Consulta Patrum. Sic enim canit Prudentius:

Derivatio nominis.

Synonyma.

Si consulta Patrum subsistere conscriptorum,
Non aliter licitum prisco sub tempore, quam si
Ter centum sensisse senes legerentur in unum.

4. Benivolentia. Cic. *de Amicit. Cap. XVII.* Nec mediocre, ait, telum ad res gerendas existimare oportet benivolentiam civium, quam blanditiis & assentando colligere, turpe est. 5. Placitum vel Probatum. Plin. *lib. 6. ep.* 13. Singulis re integrâ dissentire fas est, peractâ, quod pluribus placuisset tenendum. Aristot. 4. *Polit.* 8. Hoc enim quod pluribus probatum, in omnibus reprehenditur. 6. Consensus vel assensus, ut apparet *ex l.* 17. *§.* 7. *ff. de Rec. Arbitr.* Propert. *lib.* 4. & 12. Liv. *L. I.* 32. 7. Sententia. Sen. *l.* 7. *ep.* 17. Numerandæ, inquit, sententiæ, non ponderandæ. *l.* 39. *ff. de Re Jud.* 8. Arbitrium. *l.* 17. *§.* 6. *ff. de Rec. arbitr.* 9. Judicium. Cœlius apud Cic. *l.* 8. *ep.* 8. 10. Beneficium voti & sessionis, *in Rec. Imp.* 1654. *§.* über diß 197. ut & deliberatio, Consultatio ubique invenitur.

Posthæc aliæ etiam supersunt denominationes, ut 1. Votum, *Sen. L.* 3. *controv.* 2. Filius à patre parricidii condemnatus paribus votis absolutus; & Poëta:

Mille hominum species & rerum discolor usus,
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

2. Vox. Prudent. *L. II. contra Symmachum:*

Servemus leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte silescat.

Vid. Aur. Bull. c. 7. 3. Romani Græcos imitantes primum suffragia ferebant voce, postea tabulis, & tandem lapillis & calculis nigris & albis, item creta & carbone usi sunt, *l.* 4. *C. de autorit. præst.* Plura hac de re tradit illustris Coccejus *in laudata jam dissertat. Sect. II. §.* 2. *seqq.* Germanicè dicitur: Eine Meinung, Gutdüncken. *Rec. Imp. de Anno* 1530. It. eine Stimm auf dem Reichs-Tage una cum vocabulo præposito: Sitz; quia in pleno consessu suffragia colliguntur, & postea per dictaturam communicantur.

III.

Præmissis itaque, quæ circa nomen fuerunt monenda, nunc etiam ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, rem definiendo aggredi necesse est. Prius audiamus, quid sit suffragium, & posthæc,

hæc, quid jus ſuffragiorum. Suffragium eſt ſententia Ordinum ſive membrorum Reipubl. ſuper rebus ſalutem ſocietatis concernentibus declarata; Jus vero ſuffragiorum eſt facultas, competens ordinibus vel membris Reipubl. ſententiam in Comitiis ſuper rebus ad ſalutem Rei totius ſpectantibus dicendi. Genus hujus definitionis eſt facultas, membro aut Statui ſocietatis competens, ſub qua continetur & libertas & dominium rerum juxta ac perſonarum. Grot. *Lib. I. cap. I. §. V. de Jur. Bell. & Pac.* Qui enim membrum Reipubl. eſſe cupit, eum libertate præditum à Dominio pleno vel minus pleno inſtructum eſſe oportet; ſi quidem rei univerſæ multum intereſt: Certum eſſe de fide ſociorum, & de oneribus publicis ferendis, quorum patrimonium pignoris loco habetur. Maſſilienſes olim neminem ad Magiſtratus admiſiſſe, niſi qui liberos haberet, ut his quaſi pignoribus, major eorum fides & amor in Rempubl. adſtringeretur, refert Giphan. *ex Strabone ad Ariſtot. 5. Polit. 9. in pr.* Differentia ſpecifica conſiſtit in dicenda ſuper rebus ad ſalutem totius Rei ſpectantibus ſententia. Hæc rationibus pondus habentibus reique præpoſitæ convenientibus conſtet, ex rerum circumſtantiis ritè expenſis ſit collecta, atque utilitatem ſocietatis & conſervationem intendat. Vid. *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. mehrermeltes unſers. 157.

Suffragii & Suffragiorum Juris Definitio.

IV.

Diviſionem quod concernit, jus ſuffragiorum eſt vel dependens vel independens; hoc eſt, quod vi illius libertatis naturalis quibuslibet patribusfam. ſocietatem motu ſpontaneo ineuntibus competit, vel quod membrum ſocietatis ex libertate naturali habet; illud eſt, quod per pacta atque transactiones, aliisque modis ſibi præ aliis Regni aut ſocietatis cives & Proceres acquirere ſolent, quod ſeculis noſtris in Imperio Rom. Germanico conſuetum experimur. Contrarium equidem Jac. Lampadius *de Republ. Rom. Germ. Part. III. C. III. §. VIII.* contra Paurmeiſter. *Lib. I. de Jurisd.* 3.6.& 8. nec non Schraderum *de Feud. Part. IV. C. I.* aſſerit, falsò exinde concludens: Principes in ſuis ditionibus eſſe tantum Magiſtratus; aſt verò ex proprio Lampadii principio: poteſtatem ſuffragiorum ſcilicet territorio innexam eſſe, refutat illud aſſertum Conring. in *annotatis ad hunc ipſum §.* Videri etiam poteſt *Grot. L. I. C. III.* §. 23. *n.* 3. *de Jur. Bell. & Pac.* & Becmannus *in not. ad hunc §. n. II.* Deinde hoc jus eſt vel illimitatum, vel reſtrictum. Hoc ſub ſe comprehendit tantum

Diviſiones.

certas

certas causas, in quibus sententiæ dicendæ requiruntur, & ubi secundum modum præscriptum solet pronunciari ac potius consilium dicendum; illud vero se extendit ad omnes res, super quibus deliberationes solent institui, & ubi etiam de actis Principis cognoscitur. Grot. *L. I. C. III.* §. 10. *n.* 4. Sic recenset Conring. *in Exercitat. de Germ. Imp. Civibus Thes. XXXI.* apud Germanos duo conciliorum genera fuisse, alterum commune totius populi: alterum particulare: de rebus quidem minoribus semper, interdum & majoribus, sed non nisi προβυλίας ἕνεκα quorundam ex Principum aut Primorum ordine delectorum; utrumque quotannis celebratum. Et majore quidem illo negotia regni constituta sunt in integrum annum; minore res maximæ in futuro generali conventu constituendæ sunt prætractatæ.

Notandum insuper venit ratione suffragiorum, quorum divisionem & hic addere lubet, alia esse consultativa; alia decisiva; alia virilia, alia curiata. Suffragia consultativa sunt, quæ nullam concludendi necessitatem inferunt, sed loco consilii habentur: Decisiva vero his opponuntur & necessariò facultate firmiter concludendi prædita sunt; qualia hodie Statuum Imp. Rom. Germ. vota deprehendimus: Virilia vota dicuntur, quæ pro territoriorum qualitate persona metimur, sic, ut quot capita illa ferunt, tot inde vota particularia exurgant, qualia territoria sunt, Electoratus, Ducatus, atque Principatus: Curiata è multis sunt conflata, sicque à scamnis vel curiis, à quorum numero vota quoque numerantur, & in quibus sedem habent illi, qui talia vota ferunt, ut Comites & Barones Suevici, Wetteraviæ, Franconici atque Westphalici; Prælati non principes, ut Suevici, & Rhenani, qui alternant; atque Civitates immediatæ, secundum tradita Joh. Francisci Reisseisenii *in differt. de suffragio statuum.* §. 2.

V.

Juris Suffragiorum sedes in primis Civitatum fundamentis.

Et hæc de definitione & divisione sufficiant, institutum jam est suscipiendum. Sedem juris suffragiorum investigare dum animus est, ductum rationis ad prima societatum, civitatum, Rerumpubl. & regnorum fundamenta sequi oportet. Maximus ille omnium rerum hominumque Conditor res creatas hominesque multiplicari, mutuoque sibi invicem auxilio adesse voluit; hunc in finem marem & fœminam conjunxit; ex hac arctissima vitæ mutuo pacto nixa societate

51. Chur.
53. Fulda.
55. Kempten.
57. Ellwangen.
59. Johanniter ·
Prior in Germani
bus Antecedenti
usque.
61. Murbach un
63. Berchtolsga
65. Weissenburg
67. Prunn.
69. Stablo.
71. Corvey.

Quare post ho
res suffragan

... Hohenzollern.
... Eggenberg.
85. Lobkowitz.
86. Salm.
87. Dietrichstein.
88. Nassa Hadamar u. Siegen.
89. · · Dillenburg und Dietz.
90. Auersberg.
91. Ost-Frießland.
92. Fürstenberg.
93. Schwartzenberg.
94. Lichtenstein.
96. Schwäbische Graffen.
98. Wetterauische Graffen.
99. Fränckische Graffen.
100. Westphälische Graffen.

Negari enim haud potest, quod cum ante constitutas civ... cet
paterna obtinerent imperia, cujuslibet patrisfamilias fuerit, c...
familiæ sibi subjectæ gerere; mutato vero statu, Rebusque pub...

comparet in scamno seculari ...
gatis sedem sibi vindicat, sed in sc...
mno Ecclesiastico, Austriacus, Sal...
burgensis & Burgundicus nulli ced...
Principi. VIII.

Evocatis Ecclesiasticis suffragiu...
virile habentibus, omnium reliqu...
rum suffragia Principum, posthab...
tis Prælatorum votis, ideo colligu...
tur, quia illi votis virilibus gauden...
hi vero non solum curiatim suffr...
gantur, sed & dignitate sunt inf...
riores.

De Collegio Civitatum Imper. imm...
diatarum vid. Magnif. D. Schwe...
Intr. in J.P.P.Sp. Sect.I. C. xxx. §. 1
p. 621.

95. Schwäbische Prälaten.
97. Rheinische und Fränckische Prälaten.

rerum hominumque Conditor res creatas hominesque multiplicari, mutuoque sibi invicem auxilio adesse voluit; hunc in finem marem & fœminam conjunxit; ex hac arctissima vitæ mutuo pacto nixa so-
cietate

cietate altera conjunctio parentum scilicet & liberorum, & dein familia orta est, è multis vero unitis familiis Respublica enascitur. Hanc in rem eleganter Tullius locutus est *L. I. Offic.* Nam cum, ait, hoc sit natura commune animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in conjugio est; proxima in liberis; deinde una domus, communia omnia. Id autem est principium urbis, & quasi seminarium Reipublicæ. Sequuntur fratrum conjunctiones: post consobrinorum, sobrinorumque, qui cum una domo jam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Quæ propagatio & soboles origo est rerumpublicarum.

VI.

Quemadmodum autem nexus naturalis ex mutuo consensu & libera hominum descendens inclinatione sic copulavit mortales, ut unus ab omnibus finis, salus scilicet & tranquillitas intenderetur; ita eodem quoque unanimique instinctu, necessitate suadente, communia ad hunc finem consequendum media fuerunt constituta. Non enim membra in unum quasi corpus vel propter gentis, nationis, linguæve commercium, quo homines maximè conjunguntur, *Genes. XI. v. 1. seqq.* vel propter id, quod Tullio interius dicitur, ejusdem esse civitatis, vel propter indigentiam auxilii alieni in vita humana cultiori facilius obtinendi, vel propter securitatem majorem adversus hostes ingruentes; vel tandem propter commoditatem & juris tranquillam fruitionem, coaluisse sufficiebat, sed hanc insignis multitudinis combinationem etiam conservare omnium maximè erat necessarium. Propterea rectè Cicero adfert: Multa fuerunt civitatibus inter se communia: Forum, fana, porticus, viæ, leges, jura, judicia, suffragia, consuetudines, multisque cum multis res rationesque contractæ. Ex quibus utique colligendum, jus suffragiorum, cui cætera suos debent natales, cuilibet societatis membro aut ordini ex prima illa naturali libertate ac spontanea conventione esse quæsitum.

VII.

Jus scilicet suffragiorum cuilibet socie-

Negari enim haud potest, quod cum ante constitutas civitates paterna obtinerent imperia, cujuslibet patrisfamilias fuerit, curam familiæ sibi subjectæ gerere; mutato vero statu, Rebusque publicis forma-

tatis membro ex naturali libertate ac spontanea conventione quæsitum.

formatis, in commune ut consuleretur, necesse erat. Consiliis etenim status universi aut stant, aut cadunt. Hinc Salustius ad Cæsarem scribit: *Ego ita omnia comperi regna, civitates, nationes usque eò prosperum Imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt, ubicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere, post paulo imminutæ opes, deinde ademptum Imperium, postremo servitus imposita est.* Duplex autem datur genus, summum, quod in societate obtinet, constituendi Imperium, alterum voluntarium, quod ex consensu libero populorum; alterum involuntarium, quod ex occupatione bellica profluit. Illud varias regiminis formas introduxit; vel ut sit summa potestas penes unum, quæ monarchia dicitur; vel ut sit penes concilium è civibus bonis electis constans, quæ Aristocratia audit; vel ut sit penes concilium ex universis Patribusfamiliâs collectum, & Democratia appellatur; vel ut sit penes Senatum & Populum simul, aut penes Proceres & Regem simul, quæ respublica mixta vocatur; & ex his unam sibi eligere formam liberum fuit; hoc spirat solum Imperium monarchicum, si unus solus summam teneat potestatem. Et licet pro diversitate status, varient comitia, varient suffragandi libertates, nullus tamen datur status nec unquam viguit Respublica, in qua non comitia celebrata & suffragia collecta fuissent.

VIII.

Principio rerum, gentium nationumque Imperium penes Reges fuisse, commemorat Justinus; Nimrodum primum regni initium Babylonem statuisse, antiquissimus initiorum scriptor docet Moses; urbem Romam à principio Reges habuisse, Florus, alii alios referunt; ast hos non adeo absoluta gavisos fuisse regnandi potestate, certum est. Priscos enim quod attinet Reges, quorum arbitrio populi regebantur, hi non ambitione populari, sed spectata inter bonos moderatione ad fastigium hujus majestatis provehebantur, neque hi Reges sibi Imperium, sed populis suis gloriam quærebant, contentique, cum gererent bella, victoria, Imperio abstinebant. Veteri Germaniæ Reges erant, quos Tacitus præfuisse ait, auctoritate suadendi magis, quam potestate jubendi. Nynus Rex Assyriorum omnium primus veterem & quasi avitum gentibus morem nova Imperii cupiditate mutasse dicitur. Apud Arrianum Calisthenes ait: *ὐ βίᾳ ἀλλὰ νόμῳ μακεδόνων ἄρχοντες διετέλεσαν.* Non vi, sed lege in Ma-

in Macedones Imperium obtinebant. Macedones adſueti regio Imperio, ſed in majore libertatis umbra, quam cæteræ gentes. Nam & judicia de civium capite non erant penes Regem. De Capitalibus rebus vetuſto Macedonum modo inquirebat exercitus; in pace erat vulgi; nihil poteſtas Regum valebat, niſi prius valuiſſet autoritas. *Curtius.* Semiramis cum nec immaturo tradere Imperium, nec ipſa palam tractare auderet, hac motâ causâ, quia tot tantæque gentes vix patienter uni viro, nedum fœminæ pariturae eſſent. *Juſtinus.* Romanorum Regibus ſuperbè dominantibus expulſio deſtinabantur; nimiæ Conſulum poteſtati Tribunitia poteſtas objiciebatur. Et paucos in orbe Chriſtiano eſſe Reges ac Principes, quorum poteſtatem non aliquo modo comprimat & circumcidat inita cum Ordinibus pactio, tradit Magnificus Dn. Schvvederus, mihi ſemper omni obſequii & honoris cultu devenerandus, *Introduct. in J. P. Part. Gener. C. II. §. 9. p. 21.*

IX.

Equidem haud diffitendum, quod ſicut Ariſtoteles dixit; quosdam homines naturâ eſſe ſervos, id eſt, ad ſervitutem aptos; ita & dentur populi, quibus melius conſulitur, ſi reguntur, quam ſi ipſi regant. Quod de ſe Capadoces ſenſiſſe videntur, qui oblatæ à Romanis libertati vitam ſub Rege prætulerunt; negantes vivere ſe ſine Rege poſſe. *Strabo XII.* Aſt enim vero in omnibus Rebus publicis ejusmodi ſervituti obnoxia deprehendi ingenia, vix affirmandum. Pauciſſimæ gentes jugum tyrannicæ poteſtatis ſubeunt ægrè, ſemper naturalis libertatis memores, pactorumque invicem celebratorum, præcipuè ubi regni cujusdam emicat Procerum ſplendor; addo, cum etiam haud è re ſit ſocietatis, omnia pro voluntate & libidine unius vel quorundam agi; ſiquidem moderata ſit penes quemcunque ſumma poteſtas, requiritur. Quemadmodum arcus nimium intentus rumpit, ſic etiam ſumma Poteſtas, cum nimium attrahitur, durabilis non eſt, uti contra arcus inutilis eſt, ſi laxatur, & nimium remittitur; ita & arcus ſummi Imperii parum proficuus erit, ſi nimium remittatur. Medio enim tutiſſimus ibis, verum eſt tritum illud proverbium, nec facile concordia, quâ parvæ res creſcunt, & ſalus publica tanquam firmiſſimo nititur fulcro, exterminatur, ubi regimini juſtum moderamen adhibetur. Id quod pluribus demonſtrat Conring. *de ratione ſtatus, Concl. XLIX.*

X.

Optimum vero est moderamen libera suffragandi potestas super rebus ad salutem totius Rei spectantibus & super eligendis societatum Antistitibus; id quod apud Assyrios & Persas obtinuisse tradit Justinus; apud Macedones Curtius *L.* 10. *c.* 6. *v.* 15. apud Athenienses Herodotus *L.* 6. *c.* 6. & Corn. Nep. apud Lacedæmonios Thucydides *Bell. Pelopp. Lib. I.* apud Romanos & Germanos Tacit. *c.* 11. *de morib. Germ.* & Jul. Cæsar. *c. I. de bello Gall.* Cicero *in oratione pro Cornelio Balbo* quatuor LL. Tabellarias, Gabiniam in creandis magistratibus; Cassiam in judiciis, Plin. *Lib.* 3. *ep.* 20. Papyriam in ferendis legibus; & denique Cœliam in perduellione (quippe quam Cassia exceperat) quæ fuerunt constitutæ, vi quarum non voce ut antea, sed magno cum silentio dabant suffragia, vocat principium justissimæ libertatis & tabellas has: Vindices tacitæ libertatis *in oratione agragia II. & lib. de LL.* Hæc vota etiam semper libera esse debent; testante Alexandro ab Alexandro *Lib.* 4. *Dier. Gen. c.* 11. Ne qua invidia oriretur, & quo magis libero animo vota impertirent, cautum fuit, ut non voce, sed punctis suffragarentur. Jacobus Zevecotius *in observat. Polit. ad C. Suetonii Tranquilli, Jul. Cæsar. cap.* 14. dicit: In omni Collegio summa sit oportet suffragiorum libertas, insuper allegans locum ex Sallust. ut animus in consulendo liber sit, neque delicto, neque libidini obnoxius, nec servilis alicujus sententiæ quispiam autor esse cogatur. Idem *cap.* 19. qui enim, ait, volentibus imperat, atque adeo legitimus est Princeps, non subditorum discordiis, sed unanimi potius studio & consensu se suaque defendit. Galgacus Brittannorum Dux apud Tacitum victorias Romanorum & invictam felicitatem discordibus suorum studiis adscribit; nec aliud adversus validissimas gentes pro Romanis utilius fuisse, quam quod in commune non consuluerint, probat Tacitus *hist. Lib.* 5.

XI.

Alius suffragiorum Jus acquirendi modus, multorum bonorum possessio.

Ad alium nunc progrediamur jus suffragiorum acquirendi modum, qui consistit in multorum bonorum possessione. Vix dubitandum est, quin ad jus illud stabiliendum, introductis rerum dominiis, multum attulerint ponderis amplæ facultates, splendida patrimonia, multarum rerum bonorumque firma & propria possessio ac dominium. Dum enim omni generi animantium est à natura

natura tributum, ut ſe, vitam corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videantur, omniaque, quæcunque ad vivendum ſint neceſſaria, acquirat & paret, ut paſtum, ut latibula, ut alia ejusdem generis atque per conſequens cuilibet liberum eſt, res vacuas occupare, ſuo pleno ſubjicere dominio, liberèque adminiſtrare multi hoc diteſcendi genere pellecti mirum in modum ingentes divitiarum theſauros collegerunt. Quo facto ut ſocietatibus, Rebusque Publicis maxima fuerunt addita incrementa: ita quoque hic divitiarum cumulus & ſplendor adauxit civium auctoritatem & potentiam, ut & iis, quibus ſummum delatum aut bellico auſu acquiſitum eſt imperium, hos conſilio regiminis adhibere conſultum viſum fuerit, & his præ aliis jus ſententiam dicendi publicis in deliberationibus competere dicendum ſit.

XII.

Hoc quidem facile eſt concedendum, quod tota ſocietas fundamentum in re habeat, ſed non omnes æqualiter participant; quia & facultatum poſſeſſarum & harum intuitu onerum ferendorum ratio eſt habenda; ſic qui mille poſſidet, plus contribuit ſaluti publicæ promovendæ, quam qui centum. Quare Grotius jure meritoque aſſerit; quod nulla Respublica reperiatur adeo popularis, in qua non aliqui aut valde inopes aut externi, tum vero & fœminæ & adoleſcentes à deliberationibus publicis arceantur; ſiquidem non tantum naturali æquitati, ſed & legibus romanis eſt probatum; ſententias eſſe proportione, id eſt, menſoria, æſtimandas. *l. 8. ff. de Pact. l. 14. ff. depoſiti. l. 16. ff. de reb. auct. Jud. poſſid. v. vend.* Huc etiam ſpectant exempla, quæ narrat Strabo *Lib. XIII. & XIV.* Cum Lybica & tres vicinæ urbes in unum quaſi corpus coiiſſent, conveniſſe, ut aliarum ſingula eſſent ſuffragia, Lybicæ bina, eò quod in commune hæc multo plus cæteris conferret. Et in Lycia viginti & tres, ait, fuiſſe urbes, quarum aliæ terna, aliæ bina, aliæ ſingula ferrent ſuffragia, & ad eundem modum onera tolerarent.

XIII.

Nec obſtat, ſummo ſub imperio civitatis aut ſocietatis omnes eodem & æquali jure contineri cives, ſingulosque totam conſtituere civitatem, ſecundum illud Themiſtoclis: Patriam municipes eſſe, non mœnia, civitatem non in ædificiis, ſed in civibus poſitam; ne-

que dubium movet illud: omnium civium partem sibi vindicare patriam. Multis enim instructum opibus ingens curarum circumstat caterva, quâ stipatus aggreditur negotia sua, & propria dum tractat, sedulo conamine publicæ etiam inservit utilitati. Iniquum ergo foret, si magnis & nullius momenti meritis paria honoris præmia distribuerentur. Accedit & illud, quod opulentis plus sit positum in conservanda Reipubl. incolumitate, quam parum habentibus: Hac enim pessundatâ, majus non solum cæteris sentiunt damnum, sed & ipsis cum omnibus est pereundum. Majori itaque feruntur studio in Rempublicam, ex cujus salubritate ipsorum simul pendet, ac illi, quibus patria est, ubicunque bene est. Hinc supra laudatus Zevecotius *cap.* 43. verum ego, inquit, sæpe admirari soleo, multis in locis ditissimos quosque ab oneribus excusari, pauperibus vero omnia incumbere. Certe si geometricum æquale spectandum, quod beatuli illi semper urgent, manifesta est iniquitas; honore enim præcedere debent, non immunitate. Quod apud Venetos tam curiose, addit, observatur, ut subinde Primores Reipublicæ tributis se onerent, quibus eximunt plebem.

XIV.

Suffragiorum Juris fontes in Republ. nostra Rom. German.

Clarius hæc omnia conspicimus in Republ. nostra Romano-Germanica, in quâ floret & Principum auctoritas & suffragiorum libertas. Omnes Germanici Imperii Status ac Ordines, qui sub uno continentur capite, Imperatore Augustissimo, non absolutum, sed justis limitibus circumscriptum agnoscunt Imperium, ut videre est ex Constitutionibus Imperii solennibus, putà, Aurea Bulla; Imperatorum Capitulationibus; Recessibus Imperii; Constitutionibus Pacis Prosanæ ac religiosæ; Instrumento Pacis Osnabrugo-Monaster. aliisque actis publicis; simul enim ad clavum Reipubl. sedent, & suffragiis suis decisivis res decidendas expedientes salvam præstant Rempubl. juraque Majestatica ad Comitia Imperii universalia spectantia in effectum deducunt. Vid. *Differtat. citat. Reisseisenii de suffragiis Statuum* §. *XX.* Quo tempore vero & cujus intuitu illud obtinuerunt, docet Rhenanus *lib. II.* Primum sub veteribus Francis liberæ potestatis Dux fuit in Saxonia Henricus Ottonis Pater, qui postea Germanico regno præfuit, ceu diximus. Idque eam ob causam, ut Sclavinos arceret, diligentius autem custodiuntur, quæ propria sunt. Nec hoc jus cuiquam aliorum Præsidum

fidum concessum est. At sub Saxonibus libertatem nacti sunt non solum Provinciarum gubernatores, sed & civitates ipsæ. Nam ut quæque plus bonorum, quæ ad regnum pertinebant, habuit, ita maturius & facilius ad libertatem pervenit. Qui mos ita inveterascere cœpit, præprimis cum libertas suffragandi essentialem Status characterem involvat, ut expresse legibus cautum sit, qui in numerum Statuum Imperii velit referri, atque jure dicendi sententiam in comitiis gaudere expetat, sibi de bonis immediate Imperio subjectis, dignitatis suæ conservationi suffecturis prospiciat, nec, antequam hæc adquisiverit, admitti debeat. Vid. Monzambano *de origine Imp. Germ. C. I. §. 7. & in Not. ad h. §. lit. b. & §. 8. lit. g. h. C. II. fusius de membris Imp. Germ. addit. Not.*

XV.

Hoc adeo verum est, ut etiam ipse Imperator Carolus IV. ad notitiam manifestam totius quasi orbis provocet, quando *in Aur. Bull. cap.* 7. dicit: Generaliter longè latèque est publicum & quasi per totum orbem notoriè manifestum, Illustres Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgicum *Virtute Regni & Principatuum suorum* in electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi cum cæteris Principibus Ecclesiasticis & secularibus suis Coelectoribus jus, vocem & locum habere, & una cum ipsis censeri & esse veros & legitimos Sacri Imperii Principes Electores. Sic quoque Illustribus Comiti Palatino Rheni & Duci Saxoniæ munus Provisorum S. Imperii, cum potestate judicia exercendi, ad beneficia Ecclesiastica præsentandi, recolligendi reditus & proventus, & investiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine S. Imperii recipiendi est oblatum ratione Principatus seu Comitatus Palatini privilegio. *A. B. c. V.* Neque alienum ab hoc est privilegium de non appellando, à Ferdinando III. Comiti Palatino 1652. d. 17. Jul. ratione Electoratus Palatinatus inferioris, aliarumque ditionum concessum, quod exhibet Henr. Gunth. Thülemarius *in octoviratu C. XVIII. §.* 17. Aus der Chur-Pfältzischen Hoff-Gerichts-Ordnung. Pari ratione Electoralis dignitas & Palatinatus superior ita conjunguntur, ut linea Wilhelmina f. Bavarica in masculis deficiente non solum Palatinatus Superior ad lineam Rudolphinam f. Palatinam superstitem redire, sed extincto Electoratu octavo Palatinus quoque pristinum suum

suum inter Electores locum recuperare debeat. *Instr. Pac. Westph. art. IV.* Quæ autem de Electoribus traduntur, ea etiam à Principibus reliquisve Imperii Ordinibus eodem jure gaudentibus aut quærentibus requiruntur; secundum ea, qua statuta sunt *in Rec. Imp. de anno* 1654. §. über dieses 197. ibi: Und dieses Beneficium Sessionis & voti auff Dero Erben und Successorn nicht extendirt werden soll, sie haben sich denn vorher mit ohnmittelbahren Fürstenmäßigen Reichs-Gütern versehen, und solle forthin ohne vorgehende reale Erfüllung aller nothwendiger und bestimmter requisiten, und insonderheit erstbemelter Begüterung nnd ohne der Churfürsten und Stände Vorwissen und Consens keiner Session und Stimme im Fürsten-Rath zugelassen werden. His jungi possunt, quæ habentur *in Capit. Ferdinandi IV. art.* 45. *Leopoldi, art.* 44. *Joseph. art.* 43. *Caroli VI. art.* 1. Proinde quoque Lampadio suffragii potestas videtur territorio adeo annexa, ut nonnulli pro ratione ditionum votorum pluralitate emineant. Et quæstio orta est; an sit qualitas patrimonialis, an potius dignitas personæ? Quomodo autem ad hanc quæstionem sit respondendum, docet jam laudatus Magnific. D. Schvvederus *Introduct. in J. P. Part. Spec. Sect. II. c. I.* §. 9. Et quomodo Seculares in eo ab Ecclesiasticis differant, nempe quod dignitas Electoralis non sic cum personis ipsorum emoriatur, ut extinguitur cum personis Ecclesiasticorum, sed unà cum Electoratu per successionem ad posteros transmittatur, Idem *cit. loc. cap. III.* §. 7.

XVI.

Aliud suffragiorum fundamentum, insignia fortium virorum merita.

Insignia fortium virorum merita in Rempublicam magnifacere omnibus gentibus est solemne; hinc non dubitandum, eos, quos celebrat Respubl. propter rerum gestarum magnitudinem, etiam adhibendos esse deliberationibus. Multis, inquit, Aristot. 4. *Polit.* 15. quidem præfectis opus est in societate civili. Et 4. *Polit.* 14. Tres sint partes omnium rerumpubl., de quibus quid conducat bono legum scriptori videndum, & quibus bene affectis Respubl. bene affecta sit, scilicet Magistratus, judicia & præcipue Senatus, qui teneatur consultare de bello, de pace, de fœderibus, de societatibus, de legibus & pœnis. His enim ritè ordinatis, floret Respubl., florent artes, mercatura & negotiationes, florent artificia & opificia, floret agricultura, viget floretque salus publica. Multum ergo Prærogativæ illis

lis tribuendum, quorum fides in Societatem conspicua, & in consiliis dandis dexteritas coruscat. Quem in finem ipse Imperator Justinianus cupidam legum juventutem ita adhortatur: Summa itaque ope, & alacri studio has Leges nostras accipite: & vosmetipsos sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima voveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernari. Macedoniæ Rex Philippus omnium civitatum legatos ad formandum rerum præsentium statum evocari Corinthum jubet, ibi pacis legem universæ Græciæ pro meritis singularum civitatum statuit, conciliumque omnium veluti unum Senatum ex omnibus legit, judices rectoresque civitati Thebanorum dedit. Alexander moribundus interrogatus, cui relinqueret regnum, respondit: Ei qui esset optimus. Cyrus Sybarem cœptorum socium & comitem in omnibus rebus Persis non præposuisset, nisi omnia pro fide experiri paratus fuisset. Nec ulla unquam extitit societas aut regnum, in quo non genere solum, sed ex meritis maximi floruere viri, quorum exemplorum series paginæ non capiunt.

XVII.

Maxima etiam veteribus præcipue nobilitatis ex natalibus ortum trahentis fuit veneratio, quam & omnibus Seculis apud gentes ad nostra usque tempora observatam experimur. Quibus inde ex atavo nobili stemmate edi contigit, neque occasio meritorum perpetrandorum deficit, neque via ad publica negotia gerenda præcluditur; et si Virtus nobilitatem à parentibus profectam illustrat, optima quæque ex hac indole Respubl. speranda habet. Clari è Sidonibus juvenes Hephæstioni hospites & macti virtute negaverunt, quemquam patrio more in id fastigium recipi videlicet regium, nisi regia stirpe ortum; apud Medos paterna maternave nobilitate conspicui Regum arcanorum participes atque ministri erant; apud Persas septem optimates & regni Principes de Rege eligendo suffragia ferebant. E nobilitate Reges sumere germanos, dicit Tacitus. Et qui ex Principibus se Ducem fore dixit, illum sequuntur, qui & hominem & causam probant, & ab multitudine collaudantur; apud Gallos ex Druidibus unus, qui excellit dignitate, ut præsit, aut si plures sunt pares, suffragio Druidum adlegitur; ex equitibus ii plurimos circum se ambactos clientesque habent, qui genere & copiis sunt amplissimi. Jul. Cæsar. *Lib. VI. de Bell. Gall.*

Natalium item Nobilitas.

XVIII.

Qui hodie Hispanis, Gallis, Anglis, Danis, Suecis, Polonis, Germanis aliisque populis proprii sunt conventus, ad hos maxima ex parte nonnisi principali dignitate pollentes & nobiles ordines confluere consuetum est. Notandum vero est, sicut varius est status; ita & non ubique ejusdem auctoritatis sunt comitia. In regnis liberis vel dicis tantum gratia convocantur ordines, vel ut sint loco consilii; longè autem alia ratio est in Imperio Romano-Germanico, ubi negotia peragenda comitiali liberove omnium Imperii Statuum suffragio & consensu decernuntur. Quibus in comitiis non alii admittuntur, nisi principali gloria pollentes, aut huic proximi, & quibus merita sunt erga Imperium tanti honoris digna, secundum *Rec. Imp. de anno* 1654. §. 197. Hinc tria in Comitiis solemnia Electorum, Principum ac Civitatum immediatarum collegia orta, quæ accuratè descripsit, ortumque eorum explicuit sæpius laudatus Magnif. Dn. Schvved. *Introd. in J. P. Part. Spec. Sect. I. cap. XXX.* §. 11. *seqq. & Sect. II. c. II.* §. 3. *Cap. VII. & IX. fusius.* Haud rejiciendum esse hunc morem, tradit Aristot. 5. *Polit.* 1. verissimè juxta Conringium statuens; Aristocratiam perfectè optimam omnium, minimè obnoxiam esse mutationibus, cujus rei cardo in hoc præcipuè vertitur, quod virorum bonorum virtuti tanquam firmissimo nitatur fundamento, neque eos negligendos & à Magistratu capessendo excludendos esse; quippe, licet natura ipsorum virtuosa & generosa ab omni seditione plane abhorreat, ut nunquam id facere sustineat, meritissimo tamen jure eos interdum turbas ciere posse.

XIX.

Regum denique, Procerumve vel populi benefica voluntas.

Quousque pertingat Regum, Procerum vel populi liberalitas, & quantum possit, ex quolibet regnorum ac societatum statu constitutioneque discendum est. Hoc in genere verum est, penes quos summa est potestas, penes illos etiam est, ex libera & benefica voluntate civibus distribuere præmia, illosque honorum ac dignitatum gradibus condecorare, nec non ad concilia convocare. Quæ enim requisita honori oblato congrua desunt, voluntate summæ potestatis vel remissa vel completa censentur. Hujus autem liberalitatis causæ sunt variæ, ut sanguinis conjunctio, affinitas, vitæ consuetudo, quandoque adulatio, rationesque aliæ, quibus vel utilitas, vel autoritas, vel potentia stabilitur, aut major fides conciliatur. Tandem hoc

hoc naturale eſt, quod quisque ampliare fortunam & dignitatem cupiat, & quò quis majoribus eſt inſtructus facultatibus, eò alacriori conamine illud efficere tentat; & poſtquam omnia venalia eſſe cœperunt, quid mirum, quod vix ullus etiam hodie multis in locis bonus muneribus obeundis par eſſe credatur, quem larga manus & divitiæ non commendant. Quemadmodum enim priſcis temporibus in Germania ejusmodi ſtatus vigebat, quo Ducum Comitumque poteſtas temporalis & miniſtra erat, partim vi, partim emtione, partim profuſa Regum liberalitate mutata, ita, ut jam Duces provinciis præſint, non ut gubernatores, ſed penè ut Reges, collatis in eos iis juribus, quæ ſolius olim Imperii erant atque Imperatoris: ita & eodem modo ſuffragandi jure potiti ſunt. Fridericus IV. aliis VI. ex vetuſta Comitum Hohenzollerenſium prognatus familia, Electoratum Marchiam ſc. Brandenburgenſem cum annexa electorali dignitate ac munere à Sigismundo Imperatore ſimulque Electore Brandenburgico quatercentis aureorum millibus ſub lege retrovendendi, ſi filius Imperatori naſceretur, accepit. Quod fuſius declarat, exemplisve probat rebus Germanicis ſtudioſiſſimus & celeberrimus Conringius *Exercit. de Ducibus & Comitibus.* Thülemarius *in Octoviratu Cap. VI. §.* 18. Magnificus D. Schvvederus *Introd. J. P. Part. Spec. Sect. II. c. IV. V. ſeqq.* Et his finem huic exercitio impono; additis petitis: Quæ minus comptè ac congruè ſcripta, imbecillitati ingenii B. L. det, quæ planè deficiunt, largo ſuo judicio ſuppleat, me meaque ſtudia ſibi commendata habeat.

SOLI DEO vero GLORIA.

DISPVTATIO XLII.

DE APPROPRIATIONE FEVDI,

hab. ad d. 20. Septembr. MDCCXXIV.

RESPONDENTE

JOHANN. BERNHARD. BRODHAG,
Tubingensi.

SVMMARIA.

CAPVT I.

Præliminaria exhibens & tàm modos feudum constituendi ac acquirendi, quàm modos extinguendi sistens.

C*Erti modi, feudum constituendi & acquirendi; certi item, idem extinguendi.* §. *I. Constituitur feudum mortis causa, per testamentum vel aliam ult. voluntatem;* §. *II. Inter vivos, vel contractu;* §. *III. IV. vel nuda conventione.* §. *V. Modi acquirendi feudum: Investitura, præscriptio, successio. An quartus: Judicis sententia?* §. *VI. Modi feudum amittendi vel finiendi, vel ob culpam, felonia; vel citra culpam,* §. *VII.* 1. *Interitu rei.* §. *VIII.* 2. *Religionis ingressu.* §. *IX.* 3. *Refutatione.* §. *X.* 4. *Consolidatione.* §. *XI. - XIV.* 5. *Appropriatione,* Lehens-Vererbung. §. *XV.*

CAPVT

CAPVT II.
DE APPROPRIATIONE FEVDI.

D*Efinitio.* §. *I.* *An & feudi oblati constitutio recte vocetur Appropriatio? Neg.* §. *II.* *Appropriatio fit à Domino feudi directo.* §. *III.* *sine distinctione, an Majestate vel Superioritate territoriali gaudeat, nec ne?* §. *IV.* *Notata quadam specialia de Dominis directis Ecclesiasticis: Romano Pontifice,* §. *V.* *Archi-Episcopis, Episcopis, &c.* §. *VI.* *Secularibus: Imperatore,* §. *VII.* *Electoribus, Archi-Ducibus, Ducibus, &c.* §. *VIII.* *In feudo tamen antiquo appropriando agnatorum consensu opus.* §. *IX.* *Appropriationis Objectum: Feuda quavis.* §. *X. XI.* *Appropriationis forma;* §. *XII.* *Requiritur, 1. ut Dominus Vasallo cedat directum suum dominium.* §. *XIII.* *2. mutuo consensu Domini feudi,* §. *XIV.* *3. & Vasalli.* §. *XV.* *Agnatorum item in feudo antiquo.* §. *XVI.* *nec non, simultanee investitorum.* §. *XVII.* *An & ejus, qui expectativam habet?* §. *XVIII.* *4. mediante conventione vel contractu dominii transferendi habili.* §. *XIX.* *Appropriationis effectus.* §. *XX.*

CAPVT III.
De
Reviviscente, facta Appropriatione, Rei hactenus feudalis qualitate allodiali. &c.

F*Eudalis qualitas extinguitur, & allodialis reducitur.* §. *I.* *An & tributis collectisque obnoxia fiant prædia ejusmodi hactenus feudalia appropriatione in allodialia mutata?* §. *II.* R. *Affirm. ubi scilicet de immunitate nil expresse cautum fuerit, uti factum à Potentiss. Boruss. Rege in Assecuratione Nobilibus Marchia Brandenb. data.* §. *III.* *Firmatur Decisio.* §. *IV.* *Regula: omnia bona allodialia, tam nobilium, quam plebejorum, regulariter tributis & oneribus esse obnoxia.* §. *V. VII.* *Exceptiones.* 1. §. *VIII. IX.* 2. §. *X.* 3. §. *XI.* *Exceptionum limitatio.* §. *XII.* *Exemplum appropriationis feudi cujusdam à Duce Wurtemb. Joh. Frid. facta.*

CAPUT I.

Præliminaria exhibens & tàm modos feudum constituendi ac acquirendi, quàm modos extinguendi sistens.

I.

Certi modi, feudum constituendi & acquirendi; certi item, idem extinguendi.

ICtus Ulp: Nihil tàm naturale esse, dicit, quàm quidvis eo modo dissolvi, quo colligatum est, in *l. 35. ff. de R. J.* Uti ergò certi sunt modi, quibus feuda constituuntur & acquiruntur; ita è contra certi etiam sunt modi, quibus eadem finiuntur & amittuntur. Modos constituendi & acquirendi feuda non differre, volunt Rosenth. *cap. 6. concl.* 1. Bocer. *de Invest. c. 2. n. 21. 22.* Struv. *c. 7. aph.* 11. aliique allegati à B. Antecessore Mauritio *dec. 7. posit.* 1. Sed verius est, differre, accuratè loquendo, ut sentiunt Vultej. *l. 1. c. 7. n. 1.* Gothofr. Anton. *D. F. 4. th. 1.* Carpz. *D. F. 5. th. 1. seq.* Finckelth. *D. 6. th. 1.* Ludvvell. *c. 7. p. 131.* Schvvendendörff. *ad J. Ritteri Lucubr. Jur. Feud. Ex. 8. c. 7. §. 1.* quamvis non negandum, fieri quandoque posse, ut modus constituendi & acquirendi in eodem negotio uno eodemque actu absolvatur, ut rectè advertit Ludvvell. *d. c. 7.* Atque constitutionem & acquisitionem aliquando simul esse & coincidere, Casparo Bitschio omninò concedendum, ita tamen, ut naturâ constitutio acquisitione prior sit, ab eaque differat, quod & totidem verbis ipse fatetur, ad tx. *2. F. 24.* quoniam constitutio est procreatrix novæ formæ feudalis, acquisitio est constitutæ formæ propagatio.

II.

Constituitur feudum mortis causâ, per testamentum vel aliam ult. voluntatem;

Constituitur autem feudum vel *mortis causa*, vel *inter vivos*. *Mortis causa*, per testamentum vel aliam ultimam voluntatem, puta, si quis moriturus certam rem feudi jure tenendam legaverit, aut hæredem in eâ instituerit; Vultej. *d. c. 7. n. 15.* Wesenb. *c. 6. n. 6.* quod frustra fieri posse negant Hottomann. *Disp. Feud. c. 34.* Giphan. *de feud. c. 8. n. 3.* uti ostendit Ludvvell. *cit. c. 7. pag. 132.* *Inter vivos* constituitur vel contractu, vel nuda conventione.

III. Con-

III.

Contractum quod attinet, 1.) alii ipsum feudum contractum esse existimant, & hinc illud per contractum definiunt, 2. *F.* 87. quorum opinionem refellit Ludvvell. *in Synopsi c.* 2. *p.* 25. *n.* 7. quia diversa utique sunt feudum & contractus, per quem Feudum remote constituitur. Alii quidem 2.) separant à Feudo contractum, sed de hoc diversimode sentiunt. Nonnulli enim specialem quendam ab omnibus aliis Juris Gentium & Civilis contractibus distinctum contractum feudalem effingunt. vid. Wesenb. *de feud. c.* 1. *num.* 5. Struv. *c.* 2. *aph.* 3. *n.* 5. & *cap.* 8. *aph.* 3. & 4. quem propriam suam habere naturam, neminem ambigere scribit Gudelinus *de feud. p.* 2. *c.* 4. *n.* 1. eumque cum investiturâ convenire, vel eundem cum illâ esse judicant L. Sylvanus *de recognit. feudor. q.* 2. *n.* 1. Jerem. Setser. *Disp. Feud.* 1. *th.* 8. *b.* Ipsum ab eâ distinguit Wesenb. *c.* 1. *num.* 5. ad investituram, quâ ex mente ejus feudum constituitur, illum pertinere asserit Struv. *d. l.* Atque de hoc contractu, qualis sit, an nominatus, vel innominatus? an bonæ fidei, vel stricti juris? variis animorum motibus disceptant illum statuentes autores; Nominatum enim esse dicunt præter veteres Setserus *D. F.* 1. *th.* 8. *b.* Arum. *D. F.* 1. *th.* 33. Schrader. *p.* 2. *c.* 2. *n.* 3. Gothofr. Ant. *D. F.* 4. *th.* 2. Struv. *d. l.* Contra innominatum esse asserunt Rosenth. *c.* 1. *concl.* 4. *lit. f.* Bocer. *de Invest.* B. F. esse statuunt Oldendorp. *in class. de action. benefic.* Niellius *D. F.* 4. *th.* 2. Struv. *cap.* 8. *th.* 4. *n.* 2. Contrà v. stricti juris est Schradero *d. p.* 2. *c.* 2. *n.* 4. Rosenthalio *c.* 1. *concl.* 5. Vult. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 56. Setsero *D. F.* 1. *th.* 8. *lit. a.*

Inter vivos, vel contractu;

IV.

Nos cum Ludvvello *c.* 7. Contractum aliquem peculiarem feudalem ab aliis contractibus & negotiis distinctum haud novimus, nec agnoscimus, neque etiam investituram contractum esse arbitramur, non enim contractuum substantia in eo consistit, ut per eos dominium & jura realia nobis acquirantur, sed ut alius ad dandum vel faciendum vel ad aliquid præstandum obstringatur. *l.* 3. *ff. de O. & A. l.* 20. *C. de pact.* Per investituram autem passim feudum acquiri dicitur. 2. *F.* 1. *in fin.* 2. *F.* 11. 33. Et peractâ investiturâ dicitur vasallus hanc habere potestatem, ut possit feudum à quovis posses-

fore

ſore vindicare, 2 *F.* 8. §. *rei autem.* magisque traditionis quam contractus ſpeciem habet. Et quamvis vaſallo competat actio perſonalis, quæ obligationem & conventionem arguit & præſupponit, *ſ.* 1. *I. d. Act.* Attamen inde non ſequitur, inveſtituram contractum eſſe, quia ea non ex inveſtiturâ, ſed ex conventione vel contractu, qui inveſtituram præcedit, & per quem feudum remotè conſtitutum, competit. Sicut nec ex eo ſequitur, quod inveſtituræ varia adiji hinc inde dicantur pacta, quod itidem contractum præſupponere videtur, cum conſtet, non tantum contractibus, ſed aliis etiam actibus pacta adjici, veluti traditioni, *l.* 48. *ff. d. pact. l.* 10. *C. eod.* emancipationi, *ſ. fin. de leg. agn. ſucc.* Dein pacta non tam inveſtituræ, quam præcedenti conventioni adjiciuntur. Conſentit Hunn. *de feud. c.* 11. *p.* 233. Carpzov. *D. F.* 6. *th.* 22. Finckelthus. *D. F.* 7. *c.* 5. Suev. *Ex. F.* 7. *aſſ.* 2. Ludvv. *c.* 8. *p.* 139. *ſq.* Sed cum modo laudato Ludvvello *c.* 7. Feudum quovis contractu ad dominium transferendum habili, v. g. emtione venditione, permutatione, ſtipulutione pro arbitrio contrahentium remotè conſtitui poſſe exiſtimamus. 1. *F.* 20. 24. 2. *F.* 25. Non obſtante eo, quod v. g. emtio venditio haud faciat feudum, ſed inſuper fides vaſallitica requiratur, ad quam ſe obligat accipiens per contractum feudalem, nam adjectio fidei non eſt contraria emtioni venditioni, ideoque illam in alium contractum, quem feudalem vocant, non transmutat. Inſtas, Emphitevſin eſſe ſpecialem contractum, *ſ.* 3. *I. d. locat. conduct.* ℞. hoc eſſe non tam ex negotii natura, quam ex ſpeciali conſtitutione Imperatoris, quæ noſtro caſu deficit, nec inveſtitura nomine contractus feudalis venire poteſt, ſed eſt potius ſolennis traditio, per quam feudum proxime conſtituitur ac acquiritur.

V.

vel nuda conventione.

Nudâ conventione conſtituitur Feudum, quando ſine ſtipulatione aliovè contractu inter duos convenit, ut unus rem immobilem alteri utendam fruendam concedat, isque viciſſim pro hoc beneficio ad fidelitatem ac ſervitia obſtrictus ſit. 2. *F.* 23. vid. Ludvvell. *d. l.*

VI.

Modi acquirendi

Modi acquirendi verò feudum tres communiter conſtituuntur, nempe Inveſtitura, præſcriptio, & ſucceſſio. vid. Ludvvell. *d. c.* 7. *pag.* 136.

pag. 136. Quibus ab aliis malè accensetur Judicis sententia, quâ rem feudalem pronuntiat, sicut enim per sententiam Judicis servitus non constituitur & acquiritur, sed tantùm declaratur, *l.* 8. *§.* 4. *ff. si serv. vind.* ità nec feudum per illam constituitur & acquiritur, præsupponit enim sententia judicis constitutionem factam, eamque sufficienter probatam. Schrader. *p.* 5. *q.* 5. *n.* 13.

feudum: Investitura præscriptio, successio. An quartus: Judicis sententia?

VII.

Uti vero certi sunt modi feudum constituendi & acquirendi, sic è contra quoque sunt certi modi feudum amittendi vel finiendi, ac obligationem, quæ est inter dominum & vasallum, extinguendi, qui certam suam in J. F. habent determinationem. Amittitur autem & extinguitur feudum vel ob vasalli culpam vel sine eâ. Culpa, quâ Vasallus feudum amittit, Felonia dicitur, quæ est delictum feudale, quo Vasallus Dominum (aut Dominus Vasallum) dolo vel latâ culpâ (*v.* 2. *F.* 24. §. 2. 1. *F.* 7.) contra datam fidem, secundum tenorem Juris Feudalis debitam lædit, 2. *F.* 26. *§. Domino.* 2. *F.* 47. ac perpetratur vel committendo, vel omittendo, de quâ extat erudita Disput. B. Dn. D. Gravii. Citra culpam Vasallus feudum amittit, illudque extinguitur 1.) Interitu rei in feudum concessæ. 2.) Religionis ingressu. 3.) Refutatione. 4.) Consolidatione. 5.) Appropriatione.

Modi feudum amittendi, vel ob culpam, felonia; vel citra culpam,

VIII.

1. Interitu rei.

Primus modus est totalis ac fatalis Interitus rei in feudum concessæ, ut si res feudalis incendio, chasmate, terræ motu planè perierit, vel inundatione, quæ ipsam fundi faciem commutat, sive tanto tempore durat, quo proprietas ipsa alias præscriptione acquireretur, obruta maneat, *l.* 23. *ff. quib. mod. usufr. amitt.* Cum enim feudum sit jus in re, utile scil. dominium; non potest non jus istud re non amplius existente exspirare, & adjunctam qualitatem rei subjectæ, re peremtâ, etiam corruere necesse est, *arg. l.* 8. *ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. pen. §.* 1. *&* 2. *C. de Usufr. l.* 129. *§.* 1. *& l.* 178. *ff. de R. J.* Ubi nec ea, quæ sequitur, cum principalis causa non subsistat, consistere dicitur. *arg. pr. J. de Usufr.* Utili autem interemto dominio, necessario etiam tollitur obligatio feudalis, & maxime ea, quæ respicit servitia feudalia, quæ pro quantitate fructuum ex feudo percipiendorum moderari debent, 2. *f.* 77. Si enim, quando

feudum fuit diminutum per *d. t.* ſtatim etiam diminuuntur ſervitia indeterminata ſcil. per conſeq. feudi peremtione totali tota obligatio feudalis corruere debet: Et ſicut ab initio non poteſt conſtitui feudum ex hac ſolâ ratione, quia res ad recipiendam qualitatem feudalem habilis deficit, per *t.* 2. *f.* 3. ex. gr. res quæ alienari non poterat, ſic multo magis re ex poſtfacto deſinente, qualitatem iſtam etiam in totum deſinere, ipſa feudi indoles ſatis probat; ſecus vero ſe res habet, quando feudum caſu fortuito decrementum aliquod particulare ſaltem patitur, tunc enim modicum damnum non curatur, hinc ſi, fundo in feudum dato, villa perierit, feudum non deſinit, nec obligatio feudalis extinguitur, & ædibus feudalibus exuſtis vel collapſis, feudum in areâ adhuc permanet, *arg. l.* 16. *§.* 2. *l.* 29. §. 2. *de pign. & hyp. l.* 21. *ff. de pignor. act.* quâ in parte differt uſusfructus feudalis à civili, qui in areâ non ſubſiſtit, *§.* 3. *J. de Uſufr. l.* 10. *§.* 1. *quib. mod. uſusfr. amitt.* Bocer. *de mod. feud. amitt. n.* 53. *ſeqq.*

IX.

2. Religionis Ingreſſu.

Secundò diximus amitti vel extingui feudum Religionis Ingreſſu, ſi nempe Vaſallus fiat Clericus vel Monachus, quod enim tunc Jure Feudali Longobardico Feudum amittatur, dubitare nos non ſinunt tx. 2. *F.* 21. 2. *F.* 26. *§. qui clericus.* 2. *F.* 30. 36. 109. cum ad ſervitia præſtanda ipſe ſe inhabilem reddat. Quid verò hodiè obtineat, exponit Struv. *c.* 9. *th.* 9. *in med.* Carpzov. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 1. *ſeq.* in ſpecie notat, quid in Saxoniâ obtineat. Num autem Equites Ordinis Teutonici, vel Johannitici, ſimiliumque Ordinum facti feuda paterna retinere, & in iis ſuccedere poſſint, ambigua eſt quæſtio, quam affirmant Rittershuſ. *l.* 1. *c.* 15. *q.* 24. Ludvvell. *c.* 9. *p.* 203. Negant vero Carpzov. *D.* 5. *th.* 65. Finckelthuſ. *D.* 6. *th.* 16. Nos totum hoc dijudicandum eſſe dicimus ex variis Ordinum Legibus & Conſtitutionibus, quæ ſi non ſint obſtaculo, quo minus ea præſtare poſſint Domino, quæ in Juramento Fidelitatis continentur, admittendos ad ſucceſſionem in paternis ſuis feudis, ſi verò tam duris devincti ſint legibus, ut ea, quæ à Vaſallo juramentum fidelitatis exigit, præſtare nequeant, removendos exiſtimamus cum H. Piſtoris *q.* 33. Berlich. *p.* 3. *concl.* 39. *n.* 50. Struv. *c.* 9. *th.* 9. Carpzov. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 2. in Curia noſtra Würtembergica ſervatur negativa.

X.

3. Refutatione.

Tertius modus amittendi & extinguendi feudum eſt Refutatio feudi à Vaſallo Domino facta, die Aufkündigung oder Auflaſſung des

des Lehens, ad quam, ut subsistat, *num consensu Domini opus sit, an verò Domino invito quoque feudum refutare Vasallo liceat*? In utramque partem acerrimè agitata quæstio est: Quamvis autem refutationem sine Domini consensu fieri non posse, nec factam sine eo valere existiment Everh. *in Top. legal. loco à feudo ad Emphyt. n.* 15. Jul. Clarus §. *feudum. q.* 34. *n.*7. aliique: partim primò: quia feudum sit contractus ultrò citroque obligatorius, 2. *F.* 87. qui ex unius voluntate non dependeat, unde alterâ parte invitâ ab eo resilire non liceat, *per l.* 5. *C. de O. & A. l.* 5. §. 1. *ff. mand. l.* 17. §. 3. *ff. commod.* secundò, propter text. generalem 2. *F.* 55. ibi: *vel quocunque modo distrahere & alienare.* partim tertiò, quia Dominus & Vasallus ad paria judicentur, 2. *F.* 6. Uti ergo Dominus Vasallum invitum feudo privare nequit, 1. *F.* 21. ita contrà Vasallus Domino absque illius consensu feudum non refutare posse videtur. Attamen contrarium omnino verius esse censemus, liberam Vasallo competere facultatem, Feudum Domino invito refutandi: tum per *text. express.* 2. *F.* 14. 38. 39. 44. 49. modo non fiat intempestivè, Domino scil. in procinctu jam existente, & hoste ipsi imminente, nec aliis idoneis militibus vel servitiis se instruere valente, sic enim Dominum sequi in bellum tenebitur; Vult. *c.* 10. *n.* 76. aut juri refutandi non expresse renunciaverit: tum quia quilibet potest beneficio & favori suo renunciare, *l.* 51. *C. de Episc. & Cleric. l. pen. C. de pact.* tum tertiò, quia usufructuario omnino jus suum refutare licet, *l.* 48. *l.* 64. *l.* 65. *ff. de usufr.* tum denique quartò, quod Vasallus Domino propter rem tantum sive prædium feudale obligatus sit, re itaque reddita & cessantibus commodis feudalibus, cessat quoque obligatio eapropter facta. Nec obstant rationes dubitandi. Ad primum enim resp. disting. inter contractum, quo mediante feudum remotè constitutum & jus in re exinde, tanquam ex titulo sive causa accedente traditione quæsitum. Hoc omnino refutari potest æquè, ut ususfructus & alia jura in re, quæ perinde ut feudum ex contractu aliquo dominii translativo quæsita sunt, arg. *d. l.* 65. *ff. de usufr.* accedit, quod hæc pœnitentia Domino non noceat, cum ita dominium ipsius directum cum utili Vasalli consolidetur; Præterea in *d. l.* 5. *C. de O. & A.* continetur regula, à qua certi contractus excipiuntur, à quibus etiam invitâ alterâ parte recedere licet, ut mandatum, §. 9. 11. *Inst. Mand.* Societas *per* §. 4. *I. d. societ.* quo etiam referas contractum, quo feudum constituitur, licet enim feudum sit regulariter perpetuum, 2. *F.* 23. *in f.* nihilominus ab initio

Concessionis feudis inest tacitè conditio reservatæ potestatis feudum Domino refutandi: Ad 2. rat. dub. ℞. id fallere, quando textus expressus generalitatem restringit, ut fit in *tx. 2. F. 14. 38.* ut taceamus refutationem propriè non esse alienationem, Rosenthal. *c. 9. concl.* 50. Ad 3. rat. dub. Resp. à diversis malè fieri illationem, aliud enim est refutare, sive jus suum spontè dimittere, aliud Vasallum sine culpa jure suo privare: Illud nihil iniqui alit, vel continet, hoc foret iniquissimum. Et poterit quidem Vasallus Domino liberè feudum novum refutare, etiam absque consensu liberorum aut agnatorum, adeo, ut nec vivo nec mortuo Vasallo, vel filii vel agnati repetere possint, antiquum autem nonnisi cum consensu agnatorum, ad hoc, ut etiam post mortem refutantis vires habeat refutatio, & agnatis alioqui successuris præjudicet, 2. *F.* 39. Rittershus. *l. 2. c. 2. q. 24.* Obrecht. *de feud. L. 3. c. 11. n. 32. seqq.* Fit quandoque refutatio etiam alicui ex agnatis, quandoque etiam extraneo, quæ impropria. Propria enim est, quæ fit Domino, per quam feudum planè extinguitur, per illam feudum non desinit, sed in alios derivatur, sicque est causa & occasio successionis; De cætero totam refutationis materiam latè pertractatam videsis peculiari Disput. à Joh. Tesmaro, Joh. Ott. Tabore, item à Jos. de Amicangelo *quæst. feudal. 6. 7. & 8.*

XI.

4. Consolidatione.

Quartus modus est Consolidatio, quæ in genere est proprietatis & ususfructus, vel dominii directi & utilis, quæ hactenus separata fuerunt, ad se invicem reversio, contingitque hic in specie, quando dominium utile ad Dominum feudi redit, vel dominium directum ad Vasallum pervenit. Quod fit primo vel præscriptione, vel secundo morte Vasalli sine hæredibus feudi capacibus defuncti, seu obitu Vasalli, non relictis personis, quæ juxta legem investituræ succedere possint; quandoque etiam morte Domini feudi sine hæredibus decedentis. Diximus consolidari sive conjungi dominium directum cum utili, præscriptione privativâ, nempe ut vocatur à Schvvendendoerffero *ad Ritteri Lucubrat. jur. Feudal. Exerc.* 10. §. 22. qua qualitas feudalis tollitur, & libertas allodialis acquiritur, Verjährung, die das gemachte Lehen aufhebet, obtinens vel à parte Vasalli, vel à parte Domini, ut videre est ap. Stryck. *c. XI. q.* 17. & 20.

XII.

Est enim præscriptio privata, cui opponitur constitutiva, qua feudi qualitas in re allodiali constituitur & acquiritur, die aufrichtende Ver-

Verjährung, so ein Lehen macht, quæque 1.) à parte Vasalli fit & adimpletur, quando quis rem alienam ut feudalem per 30. annos possedit, & Domino illius servitia feudalia exhibuit, tum enim jus feudi in illa acquisivit per tx. *2. F. 26. §. si quis per triginta annos.* 2.) à parte Domini fit, quâ is dominium directum in re alterius præscriptione acquirit, ita ut is, cujus res hactenus pleno jure fuit, jam ejus intuitu fiat Vasallus, dominium directum præscribentis, ad exemplum constitutivæ duplicis quoque generis, hæc enim procedit pariter 1.) vel à parte Vasalli, vel 2.) à parte Domini, ut videre est apud Stryck. *Exam. Jur. Feudal. C. XI. Q. 17. & 20.* Prima est, quando Vasallus directum feudi dominium præscribit, altera verò est, quando Dominus utile dominium contra Vasallum præscribit. Ut autem prima illa species rectè procedat, requiritur, ut feudum quasi allodium Vasallus sciente & patiente Domino per 30. annos bona fide possederit, *arg. l. 1. & 2. C. de longi temp. præscript. quæ pro libert. & non advers. libert. oppon. l. f. C. de his, qui à non dom. man.* ubi libertas servi, si mala fides non obstat, præscribitur, quidni ergò & rei libertas præscribetur? Ludvvell. *cap.* 8. *pag.* 177. Rosenthal. *c. 6. concl.* 82. *n.* 15. Finckelthus. *Disp.* 8. *contr.* 11. Bona fides verò ita poterit adesse, si ex. gr. Vasallus documenta invenerit, ex quibus colligat, rem esse allodialem, & antecessores ut talem possedisse, si hæres existimans rem fuisse defuncti pleno jure propriam, eamque ut talem apprehenderit, si falsus procurator, quem justas ob rationes verum putavit, fidem vasalliticam remiserit, Carpz. *l.* 1. ℞. 84. Citra tale autem factum, quo Vasallus possessionem Domini b. f. interverterit, ac in possessionem libertatis venerit, v. g. denegando Domino ad illius interpellationem fidem ac servitia, quibus indigebat, vel se Vasallum ejus esse b. f. negando, ac Domino 30. annos ad id tacente & acquiescente, ipse Vasallus præscriptionem dominii directi contra Dominum inchoare non potest, cum nemo causam possessionis solo animo sibi mutare valeat, per *l.* 13. §. 19. *& l.* 19. §. 1. *ff. de acq. vel am. poss.* Ludvvell. *c.* 8. *p.* 177. Quamdiu ergò Vasallus ut Vasallus possidet, nunquam contra Dominum præscribet, quia non pro suo, sed pro alieno, non animo Domini, sed ut Vasallus, non sibi, sed alteri possidet, hinc possessio ejus non qualificata ad præscribendum dominium directum, arg. *l. 2. l. 7. C. d. præscr. 30. v. 40. ann.* Rittershus. *l.* 1. *c.* 1. *q.* 18. 11. 12. Rosenthal. *d. c.* 6. *concl.* 82. *n.* 1. *sqq.* Finckelthus. *d. D.* 8. *c.* 10.

XIII.

Altera feudum extinguendi per præscriptionem species hæc erit: Si Dominus directus b. f. feudum tanquam sibi apertum apprehendit, primi acquirentis familiam extinctam esse, nullosque adesse amplius ab eo descendentes credens, qui per 30. annos etiam tacuerunt, aut cum se moverent, ad Domini contradictionem & expressam feudi inficiationem, allodiique assertionem, ac investituræ petitæ recusationem acquieverunt, atque per legitimi temporis lapsum prædium ut liberum ad se reversum Dominum quietè possidere passi sunt, sic enim qualitas feudalis sublata, & Dominus plenum iterum rei suæ dominium recuperasse censetur, directum enim sibi retinuit in investitura, utile per præscriptionem denuò acquisivit, quod primo ex natura correlativorum sponte suâ fluit, & secundo tanto facilius jura admittunt, quia quælibet res anhelat ad pristinam suam naturam redire ac reverti, per *f.* 30. *J. de acq. rer. dom. c.* 2. *dist.* 35. *l.* 27. *§.* 2. *in f. ff. de pact.* atque tertio ususfructus etiam non utendo per legitimum tempus amittitur, cumque dominio consolidatur, *l.* 25. *quib. mod. ususfr. amitt. l.* 16. *C. d. ususfr.* cur non ergo etiam Feudum? quod est instar ususfructus. Id quod notatu dignum esse, atque se in facti contingentia habuisse testatur Zasius *part.* 6. *d. feud. n.* 33. atque ita crebrius à Cameralibus conclusum fuisse refert. Mynsing. *Cent.* 4. *Obs.* 28. & Vult. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 17. Rosenthal. *c.* 6. *concl.* 83. Hæc tamen præscriptio in feudo veteri contra Vasallum in propiori linea & gradu constitutum impleta ipsi soli præjudicat, agnatis remotioribus autem non nocet, sed respectu horum feudum adhuc subsistit: non enim 1. illi alienæ negligentiæ pœnam luant, 2. *F.* 39. & *l.* 74. 151. *ff. de R. I.* ubi dicitur: alteri per alterum non debere inferri iniquam conditionem, hi enim non sunt successores Vasalli negligentis, quemadmodum filius, qui causam à Patre habet, eumque repræsentare dicitur: sed à primo acquirente jus habent, ut proinde ipsis factum negligentiæ à Vasallo proximiore admissæ nocere nequeat. Secundo dicta præscriptio agnatis ex hoc capite nocere nequit, quia jus agendi hactenus non habuerunt, 1. *f.* 9. §. *donare.* 2. *f.* 26. §. *Titius filios:* nec contra præscribentem, ceu contra quem successionis casu nondum existente, iis nullum jus revocandi feudum competit, nec contra eum, qui præscriptionem patitur, cum ab ejus arbitrio dependeat, feudum vel revocare, vel dimittere, alteriusque possessionem tantisper firmam relinquere; quamdiu eo superstite jus ipsius durat.

Rosen-

Rosenthal. *c. 9. concl.* 80. *n.* 13. non valenti autem agere, non currit præscriptio, ob juris impedimentum, *l.* 1. §. *ne autem. C. d. annal. except.* nec agnatis ulla commissa ab ipsis imputari potest negligentia, cujus tamen præexistentiam requirit longissimi temporis præscriptio, *l.* 1. *ff. d. usucap.* si iis officere debet: Ita agnatis remotioribus hanc præscriptionem libertatis non obesse, ex his rationibus recte concludunt, Rosenthal. *c. 6. concl.* 83. *n.* 4. & *c. 9. concl.* 85. Stryck. *c. XI. q.* 22. Struv. *c.* 13. *th.* 18. Bocer. *d. præscript. feud. c.* 2. *n.* 64. Barthol. Leonh. Schvvendendœrffer *in annot. ad lucubr. Justi Rittersh. Ex.* 10. *th. ult. ad verba: præscribere nequeat:* contra Zasium *p.* 6. *n.* 33. Borcholt. *c.* 7. *p.* 3. *n.* 11. Vultej. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 17. post mortem verò proximioris Vasalli etiam adversus agnatos Dominum libertatem feudi præscribere posse, certum est, si & ipsi 30. ann. spatium elabi patiantur, nec feudum vindicent, postquam ad ipsos devoluta successio. Nec obstat, quod præscriptio non tantum eum, contra quem inchoata & impleta, sed illius etiam successores submoveat, cum successor non possit aut debeat esse melioris conditionis, quam defunctus, cui succedit, per *l.* 54. 59. *l.* 160. §. 2. *l.* 175. §. 1. *ff. d. R. I.* Distinguimus enim inter successores causam habentes ab eo, cui succedunt, *l.* 149. *ff. d. R. I.* & successores proprio jure gaudentes. Illi factum defuncti, cum quo pro una persona habentur, ratum habere & præstare tenentur, nec illi contravenire possunt, *l.* 14. *C. de R. V.* Alia ratio est in his, qui causam non habent ab eo, cui succedunt, sed proprio juri innituntur, ut agnati Vasallo ultimo defuncto succedentes, qui ex primâ investiturâ jus quæsitum habent, vique illius in feudo succedunt non tam ultimo defuncto Vasallo, quam primo acquirenti. Obtinent ergò, quæ opposita in successoribus prioris generis, & successoribus civilibus seu allodialibus, Land-Erben, fallunt in successoribus posterioris generis & feudalibus, Lehens-Erben. Uti enim maxima est differentia inter feudum & allodium, Lehen und Eigenthum, seu inter bona feudalia & allodialia, Lehen und frey Erb und eigenthumliche Güter, sic quoque differunt Successores Feudales, Lehens-Erben, & allodiales, Land- und Eigens-Erben. Atque similiter notabile discrimen est inter successionem feudalem & Civilem hæreditariam, quæ, in quibus consistat, latius declaravit Carolus à Kirchberg *de F. ex pact. & provid. c.* 4. Magnificus Dominus Præses in *Conclus. Theor. Pract. ex materia success. Feudalis*

Feudalis th. 1. 2. 3. 4. ac Joh. Justus Beinhardt. Disp. *de successoribus allodialibus & feudalibus.*

XIV.

Diximus 2. *in* §. *prac.* 11. consolidari dominium directum cum utili, morte Vasalli sine heredibus feudi capacibus, per *t.* 1. *f.* 18. §. *f.* 2. *f.* 9. *in pr.* 2. *f.* 45. & 2. *f.* 51. §. *filius.* Et hic modus se exerit eâ ratione, quando familia ejus, qui feudum primo acquisivit, & de eo primum investitus, in masculis extincta, ut non adsint agnati à primo acquirente descendentes, pro quibus feudum concessum fuit. Sed quærunt Feudistæ, an inverso modo, eodem jure Vasallus dominium directum consequatur, & illud cum utili Dominio in persona Vasalli consolidetur, si contingat, dominum sine herede decedere. Resp. negat id Stryck. *Ex. J. F. c.* 22. *q.* 7. Et negarunt ante ipsum hoc Joh. Niellius *Disp. Feud.* 8. *th.* 1. Rittershusf. *l.* 1. *c.* 16. *q. ult.* Rosenth. *c.* 7. *concl.* 55. *n.* 6. & *c.* 11. *concl.* 20. *n.* 21. Ludvvell. *tr. de success. feud. c.* 3. §. 1. hisque accedunt Schvvendendœrff. *in annot. ad Ritteri lucubrat. Ex.* 11. *th. ult.* Horn. *in JPrud. Feud. c.* 16. §. 23. & *c.* 22. §. 2. cum ille jure allodiali illud possideat, per consequens non ad vasallum, sed ad quemvis ipsius heredem pertineat: v. gr. reliquit filiam, ea erit admittenda ad successionem in dominio directo feudorum, ab eâ igitur ea recognoscenda; Si nullus plane hæres adsit, illud ad Fiscum tanquam rem vacantem pertinere censentes. E contra si Dominus Feudi sine heredibus masculis decesserit, dominium directum Vassallo obvenire & cedere, adeoque in hujus persona cum utili dominio consolidari, perinde ut in casu converso mortis Vasalli sine heredibus masculis relictis, feudo aperto, dominium utile ad Dominum Feudi redit, & cum ejus dominio directo consolidatur, quia Domini & Vasalli regulariter à pari judicantur, 2. *F.* 6. ibi: *Dominus quoque in his omnibus vicem fideli suo reddere debet.* 2. *F.* 26. §. *Domino.* sentiunt Vultej. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 7. Obrecht. *l.* 4. *c.* 1. *n.* 22. Gothofr. Suevus *Ex. F.* 11. *assert.* 3. Schulz. *in Syn. I. F. c.* 11. *n.* 85. Struv. *c.* 15. *aph.* 3. *n.* 3. Reichenbach. *in not. ad Schnobel. Disp. q.* 10. *th.* 1. H. Eybenius in *Elect. Jur. Feud. c.* 8. *n.* 1. 2. Ern. Fr. Schröeter. *Disp. de Consolidat. c.* 2. *th.* 3. Cæterum noviores Juris Feudalis Doctores hanc quæstionem mediante distinctione resolvi optime, ac diversas has sententias conciliari posse sibi persuadent: Quando distinguunt inter

ter feudum datum & oblatum, uti Titius im teutschen Lehen-Recht. *c. 26. §. 23.* Hertius *de Feud. oblat. p. 2. §. 14.* Winzinger. *in not.* ad Stryck. *d. l.* qui volunt, quod Stryckii eique aſſentientium ſententia obtineat in feudo dato, quando de rebus ſuis ex gratia & benevolentia Dominus feudum conſtituit: in oblato vero contrariam ſententiam ex præſumta Vaſalli mente æquiorem agnoſcunt, quam diſtinctionem etiam in Reſp. quodam aliquando fuit ſecuta Inclyta Facultas Juridica Tubingenſis, ex hâc ratione, quod ejusmodi feudi oblati, quod non ex Domini Feudi patrimonio, ſed ex propriis ipſius Vaſalli bonis provenit, dominium directum, extincta Domini proſapia maſculina, æquiſſime rurſus ad Vaſalli poſteros, fœminini æque ac maſculini ſexus, redeat, neque à Domini deſcendentibus fœminis amplius recognoſcatur, cum præſumi nequeat, Vaſallum deſcendentibus ſuis ſexus fœminini, in rebus ſuis, præferre voluiſſe fœminas extraneas ex aliena familia oriundas, *arg. l. 102. ff. de condit. & demonſt. Mynſ. C. 5. o. 96. n. 2.*

XV.

5. Appropriatione, Lehens-Vererbung.

Tertiò Conſolidatio fit Appropriatione, quæ in ſeqq. principale Diſp. noſtræ erit argumentum, & num velis eandem tertiam conſolidationis ſpeciem ſive peculiarem quintumque modum extinguendi feudum conſtituere, nobis perinde eſt: dixeris autem illam in vernacula noſtra: Verſetzung der Lehen-Güter ins Erbe, oder Lehens-Vererbung: Et fit, cum Dominus juri Vaſallagii renunciat & Vaſallum ab eo ac ſervitiis liberat, eique concedit jus, ut prædium, quod hactenus feudi jure poſſedit, in futurum pleni dominii jure ut allodium teneat, quod, an facere poſſit, fruſtra quæri cenſet Roſenthal. *cap. 9. concl. 52. n. 19. 20.* nec magnopere de hac quæſtione laborandum arbitratur, cum vix unquam hic caſus eventurus ſperetur; quod ſi verum, fruſtraneus foret omnis labor hic noſter & conatus in explicandâ hac materiâ, ſed evenire omnino poſſe hunc caſum, non ſolum oſtendit controverſia in ſupremo Ducatus noſtri Dicaſterio ab anno 1718. usque ad an. 1721. d. 12. Sept. de anno 1721. per ſententiam dicaſterialem agitata & deciſa, ubi Conradus Kempff & conſortes Prædii ejusmodi feudalis in allodium transmutati immunitatem à collectis & tributis, contra Communitatem Eb-und Wellhauſen prætendebant, ſed contra Aa. judicatum, contra quam ſententiam, reviſione neglecta, rei judi-

catæ vires nactam Aa. petierunt restitutionem in integrum, quæ tamen 27. April. 1723. rejecta, priori sententia confirmata: Sed constat quoque ex Rescripto Serenissimi ac Potentissimi Regis Borussiæ & Electoris Brandenburgici Friderici Wilhelmi d. d. 5. Jan. 1717. ac Assecuratione Vasallis Marchiæ Brandenb. data d. 30. Junii 1717. ap. Authorem der Europäischen Staats-Canzley. *Tom. X. num. 47. pag. 632. & n. 64. p. 879.* quod ipse Rex non solum in regno suo Borussiæ, sed etiam in Electoratu Brandenburgico, cæterisque suis ditionibus omnibus, (quæ ultra septimam partem Germaniæ conficiunt, notante Sprengero *in Lucern. Mod. Stat. Imper.*) Vasallis suis denunciaverit, se ipsis jus Vasallagii cum servitiis pro certo censu 40. scil. thalerorum quotannis præstando vor jedes Ritter-Pferd remissurum, nexumque feudalem cum omnibus inde dependentiis prorsus aboliturum, ita, ut ipsi feuda sua in futurum tamquam bona allodialia & hæreditaria à collectis Provincialibus etiam immunia possideant, libereque de iisdem tamquam allodialibus, tam inter vivos, quam mortis causa disponere valeant, salvo tamen manente jure successionis agnatis & simultaneè investitis competente; frustra itaque dubitat & desperat Rosenthal. *d. l.* an unquam casus hic transmutationis feudi in allodium, ut synonymice appropriatio dicitur, sit eventurus, cujus innumera & infinita haberemus Exempla, si ipsi Vasalli utique annuissent, & id non humillime certis ex causis deprecati essent. Vid. Rechtl. Gutachten wegen der Lehens-Vererbung und jährlicher Bezahlung der Ritter-Pferde: & Juristische und Politische Betrachtungen über diß Rechtl. Gutachten wegen der Lehens-Vererbung und Jährlicher Bezahlung der Ritter-Pferde dem Urtheil der unpartheyischen Welt unterworffen von Sincero Veridico.

CAP. II.

DE APPROPRIATIONE FEVDI.

I.

Definitio. UT ergo constet, quid sit id, de quo disputemus, primum monente Juliano *in l. 13. §. 3. ff. de reb. dub.* nostrum erit, quid sit Appropriatio, definire.

Est

Est nempe Appropriatio nihil aliud, quam Modus Feudi extinguendi, quo directum dominium mediante conventione vel contractu à Domino juri vasallagii renunciante in vasallum transfertur, atque sic factâ dominii directi & utilis consolidatione res pristinam qualitatem allodialem recipiendo collectis & tributis iterum subjicitur.

II.

An & feudi oblati constitutio recte vocetur Appropriatio? Neg.

Hîc verò non agimus de eo Negotio, quando res allodialis ex conventione fit feudalis, si ex. gr. aliquis rem suam, quæ pleno jure ejus propria est, in alium transfert, titulo donationis sub modo factæ, ut eam offerenti rursus in feudum concedat, ipseque rem ita à donatario posteà oblatam, quæ pleno jure ejus propria erat, feudi jure recognoscat, quale feudum speciali nomine alias dicitur feudum recognitum, sive oblatum: Germ. Ein aufgetragen Lehen. Hoc feudum ab aliis feudis in eo differt, quia cum alia à Domino & maximam partem ex ejus liberalitate proficiscantur in Vasallum, hoc econtrario à Vasallo veniat ad Dominum, & in hunc dominium plenum vere sive ficte transferatur: quo facto demum ad instar alius alicujus feudi à Domino Vasallo conceditur, de quo extat eruditus tractatus Nicolai Hertii, & elegantes Dispp. Georg. Adami Struvii ac Christiani Thomasii, quibus add. Christiani Hanaccii Commentatio de eo, quod refert, Feudum esse datum vel oblatum. Modum feudum tale constituendi Appropriationem vocat quidem Georg. Obrechtus *Lib. II. cap. 5.* & latè per causas explicat *in cit. cap. 5.* autoritate Gailii *cit. L. 2. Obs.* 158. *n.* 4. *&* 5. quâ tamen sane abusus est laudatus Obrechtus, Gailius enim allegato loco appropriationem non dicit esse modum feudum oblatum constituendi, sed ait, appropriationem esse modum extinguendi feudum, cum per illam res feudalis fiat allodialis, inquirens, an id fieri possit & sine consensu agnatorum? Atque appropriationem potius esse modum feudum extinguendi, quam constituendi, probat nativa significatio verbi barbari: *appropriare*, quod idem est, ac proprium reddere, id quod

contingit transmutatione feudi in allodium, Vossius *de vitiis serm* 1. *c.* 23. non constitutione feudi oblati, ea enim Vasallus perinde ut in aliis feudis non nisi utile dominium consequitur, dominio directo penes concedentem Dominum feudi remanente. Nam circa feudum oblatum probè ad invicem sunt distinguendi actus oblationis & actus concessionis in feudum. Ille præcedit & mancipationis instar est, hic sequitur & remancipationis instar obtinet, ille fit à pristino & pleno allodiali, ut sic dicam, Domino, mox autem futuro Vasallo; hic à novo per oblationem facto Domino & mox futuro seniore sive feudi Domino; ille quidem plenum sive omne dominium; hic autem directo dominio retento solum utile transfert dominium in Vasallum, quippe qui non in oblationis, sed in subsequenti feudi concessionis actu rursus accipit & acquirit verum feudi jus, h. e. utile dominium sub conditione præstandæ fidei Vasalliticæ, empfangt die aufgelassene Güter hinwiederum zu rechten Lehen, adeò ut hactenus hic non aliter, atque in feudis non oblatis res procedat.

III.

Appropriatio fit à Domino feudi directo.

Fit autem Appropriatio à Domino directo, qui in prima feudi constitutione sibi in re in feudum Vasallo concessâ reservavit dominium directum sive superius, ac in Vasallum tantum utile & inferius dominium transtulit, per *t.* 2. *f.* 8. *§. f.* 2. *F.* 23. *in f.* sub conditione præstandæ fidei vasalliticæ sive feudalitiæ, 2. *f.* 3. *&* 2. *F.* 23. quæ nec directe nec indirecte remitti potest, cum feudi constituti forma essentialis in hoc consistat, quod rei in feudum datæ dominium directum penes concedentem remaneat, utile verò ad accipientem transeat sub conditione præstandæ fidei feudalitiæ, quæ in concesso feudo semper subintelligenda, licet non sit expresse apposita, Obrecht. *de feud. c.* 10. *n.* 8. Knipschild. *de Oblig. Domini & Vasalli p.* 1. *q.* 1. *n.* 4. ita quidem, ut alter alteri ad fidem præstandam obligatus sit. In mutuâ enim fide ratione illius rei in accipientem quoad utile dominium, retento penes se directo, translatæ præstandâ præcipue consistere formam feudi, concors est Doctorum sententia; Atque hinc est, quod dicitur inter Dominum & Vasallum fidem esse reciprocam, & Dominum esse Vasalli conjugem, h. e. communi fidei vinculo conjunctum, 2. *F.* 58. *junct.* 2. *F.* 6. *in f.* 2. *F.* 26. *§. Domino.* 2. *F.* 47. vid. Greg. Hintze *conjugium Feudalitium.* Sed fidem, quam Domi-

Dominus Vasallo debet, non ingredi essentiam feudi, sed necessario saltem consequi tradunt Rosenthal. *c.* 1. *concl.* 2. *n.* 9. Struv. *c.* 2. *th.* 5. Stryck. *c.* 2. *q.* 21. Nihil verò nobis videtur obstare, quo minus dicamus, mutuam sive reciprocam Domini & Vasalli fidem esse relata, 2. *F.* 26. §. *Domino.* 2. *F.* 47. & 58. *c.* 7. *dist.* 98. Rosenth. *c.* 11. *concl.* 29. *n.* 20. proinde neutrum sine altero prius posteriusve oriri, vivere, mori, cum Eybenio *in Elect.* *J. F. c.* 8. §. 2. Cum ergò per appropriationem Vasallus consequatur plenum dominium rei, quam hactenus feudi jure possedit, necesse est, ut ei dominium directum à Domino feudi cedatur, & Vasallagium ipsi remittatur, sicque à fide vasallitica & servitiis feudalibus liberetur à feudi Domino, hinc diximus, appropriationem fieri à Domino feudi, qui hactenus dominium directum tenuit, nunc verò in Vasalli favorem ipsi resignare paratus est; si Dominorum plures sint, omnium consensus desiderabitur, quia in re communi prohibentis ratio est potior, *l.* 28. *ff. comm. divid.*

IV.

sine distinctione, an Majestate vel Superioritate territoriali gaudeat, nec ne.

Poterunt verò hanc transmutationem feudi in allodium facere Domini Feudorum omnes sine distinctione, an Majestate vel superioritate territoriali gaudeant, nec ne, cum jus superius Domino qua tali in feudo competens ad hanc facultatem per se sufficiens sit, nec alio adminiculo opus habeat, postquam res eo venit, ut quilibet constituere possit, qui modo liberam bonorum suorum habet administrationem, nec speciatim prohibitus reperitur, cujuscunque sit ordinis, gradus, conditionis, sexus, & ætatis. 2. *F.* 3. *pr. ibi* Bitsch. Qui enim ex iis rei suæ qualitatem feudalem imponere potuit, eandem etiam ei rursus adimere poterit, *arg. l.* 46. *ff. de acq. poss.* *l.* 80. *ff. de Solut.* *l.* 35. *ff. de R. J.* & illam pleno jure transferre: Iniquium quippe foret, ingenuis hominibus non esse, liberam facultatem disponendi de rebus suis ad arbitrium, *l.* 2. *ff. Si quis à parent. fuerit manumiss.* & gravis esset injuria inani honestatis colore velata, non relinquere unicuique liberam facultatem disponendi de rebus suis, *per l.* 14. *C. de contr. emt.*

V.

Notatu quædam specialia de

Communiter dividunt personas istas in Ecclesiasticas & Seculares. Inter illas eminet Pontifex Romanus, qui ut Princeps Sacer-

Dominis directis Ecclesiasticis: Romano Pontifice,

dotum & Universalis Episcopus non solùm in omnes Ecclesias, sed & ipsos Imperatores, Reges, omnesque Christiani Orbis Principes, quamvis nullo Jure potestatem sibi arrogavit, asserti vero hujus vanitas & nullitas satis detecta à variis ex nostratibus, inprimis Cluten. *Syllog. rer. quot. concl. 6.* Quin autem non suæ solum Ecclesiæ & sedis Apostolicæ seu Pontificatus, sed etiam aliarum ipsi addictarum Ecclesiarum bona feudi jure concedere & hæc rursus quoque in allodia convertere valeat, apud dogmata ejus sequentes dubium est nullum. At in Imperio nostro, ubi ipsi in bona Imperio subjecta qua talia, nullum competit jus, sivè feudi sivè quocunque alio jure id prætendat, sed illud potius ad Imperatores, Statusque Imperii pertinet, potestatem istam illi competere negamus & pernegamus. Nec in contrarium faciunt, quæ inter Henricum V. & Calixtum II. in Comitiis Wormatiensibus anno 1122. apud Goldast. *Tom. I. Const. Imp. pag.* 258. item inter Fridericum III. & Nicolaum V. nomine Concordatorum Germaniæ sunt inita anno 1448. Per eam enim Pontifex nihil aliud obtinuit, quam ut saltem Jurisdictionem Ecclesiasticam in personas cleri ipsi addicti exercere, & investituram ejus, quoad potestatem Ecclesiasticam, quæ olim per baculum & annulum fiebat, peragere possit, Imperatori autem Investitura de feudis omnibus Regalibus Ecclesiasticis sceptro expedienda salva permansit, hodieque adhuc ab eo fit per gladium, perinde, ut in Feudis Regalibus Secularibus. Per hæc certorum Beneficiorum Ecclesiasticorum provisiones & collationes, nec non à Capitulis Electorum confirmationem nactus est, in bona ac feuda eorum Ecclesiastica ab Imperatore requirenda nil juris consecutus. Hinc & Archi-Episcopatus Bremensis ac Magdeburgensis, Episcopatus item Verdensis, Halberstadiensis, Mindensis, Caminensis, Suerinensis, Ratzenburgensis & Abbatiæ Hirschfeldensis Secularisatio sine consensu Pontificis in Pace Westphalica *art. X. §. 7. XI. §.* 1. 4. 5. 6. *&* 11. *XII.* §. 1. *XV. §.* 2. 3. & ejusd. Protestatio contra eandem interposita non attenta, sed annullata est, *Art. XVII. §.* 3.

VI.

Archi-Episcopis, Episcopis, &c.

Pontificem excipiunt Archi-Episcopi, Episcopi, Abbates, Abbatissæ, Præpositi, qui si de bonis suis propriis & patrimonialibus, in quibus pro Laicis habentur, 2. *F.* 35. Obrecht *l.* 2. *c.* 1. *n.* 34. feuda constituerint, in his nihil ipsis obstat, quominus pro arbitrio appropriationem exercere possint. In concessis vero feudis de bonis

nis Ecclesiæ, cui præsunt, sine consensu Capituli suscipere eam nequaquam poterunt, ob præjudicium Ecclesiæ, cum in omnibus actionibus Ecclesiæ præjudicium continentibus consensus Capituli requiratur, *c.* 5. *X. de his quæ sunt à Prælat.*

VII.

Secularibus: Imperatore.

Inter personas Seculares Principem locum tenet Sacratissimus Imperator, quem ex Testimonio Tertulliani colimus ut hominem à DEO secundum, & solo DEO minorem, qui non tantum majora Regalia & titulata, sed etiam minora feuda confert, sive, potest non solum cum dignitate infeudare, sed etiam sine dignitate, cui enim quod plus est licet, non debet, quod minus est, non licere, 2. *F.* 10. 2. *f.* 34. Rittershus. *l.* 1. *c.* 5. *q.* 15. Ludvvell. *tr. de divis. feud. c.* 2. *pr.* Sicut autem hodiè Imperator feuda Imperio aperta non nisi adhibito Electorum & Statuum consensu reinfeudare, vel iterum conferre potest. Capit. Modern. Augustiss. Imperatoris Caroli VI. *art.* 11. *m.* 4. ita vix est, ut eorundem qualitatem feudalem etiam in allodialem convertere queat, sine illorum requisito consensu, *arg. art.* 10. *ejusd. Capitul.* Nec liberiorem potestatem sibi vindicare poterit Rex Roman. vivo Imperatore electus, ut absente vel impedito Imp. Imperium regat ac moderetur, mortuoque ipso sine novâ electione in nomen, dignit. & potestatem ejus succedat, evitando interregno, in casu absentiæ Imperatoris, vel ubi is alias impeditur, quibus casibus ejus evigilat Majestas, aliàs quiescens.

VIII.

Electoribus, Archiducibus, Ducibus, &c.

Imperatorem ordine sequuntur: Electores, Archiduces, Duces, Comites Palatini, Marchiones, Landgravii, Burggravii, Principes, Comites, Barones, quos Vasallorum suorum feuda, quæ ab illis recognoscuntur, in allodialia bona convertere, & sic appropriare posse, facilè concedemus, cum & privatis ac plebejis facultas infeudandi & feuda concessa appropriandi indulgeatur, si modò ipsi, aut ob defectum naturæ, vel juris, voluntate & potestate alienandi non destituantur, sed libera & legitima bonorum suorum administratione gaudeant, seu liberi rerum suarum sint moderatores & arbitri, nam ab alienatione ad hanc commutationem feudi in allodium & appropriationem faciendam aut non faciendam tam affirmativè, quam negativè regulariter argumentari firmiter licebit, *Nov.* 7. *c.* 1. & appro-

& appropriationem alienationis vocabulo quoque contineri, indubium est, cum per eam directum dominium à Domino in Vasallum transferatur, arg. *l. 1. C. de fund. dotal.* Gail. *L. II. Obs.* 158. *num.* 3.

IX.

In feudo tamen antiquo appropriando agnatorum consensu opus.

Ex dicto verò principio sequitur, quod si feudum appropriandum sit antiquum, ad appropriationem ejus opus esse agnatorum Vasallo ex latere per proximam lineam junctorum una cum ipso à primo acquirente descendentium consensu, ob jus illis ex prima investitura quæsitum, quod ipsis nec alienatione, nec ullâ aliâ ratione, & consequenter nec appropriatione sine ipsorum consensu interverti aut adimi potest, 2. *F.* 9. ibique Hotomann. Cujac. & Bitsch. nec magis Dominus, quam Vasallus agnatis jus vel in re vel in spe, quod ipsis ex contractu debetur, & virtute primæ investituræ ex pacto & providentiâ communis stipitis sive primi acquirentis quæsitum præripere, aut intervertere, vel auferre potest, 1. *F.* 8. *§.* 1. Sed si absque eorum, proximorum inprimis, consensu, feudum eorum paternum alienatum consequenter & Vasallo in eorum præjudicium appropriatum sit, appropriatio nullius est momenti, & hinc ad revocandum restituendumque feudum agere poterunt, 2. *F.* 26. §. *Titius.* junct. 2. *F.* 15. ibi: *totum hoc feudum esse paternum, & ideò omnimodo esse ad se devolutum.* 1. *F.* 5. *§. præterea.* Quin & ante appropriationem factam agnatus spem successionis habens, si Vasallum hoc intendere, ut feudum sibi in ejus præjudicium approprietur, audiat, quia melius est, jura intacta retinere, quam post vulneratam causam remedia quærere, cautionem à Vasallo petere potest, ne, quod intendat, perficiatur, ac si ille cautionem non præstare velit vel possit, etiam compossessionem petere poterit, arg. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de Carb. Edict. ibi* Brunnemann. Ulterius adversus Vasallum ac Dominum appropriationem perficere intendentes etiam inhibitorialia impetrare poterit. Rosenthal. *c.* 9. *concl.* 68. *n.* 9. *Lit. L.* aut mandatum sine clausulâ, arg. eorum, quæ tradit Facult. Wittenberg. ap. Hornium 2. R. 13. Heigius *l.* 2. *q.* 8. *n.* 33. Klock. *V.* 2. *Cons.* 6. *n.* 173. Rosenthal. *c.* 9. *concluf.* 68. *n.* 9. *concl.* 83. *n.* 14.

X.

Appropriationis

Appropriationis Objectum constituunt Feuda quævis, tam propria, quam impropria, nova & antiqua, modo in his accedat agnatorum

torum & simultaneè investitorum expressus consensus, tam Ecclesiastica, quam Secularia, tam Nobilia, quam ignobilia, nec Regalia etiam prorsus excipienda, si salus publica & Utilitas Imperii id exegerit, & Sacratissimus Imperator cum Statibus Imperii id Imperio proficuum esse judicaverint. Recordamur, in Conventu Osnabrugensi, pangendæ Pacis Westphalicæ causa instituto, maturè deliberatum ac consultatum fuisse: Utrum expediat, ea, quæ Galliarum Regi pacis obtinendæ causa cederentur, feudali vinculo adstricta, & ut eorum ratione Imperatoris & Imperii Majestatem agnosceret, ei conferre, an potius omni feudi & supremi dominii nexu, quo Imperio tenebantur, soluta, cedenda essent? Aliis prius Imperio conducibilius esse arbitratis, aliis posterius utilius eidem censentibus: Cujus disputationis seriem, adjectis, quibus utrinque nitebantur, & suam quisque sententiam fulciebant, rationibus, recenset Illustris Christoph. Forstner in Epistola Pacem Osnabrug. concernente scriptâ pridie Calend. Octob. 1646. prolixius autem Tobias Pfannerus *in Hist. Pac. Westphal. l. 5. n. 99.* Puffendorf. *Histor. Suec. lib. 20. §. 175. seqq.* Ipsa verò declaratio Statuum Imperii videri potest ap. Puffendorf. *d. l.* §. 190. & ap. Londorp. *Tom. VI. l. 3. c. 255. pag. m. 375.* Consultationis exitum monstrat Instrum. Pac. Westph. Cæsar. Gall. Monast. §. 70. *seqq.* Simile consultationis memorabile Exemplum extitit, cum Anno 1668. idem Rex Christianissimus ratione terrarum in Belgio Hispanico ad se devolutarum in numerum & Consortium Statuum Imperii adsciscì expeteret, quam contrariis utrinque rationibus disceptatam una cum Literis Regiis eo nomine ad Status Imperii perscriptis exhibet Ahas. Fritschius *in Elect. Jur. Publ. cap.* 12. & Author ominosæ rerum seriei in Comitiis præsentibus gestarum, qui est Balth. Venatorius *Part.* 1. *§.* 95. Quæstionem: utrum Germanicæ Reipubl. expediat, externos Reges & Principes ditiones quasdam sub feudi lege recognoscere ab eadem? diversis animorum motibus agitarunt Joh. Wolffgang. Textor *in tr. de Ratione Status German. c. 4. p.* 105. minus ex usu Germaniæ id esse ratus, & Sam. Rachelius *in Dedicat. Introduct. in Jus Publ. circa fin.* contrarium statuens. Novimus quoque illam Borussiæ partem, quam Ordinis Teutonici Equites per pacem Torunensem anno 1466. à Regibus Poloniæ feudi jure recognoscendam receperunt, cum olim Imperii nostri pars fuisset, deinde Albertus Marchio Brandenburgicus, Generalis Ordinis Teutonici Magister, à Sigismundo Poloniæ Rege, cum, ab Imperio auxiliis desti-

Objectum: Feuda quævis.

ſtitutus, ei amplius reſiſtere non poſſet, ſed ſe imparem ſentiret, per transactionem anno 1525. ſub nomine Ducatus à Regno Poloniæ beneficiariâ lege poſſidendam & ad filios ſuos, ac, ſi hi deficerent, ad ipſius fratres Georgium, Caſimirum & Johannem poſterosque, transmittendam accepit, vid. literæ transact. & inveſt. apud Limn. *Tom. I. add. ad l. 5. c. 7. p. 780. ſeqq.* Lunig. *P. ſp. p. 3. p. 300. ſeqq.* noſtrâ ætate Electorem Brandenburgicum, Fridericum Wilhelmum transactione, cum Rege Joh. Caſimiro Regnoque Poloniæ Welaviæ *anno 1657. 19. Septemb.* initâ, Bydgoſtæ poſtea confirmata, à Londorpio *Tom. VIII. l. 8. c. 101. p. 170. ſeqq.* & Puffendorf. rer. Brandenb. *l. 6. p. 381. ſeqq.* relatâ, à Vaſallagii jugo liberatam ſub nomine Supremi Ducis Boruſſiæ pro ſe & omnibus è familia Electorali recta linea deſcendentibus maſculis regendam obtinuiſſe, ineunte autem Seculo XVII. Fridericum III. Electorem Brandenburgicum intuitu hujus Boruſſiæ Regium titulum aſſumſiſſe, ac ſolenniter Regiomonti Boruſſorum 18. Januarii 1701. una cum Sereniſſima Conjuge Charlotta Sophia Regem Boruſſiæ coronatum fuiſſe.

XI.

De Feudo hæreditario, an capax ſit Objectum appropriationis noſtræ? dubitari poterat ex eo, quòd qualitatem allodialem jam habere videatur, in quo nempè Jure Civili ſucceditur ex teſtamento & ab inteſtato, maſculus & fœmina, perinde ac in allodialibus, ubi condi poteſt teſtamentum, & quivis extraneus hæres in eo inſtitui, venit ut res quælibet alia in hæreditatis petitionem, ex quibus ſequi videtur, feudum hoc non poſſe conſtitui adæquatum noſtræ appropriationis objectum, fruſtra quippe Quæſtio videtur eſſe inſtituta, an res fieri poſſit allodialis, ſi jam talis exiſtat, quando enim de fine conſtat, de mediis non ſumus ſoliciti, fine nempe obtento ceſſant deſtinata ad illum obtinendum, arg. *§. ſed ſi. J. de ſuſp. tut.* cum media adhibeantur nonniſi finis obtinendi cauſa; ſed tanti non eſt hoc dubium, ut nos à generali noſtra propoſitione queat abducere: Aliud enim eſt, eſſe allodium, aliud pro tali haberi, licet enim rerum allodialium effectus quidam feudo hæreditario ſint communicati, ob id tamen illud feudum eſſe non deſinit, ſed potius rationem formalem ejus, quæ in poteſtate morali utendi fruendi cum jure proprietatis lege Fidelitatis conceſsâ exiſtit, ſalvam & integram retinet, neque enim novum eſt, ut naturali uno vel altero dempto vel detracto

ſub-

ſubſtantia rei tamen duret, uti ita ratiocinatur Jacobus Born. *Diſſ. de Transmut. feudi in Allodium, qua prodiit Lipſiæ.* 1693. Nos ad dicta confirmanda hoc addimus: Naturalia feudi locum haud habent omni ex parte in allodialibus, pro lubitu hæc quippe, modo quis liberam de rebus ſuis habeat diſponendi facultatem, in quemcunque alienari poſſunt, feudum verò, hæreditarium etiam, non ita liberè in quemcunque poteſt alienari, tam inter vivos, quam mortis cauſa, de naturalibus enim feudi cujusque eſt, ut ſine Domini conſenſu alienari nequeat, 2. *F.* 9. 52. 55. niſi quatenus Dominus neceſſitatem conſenſum ſuum ad alienationem requirendi remiſerit, eâdem ergo certo modo remiſsâ, limites ſibi poſitos Vaſallus nequaquam egredi debet ac poteſt: Wagner. *D. F.* 8. *th.* 5. quia feuda impropria in certis capitulis alterata, in reliquis omnibus communem feudorum naturam retinent. arg. 2. *F.* 48. junct. *l.* 27. *ff. de pact. l.* 16. *ff. de acqu. rer. dom. l.* 31. *C. de transact.* Ludvvell. *tr. de diviſ. feud. c.* 4. *pag.* 85. Schrader. *p.* 2. *c.* 4. *in fin.* Secundo & hoc ſubjungimus: felonia uti in cæteris feudi ſpeciebus, ita etiam in hæreditario poteſt committi, non vero committitur in bonis allodialibus.

XII.

Appropriationis forma;

Forma appropriationis in eo conſiſtit, quod Dominus retentum ſibi ac poſteris ſuis in Feudi inveſtitura dominium directum in Vaſallum transferat, ac juri vaſallagii expreſsè renunciet, Vaſallumque ab eo & ſervitiis feudalibus liberet, ac illi indulgeat, ut prædium hactenus feudi jure poſſeſſum futuris temporibus pleni dominii jure ut allodium teneat.

XIII.

requiritur, 1. ut Dominus Vaſallo cedat directum ſuum dominium,

1mò. Itaque ratione formæ requiritur, ut Dominus Vaſallo cedat directum ſuum, quod hactenus in feudo habuit, ſibique in inveſtitura ejus retinuit, dominium; non utile, hoc enim jam ante habet, nactusque eſt per inveſtituram vel ſucceſſionem, iſtud verò ut conſequatur, etiam adeo neceſſarium eſt, ut ſine ejus ceſſione nulla contingere queat appropriatio, ſicut enim in genere in omni conventione vel contractu ceu titulo dominii translativo certa res, quæ transferri poteſt, requiritur, ita hic pariter aliquid, quod transferri poteſt, neceſſario requiritur, cum appropriatio noſtra non fieri poſſit,

nisi per conventionem vel contractum dominii translativum, nisi nihil plane agere velimus, *l. 8. pr. ff. de contrah. empt.*

XIV.

2. mutuo consensu Domini feudi,

2dò. Ratione formæ requiritur liberrimus Domini feudi Consensus, & Domini quidem cujuscunque, nec refert Majestate vel Superioritate territoriali sit prædítus, siquidem jus superius Domino qua tali in feudo competens ad hanc facultatem per se est sufficiens, nec alio insuper indiget adminiculo, modò habeat rei alienationem, sive sit masculus, sive sit fœmina, quia sicut in concessione feudi fœmina æquiparatur masculo, si liberam rerum suarum habeat administrationem, ita & hic nullam deprehendimus repugnantiam in ademtione Qualitatis Feudalis, qui enim potest Qualitatem indere, eam etiam potest iterum tollere: ab hac proinde potestate excludimus eum, cui saltem administratio licet plenissima est concessa, is enim non statim alienandi potestatem est consecutus, cum necessariò invicem non cohæreant, nec hoc ab illo dependeat, *arg. l. 12. C. de transact. l. 3. §. plane. ff. quod vi aut clam.* arg. *l. 7. §. 3. ff. pro emt.* quod autem Domini directi consensus necessarius sit ad constituendam appropriationem, exinde facile potest evinci: Quia transferendum est Dominium directum, hoc autem sine voluntate & consensu Domini fieri nequit, res enim in alterius dominio existens in alium non derivatur absque tradentis voluntate, per *l. 11. ff. de R. J.* Si verò hujus concurrat consensus, tunc rectè dicitur, nihil tam conveniens esse æquitati naturali, quam voluntatem Domini, rem suam in alium transferre volentis ratam haberi, *l. qua ratione 9. §. 3. ff. de acq. rer. dom. §. 40. per tradit. J. de R. D.* quippe cum rei suæ quisque liber moderator sit & arbiter, *l. in re 21. C. Mandati;* Deinde hoc ipsum negotium nonnisi per conventionem vel contractum potest peragi, ad omnem autem conventionem vel contractum duorum consensus requiritur, pactum enim vel conventio est duorum pluriumve in idem placitum de transferendo & acquirendo jure consensus, & maxime ex parte promissoris, necessarium esse deprehendimus, quia impletio cum aliquo onere est conjuncta, quæ est translatio juris in hoc nostro negotio: Quomodocunque autem Dominus directus hunc consensum declaret, hactenus nihil interest.

XV.

3 & Vasalli.

3tiò. Requirimus etiam ratione formæ Vasalli consensum, mutuus enim consensus in omni conventione vel contractu exigitur, inpri-

inprimis cum hic transferendum sit dominium, quod sine consensu, qui hic nihil aliud est, quam acceptatio, non potest acquiri. Quem maximè eo casu requirimus, cum onus aliquod subeuneundum Vasallo imponi vult, hoc enim non consentienti & invito imponi nequit, cujusmodi novi oneris impositio hic haud infrequens, feudali enim obligatione subsistente Vasallus saltem servitia præstare tenetur ad requisitionem Domini, neque singulis annis ista recurrunt, uti aliàs onera rebus allodialibus inhærentia, sed sæpe 20. vel 30. annorum spatio vix ullis Vasallus gravatur servitiis, cum è contra quisque de bonis suis allodialibus quotannis certa onera subire teneatur, & ex hoc capite, ob defectum scil. consensûs Vasallorum, cum potentissimus Rex Borussiæ circa vasallagii remissionem Vasallis præstandam consensum suum jamjam declarasset, tamen res illa propter novum onus quotannis 40. thalerorum vor ein jedes Lehen- oder Ritter-Pferd præstandorum haud acceptatum infecta mansit, quâ de re vid. Königliche Assecuration vor die Ritterschafft in der Chur-Marck-Brandenburg. & posito, nullum onus novum in appropriatione imponi possessori, tamen certum & notum est, quod invito & reluctanti non detur beneficium, *per l. 69. ff. de R. J.*

XVI.

Agnatorum item in feudo antiquo.

Et cum aliquando non saltem eorum, qui contrahunt, sed etiam tertii alicujus, qui præjudicium ex tali contractu sentire potest, requiratur consensus, obvium est, quod ut supra jam diximus in feudo antiquo Agnatorum etiam concurrere debeat consensus, neque enim Dominus consensu suo Agnatis non consentientibus & invitis jus, quod ipsis non dedit, sed virtute primæ investituræ ex pacto & providentiâ communis stipitis sive primi acquirentis est quæsitum, poterit auferre, Dominus quippe & Vasallus pari alias jure censentur, *2. F. 6. in f.* sed certum est, Vasallum feudum antiquum in præjudicium agnatorum alienare aut in alium transferre non posse, *2. F. 39. 2. F. 52. & 55.* Ergo neque Domino hoc permittitur, adeo ut alienando ipsa proprietate privetur, per *t. 2. F. 26. §. Domino.* vel saltem alienatio directi dominii pro infectâ habeatur, appropriationem autem alienationis vocabulo contineri perspicuum est, quia per eam directum dominium à Domino in Vasallum transfertur, t. in *l. 1. C. de fund. dot.* Nonne enim id maximo Agnatorum contingit præjudicio, si penitus à successione excludantur, & omnes hæredes indistinctè, fœminæ quoque & extranei, in illo postea ad successionem

 admit-

admittantur, ex quibus omnibus ſequitur, talem dominii directi abdicationem in feudo antiquo ſine conſenſu agnatorum factam nullius eſſe momenti, Domini enim voluntate hoc confici nequit, ut feudum non tranſeat ad illas perſonas, ad quas ſui naturâ alioqui fuiſſet tranſiturum, tx. in *2. F.* 52. *&* 56. *2. F.* 8. §. *hoc quoque de ſucc. feud.* quod autem hic firmavimus de feudo antiquo, de novo negamus: cum enim in novo agnati nullum planè jus habeant, proinde nec incommodum ſentire poſſint, & de ſolius Domini præjudicio ſolum agatur, qui ſuo favori etiam ſolus renunciare poteſt: per tx. in *l.* 29. *ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* conſenſum ipſorum non exigimus.

XVII.

nec non, ſimultanee inveſtitorum.

Sicut autem conſenſum Agnatorum ad appropriationem, ſi illa validitatem & effectum ſuum conſequi debeat, requiſivimus, præc. §. ita hic pariter ſimultanee inveſtitorum, ut actus procedere poſſit, requirimus conſenſum, cum utrobique eadem militet ratio, quod enim Jus de Jure Feudali communi tribuit agnatis, his, qui à primo feudi acquiſitore deſcendunt, eundemque ut communem Parentem venerantur, ita ut eo reſp. feudum illorum quoque paternum ſit, in quo ſpem ſeu jus ſuccedendi, quod non intervertendum, habent; Idem Jus Jure Saxonico tribuit conjuncta manus ſive ſimultanea inveſtitura iis, qui coinveſtiti ſeu in ſimultaneam inveſtituram recepti ſunt. Confert quippe illa denen mitbelehnten, die die geſammte Hand haben, jus vivum, purum, reale, radicatum, uno verbo utile condominium, ſed in potentiâ magis, quam actu, ſeu actu primo, non ſecundo, quantum ad eſſentiam, ſed dempto exercitio, ut ſimile ſit embryoni, Adrian. Beyer *de conjuncta manu. th.* 8. *lit. r.* qui utero incluſus actu homo dici nequit, ſed potentiâ ſaltem talis dicitur, & pro jam nato habetur, quatenus de ejus commodis agitur, ita ut jura ipſi integra ſerventur, ſi poſtea ipſum naſci contigerit, *l.* 7. *l.* 26. *ff. de Stat. hom. l.* 30. §. 1. *ff. de acq. vel amitt. her.* quod utile condominium inveſtiturâ, quâ regulariter dominium tranſire ſolet, acquirunt, & cujus vi & virtute etiam ipſis conceditur realis actio, per *t.* 2. *f.* 8. §. 1. Sic ut hoc agnati dominium ſaltem quieſcat, usque dum conditio extiterit, quando enim familia poſſidentis extinguitur, tunc quaſi evigilat; & hoc verum eſſe exiſtimamus, ſive per inveſtituram veram ſive abuſivam ſint inveſtiti, per utramque enim in Vaſallum ipſum jus in re ſeu utile dominium tranſit, ita ut nullum ſit dubium, quin æque abuſivâ ac propriâ inveſtiturâ jus feudi ſive utile dominium in Vaſal-

ſallum transferatur, ipſique acquiratur, ficta enim traditio de Jure Civili idem operatur ac vera, cur non ergo idem effectus in abuſivâ ac verâ inveſtiturâ, cum abuſiva nihil aliud ſit, quam ficta traditio, neque enim dicitur obligatio tantum ſeu jus ad rem ex eâ inveſtitura naſci, & 1. *f.* 25. 2. *f.* 1. *in f.* generaliter dicitur, inveſtiturâ acquiri feudum, nec diſtinguitur inter abuſivam vel veram inveſtituram, ſed utraque modus acquirendi dicitur, 2. *f.* 11. 2. *f.* 8. Ex quâ ratione in horum ſimultanee inveſtitorum præjudicium ſine illorum conſenſu haud fieri poterit feudi appropriatio, nec tacitus etiam illorum conſenſus ſufficiet, quia præſumendum & credendum, ſimultanee inveſtitum exiſtimaſſe, jus ſuum ſibi ubique durare, *arg. l.* 8. §. 15. *ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv.* Struv. *c.* 13. *th.* 19. *n.* 1. Carpzov. *p.* 2. *c.* 48. *d.* 5.

XVIII.

An & ejus, qui expectativam habet?

Secus vero eſt in iis, qui nudam expectativam tantum habent conceſſam, quorum quippe conſenſus vel diſſenſus negotium noſtrum neque provehere, neque etiam impedire poteſt, quia expectativa Germ. ein Lehens-Expectanz, ſimplici promiſſione conceſſa ac indulta, vid. ante à nobis all. Born. *diſſ. diſp.* ubi contra hanc quasdam ſibi format objectiones, ad easdem verò etiam addit reſponſiones, illa quippe non jus in re, ſed jus ad rem tantum & actionem perſonalem expectivario ſaltem tribuit, ut exiſtente conditione, feudoque aperto de eo inveſtiatur, ceu ad quod Dominus expectantiam concedens ſe obligaſſe intelligitur, promittendo, daß er ihn mit dem benandten oder erſtern an ihn verfallenden Lehen belehnen wolle; ſi autem conditione exiſtente, feudum, cujus expectantia conceſſa, ex cauſa quadam ipſum præſtari, & inveſtitura ejus concedi nequeat, competet ei actio illa perſonalis ad intereſſe à promiſſore vel ejus hæredibus exigendum. Struv. *c.* 7. *aph.* 7. *n.* 3. 5. Stryck. *Vol. I. Diſſ. XXV. de Expectativis c.* 5. *n.* 19. 20. 21. 22. *&* 23. non autem alienationem à Domino vel Vaſallo Domino conſentiente intentatam impedire, minùs verò rem alienatam revocare poteſt. Struv. *d. c.* 7. *aph.* 7. *n.* 7. Mev. *Conſil.* 52. *n.* 22. 29. 32. Brunnem. *Conſ.* 19. *n.* 43. & licet quidem hîc objici poſſit, quod vel per pactum vel contractum iſta data expectativa, notum autem ſit, ab his alterum invito altero non poſſe recedere, arg. *l.* 5. *C. de Obl. & Act.* Reſp. non impune diſcedit, habet enim ſuum promiſſorem obligatum, ſaltem denegatur jus in re, quod pactum tradi-

traditione non vestitum non potest producere, & sic quia deficit jus in re, deficit etiam realis actio, neque ullibi in jure dicitur, quòd consecutus fuerit jus in re, per *l. 3. ff. de O. & A.* ubi dicit JCtus, Obligationum substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat, ad dandum aliquid vel faciendum vel præstandum, per *l. 20. C. de pact.* Sicut autem ex parte Domini jus in re non potest dici consecutus, ita multo minus ex parte altera Vasallus obligatus dici potest, quippe qui expectativæ nomine nihil promisit, per consequens etiam non potest dici obligatus. At si promissioni Expectativæ Investitura provisionalis sive in casum aperturæ feudi accesserit, vel illa per actum investituræ sub conditione firmata fuerit, Expectivario omnino existente conditione statim competit jus reale & actio realis, atque transit ipso jure vi dictæ investituræ in hunc casum jam tum factæ in eum utile dominium ac potestas apprehendendi possessionem feudi aperti, imo & hæc quoque per clausulam constituti possessorii investituræ additam expectivario in casum aperturæ concedi potest, si Dominus investituram provisionalem ita faciat: Gestalt Sempronius dann hierdurch in casum vacantiæ mit vorbemeldtem Lehen-Gut belehnet wird, dergestalt und also, daß ihm alsdann frey stehen solle, das erledigte Lehen propriâ autoritate zu occupiren, er auch alsbald nach Erledigung dessen per constitutum possessorium vor einen Besitzer desselben gehalten werden, massen die possessio an ihn auf solchen Fall hiemit würcklich transferirt wird. Per talem concessionem excluditur, quisquis postea in feudi possessionem venerit ob anteriorem possessionem ex concessione Domini prius quæsitam, Mev. *p. 4. dec. 79. n. 6.* Cautus ergo esse debet, qui ejusmodi expectantiam impetrat, ut curet eidem inseri talem clausulam, ex qua colligatur, concedentem ipsi dominium & possessionem in casum Vacaturæ & existentis conditionis concedere voluisse, hac enim ratione tutus esse poterit, ne alius præoccupando jus illius intervertat, ut bene monet Hartm. Pistor. *p. 2. q. 29. n. 26.* Stryck. *d. Disp. c. 4. n. 57. seq.* Inter cujusmodi Investituram provisionalem, quæ etiam superinfeudatio dici solet, & Investituram simultaneam tamen est & manet notabilis hæc differentia, quod simultanea Investitura coinvestito condominium tribuat non sub conditione in mortem Vasalli possessoris suspensa, sed de præsenti, adeoque purum & jam radicatum, haud quidem actua-

actuale & in exercitio, verum in actu primo, quod mortuo possessore statim in actum secundum deducitur, Berlich. *p.* 2. *concl.* 53. *n.* 40. Carpzov. *l.* 6. *Resp.* 77. *n.* 5. Per investituram provisionalem verò utile dominium sive jus feudi saltem transfertur conditione existente, nempe feudo, de quo facta, aperto, sicut nec per veram traditionem sub conditione factam dominium statim transfertur, sed demum conditione existente, *l.* 4. *pr. ff. de in diem addict. l.* 8. *ff. de commod. & peric. rei vend.*

XIX.

4tò. Requirimus ad constituendam appropriationem, quod fieri debeat mediante conventione vel contractu dominii transferendi habili, quia dominium hic debet transire, hoc autem non potest transire per talem contractum, ubi ne agitur quidem, nec agi etiam potest de transferendo dominio: sic fieri posse certum est, per emtionem, venditionem, donationem, permutationem, non autem per commodatum, depositum, locationem, hos enim contractus non admittit nostri Negotii Natura, cum transferri in eo debeat dominium; quod probamus ulterius: si enim non transferri potest dominium, ubi una pars contrahentium quidem intendit titulum dominii translativum, altera verò non, multo minus potest transferri dominium, ubi ex utraque parte consensus saltem fertur in titulum non translativum, hic enim neque in tradente est Voluntas Dominii transferendi, neque in accipiente nanciscendi, dabimus exemplum, ubi una saltem pars intendit titulum dominii translativum. ex. gr. Si ego deponam apud te pecuniam, tu quasi mutuam accipias, aut è converso: Si ego tibi dem pecuniam, quasi mutuam; tu quasi commodatam accipias, ostentandi causâ, hic certum est, dominium non transferri, quoniam non concurrit affectus ex utraque parte contrahentium, quem ad translationem dominii requirimus, *l. in omnibus* 55. *ff. de O. & A.* At enim verò si utrinque subesse existimetur causa idonea, ex qua dominium transferatur, veluti si tibi tradam fundum tanquam à me debitum ex testamento, tu quasi ex stipulatu debitum accipias, vel si ego tradam tibi pecuniam donandi animo, tu eam accipias quasi creditam, licet diversa subsit causa, tamen hæc non impedit dominii translationem, sic enim generaliter definit Julianus *in l. cum in corpus* 36. *ff. de acq. rer. dom.* Hoc in allato exemplo de donatione demonstrabimus,

4. mediante conventione vel contractu dominii transferendi habili.

bimus, diversitatem causarum non esse attendendam, ex. gr. tibi dedi pecuniam donandi animo, tu eam quasi mutuam accipis, quoniam & hic utrinque intenditur, ut proprietas, id est, dominium, *L.* 13. *ff. de acq. rer. dom.* transeat in accipientem, licet ille hoc animo sit, ut parem summam aliquando restituat, hoc non impedit dominii translationem.

XX.

Appropriationis effectus.

Si ita dominium directum consensu Domini atque Vasalli in personam Vasalli sponte sit translatum, & ei vasallagium ac fides vasallitica, nec non servitia feudalia remissa fuerint, concessumque, ut prædium feudale dehinc pleni dominii jure tanquam allodium possideat, quin tum feudalis Qualitas supervenire allodiali prorsus absorbeatur, & sic contingat Appropriatio, dubitare nos non sinunt hactenus latius deducta: Et hæc de constituendâ Appropriatione sufficiant; pergimus ad sequens Caput III. quod considerabit rei peractâ Appropriatione allodialem Qualitatem denuò reviviscentem. &c.

CAPVT III.

De

Reviviscente, facta Appropriatione, Rei hactenus feudalis qualitate allodiali. &c.

I.

Feudalis qualitas extinguitur, & allodialis reducitur.

PRæcipuum effectum Appropriationis diximus consistere in eo, quod Vasallus prædii, quod hucusque feudi jure possedit, dominium directum nanciscatur per Appropriationem, idque cum utili suo, quod hactenus solum habuit, conjungat, sicque plenum acquirat dominium, proinde per utriusque dominii consolidationem feudalis qualitas in totum extinguatur, & pristina allodialis ejus qualitas ac libertas reducatur. Quæ ipsa reducta allodialitas jam varios suos producit effectus, quos inter principalis fere hîc est, quod res jam pro lubitu & arbitrio possit alienari tam mortis causa, quam inter vivos, id enim communis rerum allodialium natura & ratio admittit, ut quisque pleno suo pollens judicio & intellectu,

lectu, earundem liber sit moderator & arbiter, *l.* 21. *C. mand.* licentiamque habeat de iis, quo vult modo disponere. *Nov.* 117. *cap.* 1. §. 1.

II.

An & tributis collectisque obnoxia fiant prædia ejusmodi hactenus feudalia appropriatione in allodialia mutata?

Inter effectus Feudorum ratione Vasallorum plerumque referri solet, quod quà tales regulariter immunitate à Collectis gaudeant & fruantur, ut communis Doctorum schola tradit, Rhet. *dissert. de Censu fundo adhærente c.* 1. *n.* 23. *& in Com. Feudal.* 1. *F.* 1. *n.* 33. 34. Heig. 1. *q.* 18. *n.* 17. Rosenthal. *c.* 5. *concl.* 78. *n.* 3. Mynſ. 4. *o.* 70. Cothman. *v.* 1. *R.* 11. *n.* 32. Octav. Cacheranus *Conſ.* 14. *n.* 5. 7. cum subditi tantum, qui immediatè homagio sive subjectionis juramento devincti sunt, collectis graventur, per *l.* 6. *ſ. fin. l.* 18. *ſ.* 21. *ff. de mun. & honor.* I. P. Surdus *v.* 2. *Conſ.* 262. *n.* 28. quales non semper Vasalli sunt, cum jus vasallagii subjectionem non operetur. Klock. *de Collect. c.* 14. *sect.* 2. *n.* 4. Quia tamen hæc ratio cessat in terris, ubi Landsassiatus receptus est & viget, & cum ibi Vasallagio simul innexum sit homagium, & Vasallos illic jurare oporteat, non modò dem Lehen-Herren treu, hold und gewärtig zu seyn, sed etiam dem Lehen-und Lands-Herren treu, hold, gewärtig und gehorsam zu seyn; ab aliis magis ad feuda quadrans ratio reddi solet in eo consistens, quod Vasallus ex feudi fructibus servitia præstare teneatur, weil nehmlich die Lehen insgemein ihre determinirte Kriegs-und Hoff-Beschwerden haben, welche die Lehen-Leute in Kriegs- und Friedens-Zeiten tragen müssen, nachdem ihnen selbige gleichsam ex contractu zwischen dem Lehens-Herrn und ihnen zukommen; adeoque onere collectarum gravari non debeant, Brunnem. *Conſ.* 17. *n.* 36. Klock. *de Collect. cap.* 11. *n.* 26. *ſq.* cum duplici onere aliquem ob eandem rem gravare velle, iniquum videatur per *l. b. f.* 57. *ff. de R. J. l.* 6. *ſ.* 4. *ff. naut. caup. ſtab. l.* 4. *§. f. ff. de nox. act.* Carpzov. *p.* 2. *c.* 46. *d.* 39. *n.* 18. Mev. *p.* 4. *dec.* 33. Communiter autem limitari solet illa Immunitas à Collectis, ut cesset: 1mò. quando nulla ejusmodi servitia præstanda. 2dò. in casu urgentis necessitatis, & 3tiò. quando pactis, reversalibus, & moribus aliud inductum, inprimis si Vasalli simul sint subditi. vid. Lyncker de Catastris *c.* 3. *ſ.* 16. si jam feudum Vasallo appropriatum sit, an facta appropriatione prædia ejusmodi hactenus feudalia in allodialia mutata ob amissam Qualitatem feudalem tributis & collectis iterum obnoxia fiant? non exigui mo-

momenti quæstio est, quæ in supremo nostro Appellationum Tribunali Wurtembergico acerrimè agitata, igitur digna profectò, ut latius examinetur.

III.

ac. Affirm. ubi scil. de immunitate nil expresse cautum fuerit, uti factum à Potentiss. Boruss. Rege in Asse-curatione Nobilibus Marchiæ Brandenb. data.

Et si quidem Dominus, qui juri Vasallagii renunciat, Vasallumque ab eo & servitiis liberat, nexumque feudalem inter Dominum & Vasallum cum omnibus inde dependentibus præstationibus penitus tollit, & sic feudum in merum allodium transmutat, & appropriat, etiam expressis verbis immunitatem à tributis & collectis ex singulari gratiâ in futurum indulget & concedit, quemadmodum Serenissimus ac Potentissimus Rex Borussiæ id ipsum fecit in Assecuratione Nobilibus Marchiæ Brandenburgicæ Electoralis *d.* 30. *Junii* 1717. facta, claris hisce verbis: III. Versprechen Seine Königliche Majestät aller-gnädigst, daß durch Auffhebung des nexus Feudalis inter Dominum & Vasallum die Qualität der Ritter-freyen Güther, so selbige bißher gehabt, im geringsten nicht alterirt, sondern solche zu ewigen Zeiten von allen Oneribus, als Contributionen, Einquartierung und dergleichen Aufflagen, sie mögen Nahmen haben, wie sie wollen, erdacht seyen, oder erfunden werden, so wie jetzo, also auch künfftig überall befreyet bleiben, auch von ihnen weiter nichts, als von der Ritterschafft gegen Auffhebung der obgedachten Lehens-Beschwerlichkeit verwilligte jährliche Canon der 40. Thaler vor jeden Roß-Dienst gefordert und verlanget werden soll. rc. Satis securus utique est futurus possessor prædiorum appropriatorum de immunitate à collectis & tributis, aliisque oneribus. Ubi verò de eo disertè nihil dictum aut expresse cautum in Appropriationis Instrumento, dubiumque postea exoritur & movetur de prædiis, quæ olim feudalia fuerunt, postea autem appropriata & allodialia facta sunt, num pristina adhucdum frui possint immunitate à collectis, quâ suo modo gaudebant, cum adhuc feudalia essent, an jam in allodialia transmutata collectis perinde, ut alia allodialia bona, sint facta obnoxia? Posterius asserere ac tueri haud veremur cum Stryckio *c.* 19. *q.* 21. Titio **im Teutschen Lehen-Recht** *c.* 26. §. 17. ac Lynckero *dec. Jen.* 396. qui idem statuit, si feudum in emphiteusin sit conversum, quamvis Beyerus *in Delineat. Jur. Feud. c.* 9. *pos.* 59. *in not. lit. a.* velit, quod tale prædium, quod olim feudale fuit, tributis ac oneribus non fiat obnoxium, quod Dominus directus quidem suo, sed non juri Vasalli

falli renunciare possit, certè si tributis subjiciendum foret, ea tamen quantitatem servitiorum hactenus debitorum excedere non posse annectit.

IV.

Decisionis nostræ ratio ex eo dependet, quod scilicet Rei in feudum recognitæ appropriatione Qualitas feudalis sit sublata, & facta allodialis, quamdiu enim Qualitas rei feudalis adhuc extitit, ex ea ratione non potuit Vasallus his oneribus esse obnoxius, ne duplici onere afficeretur, quod contra æquitatem fuisset, per *l. 4. in f. ff. ad L. Rhod. de jact.* solius enim Conditionis Vasalliticæ intuitu hæc quæsita immunitas, nulla ipsi rei in se consideratæ data, per quam quilibet ejus possessor & hinc etiam allodialis successor, posset illam prætendere, sed immunitas rei, quatenus feudum fuit, pro quo servitia militaria præstanda à Vasallo, quà tali, competiit, mutata igitur Rei qualitate, quæ per appropriationem jam feudum esse desiit, & allodialis facta, & mutatâ simul possessoris ejus conditione, qui non amplius est Vasallus, ratione feudi ad servitia militaria præstanda obstrictus, sed plenus rei dominus jam factus & à servitiis militaribus præstandis liberatus, quorum intuitu immunitate à collectis fruebatur, non potest non cessare & extincta censeri quoque jam ipsa immunitas à tributis & collectis; intuitu autem vasallagii solum datam esse dictam immunitatem probamus: immunitas enim illa data in remunerationem servitiorum personalium, quibus ratione feudi Domino fuit obstrictus, cessante autem causa principali & unica, quæ in servitiorum personalium præstatione consistit, cessat etiam ipsum privilegium, per *l. 6. §. 13. l. 22. §. 1. ff. de excus. tutor.* Quæ ipsa servitia Domino tum pacis tum belli tempore cum magno quandoque facultatum dispendio præstare tenetur. vid. Klock. *de Contrib. C. XI. n.* 27. deinde immunitas eam ob rationem data, ne natura bonorum feudalium alteretur, quæ jure ad personalis operæ præstationem sunt destinata, *l. un. C. de mulier. & in quo loc. mun.*

Firmatur Decisio.

V.

Hac autem Qualitate sublatâ omnes hæ rationes cessant immunitatis Vasallo quà tali concessæ, proindè necessariò concludendum est, cum qualitate feudali immunitatem à tributis & collectis esse sublatam, & qualitate allodiali iterum inductâ rem ejusmodi tributis & collectis iterum fieri obnoxiam, quod maximè verum esse, deprehende-

Regula: omnia bona allodialia, tam nobilium,

quam plebejorum, regulariter tributis & oneribus esse obnoxia.

hendetur, si probabimus, quod omnia bona allodialia tam nobilium, quam plebejorum, per *l. 6. §. 4. ff. de mun. & hon. l. ei, qui originem. 3. §. 1. ff. eod.* regulariter tributis & oneribus sint obnoxia; nisi vel ipso jure sint immunes eorum possessores, vel immunitatem privilegio quæsitam habeant, vel illam præscriptione legitimè acquisiverint: de quibus singulis exceptionibus ordine deinceps agemus in sequentibus.

VI.

Primò autem ex eo Regulam nostram firmamus: quia hoc ipsum, quod Tributa & Collectæ debeantur, suadet Statûs Civilis Conditio, Imperium enim Civile tueri non poterunt Imperantes, nisi mediis ad id necessariis, necesse itaque fuit, iisdem opes & subsidia tribuere, maxime cum hoc ipsorum contribuentium cedat emolumento, ut tam pacis, quam belli tempore res & personæ civium in tuto esse possint: per *Nov. 8. c. 10. §. 2.* sine contributione autem, quæ rebus maxime inhæret, obtineri hic finis non potest: siquidem bona & pecunias esse nervos Reipublicæ profitetur Ulpianus in *l. 1. §. in caus. 20. ff. de quæst.* Hinc Justinianus *in Novell. 149. c. 2. ità.* Impossibile esse, inquit, ut sacris tributis non illatis alioqui Respubl. conservetur; Inde namque, eodem Justiniano authore, militares copiæ salario inde percepto, hostibus resistunt, & collatores à barbarorum incursionibus & truculentiâ vindicant, denique agros atque civitates à latronum alioque modo incompositam vitam sectantium vi & irruptionibus, agendis excubiis defendunt: pergit Justin: Ex illis etiam reliquæ cohortes ea, quæ ipsis attributa sunt, accipiunt, muri atque civitates indidem instaurantur &c. & paulo post: Nobis autem prorsus nihil inde præter istarum rerum curas habere contingit: per quas proinde ipsas Respubl. conservari, Idem *Nov. 161. c. 2.* & stabiliri Imp. Leo dicit *Nov. 52.* iis verò denegatis, Reipubl. totam Structuram & compagem pessundari & concidere necessum esse dicitur *in l. 3. §. præs. 15. ff. de mun. & hon.* Cum itaque finis contributionum omnium ex hactenus deductis sit utilitas publica, omnes autem hunc finem intendant vel ad minimum intendere debeant, facilè fluit exindè, quod contributioni regulariter obnoxia sint omnia bona: adeò ut propterea ad eas præstandas ipsa honestate ipsorum conscientias obligari dicat Hugo Grotius *de J. B. & P. L. I. c. 2. §. 7.* maximè cum bona omnium habeant protectio-

tectionem, proinde etiam omnium bona erunt obnoxia oneribus publicis: protectionis enim correlata sunt tributa & collectæ. *Rom.* 13. *c.* 6. ut proinde contra *l.* 24. *§. f. l.* 26. *ff. de damn. infect. l.* 4. *&* 8. *c. de servit.* in quibus textibus res quælibet libera præsumitur, hîc potius res præsumatur tributis & oneribus obnoxia, arg. *l. f. C. de servit.* (2.) firmamus regulam nostram ex eo: Quia jus tributa imponendi & collectandi est jus regale, regalia autem in omnes sine discrimine regulariter exercentur. (3.) probamus regulam ex infra allegatis exceptionibus, quæ firmare dicuntur regulam in contrarium, quid enim opus esset vel Beneficio Legis vel Principis, vel præscriptione, si regulariter bona non essent oneribus obnoxia, quasi de Jure Communi libera essent. (4) reg. probatur per textt. expressiss. 1. *per l.* 11. *C. de excus. & vacat. mun. l.* 7. *c. de ann. & trib. per l.* 6. *§.* 4. *ff. de mun. & bonor. l.* 5. *c. de annon. & tribut. l.* 2. *l.* 3. *l.* 9. *C. de mun. patr.*

VII.

Et hanc regulam hucusque pluribus firmatam accipimus tam de oneribus ordinariis, quæ tributorum nomine veniunt, atque rebus tantum immobilibus in æstimio descriptis imperantur, atque præstantur saltem pro possessione prædii, non attentâ possessoris conditione, sive sit forensis, sive subditus, rem enim ipsam directo afficiunt, certaque manent & fixa, nisi res ipsa pereat, & sic cum re pereunte ipsum quoque onus concidat & evanescat, quam de extraordinariis, quæ speciali ratione dicimus collectas, atque imponuntur personis juxta patrimonii vires, *in l. propter honorem.* 5. *c. qui bon. ced. poss. & in l.* 1. *C. quib. mun. civ. indic.* si sint subditi, publicâ scilicet necessitate vel utilitate id ipsum postulante; quæ alias etiam JCto vocantur Contributiones, *in l. fine hærede* 32. *§. Lucius* 6. *ff. de adm. & per. tut.* Atque ita, quod feudali Qualitate sublatâ, res allodialis tributis & collectis subjecta esse debeat, in Causa Conrad Kempffen, und Hanß Jacob Rentzen, wider die Commun zu Epp- und Wöllhausen, tam in prima, quam secunda instantia à supremo Dicasterii Aulici, quod Tubingæ floret, judicio pronunciatum est, uti videre est ex Actis istius causæ in Archivo Dicasteriali servatis, cum verò hæc ipsa sententia tam in prima instantia lata, quam confirmatoria sese maximè fundent in Literis super appropriatione confectis, cumque illæ simul illustre appropriationis Exemplum nobis præbeant non è re, neque benevolo lectori ingratum fore existimavimus, si dictas Literas super appro-

propriatione inter Ducem Johannem Fridericum gloriosæ memoriæ & possessores tunc temporis anno 1609. initas ad finem nostræ dissertationis adjungeremus.

VIII.

Exceptiones.

Devolvimur jam ad exceptiones; quemadmodum enim Leges à tutelâ, curâ, legationibus & aliis muneribus, sive corporis animique labore, sive sumtibus patrimonii illa expediantur, multifariam pro varietate personarum immunitatem concedunt, ita etiam nonnulli variis ex causis excusationem ab oneribus recensitis merentur, alii namque ipso jure exemtionis excusationem habent, nonnemo concessione & privilegio eam acquisivit, quosdam præscriptio tutatur.

1. Primò de iis agemus, qui ipso jure sunt immunes: quos supra diximus à regula nostra exceptos. Ita Lex immunes esse voluit à præstationibus indictionum, tributorum, collectarum & similibus oneribus Ecclesias, resque & bona Ecclesiarum iis in dotem data, hoc est, ad conservandas Ecclesias & necessariam Ministrorum Ecclesiarum sustentationem, per modum alimentorum & salariorum piâ provisione ab initio destinata, per *l. placet. C. de SS. Eccles. & l. Sancimus* 22. *C. eod. c.* 10. *x. de constit. c. præsenti* 3. *de censib.* eamque immunitatem etiam extendunt Leges ad Hospitalia, Xenodochia & ejusmodi domus, quibus miserabiles personæ recipiuntur, per *l. omnes* 33. *§. privilegiis* 7. *C. de Episc. & Cleric.* ubi Ecclesiæ & ejusmodi receptacula conjunguntur, & licet non veniant appellatione Ecclesiarum, attamen dicuntur loca pia ac religiosa, *l. illud* 19. *C. de SS. Eccles.* Reliquæ vero res, quæ Ecclesiis dotis nomine non obvenerunt, vel tributariæ fuerunt, antequam ad Ecclesiam pervenerunt, vel tributorum expertes fuere. Illæ, quæ antea tributariæ fuerunt, cum onere isto in Ecclesiam transeunt, nec facere potest Ecclesia per dominium & possessionem, ut onus istud ablatum censeatur, sed perinde ut alii Cives istud ferre, & tributa antea iis imposita (non nova, vid. Cothmann. *vol.* 6. *Resp.* 27. *n.* 49.) exsolvere tenetur. Dd. *ad l.* 5. *c. de SS. Eccles.* B. D. Happrecht. *vol.* 3. *conf.* 48. *q.* 1. *n.* 31. His quæ liberæ ante fuerunt, non facile tributa imposita à Principibus Christianis, nisi quando necessitas id exegit. Ziegler. *de dot. Eccles. cap.* 12. *num.* 47. Imò non veriti sunt Canonistæ nonnulli, immunitatem istam à tributis & Collectis ad patrimonialia bona extendere, sed contrarium omninò verius est, minimè eousque & ad bona patrimonialia

nialia Clericorum ſeu perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem iſtam extendendam eſſe, id quod pluribus eleganter evicit Georg Reinhard Hammer, JCtus & Profeſſ. quondam celeberr. Univerſ. Altorff. *pecul. Diſp. de Clericor. & Forenſium Collectis.* Et ſanè ob verborum generalitatem ac rationis identitatem comprehenduntur Clerici ſub *l.* 10. *C. de SS. Eccleſ. l.* 8. *C. eod. l.* 10. *de vacat. muner. l.* 7. *C. de operib. publ. ſimilibusque* conſentit Stryck ad Brunnem. Jus Eccleſ. *l.* 2. *c.* 3. *§.* 6. add. Jac. Alemann. *Palaſtra Conſultat. conſult.* 5. *per tot.*

IX.

Ita etiam Lex voluit ipſo jure immunes eſſe Legum Doctores, aliosque liberalium ſcientiarum Profeſſores per t. in *l. Medicos.* 6. *C. de Prof. & Med.* ibi dicitur: quod Profeſſores ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis eximantur, & *l. f. d. t.* ipſorumque etiam viduæ & filii, quousque conditionem viduitatis & fori non mutant, per *l. f. C. de bon. mat.* retinere dicuntur per *d. l.* quæ immunitas Profeſſoribus ab ipſa Lege conceſſa, etiam de muneribus & oneribus patrimonialibus eſt intelligenda auth. *habita. C. ne filius pro patre.* per *l. f. C. de ſtatu & imag.* in d. enim *l.* 6. *C. de Prof. & Med.* ab omnibus muneribus immunes eſſe dicuntur, & in *l.* 11. *ff. d. t.* idem repetitur: & *in l. honorem* 10. *ff. de mun. & bon.* ubi ita generaliter eſt intelligendum Reſponſum JCti Modeſtini, quando dicitur, honorem habenti munus imponi non poſſe. Mev. *p.* 7. *dec.* 143. *& part.* 8. *dec.* 96. Cothman. *vol.* 6. *Reſp. Academ.* 26. 27. De Nobilibus Imperii immediatis vid. M. Dn. Præſes *in Introd. in Jus Publ. Sect.* 2. *c.* 18. *n.* 6. & hæc ſufficiant de iis, qui ipſo jure ſunt immunes.

X.

Secundam exceptionem à regula nobis ſuppeditare eos ſuprà diximus, qui ſpeciali privilegio immunitatem acquiſiverunt. Quod autem talis immunitas per privilegium poſſit concedi, probatur per *l.* 11. ibi: *præter eos &c. ff. de vac. & excuſ. mun.* per *l. un. C. de his, qui à Princ. vac. acceperunt. l.* 2. *in f. l. eos* 11. *l. maximarum* 12. *& l. f. C. de Prof. l. ſunt munera. ff. de vacat. & excuſ. mun.* in his omnibus verò textibus quando ſtatuitur, per privilegium poſſe immunitatem acquiri, id non de generali, ſed ſpeciali patet eſſe accipiendum, per *l.* 11. *ff. de vac. mun.* qui textus cum propoſuiſſet regulam, quod nullum privilegium excuſet à talibus muneribus, ſubjecit in fine hanc exceptionem: *nam nec hinc* 2.

quoque excusationem habent præter eos, quibus Principali beneficio illud concessum est; talia autem privilegia concedere posse, tam ipsum Imperatorem, quam alios Imperii Principes, Duces, Comites, Barones &c. ex seqq. patebit: & quidem de Imperatore hoc ipsum est indubitatum; Quicunque enim pollet Majestate, ille potest tam universales, quam speciales leges, quæ nobis dicuntur privilegia, condere, esset enim impossibile politicum, Majestatem habere, nec tamen Majestatis jura exercere posse, hodienum autem Imperii statum si curatius consideremus, quoad ista duo jura Majestatica ratione modi distinctio est adhibenda, leges enim universales non potest solus ferre Imperator, sed cum Statuum Imperii consensu id facere tenetur, Cap. Leop. Josephi & Caroli VI. *art.* 2. *Instrum. Pac. Westphal. art.* 8. §. 2. at verò solus potest concedere Privilegia, quia horum concessio pertinet ad reservata Imperatoris, ut possit cuilibet pro arbitrio suo talia concedere, Capit. Leop. *art.* 45. ibi: aber die Kayserliche Concessiones oder Privilegia. Cap. Joseph. *art.* 44. Caroli VI. *art.* 22. *m.* 5. *&* 8. nisi vergant in tertii præjudicium: *A. B. cap.* 13. Cap. Leop. *art.* 25. Joseph. *art.* 24. Caroli VI. *art.* 1. *m.* 6. ex. gr. Imperator solus potest aliquem evehere in Ducem, Principem, Comitem, Baronem, num quid & novum valebit creare Electorem? hoc solus non poterit, vi Decreti *de d.* 21. *Julii* 1706. quod refert Cortrejus in actis publicis den neunten Electoratum betreffend *sub Num.* 45. *Tom. IV. Corp. Jur. Publ.* Hoc ipsum verò, quod de Imperatore diximus, ipsum tam immediatis quam mediatis concedere posse Privilegia, sub hoc tamen temperamento, modo haud concedantur in præjudicium aliorum jurium ac Privilegiorum legitimè quæsitorum, ac sine gravamine aliorum, id etiam de Principibus Imperii affirmamus: Neque enim horum jura ex Jure Romano, sed ex Legibus Imperii publicis metiri convenit, secundum has verò, quin ejusmodi generis Privilegia & ipsi subditis suis concedere possint, vi Superioritatis territorialis, dubitare nos non sinit *Instr. Pac. Westph. art.* 8. *pr. art.* 5. §. 30. *&* 43. ubi hæc & cetera jura territorialia ipsis plenè confirmata cernere licet. 2dò. Jus collectandi est de jure positivo, quod à Principe facile tolli potest, Princeps enim est supra jus positivum, *c. proposuit de concess. præb.* ac Principes Statusque Imperii jam in ditionibus suis eandem habent potestatem, quam olim ante acquisitam Superioritatem territorialem in territoriis eorum habuit Imperator, vel haberet, si nulli essent Status, & quam per illam concessionem Statibus est lar-

largitus, cujus vi iidem Imperatorem ipsum in suis territoriis repræsentant, juxta tritum istud axioma: Tantum quisque Status potest in suo territorio, quantum Imperator in toto Imperio, cujus incunabula referuntur ad Rudolphi I. Imperium ab Hulderico ab Eyben in *Differt. de origine hujus dicti*, apud Fritsch. *vol.* 2. *Diss.* 9. inprimis cum hæc potestas hodiè non amplius sit precaria & temporalis, sed patrimonialis, & perpetua, atque in heredes transitoria. vid. Magnif. Dn. Præses *Introd. ad I. P. Sp. S. II. c. X. §.* 6.

XI.

Nunc tertiò & ultimò devenimus ad eos, qui per præscriptionem sibi immunitatem legitimè quæsiverunt, quæ præscriptio est modus, quo obligatio solvendi collectas per lapsum temporis lege definiti perimitur, & jus easdem exigendi excluditur. Quod autem per hanc immunitas quoque possit acquiri, probatur, & primò quidem hujus Q. assertio dependet ex præcedentis asserti veritate, quam §. antecedenti firmavimus, sicut enim immunitas à præstandis collectis privilegio potest acquiri, ità etiam præscriptione, cum pro certo habeatur, eandem potestatem esse præscriptionis, quæ vel privilegii vel consuetudinis, per *d. l. ult. C. de fund. patr.* Princeps enim dum patitur hanc immunitatem à collectis præscribi, jus easdem exigendi eo ipso non minus remittere videtur, quam si illud per expressum remitteret privilegium, arg. *l.* 28. *ff. de V. S.* unde vulgatum istud Juris Brocardicum: Quicquid acquiri potest privilegio, idem etiam præscriptione acquiri poterit, *l.* 3. *§.* 4. *ductus aquæ. ff. de aq. cott. & æst.* Secundò, omnia jura præscriptionis juri sunt obnoxia, quæ non expresse & nominatim ab eodem sunt exemta, obligationem autem solvendi collectas specialiter exceptam esse, non poterit probari. Tertiò, hæc sententia haut parum firmamenti capit tum ex *l. f. C. de fund. patr.* tum ex regulâ generali *l.* 4. *C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* quæ lex cum illa conjungenda. Quartò, Quemadmodum Libertas seu Immunitas à vectigalibus præscribi potest, *l. loco*, 9. *§. earum rerum* 6. *ff. de publ. & vectigal.* ita & libertas ab obligatione solvendi collectas præscribi poterit, quod collectæ pari passu cum iis ambulent. Et cum Quintò, ipsum jus collectandi, quod tamen certo respectu odiosum est, per præscriptionem acquiri possit, multo magis Immunitas ab ejusmodi oneribus seu favorabilior præscribi poterit: res enim facilius redit ad

primævam suam naturam, *l. si unus 27. §. 2. in f. ff. de pact.* Denique hanc sententiam confirmat Recessus Imperii de anno 1548. und soll unsere. §. 54. & 56. Quæ argumenta pro hujus Assertionis veritate stabilienda nobis sufficiunt, qui plura cupit, evolvat Diss. B. Dn. D. Harpprechti de Præscriptione Immunitatis à Collectis.

XII.

Exceptionum limitatio.

Hi ipsi vero casus excepti hactenus à nobis recensiti ob summam & extremam necessitatem insignem & notabilem recipiunt limitationem, quando ea publicas exposcit pensitationes, per *l. cum ad felic. 2. C. de quib. mun. vel praest. nem. lic. se excus. l. nullus 21. C. de curs. publ. & angar.* de talibus enim casibus verisimiliter non censetur cogitatum, nec Lex vel Princeps immunitatem indulsisse præsumi potest à præstationibus, quæ in publica & extrema necessitate pro defensione Reipubl. imponuntur, sed tali necessitate omnis planè immunitas sive à lege data, sive privilegio alicui indulta, sive præscriptione quæsita quiescit, per *l. 1. C. ut nem. lic. in emt. spec. se excus.* ubi Imperator Anastasius nemini, quantumvis etiam privilegiato, parcendum esse jubet, *l. 10. C. de SS. Eccles. l. 1. C. de Nav. non excus.* de Clericis etiam non immunibus in tali necessitatis casu expressos habemus textt. *c. Apost. 12. q. 2. l. 22. C. de SS. Eccles. Nov. 120. c. 10.* Et hoc adeò verum est, ut nullum relevet privilegium tantâ necessitate, ut etiam Vasalli, qui duplici alias oneri subjugari prohibentur, publicas collectas necessitate inevitabili ex suis quoque feudalibus prædiis solvere teneantur, per *l. 1. C. de indict. L. 11. C. de SS. Eccles.* Carpz. *lib. 4. Resp. 70. 71.* Klock. *de contrib. c. 14. Sect. 3.* Hoc ipsum autem, quod ejusmodi exemti præstiterunt, Libertati non nocet, arg. *l. 16. ff. de Offic. praes. l. 1. §. f. ff. de fer.* quæ integra manet, & desinente necessitate veluti reviviscit. Actus enim immunitati contrarii coacti eam non tollunt, nec imminuunt, nec id, quod belli tempore institutum, ad consequentiam pacis tempore trahendum est. *l. un. pr. C. de caduc.* vid. Seckendorff. im Teutschen Fürsten-Staat. *P. III. c. 3. Reg. 8. §. 2.* Hæc ipsa nobis ad Institutum nostrum sufficiunt, finem dissertationi imponant Literæ super appropriatione confectæ, quas supra §. 7. *c.* 3. promisimus. &c.

Wir

Wir Johann Friderich von GOttes Gnaden / Hertzog zu Würtemberg und Theck / Graff zu Mömpelgardt / Herr zu Heydenheim / ꝛc. ꝛc. Bekennen öffentlich und thun kund männiglich mit diesem Brieff, für Uns, Unsere Erben und Nachkommen, nachdeme bißhero von Uns und Unserm Hertzogthum Würtemberg Unsere Unterthanen zu Epp- und Wöllhausen, Unsers Wildberger-Ambts, Noa Gall und Georg die Lodholtzen, so dann Hanß Bruckmajer zu rechtem Mannlehen getragen und inngehabt, einen Hoff daselbst, das Mannlehen genannt, mit seinen Zugehörungen, wie solches die Lehen- und Revers-Brieff mehrers mit sich bringen, welche Lehen-Güther aber ermeldte Lodholtz und Bruckmajer eigenthumlich an sich zu bringen begehrt haben, daß Wir demnach aus besondern und hierzu bewegenden Ursachen gedachten Lehenmajern, und allen ihren Erben, berührten Lehen-Hof, der Mannlehen-Hof genannt, mit seinen Zugehördten und Gerechtigkeiten, wie ihre Vor-Elter selbigen bißhero Lehens-weiß inngehabt, genutzt und genossen, allerdings aigen gemacht, und fürohin für frey, ledig, Eigenthum, gegen Erstattung Achthundert Gulden, unsers Herzogthums Würtemberg Lands-wehrung, jeden zu fünffzehen Batzen, oder sechtzig Kreutzer gerechnet: welche Uns sie an parem Geld erlegt, sie und ihre Erben hierum gäntzlich quittirend: eingeraumt und übergeben haben, thun das auch hiemit wissentlich und wohlbedächtlich für Uns, Unsere Erben und Nachkommen, in Krafft dieses Brieffs, also und dergestalten, daß offt ermeldte Lodholtzen und Bruckmajer und ihre Erben, obgeschrieben Mannlehen mit allen seinen Gütern und Zugehörungen um fürohin zu ewigen Zeiten, als ihr frey Eigenthum besitzen, innhaben, nutzen, niessen, verändern, versetzen, verkauffen, und durchaus ihres Gefallens damit handeln, thun, lassen, schalten und walten mögen, als mit andern ihren freyen eigenthuml. Gütern, ohne Unser, Unserer Erben und Nachkommen aller und jeder Anspruch, Forderung, Recht und Gerechtigkeit, auch eigen und Lehenschafft, so wir bißhero von Eigenthums wegen zu berührten Lehenhoff und dessen Zugehörungen gehabt, oder noch fürohin zu haben vermeynen möchten, gar und gäntzlichen, mit würcklicher cessirung und Hinausgebung deßwegen bey unserer Registratur gehabter Lehen-Revers, jedoch Uns, Unsern Erben und Nachkommen, Unsere in andere weeg diß Orts habende Oberherrlichkeit allerdings reservirt und vorbehalten, alles

Exemplum appropriationis feudi cujusdam à Duce Würtemb. Joh. Frid. factæ.

aus rechter Wissenschafft und mit gutem Bedacht, auch als Regierender Lands-Fürst Unsers Hertzogthums Würtemberg, in Krafft diß Brieffs, (dessen zu wahrem Urkund haben Wir Uns mit aigener Hand unterschrieben, darzu Unser Fürstl. Secret-Insigill hier anhencken lassen) der gegeben ist zu Stuttgardt, Sambstags den vier und zwantzigsten Junii, als man zahlt nach Christi Unsers einigen Erlösers und Seeligmachers Geburth Ein tausend Sechs hundert und Neun.

DISPV-

DISPVTATIO XLIII.

DE

COEXERCITIO,

SIVE

SIMVLTANEO VTRIVSQVE ROMANO-CATHOLICÆ AC EVANGELICÆ RELIGIONIS

EXERCITIO

LICITO AC ILLICITO,

INAVGVRALIS

GABRIELIS FRANCISCI BVRGERMEISTERI DE DEICISOW.

hab. d. 4. April. MDCCXXVII.

SVMMARIA.

Civitates liberæ Imperiales, Religionis intuitu, mixtæ; quænam? th. I. Iis non accensendæ Ratisbona, Ulma, Lindavia, Isna, aliaque plures. th. II. Mixtæ eæ Civitates Jus habent, dignitates, omniaque officia publica æqualiter & libere inter Cives distribuendi & conservandi. Atque hæc libertas non solum in Politicis, verum etiam Eccle-

Ecclesiasticis manere debet. th. III. Sunt quoque mixti ejusmodi Episcopatus, Bischöffthümer und Stiffter. *th. IV. Praeterea subditis incolisque in terris pignoris jure alii Statui quondam obligatis, reluitione quamvis à Domino Territoriali alterius Religionis facta, liberum Religionis sua a.* 1624. *exercita Exercitium remanet; Domino tamen Territoriali simultaneum sua Religionis Exercitium introducere licet. th. V. Permissum denique maneat simultaneum utriusque Religionis Exercitium, ubicunque illud a.* 1624. *receptum fuit. th. VI. Sed num Dominus Territorialis Romano-Catholicus in Principatu suo, in quo Exercitium Evangelica Religionis annis decretoriis* 1618. *vel* 1624. *solitarium, exclusivum, privative viguit, Simultaneum vel Coëxercitium Religionis sua, vel in jam extructis, atque modo indigitatis in annis ab A. C. addictis possessis, ab omnive Religionis Exercitio plane vacuis, vel saltem in noviter ab ipso extruendis Templis introducere queat, modo Evangelicis sua Religionis Exercitium salvum & liberum relinquat, vel contra? quaestio est maxime controversa. Affirmativa Romano-Catholicorum Scriptorum Sententia. th. VII. Fundata in Pace Religiosa a.* 1555. *quâ Domino Territorii Jus introducendi Exercitium simultaneum minime denegatum, sed potius permissum. th. VIII. Respondetur, multa ut vera praesupponi, qua falsa aut admodum dubia sint. Pacem Religiosam ex Westphalica Pace declarari, & declarationem istam non minus ac ipsam Pacem Religiosam pro perpetua norma & regula observandam. th. IX. Argumenta pro Negativa ex Instr. Pac. Westph.* Art. V. §. Hoc tamen non obstante. 31. *th. X. XI. ex* d. Art. §. 32. *th. XII.* §. 23. *th. XIII.* §. 26. *junct.* §. 15. *th. XIV. Non obstat, quod Dominis Territorialibus competat Jus Reformandi. Ejus namque Exercitium, transactione hac publicâ, pacis & tranquillitatis conservanda, & persecutiones atque oppressiones subditorum citandi causa, limitatum est. th. XV. Summa Sententia Negativa. th. XVI. Responsum Incl. Facultat. Jurid. Tubing. Serenifs. Duci VVirtemb. ea de re datum a.* 1720. *th. XVII. Corollarium de praejudiciali illa Articuli IV. Pacis Ryswic. Clausula. th. XVIII.*

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

PRÆFATIO.

Xantlatis feliciter conſuetis Examinibus, pro impetranda Licentia, Summos in utroque Jure Honores capeſſendi, & ab Illuſtri in inclyta hac Eberhardina JCtorum Ordine mihi conceſſa Facultate conſcendendi Cathedram Publicam, habendique Diſputationem Inauguralem pro Summis dicto Ordini Clementiſſimè conceſſis Juribus ac Privilegiis, animum induxi meum, Inauguralis loco pauca proponere de Materia, quæ hactenus in omnium ore verſata, & de qua non tantum in Publicis Imperii noſtri Romano-Germanici Comitiis, ſed etiam in Auguſtiſſimi Imperatoris & omnium Electorum, Principum & Statuum Imperii Aulis & Curiis ſolicite actum ac conſultatum fuit, de *ſimultaneo* nimirum *Romano-Catholicæ Religionis Exercitio; num hoc ſalva Pace V Weſtphalica à Principe Romano-Catholico, qui Religionem iſtam forte noviter amplexus, aut Principi Auguſtanæ Confeſſioni addicto, in ſuo Principatu, in quo hactenus ſola Religio Evangelica & ejus Exercitium viguit, ſucceſſit, contra ſtatum Anni* 1618. *vel* 1624. *introduci poſſit? aut contrà fortè?* Sed ſine omni præjudicio cujusvis; novi enim benè, non mihi, ſed Sacratiſſimo Imperatori, Statibusque Imperii dubii illius Deciſionem competere, ceu quibus Avthentica LL. Imperii Interpretatio merito relinquenda, vi ipſius Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ *Art. VIII.* §. *Gaudeant.* 2.

Sit ergo B. C. D.

Theſis I.

Onſtat cuique aperte, dari in Imperio Romano-Germanico Civitates quaſdam Imperiales, in quibus utraque Religio & Evangelica & Romano-Catholica à Magiſtratu & Civibus autoritate publica introducta & ſtabilita eſt, atque ſub communi Civitatis protectione exercetur, ut ſunt Auguſta Vindelicorum, Dunckelſpula, Biberacum, Ravenſpurgum; In-

Civitates liberæ Imperiales, religionis intuitu, mixtæ; quænam?

ſtrum. Pacis Weſtphal. *Art. V.* §. 3. quibus adjungitur *d. Art. V.* §. 29. Kauffbeura. Quæ tamen renuit Civitatibus mixtis accenſeri, apud Londorp. *Tom. Act. Publicorum XVIII. Lib. XXI. Cap. V. Num. VII. VIII. pag.* 84. Contra Hagenoam in Alſatia talem Civitatem mixtam eſſe, Evangelici ſuſtinere ſategerunt. Vid. Author Meditat. ad Inſtrum. Pac. Weſtphal. *Spec. III. ad Art. V.* §. 29. *pag.* 444. Sed Catholici eam ad puras Catholicas retulerunt. Idem *pag.* 456.

II.

Iis non accenſendæ Ratisbona, Ulma, Lindavia, Iſna, aliæque plures.

Quod de duplici utriusque Religionis Exercitio in his Civitatibus Imperii mixtis vigente diximus, ratione Catholicæ Religionis non de quovis, aut quacunque ratione in Civitate aliqua introducto Exercitio, ſed de eo ſaltem, quod à Magiſtratu & Civibus Decreto publico introductum eſt, atque ita Civibus ſuo jure, ſive in propriis, ſive in communibus templis, longo uſu & obſervantia competit, exaudiendum eſt, ne alioquin & illæ Civitates, in quibus aliqui Catholicæ Religioni addicti Cives commorantur, proprio tamen exercitio ac templo deſtituti, illoque ſaltem in Cœnobiis & Monaſteriis ibi ſitis fruuntur, pro mixtis Civitatibus contra poſitionem Inſtrumenti Pacis *Art. V.* §. 29. venditentur; hujusmodi enim Civitates Imperii, non attentis hisce Monaſteriis ſeu Cœnobiis ibi repertis, pro Civitatibus unius Religionis habentur, uti ſunt Ratisbona, Ulma, Lindavia, Iſna, & plures aliæ.

Es ist auch in ermeldtem 1696.sten Jahr von einem Anonymo ein kleines Tractätlein herausgegeben worden, sub titulo: Warhaffte und in dem Instrumento Pacis gegründete Auslegung derjenigen Frage: Ob ein Catholischer Fürst in seinem Fürstenthum, darinnen das Exercitium Evangelicæ Religionis respectivè Anno 1618. oder 1624. bloß und allein in Ubung gewesen, sein Religions-Exercitium introduciren könne? darinnen Er hanc nostram Sententiam ex Instrumento Pacis Westphalicæ mascule propugniret: Dessen Scriptum Christianus Rittmeyer, Hoch-Fürstl. Hessen-Rheinfelsischer Hof-Rath und Cantzley-Director, nachmahls Chur-Pfältzischer Regierungs-Rath und Truchseß zu Creuzenach, zu refutiren gesucht in Anno 1703. editis Vindiciis Juris Reformandi, aber unglücklich, und mit keinem Nachdruck oder Rechts-Bestand, wie ad oculum demonstrirt das Anno 1710. gedruckte Examen Vindiciarum Rittmeyerianarum, sive Tractatus Juris Publici de Jure Reformandi, darinn jenes kleine Tractätlein verbotenus begriffen, und solidissime refutiret ist worden, mithin diese gantze Materie so ausführlich, klar und deutlich tractirt und vorgestellt, daß Wir Sie nicht besser vorstellen können, deßwegen Wir uns bloß darauf beziehen, wann man sie weitläuffiger ausgeführt zu lesen verlangt; von diesen beeden letzteren Scriptis aber hat man einen kurtzen Extract in den Electis Juris Publici *Tom. III. Part. VI. Num. XXI. pag.* 459. *seqq.* wann man sie kürtzer gefaßt haben und lesen will.

Welches **Eu. Hoch-Fürstl. Durchl.** zu gnädigst verlangtem Bericht Wir unterthänigst anfügen, nur noch dieses anhängend, daß ob Wir zwar allein deß Anni 1624. als eines inter Romano-Catholicos ac Evangelicos constituirten Termini pro iis, qui ex capite Gravaminum restituendi, immer gedacht, doch nicht auszuschliessen gemeynt seyen das 1618.de Jahr, so pro Termino Restitutionis in favorem ex capite Amnestiæ restituendorum, darunter Pfaltz und Baden-Durlach insonderheit gehören, per Instrum. Pac. *Art. IV.* §. *6. &* 26 geordnet worden, sondern einem jeden sein gebührendes und in Instrumento Pacis *Art. V.* §. 2. 13. *& seqq.* gegönnetes Recht salvum ac illibatum lassen wollen, mithin **Eu. Hoch-Fürstl. Durchl.** Unser Collegium zu fernerweiten beharrenden **Hoch Fürstl.** Gnaden und **Hulden** submississime empfehlen wollen. Actum in Collegio nostro, d. 3. Febr. 1720.

Decanus und andere Doctores **Euer Hoch-Fürstl. Durchl.**
Treu gehorsamsten *Universität* **Tübingen.**

XVIII.

tendi, aut non permittendi Exercitii Religionis constitutus Terminus est unaquæque pars dicti Anni 1624. ita, ut quicunque Religionis hujus vel illius Exercitium sive publicum sive privatum quacunque dicti Anni parte habuerint, illud eodem prorsus modo posthac retineant, & si quocunque modo turbati aut destituti fuerint, protinus sine ulla exceptione in eum, quo Anno 1624. fuerunt, statum plenarie restitui debeant. *d. Art. V.* §. 31. Qui vero nulla dicti Anni parte hoc vel illo Exercitio hujus aut illius Religionis gavisi sunt, & qui modo post publicatam Pacem Westphalicam diversam à Domino Territorii Religionem amplectentur, vel abinde jam amplexi sunt, patienter tolerandi, & conscientiâ liberâ domi devotioni suæ sine metu inquisitionis turbationisque privatim vacare, & in vicinia, ubi & quoties voluerint, publico Religionis Exercitio interesse, liberosque suos vicinis suæ Ecclesiæ Ministris baptizandos offerre, ac exteris suæ Religionis Scholis, aut privatis domi Præceptoribus instituendos committere permittendi. *d. Art. V.* §. 34. cui dispositioni Clausula ista è diametro contraria. Adversatur porro III. eadem Capitulationibus Cæsareis; in quibus Assertio Pacis Religiosæ & eam insecutæ Pacis Westphalicæ solenniter confirmatur & nominatim Capitulationi Imperatoris Josephi, gloriosissimæ memoriæ, *Articulo XIII.* quo expresse cavetur: **Wir sollen und wollen auch keinen Frieden ohne Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen Zuthun und Einwilligung schliessen, und insonderheit bey dessen Erfolg ernstlich daran seyn, damit das vom Feind im Reich occupirte, oder** in Ecclesiasticis & Politicis **geänderte zu der bedruckten Ständen und deren Unterthanen** Consolation **in den alten denen Reichs**-Fundamental-**Gesetzen und Friedens-Schlüssen gemässen Stand** restituirt **werde.** Quæ verba iisdem formalibus repetuntur in Augustissimi Imperatoris moderni Caroli VI. Capitulatione, *Articulo IV. in medio*, ita, ut post verba: **in den alten denen Reichs**-Fundamental-**Gesetzen und Frieden-Schlüssen**; in Parenthesi hæc noviter ponantur: (**worunter doch die Augspurgische** *Confessions*-**Verwandte den Rißwickischen Frieden nicht verstanden haben wollen, die Catholische aber sothane** *Reservation* **an seinen Ort ausgestellt seyn lassen**/) ante subjecta verba: **gemässen Stand** restituirt **werde**; Ubi verba Parenthesi inclusa respiciunt & innuunt enixum Statuum Imperii Protestantium desiderium abolendi præjudicialem istam Clausulam Articulo IV. Pacis Risvvicensis insertam, ceu Instrumento Pacis West-

Legatos suos, adhuc præsentes, Tabulas Pacis Rifsvvicensis subscribere ac signare recusarunt, paucis exceptis, qui id fecerunt propterea, quod Dominorum suorum terræ & urbes maxime præ aliis periculis expositæ, & eo modo subscripserunt, ut expresse testarentur, in cæteris rebus, quæcunque sint, nunquam se ab Evangelicorum consortio abalienatos fore; Urserunt inde in Comitiis Imperii Clausulæ illius declarationem, imo totalem ejus abolitionem, quâ licet haud impetratâ, tamen cum ita sit, ut sæpius memorata Clausula, ob perpetuam ipsorum contradictionem & protestationem, vim Legis Universalis ipsos obligantis contra Sanctionem Pacis Westphalicæ vix obtinere potuerit, & ipse Galliæ Rex per Legatum suum Chamoisium in Comitiis Ratisbonensibus mentem suam de dicto Articulo IV. Pacis Rifsvvicensis & illi inserta Clausula ista oretenus ita declaraverit: nolle se eam alio sensu intelligi, quam de terris sub ipsius potestatem redactis, in quibus ipse ad testificandum animum religiosum Templa quædam extruxerit, aut reditibus sacris dotârit; ac paulo post ita explicaverit: in omnibus locis, ubi post Pacem Noviomagensem Praxis Religionis Catholicæ inducta sit, statum eundem nunc esse oportere; tantum abest ergò, ut ex dicta Clausula Catholici pro Simultaneo in Templis Evangelicorum argumentum vel fulcimentum aliquod petere queant, cum dicta Clausula tantùm voluerit, Religionem Catholicam manere debere in statu, quo tum fuit in locis durante bello isto per Pacem Rifsvvicensem sopito à Rege Galliæ in Palatinatu & terris Rheno vicinis, tam via facti, quam Reunionum nomine, occupatis, & vi dictæ Pacis restituendis; Libertati autem Religionis Evangelicæ per eandem Clausulam nihil detractum, sed Protestantibus liberum Religionis suæ Exercitium cum omnibus annexis bonis, templis, fundationibus, monasteriis, hospitalibus, reditibus, juribus, accessionibus salvum ac illibatum relictum, prout vigore Pacis Westphalicæ habuerunt & retinere debuerunt, donec de Religione Christiana amicabiliter convenerit. Videantur, quæ de famosa illa Clausula collegerunt, Joh. Christian. Lunig im Reichs-Archiv *Partis Gener. Contin. II. fol.* 1324. *seqq.* Adam. Cortrejus *in Observ. ad Pac Rifsvvic. Art. IV. pag.* 134. *seqq.* Author *Observ Hallens. Tom. V. Observ V. & VI.* Dn. Böhmer *Disp. de Potestate Civili in Templa Cap. II. Sect. V. §.* 47. *seqq.* Ant. Faber in der Europäischen Staats Canzley *Part. III. Cap. IX. Part. IV. Cap. X. Part. IX. Cap. II. Part. XV. Cap. II. Part.*

 XXIII.

XXIII. Cap. X. XI. & XII. Part. XXIV. Cap. X. Part. XXXIX. Cap. VIII. Speramus vel tandem plenam Pacis Weſtphalicæ Reſtitutionem, & Gravaminum, quæ Evangelici hactenus contra Pacis hujus Inſtrumenta perpeſſi, abolitionem, per ſinceram, honeſtam & conſtantem Pacem, in quam TU DEUS Pacis & Dilectionis da conſpirare, da conſentire Sacram Cæſaream Majeſtatem, omnesque Reges & Principes Chriſtianos, ad commune noſtri Imperii, totiusque Orbis Chriſtiani Bonum. TANTUM.

ADDITIO.

JUngimus, B.L., Diſſertationi huic, RESPONSUM, ab Inclyta Tubingenſium Facultate Juridica, ſuper eodem argumento, cognatisque aliis quibusdam quæſtionibus, Sculteto Civitatis Rotenburgi ad Nicrum anno MDCCXV. datum, ab Illuſtri SCHWEDERO conſcriptum.

I. N. I.

I. N. J.

Cum nos subsignati Decanus, cæterique Doctores & Professores Facultatis Juridicæ in Illustri Universitate Tubingensi per Amicum & Patronum decenter requisiti simus de mente & sententia nostra super præmisso Casu, eique annexis Quæstionibus, explicanda, & in Scriptis communicanda, honesto huic desiderio Officii nostri ratione, quod nos obstringit, ut cuique id poscenti de Jure respondere teneamur, nullo modo deesse potuimus, quapropter Casum propositum æqua lance perpendimus & sollicite in Collegio nostro examinavimus, ac per unanimia sequens Juri consonum fecimus Conclusum.

Quod ergo primam attinet Quæstionem:

An Dominus Territorialis possit in templis, in quibus subditi Romano-Catholici anno 1624. *sua religionis exercitium publicum privative habuerunt, coëxercitium religionis Lutheranæ introducere & templa Catholicorum anno* 1624. *vacua pro sua religione reparare?*

Illa, ut patet, bimembris est. In primo illius membro quæritur: Utrum Dominus territorii A. C. addictus possit in templis, in quibus subditi illius Romano-Catholici anno 1624. solitarium religionis suæ exercitium privativè habuerunt, Coëxercitium religionis Lutheranæ introducere? Licet autem Scriptores Romano-Catholicæ religioni addicti salvo Instrumento Pacis Westphalicæ Principem Romano-Catholicum in Principatu suo, in quo exercitium Evangelicæ religionis anno decretorio 1624. solitarium & exclusivum privativè viguit, vi Juris reformandi ubique Coëxercitium religionis suæ Romano-Catholicæ introducere posse, modo Evangelicis suæ religionis exercitium liberum relinquatur, nec hoc iis adimatur, quod pluribus inductis exemplis, ubi id ita factum, textibusque ex ipso Instrumento Pacis Westphalicæ petitis probare satagit

Christian. Rittmejerus *in Vindiciis Juris reformandi cap.* 1. *& seqq.*

Nos tamen nulli dubitamus, quin hoc aperte contrarietur Instrumento Pacis Westphalicæ in art. 5. §. Hoc tamen non obstante

&c. 31. Vi enim hujus §. Statuum Romano-Catholicæ religioni addictorum subditis August. Confessionis, qui publicum vel privatum religionis suæ exercitium habuerunt, anno 1624. (quo titulo vel qua ex causa, an nimirum certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia prædicti anni habuerint, nihil refert;) hactenus prospectum est, ut id etiam in posterum retinere debeant, cum annexis, NB. quatenus illud dicto anno normativo exercuerunt aut exercuisse probare poterunt; unde per necessariam consequentiam fluit, quod, si subditi August. Confessionis in dicto Principatu aut regione memorato anno 1624. religionis suæ Evangelicæ exercitium solitarium & exclusivum in templis habuerint, Princeps ipsis invitis in illo ipsorum templo coëxercitium religionis Romano-Catholicæ, cui ipse addictus, minime introducere queat, uti quidem hoc in Palatinatu & Episcopatu Hildesiensi attentatum; alias subditis ejus Augustanæ Confessioni addictis exercitium religionis solitarium & exclusivum non maneret integrum, quatenus illud anno 1624. exercuerunt, in quo quacunque ratione & per introductum coëxercitium diversæ religionis turbati sine ulla exceptione statim in eum statum, quo anno illo decretorio 1624. fuerunt, plenarie restituantur. Cum autem Pax Westphalica in omnibus, in quibus aliud non expresse constitutum, exactam mutuamque inter Status utriusque religionis omnes & singulos æqualitatem esse vult, ita, ut quod uni parti justum est, alteri quoque sit justum,

d. art. V. §. 1.

Idem etiam observandum ratione subditorum Romano-Catholicorum Statuum August. Confessionis, ut nimirum & ipsis Romano-Catholicæ suæ religionis exercitium publicum aut privatum, quo dicto anno 1624. gavisi, salvum & integrum manere debeat, eatenus, quatenus, hoc est, in quantum, vel ad quem modum, aut quomodo, illud eo anno habuerunt & exercuerunt, adeoque si istud privative habuerint, ita iis quoque relinquendum sit, nec minus maneant subditi in possessione omnium dicto tempore seu anno in potestate eorundem constitutorum templorum, quatenus dicto anno in eorundem possessione constituti fuerunt. Si ergo vel Protestantes vel Catholici tum in solidum & privative templa possederunt, iidem in solidum & privative quoque in eorundem possessione manere debent, prout tum in illorum possessione fuerunt. Quocunque ita loco, quacunque urbe, quocunque pago, exercitium vel

Augu-

Augustanæ Confessionis, vel religionis Romano-Catholicæ, anno 1624. viguit, & quatenus seu ad quem modum ibi viguit, ita & in posterum conservari debet, ut deinceps quoad exercitium religionis suæ nec subditi plus sibi sumere queant, quam tunc habuerunt, nec Dominus territorii ipsis de eo, quod dicto anno habuerunt, quicquam adimere possit, neutrique parti jus sit, contra statum ac habitudinem temporis illius vel loci quicquam in quacunque re, quod ad religionem spectat, mutare, aut novam formam loco dare, vel novis circumstantiis qualitatem aliam facere. Cui igitur omnino convenit, quod Regionum Domini Romano-Catholici, quorum subditi Augustanæ Confessionis solitarium suæ religionis exercitium anno 1624. in templis suis habuerunt, ac contra Protestantes Domini, quorum subditi Romano-Catholici in suis templis solitarium & exclusivum religionis suæ exercitium d. anno 1624. habuere, contra statum dicti anni decretorii simultaneum alterius religionis exercitium invitis subditis istis obtrudere ac introducere nequaquam valeant; haud obstante, quod Domino territoriali vi juris & Superioritatis territorialis, ex communi per totum Imperium hactenus usitata Praxi, Jus reformandi exercitium religionis competat, vigore Instrumenti Pacis

art. V. §. 30.

Hoc enim salvum ipsi est & manet; saltem exercitium ejus juris per Pacem Westphalicam, Pacis & tranquillitatis in Imperio conservandæ & persecutiones ac oppressiones subditorum vitandi causa, contra subditos, dicto anno publico aut privato religionis alterutrius exercitio solitario ac exclusivo gavisos, restrictum ac suspensum est, usque ad amicabilem compositionem dissidii religionis. Proinde non possumus non primæ hujus Quæstionis primum membrum ita negative resolvere, quod scil. Dominus territorii, exercitium religionum simultaneum introducturus, licet bonam intentionem habeat, non tamen jure id facere possit, ut templa, uni parti in solidum acquisita & possessa anno decretorio, vel ex parte ei eripiat, & ex ejus propriis alteri communia reddat, quod non tantum Juris communis ratio & Pacis Westphalicæ Sanctio disertim prohibet,

in *d. art. V.* §. 31. *seq.*

Sed & ipsa Civilis prudentiæ regula dissuadet, cum, uti omnis, ita

 impri-

imprimis hæc templorum communio, ut mater discordiarum, quotidianas & perpetuas pariat lites, quod satis experiuntur loca, ubi talis templorum communio obtinet, unde tanquam valde odiosa omnibus modis vitanda, nec vigore Pacis Westphal. his, qui anno decretorio in plenaria templi possessione constituti fuere, ad Sacra sua solitarie inibi celebranda, exclusis diversæ religionis asseclis, obtrudi potest Coëxercitium alterius religionis, sed in illa sua plenaria templi possessione pro Sacris suis solitariè peragendis, qua anno decretorio gavisi, constanter manutenendi, & diversæ religionis asseclæ in posterum quoque exclusi manere debent, quemadmodum sic rectè nobiscum statuunt

Author *Anti-Vindiciarum Statuum Evangel. Hildesiensium pag.* 85. *seqq.* 106. *seqq.* Joh. Schilterus *de Pac. Relig. cap.* 3. §. 13. Hieron. Bruckner vel Hulder. ab Eyben, quorum unus vel alter latet sub nomine Heideni Borromei Riccrunti, *in notis ad Guilh. Ignatii Schützii Manuale Pacis qu.* 9. *pag. nob.* 97. Author *tr. Jur. Publ. de Jure Reformand. pag.* 121. *seqq. p.* 125. Henricus Henninges *in Meditat. ad Instrum. Pac. ad art. V.* §. 31. *pag. nob.* 571. *seq.* Georg. Henr. Wegelin *in Spicileg. Observat. ad Capitulat. Augustiss. Imp. Caroli VI. in append. pag.* 358. *seqq.* Joh. Deckher. *de Pac. civil. relig. danda cap.* 38. ubi dicit, in Camera Imp. bis subditis contra Dominum suum territorii in tali casu Mandata sine clausula de non contraveniendo Instrumento Pacis decreta esse.

Similiter in altero primæ quæstionis membro: An Dominus territorii Aug. Confess. templa subditorum Catholicorum, quæ anno 1624. ab omni religionis exercitio vacua fuere, reparare & suis Sacris adaptare possit pro se ac subditis præsentibus & futuris, num illa in statu, quo anno 1624. fuere, relinquenda? Scriptores Catholici in casu converso Domino territorii Catholico tribuunt licentiam templa Evangelicorum subditorum, quæ anno 1624. à religionis exercitio vacua fuere, forte quod collapsa aut devastata, pro religionis suæ Catholicæ cultu reparandi ac restaurandi, & restaurata Sacris Catholicis adaptandi.

vid. *Manuale Pacis* Schützii *q.* 17. Christ. Rittmejer. *in Vindic. jur. Reform. cap.* 6.

Protestantes verò ea in statu, quo anno 1624. fuere, relinquenda esse volunt,

per *Art. V.* §. 25. Vid. Author *Antivindiciar. Hildes. pag.* 85. Author *notar.*

notar. ad Schützii Manuale Pacis q. 17. *ad verba: nil impedit, quo minus Dominus &c.*

A partibus tamen Catholicorum ex noſtratibus etiam ſtat

Henr. Henning. *in Meditat. ad Inſtrum. Pac. art. V.* §. 29. *pag.* 451. *&* §. 31. *pag.* 529. *&* 559. Cortrejus *ad Pac. Relig. art.* 4. *in fin. pag.* 98. Deckher. *de Pace civili relig. danda. cap.* 45. *n.* 7. ſcil. in caſu, quo templa illa non ad Civitatem vel Magiſtratum loci, ſed ad Dominum territorii ſpectant.

In ſecunda Quæſtione quæritur:

An reditus à Catholicis anno 1624. *privative poſſeſſos Dominus territorii ex parte tollere & templis illis reparatis in futurum conſervandis, ſicut & exercitio ſuæ religionis applicare poſſit?*

Ad quam pariter non poſſumus aliter reſpondere, quam negando, vi

Receſſ. Imp. *de ann.* 1526. *§.* 11. Rec. Imp. *de anno* 1541. *§.* 26. Rec. Imp. *de anno* 1544. §. 83. *ſeqq.* Rec. Imp. *de anno* 1555. *§.* 16. Inſtrum. Pac. Weſtph. *art. V. §.* 25. 31. 45. ceu quibus txx. apertè conſtitutum, ut Calendæ Januarii anni 1624. ſint terminus reſtitutionis à quo, & ut poſſeſſio dicto die ac anno habita, ſit ſolum unicumque fundamentum reſtitutionis obſervantiæque futuræ. Quos ergo reditus, penſiones, decimas &c. ad bona Eccleſiaſtica pertinentes, Catholici anno 1624. in ſua poteſtate habuerunt, quorumque in poſſeſſione vel quaſi percipiendi dicto anno die 1. Januarii fuerunt, illi iiſdem absque ulla exceptione maneant, ac relinquendi, vel citra tergiverſationem reſtituendi ſunt, non attento plane titulo aut cauſa, ex qua perceperunt, ſive certo pacto aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti anni & diei ipſis debiti fuerint.

Tertia Quæſtio:

An in territorio illo, in quo ante & in anno 1624. Exercitium religionis utriusque fuit, poſſit Catholicis denegare Jus Civitatis intuitu religionis?

Deciſionem ſuam in negativam accipere videtur per argumentum ex Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ *Art. V. §. 23. verſ. Exercitium vero religionis in mixtis &c. §. 26. verſ. In quibuscunque vero fundationibus, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis, Hoſpitalibus &c. §. 29. verſ. Ante omnia verò illæ Civitates Imperiales &c.* ibi: *& civibus Catholicis pro tempore ibi exiſtentibus tam active quam paſſive relinquendis &c. §. 31. 32. & 35.* ibi: *pari cum concivibus jure habeantur, æquali juſtitia & protectione tuti.* Ex quibus textibus ſatis aperte colligitur, quod ſola religio Catholica non debeat eſſe cauſa denegandi Jus Civitatis in tali territorio, in quo tam ante quam ipſo anno decretorio utriusque religionis exercitium publicum viguit. Deckher. *de P. Civ. relig. danda. cap. 42. ad N. 54. n. 7. 8.* Niſi aliæ conſiderationes concurrant, ob quas forte juſte denegetur jus civitatis aut habitationis. vid. Joh. Eichelii & Chriſt. Reheboldi *Diſp. IX. de Jure Civitatis*, apud Ahasv. Fritſchium *vol. nov. Exercit. Juris Publ. cap. 2.*

IV. Quæritur:

An Dominus territorii Parochis & Ludi-Magiſtris poſſit Salaria ſua conſueta diminuere?

Vbi reſpondemus, ſi reditus ac fructus ex bonis Eccleſiaſticis percipiendi forte decreverint, aut diminuti fuerint, non eſt, quod Domino territorii imputetur, ſi propterea conſueta ſalaria Parochis aut Ludi-Magiſtris diminuat. Aſt ſi reditus & fructus bonorum Eccleſiaſticorum, ad Salaria Miniſtris Eccleſiarum & Scholarum ſolvenda deſtinati, nullum paſſi ſunt decrementum, ſed ex Catholicorum bonis Eccleſiaſticis percepti reditus noviter applicari velint Evangelicis Eccleſiæ miniſtris, qui tamen nullo jure iis fruendi gaudent,

dent, tunc Parochi & Ludi-Magiſtri Catholici juſtam cauſam habent, quod conquerantur de ſuorum redituum ſiniſtra adminiſtratione & Salariorum conſuetorum diminutione, arg. *d.* §. 31. 32. junct. §. 45. *art. V.* Inſtrum. Pac. Weſtphal.

Quinta Quæſtio eſt:

An Dominus territorii, de quo quæritur, Epiſcopi Catholici Jurisdictionem Eccleſiaſticam, anno 1624. *libere & privative absque ullo impedimento in Viſitatione Eccleſiarum Parochialium & Monaſteriorum Catholicorum exercitam, poſſit limitare adjungendo Conſiliarium Aug. Confeſſioni addictum, vel etiam eandem omnino prohibere?*

Videri poſſet, hoc affirmandum eſſe, quia Jus Diœceſanum & tota Jurisdictio Eccleſiaſtica Pontificis Romani & Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum &c. Romano-Catholicorum, cum omnibus ſuis ſpeciebus ac partibus, nullo excluſo, quod ullo modo ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam velut pars referri poſſit, contra Auguſt. Confeſſionis Status, eorumque ſubditos, tam inter Catholicos & Auguſt. Confeſſ. addictos, quam inter ipſos ſolos Aug. Confeſſ. Status usque ad Compoſitionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa eſt, & intra terminos territorii cujusque ſe contineat.

Inſtrum. Pacis *Art. V.* §. *Jus Diœceſanum &c.* 48.

Sed ſubjiciuntur ibidem notabiles aliquot limitationes: 1. ſcil. quando Epiſcopi Catholici Jurisdictione Eccleſiaſtica in ditionibus Proteſtantium an. 1624. 1. Jan. ad conſequendos reditus, cenſus, decimas & penſiones, notorie in quaſi poſſeſſione vel quaſi exercitio Jurisdictionis Eccleſiaſticæ fuerunt, in iis locis, in quibus dicto tempore hoc exercitium habuerunt, utantur eodem poſthac, ſed non niſi in conſequendis his reditibus ac penſionibus.

d. §. 48.

2. Sta-

2. Statuum Catholicorum Augustanæ Confessioni addicti Status Provinciales & subditi, qui anno 1624. 1. Januarii Jurisdictionem Ecclesiasticam Archi-Episcoporum, Episcoporum &c. Catholicorum agnoverunt, modo dictæ Jurisdictioni in iis Casibus subjiciantur, qui Augustanam Confessionem nullatenus, nec per indirectum, concernunt, modò ipsis occasione Processus nihil injungatur Augustanæ Confessioni vel conscientiæ repugnans.

d. §. 48.

3. Eodem jure Protestantium seu Augustanæ Confessioni addictorum Statuum subditi Catholici censendi, ita ut in eos, qui anno 1624. publicum religionis Catholicæ exercitium habuerunt, Jus Diœcesanum, quatenus Episcopi Catholici illud dicto anno 1624. quietè in eos exercuerunt, ipsis omninò salvum sit ac maneat. *d.* §. *in fin.* cujus §. verbis dicta Lex Fundamentalis Imperii clare definit, quatenus Episcopi Catholici Jure Diœcesano ac Jurisdictione Ecclesiastica in Augustanæ Confessionis Statuum subditos Catholicos uti possint, nimirum tria ad hoc conjunctim requiruntur: (1.) ut subditi Catholici anno 1624. publicum religionis exercitium habuerint; 2.) ut ipsi Episcopi hoc Jus eatenus tantum exerceant, quatenus dicto anno in Catholicos exercuerunt, & 3.) ut id quiete eo tempore exercuerint. Quod si jam hæc tria requisita in casu nostro præsenti adsint & probari queant, Dominus territorii Episcopi Catholici exercitium Jurisdictionis Ecclesiasticæ in Ecclesias Parochiales Catholicas, & his inservientes Ministros, & in Monasteria Catholica, inque his viventes, eatenus, quatenus dicto anno decretorio exercuit, cohibere aut tollere non potest, sed salvum & intactum relinquere cogitur, si in terminis, quibus dicto anno 1624. exercuit, maneat, sed si vel in minimo terminos dicto anno servatos excedat, vel alias justam causam adjungendi Consiliarium suæ religionis habeat, contradicere & illud in pristinos terminos reducere, ac, quo hi eo magis ac sanctius observentur, aliquem ex suis Consiliariis pro Custode adjungere poterit.

Cognata huic est Quæstio Sexta, qua quæritur:

Num super Monasteria Catholica, quæ anno 1624. *privative sub Jurisdictione Episcopi Catholici*

lici erant, Dominus territorii Aug. Confeſſionis, in cujus territorio ſita, ſibi jurisdictionem qualemcunque in genere arrogare poſſit?

Ad quam reſpondemus, quod procul dubio illa Jurisdictio Epiſcopi Catholici an. 1624. in Monaſteria Catholica, in Status Auguſtanæ Confeſſionis territorio ſita, privative exercita tantum fuerit Eccleſiaſtica ad cauſas ſpirituales & Eccleſiaſticas reſtricta. Cum autem indubie plures ſint Jurisdictionis ſpecies, & Monaſteria illa non in Epiſcopi, ſed alterius Status ditione ſive territorio ſita, hic merito vigore Superioritatis territorialis ſibi vindicat reliquas Jurisdictionis ſpecies, v. g. Civilem, Criminalem, foreſtalem in Sylvis Monaſteriorum, ſi quas habent. Vi enim Juris territorialis, ad rite recteque adminiſtrandam Juſtitiam, eoque modo Pacem & tranquillitatem in territoriis ſuis conſervandam, Statibus proprio quodam jure competit Jurisdictio omnimoda, die höchſte Gerichtbarkeit in Pein- und Burgerlichen Fällen, quæ cuique in territorio ſuo ſalva & intacta manere debet, adeo, ut ne Imperatori quidem concurrentia, multo minus avocatio litis cauſa concedenda, nec ab illo in ea ulla ratione turbandi ſint, vi

> Aureæ Bullæ *cap.* 11. §. 1. Ordinat. Cameræ *part.* 2. *tit.* 1. *& tit.* 5. §. 2. Capitul. Cæſar. Leopoldi *art.* 3. *&* 18. Joſeph. *art.* 3. *&* 17. Caroli VI. *art.* 15. *&* 18. Inſtrum. Pac. *art.* 8. *pr.*

Notumque eſt, quod Clerici ſaltem coram ordinario ſuo Judice Eccleſiaſtico conveniendi ſint, ſi actionibus perſonalibus conveniantur ex contractibus vel delictis levioribus, quæ pœnis Eccleſiaſticis eluuntur, quod ſi vero realibus actionibus ratione bonorum ſub alterius jurisdictione ſitorum conveniantur, forum ſortiantur coram illo judice ſeculari, ſub quo bona ſita ſunt, ita, ut in realibus Clerici in genere absque exceptione fori agnoſcere forum ſeculare teneantur, tam de Jure Civili, quam Jure Canonico,

> arg. *l.* 4. §. 5. *ff. fin. regund. l.* 2. *C. ubi in rem act. c.* 5. *X. qui filii ſint legit.*

quæ procedunt, non modo quando ipſi rei ſunt principales, ſed etiam in ea facti ſpecie, qua Clericus à reo principali fuit laudatus,

 ſeu

ſeu ubi lis eidem per reum conventum coram civili Magiſtratu fuit denunciata, per

l. 7. *C. de evict.* Chriſtin. *vol.* 2. *Dec.* 9. *n.* 10. Mynſing. 1.*O.* 22. *n.* 8. Gothofr. Nicol. Ittigius *Diſp. de Clerici foro ſeculari. cap.* 5. *ſ.* 8. 9. Carpzov. *Jurisprud. Conſiſt. lib.* 3. *tit.* 1. *d.* 7.

Et ſi Feudi Jure bona recognoſcant, ratione eorum coram Domino feudi ſtare cogantur, quia in cauſis feudalibus magis natura rei, quam qualitas perſonæ inſpicienda, dubium ergo non eſt, Clericos tam ex propria ſua ſubmiſſione feudum accipiendo & poſſidendo, quam Domini diſpenſatione accedente Jure feudali quoque obligari, & ſi ratione feudi conveniantur, à convaſallo ſuo, coram Domino feudi laico ſtare teneri.

2. *Feud.* 40. *ſ. fin. c.* 6. *X. de foro compet.* Stryck. *in Exam. Jur. Feud. cap.* 1. *ſ.* 34.

Et pariter in cauſis criminalibus, quæ pœnam capitalem vel corporis afflictivam, imo & relegationem ſaltem merentur, cognitio & coërcitio ad judicem ſecularem pertineat.

Carpzov. *d. lib.* 3. *tit.* 1. *d.* 5. *&* *d.* 109. 117. ac in *Prax. Crimin. q.* 62. *n.* 20. Suev. *de Pac. relig. Diſp.* 4. *th.* 3.

Denique & foreſtalis Jurisdictio, quæ in ſylvis & nemoribus, eorumque ratione exercetur, cohæret Superioritati & Jurisdictioni territoriali, per tradita

Myleri *de Principib. & Statib. Imp. cap.* 73.

Has ergò Jurisdictionis Species Dominus territorii jure ſibi vindicabit.

Septima, octava, nona & decima Quæſtiones:

7. *An Monaſterium ſupra memoratum in caſu ſecuturæ intercidentiæ totalis Religioſorum ibidem adhuc ſuperſtitum Dominus territorii poſſit occupare, & de illo diſponere pro lubitu & arbitrio;*

arbitrio; an verò provisio ejusmodi pertineat ad solum Episcopum Catholicum, sub cujus jurisdictione dictum Monasterium semper fuit, prout videtur statuere Instrumentum Pacis art. 5. §. 26. ?

8. *Si verò Religiosi isti pauci superstites omnes moriantur, vel inde emigrent, & ex horum discessu Monasterium, familia Religiosa, & Ecclesia Officiis divinis consuetis destituatur, adeoque Ordo Religiosus in isto Monasterio ab initio fundatos hoc modo plane intercidat, & aliis Monasteriis ejusdem ordinis, quorum non nisi duo vel tria in omnibus ditionibus Imperii reperiuntur, alii religiosi advocari & substitui non possint, vel ipsimet Monasterium illud desertum subintrare nolint, Quæritur in his circumstantiis, Quæ & qualis dispositio circa hoc Monasterium & Ecclesiam ex Instrumento Pacis fieri possit vel debeat? An à Domino territoriali possit occupari & secularisari, an verò ab Episcopo Religiosi ex alio Ordine possint substitui? vel tandem, an in statu illo desertionis relinqui?*

9. *Supposito, quod Provisio hujus Monasterii competat Episcopo, An in substituendis Religiosis ex alio Ordine ad continuandum cultum divinum*

primitus fundatum à Domino territoriali dependeat vel impediri possit?

10. *An eveniente casu intercidentiæ plenariæ Ordinis illius primi in dicto Monasterio, si Ordo ille non valeat vel non velit Religiosos ex aliis suis Monasteriis in Monasterio illo sic evacuato & deserto substituere, an Episcopus teneatur in eodem substituere Religiosos ex alio Ordine, an verò Domino territorii possit ad redimendam vexam Ecclesiam & Monasterium cum annexis per Transactionem cedere pro Exercitio Confessionis Augustanæ vel etiam alteri seculari vendere & omninò secularisare?*

claram suam decisionem accipiunt ex Instrum. Pac. Westph. *art. V.* §. 26. verbis hisce: *Omnia Monasteria, Fundationes & Sodalitia mediata, quæ die* 1. *Januarii ann.* 1624. *Catholici Status realiter possederunt, possideant & ipsi in posterum* (nec in eorum possessione ullo modo turbentur) *utut in August. Confessionis Statuum territoriis & ditionibus ea sita sint, non tamen in alios Religiosorum Ordines, quam quorum regulis primitus dicata sunt, commutentur*, (cum Status anni 1624. mutari non possit nec debeat, quoties alicujus interest illum servari) *nisi talium Religiosorum Ordo plane interciderit. Tunc enim Magistratui Catholicorum liberum esto, ex alio in Germania ante dissidia religionis* (per susceptam à Luthero reformationem) *exorta usitato ordine novos religiosos substituere &c.* quæ clausula & conditio adjecta ad excludendos Jesuitas, quos Protestantes apud Paciscentes suis in propositionibus nominatim designarunt, conjunctis deinde aliis novioribus Ordinibus, ne illi soli invidiæ expositi viderentur.

vid. Puffendorff *Histor. Suecica lib.* 18. §. 60. 68. Author *Medit. ad Instrum. Pac. ad d. Art. V.* §. 26. *pag.* 400.

Ex quo patescit 1.) Ordini Religiosorum, pro quo ab initio Monasterium hoc fundatum fuit, prorsus extincto, ita, ut alii eidem

dem Ordini addicti Religiosi nec ex aliis Monasteriis hujus Ordinis advocari, nec de novo eidem se mancipaturi haberi possint, utique alium ab eo distinctum Ordinem substitui posse; sed 2.) substituendum esse Ordinem in Germania ante dissidia religionis per reformationem Lutheri enata jam usitatum, qualis est v. g. Benedictinorum, Carmelitarum, Dominicanorum, Capuccinorum &c. 3.) Proinde Jesuitarum Ordinem substitui non posse, quia hic Authore Ignatio Lojola Cantabro anno 1540. adeoque post exorta dissidia religionis, initium cœpit, & à Pontifice novis privilegiis munitus fuit, quia spes erat, eos sedis Romanæ jam titubantis fulcra fore, quæ cum non fefellerit, Urbanus VIII. Pontifex anno 1623. Ignatium Lojolam, ejusque socium primarium Franciscum Xaverium in Divorum numerum retulit.

Vid. *Constitut. Societ. Jesu & Lit. Apostol. quæ Antwerpiæ anno 1635. publicata prostant.* Dn. à Seckendorff *in Histor. Lutheranismi, lib. 3. sect. 21. §. 84. pag. 314. seqq.*

4.) Illam substitutionem novi Ordinis fieri debere à Magistratu Catholicorum, ut verba Instrumenti Pacis habent, hoc est à Magistratu Ecclesiastico, ad quem hæc cura spectat. 5.) Proinde non Dominum territorii memoratum Monasterium in casu extincti Ordinis Religiosorum ibidem adhuc superstitum occupare, & de eo pro arbitrio disponere posse, quando provisio ista & substitutio alius Ordinis Religiosorum speranda ab Episcopo Catholico, sub cujus curâ & Jurisdictione Ecclesiasticâ illud semper fuit. Sed si 6.) illa Provisio & substitutio alterius Ordinis Religiosorum in locum extincti primi ab Episcopo Catholico, cui cura hæc incumbit, negligatur & non fiat intra tres vel sex menses, tunc Dominus territorii, in quo Monasterium situm, meritò sibi arrogat liberam dispositionem de vacuefacto intra fines sui territorii Monasterio,

arg. *cap. 7. in fin. de elect. & electi potest.* junct. *c. un. de Jure Patron. in 6to.*

Atque hæc quidem propositæ Facti Speciei ex asse convenire & Juri, inprimis Pacis Westphalicæ Sanctioni, Perpetuæ Legis Fundamentalis Imperii vim habenti, per omnia consentanea esse arbitramur, Judicio tamen cujusvis rectius sentientis semper salvo, in cujus rei fidem non tantum subscripsimus, sed & Sigillum Facultatis nostræ apponi jussimus. Actum Tubingæ in Collegio nostro d. 12. Novembr. 1715.

DISPVTATIO XLIV.

POSITIONES SELECTÆ

ex

Inſtit. Juſtin.

defenſa ad diem menſis Septembr. MDCXCVII.

à

JOHANNE LVDOVICO LVX, Biſchoffs. Hannov.

POSIT. I.

IUriſprudentia noſtra occupata eſt in Legum latarum bene cognitarum recta ad facta hominis applicatione per dextram illarum interpretationem.

II.

Qualis itaque Legum, Judiciorum, Magiſtratus, talis & JCti in Republica eſt neceſſitas, neque enim Jus conſtare poteſt, niſi ſit aliquis Juris peritus, per quem quotidie in melius producatur.

III.

Non tantum Juſtitia particularis, ſed & univerſalis ſuo modo eſt finis Juriſprudentiæ remotus.

IV.

Non juxta leges ſcriptas vel mores, ſed ſecundum quod ſibi videtur judicare, periculoſum ſane & pernitioſum eſt.

V.

V.

Civitates quoque Imperiales non minus quam reliqui Status Imperii rectè condunt Statuta Juri communi contraria, modo non sint de illis, quæ per clausulam irritatoriam jam ante improbata.

VI.

Parentes ad alimenta liberis præstanda possunt cogi.

VII.

Et Mater propter extremam famem filium distrahere potest.

VIII.

Partus hominis naturalis & legitimus est, qui septimo, octavo, nono, decimo mense & initio undecimi à contractis nuptiis natus, non autem, qui 12. 13. 14. mensibus post Patris absentiam vel mortem prodeunt, & monstrosi à forma humana aberrantes, tales sunt.

IX.

Sponsalia clandestina quidem omni jure prohibentur, si tamen res non amplius est integra, sed ad promissionem concubitus accessit, subsistunt, modò de sponsalibus constet, concubitus enim pleraque sponsalia alias non obligatoria, obligatoria reddit.

X.

Ad matrimonium quod filiusfam. contrahit, Jure Civili requiritur consensus Patris præcedaneus, aut certè concomitans, nec ratihabitio subsecuta illud retrò legitimum efficit.

XI.

Quid si pater aliquem deprehendat cum sua filia in fornicatione, & ipsi, nisi filiam ducat, minitetur, vel mortem ipsam, vel accusationem, an secutum matrimonium valeat? Resp. valere cum distinctione.

XII.

Si puella in periculo naufragii vel pestis constituta liberanti promittat matrimonium, & propterea insequatur, an id valeat? Resp. valere.

XIII.

Post benedictionem Sacerdotalem vel in ipso die nuptiarum alter conjugum si moriatur, superstes statim in ejus bona succedit, nisi statuto ingressus thori conjugalis præterea requiratur.

XIV.

XIV.

Judæi ſecundum Civilia præcepta, non verò ſecundum leges ſuas Moſaicas matrimonium inire debent, unde prohibentur fratris defuncti uxorem ducere, quod olim lege Moſaica ſuſcitandi ſeminis ergo ipſis permiſſum erat.

XV.

Ob impotentiam generandi, quæ jam ante nuptias adfuit, matrimonium declaratur nullum, & dicitur de ejusmodi perſonis, daß ſie miteinander in keinem vollſtändigen Ehe-Bett geſeſſen.

XVI.

Pater & filius, ut & duo fratres cum duabus ſororibus, item Pater & filius cum matre ejusque filia, nuptias contrahere non prohibentur.

XVII.

Marito ad ultimum ſupplicium damnato aufugiente, uxor juſtè petit divortium.

XVIII.

Si, cum duo eſſent Titii, datus ſit Tutor Titius, de quo autem teſtator ſenſerit, non apparet, neuter tutor erit, non ex jure, ſed probatione deficiente.

XIX.

Ad uſuras non tenetur ex liberalitate ſua donator, neque ad fructus fundi donati, niſi poſt litem conteſtatam.

XX.

Donatio mortis cauſa per procuratorem ſive perſonam interpoſitam facta non valet, nec clauſula codicillari adjecta ſuſtentatur, quamvis, ſi 5. teſtes adhibiti ſint, valeat ut fideicommiſſum.

XXI.

Merces levandæ navis cauſa ob tempeſtatem ejectas nemo pro derelicto uſucapere poteſt.

XXII.

Ob liberorum præteritionem à patre factum teſtamentum eſt nullum non tantum quoad inſtitutionem, ſed etiam quoad legata & cætera in teſtamento relicta & diſpoſita.

XXIII.

Qui volens alium heredem ſcribere, alium ſcripſit, in corpore hominis erravit, itaque nec heres eſt, quem ſcripſit, neque is, quem ſcribere voluit.

XXIV.

XXIV.

Mulier in testamento testis esse non potest, quod si tamen sexum mentita, & apud omnes pro viro habita, fuerit adhibita, subsistet testamentum.

XXV.

In Codicillis fœmina potest esse testis.

XXVI.

Ejus, qui impatientia doloris mortem sibi conscivit, testamentum, olim rite conditum, vires retinet integras, illius autem, qui ex conscientia delicti violentas sibi ipsi infert manus, testamentum cadit, juxta *L. 2. C. de testam.* quod hodie non aliter obtinet, quam si tale subsit delictum, ob quod bona publicantur, alias enim testamentum subsistet.

XXVII.

Si quis disposuit de bonis suis per ultimam voluntatem, de certa vero summa porro disponendi facultatem sibi reservavit, antequam autem disposuerit, diem suum obiit, solenni testamento facto, dubium non est, quin reservatum heredibus in eo scriptis deferatur; Si autem donatio m. c. aut pacta dotalia successoria facta, illud legitimis ab intestato successuris cedit.

XXVIII.

Si duo Conjuges ita testati, daß nach ihrem Tod beiderseits Erben gleich mit einander erben sollen, hereditas non pro numero personarum, sed in duas portiones æquales est dividenda, non obstante quod DD. ex *l. 13. de hered. instit.* pro regula tradant, dictionem *aque* hanc habere vim & potestatem, ut notet distributionem in capita, non in stirpes.

XXIX.

In secundo ab intestato succedentium ordine non attenditur distinctio bonorum, utrum paterna vel materna sint, si plene ad liberos devoluta, sed utrique parentes hactenus ad ea pariter admittuntur.

XXX.

Pactum de contrahendo & contractus formaliter differunt.

XXXI.

Inebriatus ad mentis usque alienationem contrahendo non efficaciter obligatur.

XXXII.

Fallitur Mæstertius, & qui eum sequuntur, contractus innominatos etiam ante ullam dationem aut factum solo conventionis jure obligationem parere autumantes.

XXXIII.

Cajus equum Titii ad rem rusticam sibi commodatum peregre secum abduxit, in itinere incidit in latrones, à quibus graviter vulneratus equum amisit, quæritur, an Titio ad æstimationem equi & id, quod ejus interest, præstandum teneatur? Affirm.

XXXIV.

Titius Sejo prædium suum vendidit 2000. aureis, idque ei tradidit pretio nondum soluto, mox emtori Sejo de prædio empto à Cajo movetur controversia 30. annos durans, tandem Sejus absolvitur. Titius eo absoluto petit pretium 2000. aureorum cum usuris medii temporis à Sejo, qui jure ad utrumque condemnatur.

XXXV.

Mevius auriga lanam à mercatore Lipsiensi suscepit transvehendam Schaffhusium mercede 30. aureorum, in itinere Cajus, cui mercator Lipsiensis aliquam pecuniæ summam debebat, lanam fecit sequestrari. Unde Mevius impeditus fidem debitam præstare non potuit. Quæritur, an mercedem 30. aureorum nihilominus exigere possit? Affirm.

XXXVI.

Furtum sine affectu furandi non comittitur: ideò, si quis, cum putaret dominum consensurum, rem alienam contrectaverit, furti non tenetur, si modo justa & probabilis credulitatis adsit causa, & hoc facilius admittitur, si res, qua utitur, apud seipsum, quam si apud tertium extiterit. Qui autem credit, invito domino se rem contrectare, licet faciat eo volente, furtum committit quidem, actio tamen furti domino contra ipsum non datur.

XXXVII.

Tabellarius sive nuncius, qui pecuniam alio transferendam in proprios usus convertit, furtum itidem revera committit, sive pecuniam

cuniam adnumeratam sive in sacculo inclusam & obsignatam acceperit.

XXXVIII.

Μονομαχία, non ob honorem DEI, aut salutem patriæ suscepta, sed propter fortunam amoris, aut redimendum honorem (ut ajunt) instituta non est licita.

XXXIX.

Titium occidens, dum vellet occidere Sejum, ordinaria mortis pœna est plectendus.

XL.

Nec Jure Canonico, nec moribus sublata est distinctio inter Delicta Publica & Privata.

FINIS.

DISPVTATIO XLV.

COLLATIO CAPITVLATIONVM CÆSAREARVM

POST WESTPHALICAM PACEM FACTARVM,

CVM

PROJECTO CAPITVLATIONIS PERPETVÆ COMITIALI,

SVCCINCTE OLIM

d. 22. Septembr. M DCC XVI.

SPECIMINIS ACADEMICI LOCO EXHIBITA,

PROLIXIVS NVNC ET ADCVRATIVS

INSTITVTA

STVDIO

WOLFGANGI PAVLI BVRGERMEISTERI DE DEICISOW.

PRÆFATIO.

§. I.

PLeraque Imperia & Regna suis inniti Legibus fundamentalibus, quibus Civitas formetur, aliaque ad Statum publicum constituendum ac in suo flore conservandum pertinentia definiantur ac determinentur, indubium est, ad quarum observantiam se imperaturi plerumque obstringere solent, quando populus se ad debitum obsequium per homagium illis obligat. Ita Regem Hispaniæ in Leges Regni Arragoniæ, & ad Privilegia Statuum Saragossæ sarta tecta conservanda, se ante altare obstringere, ac jurato promittere teneri, se omnia, quæ ad summam Reipublicæ pertinent, cum Ordinibus Regni communicaturum, nec iis inconsultis illa pro arbitrio suo expediturum, testatur Mariana *Histor. Hispan. lib.* 21. *cap.* 1. Similiter Regem Sueciæ in Leges Regni Sueciæ, ad conservanda Ordinum Pri-

Privilegia, & in ſpecie in Auguſtanam Confeſſionem, ſe obligare, ac nominatim promittere conſueviſſe, quod nullum Jus peregrinum in Regnum inducere, nec Ordinibus novam Legem obtrudere velit, niſi eam ſponte acceptarint, patet ex formula juramenti Sigismundi Regis relata in *Exegeſi Hiſtor. Suecicæ fol.* 119. Nec minus de Regibus Angliæ conſtat, eos certis limitibus circumſcriptam poteſtatem nanciſci, durch ihren Teſt, ut vocant Legem ſuam fundamentalem, & in ſpecie hinc ipſos ex antiquis inſtitutis nihil tollere, nec novas Leges niſi de Parlamenti ſententia condere poſſe, teſtatur Polydorus Virgilius *Hiſtor. Angl. lib.* II. *in Henrico I. fol.* 118. Eodemque modo ſe rem habere cum Regibus Poloniæ notat Cromerus *Hiſtor. Polon. lib.* 2.

§. II. Ad horum igitur & aliorum exemplum **Electores Sacri Imperii noſtri** cum **noviter electo Imperatore** hactenus etiam in certas convenerunt conditiones, in regimine ſuo ab eo obſervandas, quas ipſe ſcripto conceptas & ſubſcriptione ſua munitas ſe omni ſtudio attenturum mediante ſacramento ſponte in ſe recipere conſuevit. Inſtrumentum illas exhibens communiter

niter (*a*) Capitulatio Cæsarea, die mit dem erwehlten König oder Kayser errichtete Wahl-Capitulation, audit, quam pro Lege fundamentali Imperii habendam esse, dubitare nos non sinunt ipsa Serenissimorum Electorum verba, cum ad Cæsaris propositionem in Conventu Electorum Ratisbonæ an. 1623. habito reponerent: **Ihre Kayserliche Majestät wäre wegen des Proceß gegen den Pfaltz-Grafen nicht zu verdencken/ jedoch weil es ein Chur-Fürstenthum und Mit-Glied des Chur-Fürstlichen Collegii betreffe/ solte damit mit Vorbewust der Chur-Fürsten verfahren werden/ nach Innhalt Königlicher Capitulation**

(*a*) Capitulatio, vox veteribus Romanis incognita, & proin Philologis nostris delicatulis barbara. Vide sis, quæ congessere Limnæus *annotament. ad Capitulat. nostras Prolegomen. Sect. I.* Auctor *Meditat. ad Capitulat. Josephi Observation. prooemial.* Res itidem nova, si formam externam, moremque, leges ejusmodi prolixiores, pluribus articulis distinctas, solemnibusque scriptis mandatas, Neoelecto Imperatori præscribendi, spectes; cui Caroli V. potentia indolesque causam dedere. Fridericus Sapiens Saxo apud Sleidanum *Commentar. de Statu Relig. & Reip. Carolo V. Cæsare lib.* 1: placere sibi, *ait*, ut is [*Carolus*] renuncietur Cæsar, veruntamen certis legibus, ut & Germaniæ sua libertas constet, & ea, de quibus facta sit mentio, pericula vitentur.

tion, welche pro Lege fundamentali Imperii zu halten. licet in primario & proprio significatu quoad Sacratißimum Imperatorem nil minus sit quam lex, cum non feratur à subjecto, quod in Imperio potestate legum ferendarum gaudeat, nec Imperatorem futurum invitum ex potestate præscribentium obliget virtute præcepti, sed libera voluntate eam acceptantem, vi promißionis & jurisjurandi desuper sponte præstiti. Verum est & dicitur Lex fundamentalis Sacri Romano-Germanici Imperii, in eo sensu, quo Leges fundamentales nil aliud sunt, quam pacta publica, quæ, ut alibi circa cujusque Civitatis, sic hic circa Reipublicæ nostræ Germanicæ Statum versantur, & normam regiminis conditionesque in illo moderando observandas definiunt, inter Imperantem & Status seu Ordines inita; quod clare innuunt verba ipsa Capitulationum Cæsarearum, quotquot à Caroli V. temporibus in ea externa forma, qualem hodie præ se ferunt, habemus, in Prooemio, post relationem legitime factæ Electionis quæ sequuntur: Daß Wir uns demnach aus freyem gnädigen Willen / mit denselben Unsern lieben Ne-

ven / Brüdern / Oheimben und Chur-Fürsten vor sich und sämbtliche Fürsten und Stände des Heil. Römischen Reichs / Geding- und Pacts-weiß dieser nachfolgenden Articuln vereiniget / verglichen / angenommen und zugesagt haben / alles wissentlich und Krafft dieses Brieffs.

§. III. Eam Capitulationem usque ad Rudolphum II. absque ulla contradictione conceperunt Electores (*b*), at post ejus obitum cæteri Sta-

---

(*b*) Recte Titius *Specim. Jur. Publ. R. G. l. 2. c. 7. §. 8. seqq.* in celebri illa de Jure concipiendi Capitulationes Cæsareas Electorum cæterorumque Imperri Ordinum controversia, ex crebra Capitulationum, mutatis semper adjectisque aliis atque aliis legibus, interpolatiane nata, interesse censet, utrum per Capitulationes Statui Imperii jam constituto potestas Cæsaris saltem sit attemperanda, an articulus aliquis dubius in iisdem definiendus. Forma scilicet Capitulationis, docente eodem *d. c.* §. 18., in eo consistit, quod potestas Cæsaris per eam juxta statum Germaniæ & libertatem Procerum circumscribatur. Primo itaque respectu jus concipiendi Capitulationes Electoribus negari nequit, ait Titius §. 9. cum enim mediante electione imperium possint deferre, cur non etiam Imperatorem statui Germaniæ convenienter obligare? imo ipsam imperii delationem obligatio tacita semper comitatur, cur igitur expresse & per multos articulos Cæsarem obstringere Electoribus non liceret? neque etiam hoc sensu potestatem illam unquam in dubium vocarunt reliqui Status, prout ex eorum protestationibus videre est. Secundo autem respectu Capitulationum conceptioni jure suo obnisos reliquos

Status, primùm (*c*) in privatis literis, postea ve-
Ppp pp 2 ro

Status dixeris, universo Statuum Ordini definitionem illam, cum extra electionis sphæram sit, reservatam existimantes. Adde eund. *d. c.* §. 11. & 15.

(*c*) Primum Principum quorundam murmur, instante Matthiæ electione ea de re ortum, Londorpius refert *Act. Publ. Tom. 2. lib. 3. tract. 2. p.* 638. *seq.* Verba Londorpii: Neben obgemeldten Discursen von der Wahl eines Römischen Königs/ und wer darbey zu consideriren sey/ seynd auch andere Discursus von Ausschliessung der Fürsten/ Graffen und Ständen des Reichs/ bey währendem Wahl-Tag zu Franckfurt/ spargiert worden: Ob nemblich die sieben Chur-Fürsten für sich und allein Macht haben/ einen Römischen König nicht allein zu erwehlen/ sondern demselben leges nomine totius Imperii zu præscribiren: oder aber ob sie nicht schuldig seyen/ andere Fürsten und Stände des Reichs zu Rath zu ziehen/ und mit denselben hieraus zu communiciren und deliberiren/ ut, quod omnes tangit, ab omnibus approbetur. Darvon ist uns nachfolgendes Schreiben communiciert worden. Literæ cujusdam ad amicum d. 25. Maji 1612. exaratæ: Es finden sich/ wie ich von einem vertrauten Ort hero berichtet werde/ wegen der Ejection und Exclusion die Fürsten hoch offendiert/ von denen jetzunder Baden/ Würtemberg/ Anhalt/ L. Moriz/ Onolzb. ꝛc. zu Heppenheimb an der Bergstrassen beysammen seyn. Es möcht vielleicht unter andern daselbsten die Güldene Bull examiniert/ und diese quæstio moviert werden/ ob die Chur-Fürsten bemächtiget/ inconsultis reliquis Imperii Statibus Cæsari eine neue Capitulation fürzuschreiben/ weil die alte compactata cum consilio Statuum aufgerichtet/ weniger nicht

ro publice (*d*) in Tractatibus Pacis Westphalicæ conquesti sunt, quod Electores sibi nimiam potestatem in Capitulatione ad reliquorum Statuum damnum & injuriam formanda sumerent, quam proin temperandam censuerunt, ne Jura Statuum ambiguis semper incertisque fluctibus agitari necessum esset; id autem fieri posse judicarunt, si constans & perpetua communi Statuum consensu in Comitiis conderetur Capitulatio, non immutanda, nisi salus Reipublicæ temporumve conditio

als post Auream Bullam auch die exauthoratio Wenceslai applaudentibus istis, wie die Subscriptiones arguiren/ vorgenommen worden/ Man will apud istos darfür halten/ Electores in tractandis Imperii negotiis etwas zu weit lauffen/ und ihr Facultet, die allein auf die Election restringirt/ viel zu weit extendiren wolten.

clesiam Romanam indiguisse, ingenuè fassus est Leonis X. successor Hadrianus VI. Pontifex Maximus, teste Hortledero *de Causis Belli German. Tom. 1. lib. 1. c. 1.* & Authore *Hist. Concil. Trident. lib. 1. pag.* 28. ipseque eandem aggressus fuisset, nisi præmaturâ morte impeditus esset. Intendit illam jam antea Sigismundus Imp. cui à Reverendiss. Patre Petro de Alliaco, Cardinali Cameracensi, in Concilio Constantiensi optimus tr. *de Reformat. Rom. Ecclesiæ* oblatus, quem exhibet Joh. Wolffius *lect. memorab. Cent. 15. pag. m. 756. seqq.* sed & pius ipsius Imperatoris conatus callidè elusus est) inter Romano-Catholicos & Protestantes religionis dissidium, quod Tridentino Concilio adeò non compositum, ut id Concil. potius majorum discordiarum seminarium factum sit, juxta effatum Episcopi Buduensis ap. Petr. Svavem s. Paulum Sarpum *in Hist. Concil. Trident. pag.* 784. & spes exigua supersit, ante finem Seculi illud sublatum iri. vid. Differt. Magnif. Præsidis *de Pacis Relig. constant. & perpetuit. th. 23. 24. sqq.*

XI.

De secundo Juris eundi in partes casu.

Verbis: *omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus considerari nequeunt*: continetur alter à regula, qua in Comitiis Imp. Majoribus standum esse dicitur, exceptus casus, non majori votorum numero, sed amicabili compositione inter socios utriusque religionis dirimendus. Sed quænam illa sint negotia alia, in quibus Status non tenent faciem unius corporis, seu ubi Ordines Imp. non possunt tanquam unum corpus considerari, non satis expeditum est, dictuque difficile.

Hennigesii Meditationes.

Quæsivi, inquit supra laudatus Henricus Henniges in *Meditat. ad d. §. 52. art. V. Instrum. Pac. ad hac verba*, hactenus apud omnes hujus loci interpretes exempla: sed ferè inveni nulla. Communiter ajunt, legem de negotiis intelligi, ubi Jura singulorum versantur, de quibus cognoscere Status in Comitiis & decernere non sit patrii instituti. Sed præterquam quod hæc opinio fortassis cautioni adhuc subjecta sit, cum videamus, Cæsarem de jure singulorum judicare, quidni igitur Status cum Cæsare, præsertim in rebus majoris momenti, ubi ille sub jurejurando spospondit, se hos consulturum. Mihi, pergit ille, causa etiam non apparet, cur Status tanquam unum corpus nequeant considerari, quoties de jure tertii consultatio inter Collegia instituitur. Debet autem hæc esse natura negotii, ut Status in Comitiis congregatos separet quasi, & Corporis seu Collegiorum vincula communia solvat, ut non amplius totius, sed singulorum ratio

tio

tio habeatur. Quid si dicamus, negotia intelligi, de quibus in Comitiis deliberari non est receptum. Sed hoc responso utcunque defuncti hærebimus statim, cum exempla postulamus, nisi forte novorum vectigalium concessio huc pertinet, quæ res non modo Collegio Electorali propria, reliquis Statibus exclusis, verum etiam in illo ipso Collegio non aliter quam conjunctis omnium suffragiis expedienda, ut vel uno dissentiente ceterorum suffragia in idem conspirantia ad Decretum perscribendum nihil valeant. Hæc si tibi non placent, cogita de exemplis aliis, modo memineris non eundem esse casum, ubi Status non considerantur ut unum corpus: & cum Catholici & Augustanæ Confessioni addicti in partes eunt. Nam si hæc duo pro uno liceret reputare, & ultimum esset prioris velut explicatio, res tantis dubiis involuta non foret; sed videtur lex aliter loqui, atque tres casus à se invicem distinctos exprimere, id quod illæ voces, *ut etiam*, satis clare ostendunt. Hactenus Henniges. Alter hic casus exceptus à regula, quod pars major obliget minorem, pluribus quam prior obnoxius est dubiis ac difficultatibus, cum vix constet, quæ sint illa alia negotia, in quibus Status tanquam unum corpus considerari nequeant, da die Stände nicht als ein Corpus betrachtet und angesehen werden können, ad quæ negotia, sub nota universali sine ullo qualitatis respectu, quid concernant, ut patet ex verbis: *Omnibusque aliis negotiis &c.* hic fit extensio quoad hoc, ut in iis Instrumentum Pacis Westphalicæ quoque velit cessare omnino debere jus majoris partis, & bonis conditionibus inter partes per amicabilem compositionem aut transactionem exortum ex varietate suffragiorum certamen tollendum & sopiendum esse, ex ista causa, quod in illis Status non ut unum Corpus considerentur; ita, ut Dn. Henniges etiam fateatur, se facta licet diligenti perscrutatione, nulla tamen exempla ejusmodi negotiorum in Comitiis tractatorum allegata invenire potuisse apud loci hujus interpretes. Ac sanè vix est, ut verba casus nostri secundi, quibus exprimitur, hunc sensum habeant, quem illis affingit Monzambano *de Statu Imp. German. c. 5. §. 26.* cum ait: *Major pars pauciores obligat, nisi circa negotium religionis, & ubi Ordines non tanquam unum corpus, sed tanquam partes invicem disceptantes considerantur.* Sic enim multa, & pleraque negotia Comitialia huc trahi possent, in quibus etiam suffragiis numero vincentibus locus. Num autem exempla ab ipso Dn. Henningio adducta examussim huc quadrent & adæquata sint per omnia, Tu, Lector benevole, judicabis. Nos non dubitamus, quin hac

Nostra sententia:

ex causa inprimis Status Evangelici superioribus temporibus ac in ipsis Tractatibus Pacis Westphal. tanto studio tantaque animi constantia quæsiverint, ut à jure majoris partis sive votorum pluralitate eximeretur negotium Collectarum Imperialium, quas Imperator in Comitiis à Statibus Imperii efflagitaret. Licet enim Imperator Collectas Imperiales nec possit nec debeat à Statibus Imperii exigere, nisi Reipubl. necessitas, salus & utilitas, aut decus earundem exactionem postulet, & hac ratione causa Collectarum ad Universum Imperium pertinere videatur, eoque intuitu Status & hic ut unum corpus considerandi censeantur; Attamen cum singuli Status collectas indictas ex suis ditionibus & territoriis, quæ possident ab Imperio & in eo, pro ditionum aut feudorum suorum & redituum inde percipiendorum quantitate solvant, imo olim ex Cameræ suæ reditibus, aus ihren Cammer-Revenüen, exsolverint, ut constat ex R. I. de A. 1542. §. 54. & 66. R. I. de A. 1543. §. 24. nunc verò ex concessa ipsis licentia in R. I. de A. 1548. §. 95. & 102. R. I. de A. 1551. §. 25. R. I. d. A. 1555. §. 81. R. I. de A. 1557. §. 49. R. I. 1566. §. 41. R. I. 1576. §. 11. R. I. de 1582. §. 10. R. I. 1594. §. 9. R. I. 1598. §. 11. R. I. de 1603. §. 17. R. I. de 1613. §. 7. Klock. *de contribut. c. 2. n.* 116. *seqq.* add. *c.* 17. *n.* 170. per subcollectationem subditorum suorum exigant & præstent, utique Status hic in materia solvendarum Collectarum Imperialium ut singuli spectantur & considerandi veniunt, & inde Evangelici in dict. Tractatibus Pacis Westph. adeò urserunt in Consultationibus de præstandis Imperatori Collectis non standum majoribus, sed singulorum vota intuenda, hinc per amicabilem quoque compositionem pariter in hoc casu negotium terminandum esse. Sed ob pertinacem Romano-Catholicorum contradictionem in hoc puncto nihil obtinere, nec impetrare potuerunt A. C. addicti, ut hæc quæstio sub secundo casu ut jam decisa comprehenderetur, sed oportuit ipsos concedere, ut ulterior hujus controversiæ discussio & plena decisio per verba finalia hujus §. 52. ad proxima futura Comitia remissa fuerit. Bene vero Dn. Henniges circa finem Meditationum suarum de hoc casu secundo excepto monet, eundem omnino separandum & distinguendum à sequenti, cum Catholici & A. C. addicti Status in partes eunt, ut inde tres à se invicem distincti casus eveniant, quos pariter cum ipso statuunt Coccejus *in Jur. Publ. Prud. c.* 20. §. 36. Zech. in dem Europäischen Herold *Part. I. pag.* 829.

XII.

XII.

De tertio Juris eundi in partes casu; Henningesii Meditationes.

Verbis: *ut etiam Catholicis & Aug. Confess. Statibus in duas partes euntibus sola amicabilis compositio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate*, continetur tertius casus. De quo ita laudatus Henniges: In duas partes ire est ire in diversas sententias, & pro illis adeo pugnare, ut neuter alteri concedere velit. Requirit autem Lex, ut Catholici omnes ex unâ parte, rursumque omnes Protestantes ex alterâ contraria sentiant, & veluti acies diversæ prælia inter se misceant, tantâ utrinque constantiâ, ut post omnia tela emissa ambo nihilominus stent in proposito, neque gradu se dimoveri patiantur. Nam si inter concertationes Protestantium quidam Catholicis, vicissimque nonnulli ex his se Protestantibus adjungant, ita ut partes quidem aut sententiæ diversæ sint in Senatu, sed non inter Protestantes & Catholicos, quatenus considerantur ut Status utriusque religionis: Tum vero hæc discessio ad vim impediendorum majorum non adeo valebit. Ex quo apparet, cum initio horum Comitiorum de perpetuâ Capitulatione in Curia Principum ageretur, atque ibi duæ essent factiones, quarum altera Electorum prærogativas tuebatur, quæ numero vincebat, altera vero dignitati famæque Principum secularium consultum cupiebat, quibus plerumque post habitam deliberationem adversa Decreta sunt facta; hanc sane partem ex nostra Lege decreta ista sibi suisque rationibus minus commoda impugnare cum ratione non potuisse; quamvis enim tum duas in partes itum fuerit, divisio tamen neque ex causâ religionis fuit, neque inter Proceres utriusque religionis. Sed uti Principibus Ecclesiasticis Catholicis, qui Ducem Austriacum sequebantur, multi Protestantium accessere, ex illis præcipuè, quibus curæ fuit defendere Majestatem Electorum, ordinisque hujus summa in republica Jura, tempore immemoriali exercita; ita ex adverso Principibus secularibus Protestantibus non modo Catholici Principes seculares, verum etiam aliqui ex Ecclesiasticis sese adjunxerunt. Quamobrem frustra illi, quibus ut numero sententiarum inferioribus ingrata decreta plerumque fiebant, auxilium hujus legis imploravere. Hoc enim pacto itur quidem in partes, sed non ex sensu legis, quæ partes desiderat, hinc omnium Protestantium, inde Catholicorum: Non divisionem Statuum simpliciter, sine ullo respectu religionis secedentium: Hoc enim si placuisset, quid, obsecro, opus fuisset, tres tantum casus nominasse, quibus ad plurium suffragia non atten-

quod in Senatibus singuli sententiam dicant, commune autem Votum non admittatur. Verum enim vero uti Statibus licet in partes ire, ita commodior nulla est ratio, ex quo partes semel formatæ sunt, unius alteriusve exponere sententiam, quam voto aliquo communi. Possunt hoc Protestantes suo jure facere, & cum eadem in re Catholicis non obsint, quo minus eodem consilio utantur, æquum certe est, ne Hi sibi eandem ob rem negotium facessant, vel invideant libertati, qua absolutè opus est eis pro conservatione & salute suarum rerum. Hæc omnia de tertio casu excepto à Dn. Henningio ex animi nostri sententia & mente sunt dicta, ideoque ea potius ipsius quam nostris verbis protulisse, nemo nobis vitio vertet, atque hoc medio haud parum cautum ac prospectum est A. C. Statibus. Videntur enim sic omnes Consultationes à votorum pluralitate vindicare & ad amicabilem compositionem adigere posse, si videant, vel probabiliter metuant, Catholicos ex odio religionis vel alio respectu in Evangelicorum præjudicium quid tentaturos vel machinaturos, quamprimum nempe adversus Catholicos ipsi in unum coeunt Corpus, atque boni publici causa commune contra eos formant conclusum, exindeque in omnibus curiis unanimem ferunt sententiam Catholicorum intentioni ac proposito directò contrariam, tum enim lis per solam amicabilem compositionem dirimenda erit, haud attentâ votorum pluralitate.

Nostra Sententia.

XIII.

Pergit autem illustris Henningius: Superest adhuc dubium aliud: An id, quod hic de Statibus in partes euntibus dicitur, intelligendum sit de *toto absoluto cujusque partis;* vel etiam *de parte partis.* Forsitan non satis intelligor, quid mihi velim, itaque me sic explico: Cum in Comitiis negotia publica tractentur, non uno in Corpore vel senatu, sed in tribus diversis Curiis, quarum una Electores complectitur, altera Principes, tertia Civitates, quæsitum memini, an huic Legi singulis in Curiis sua constet auctoritas, an vero oporteat, ut totum corpus Protestantium, nulla habita Collegiorum ratione, cum toto Corpore Catholico in partes scindatur. Agitata fuit hæc quæstio acerrime A. 1665. mense Julio in senatu Principum, cum quæstio esset de consilio aliquo bellico formando, quod Protestantes pari religionis numero compositum volebant, Catholicis opinantibus, ut hoc postulatum in Decreto omitteretur, quibus Directores in conscribendo Decreto assensi sunt, idque eo excusavere, quod major Senatus

De quæstione, an Jus eundi in partes etiam in singulis Collegiis obtineat, Henningesii Meditationes.

pars hoc non neceſſarium duxerit. Cum itaque Proteſtantes contenderent, non potuiſſe decretum ſecundum majora fieri, quod Status utriusque religionis hic in partes eant, reſponſum fuit à Catholicis, Electores hac in re jam ſecum conſentire: ad Civitates autem nondum de ea fuiſſe relatum, ut de earum ſententiâ conſtare non poſſit. Dici vero ſecundum Inſtrumentum pacis *ire in partes*, cum ex una parte omnes ſimul ſumpti idem volunt noluntque, non cum in uno ſaltem Senatu diverſæ ſunt partium ſententiæ. Sed affecit hæc interpretatio magnâ moleſtiâ Evangelicos, qui voluere hoc ipſum in dubium vocari, affirmante Altenburgico, in Comitiis ipſam rationem hoc velle, ubi Status nullo alio pacto, quam in Collegio quisque ſuo res tractent, ut, niſi in ſingulis ſciſſio in partes obtineat, legi nunquam locus ſit futurus, cum ſcripta Jure majoris partis decreta infirmari deinde non facile poſſint, ſed ſtatim niſi hæc inter ſe diſcrepent, in Decretum totius Imperii, ſive Senatus-Conſultum abeant. Mea ſententia eſt, aut acquieſcere debere Catholicos his rationibus, certe non contemnendis: aut non morari amplius Proteſtantes, quo minus in hiſce negotiis, ubi in partes itur, voto communi utantur, cum alia ratio non ſuperſit, cœpti hujus exequendi: Nam re- & correlationes, quas vocant, ubi Trium Collegiorum eſt quædam quaſi conjunctio, prorſus non ſunt aptæ natæ negotio expediundo; quia niſi antequam ad hanc actionem venitur, in uno quoque Collegio impediri decreta, quo minus Jure majoris partis conſcribantur, hoc remedio ſciſſorio, ſi ita appellari fas ſit, poſſint: apud re- & correlationes, quo ſingula Collegia ſuis decretis inſtructa accedunt, non ſane integra erit ſuſcipiendæ rei facultas: Nam totus ille actus conſtat lectione Concluſorum, quæ Collegia ſibi communicant, & ſi parte aliqua diverſa fuerint, quadam actione pro conciliandis ſententiis. Jam vero vellem quidem ego cupidiſſime doceri, quo pacto Proteſtantibus integrum maneat hoc beneficium eundi in partes, ex quo illi, in ſuis quisque Collegiis, Jure majoris partis adeo vincuntur, ut decreto, quod plurium ſuffragiis factum, ſibi quoque ſtandum eſſe intelligant, ex ea ratione, quod multitudo ſuffragantium paucioribus utcunque diſſentientibus imponat neceſſitatem ſequendi; & quia Jura totius in poteſtate majoris partis eſſe creduntur, reliquis non aliter habitis, ac ſi idem voluiſſent, quamquam ſummo ſtudio & ardore de diſſenſu ſuo fuerint teſtati. Quod enim Concluſum vel Decretum ego juris quadam præſumptione acceptaſſe juvaſſeque arguor, quibus argumentis ego id ipſum deinceps

inceps impugnare potero re non amplius integra, sed transacta? Itaque aut permissum esse debet Statibus, ut partes in Collegiis quisque suis facere possint, hoc fine, ne Decretum per majora fiat, aut sane post Decreta semel facta non suppetit alia occasio utendi remedii, cum multo difficilius rescindantur, quæ recte & ex ordine sunt gesta: quam impediuntur aut repelluntur cœpta quidem, sed nondum perfecta. Adhæc dantur quædam negotia, quæ uni Collegio sæpe propria sunt, neque cum aliis duobus communicantur. Ita Electorale Jus Teloniorum, Jus Electionis Regis Romanorum, aliaque multa habet præcipua; neque fortè Principibus interdici poterit deliberatione rerum, ad suum ordinem & dignitatem pertinentium. Civitates vero aliquando capiunt Consilia de commerciis promovendis, de libertate sua tuenda, & aliis. In his omnibus quin eveniente casu legis etiam beneficio sit locus, ne dubitandum quidem est. Denique habent certe Catholici, quo suæ potentiæ jacturam, quam in duobus superioribus Collegiis hac secessione videntur facere, æquius tolerent, cum illis hoc damnum resarciatur commodo suorum in Collegio Civitatum. Ibi enim Civitates Protestantes numero adeo superiores sunt Catholicis, ut cum jure majoris partis agitur, vim omnem Collegii in manu sua habeant. Neque sisti facile hæc illarum præpotentia aliter poterit, quam Catholicis in partes euntibus, quo ipso statim sufflaminantur majora. Fac enim in duobus superioribus Curiis victos esse Protestantes Catholicorum suffragiis, in Senatu Civitatum vero Catholicos Protestantium, quis erit rei exitus? Non moris est prius referri ad Civitates, quam Electores & Principes ex suis Decretis unum commune fecerint. Hoc vero cum discrepat cum Civitatum conclusio, quamdiu Hæ in proposito manent, quod suggestione Evangelicorum ex duobus superioribus Collegiis fieri facile poterit, nunquam ad Decretum Imperii pervenietur, quia Civitates etiam habent Votum decisivum, nec invitis illis, cogi autem non possunt, statui de republica aliquid potest. Sed longe consultius est, non sinere rem eo deduci, ut Civitates sentire incipiant, quid sibi liceat in negotiis publicis, quam ut periculo semel facto audaciores reddantur. De hac ipsa quæstione circa Jus in partes eundi ab Illustri Dn. de Henniges mota, paucis hæc nostra est sententia: Necessarium omninò videri, ut utriusque religionis Ordines, Romano-Catholici nempe inter se, & A. C. addicti pariter inter se omnes consentiant, & pro uno quasi viro stent, ut in proverbio dici solet, ex æquo sibi in omnibus

Nostra Sententia.

Curiis oppositi. Etenim si vel Electorum vel Principum Curia, de certâ sui cœtus causa, alteri parti accesserit, non immeritò quis affirmabit, majoris partis sententiis, non transactioni per amica media, locum futurum.

XIV.

Ulterior nostræ de tertio casu sententiæ declaratio.

Juri huic eundi ac secedendi in duas partes non tantum in causis religionem concernentibus, ut Status Romano-Catholici contenderunt, sed etiam in aliis ad religionem non spectantibus locum esse, nulli dubitamus. Nam id non tantum Status Evangelici in suis in Tractatibus Pacis Westph. A. 1645. oblatis Gravaminibus & A. 1646. 47. & 48. secutis cum Rom. Catholicis frequentius habitis Conferentiis & Consultationibus de Gravaminibus illis tollendis & componendis, semper & constanter requisiverunt, & urserunt, quod majora minime attendi aut vincere deberent in causis religionis, illisque negotiis, ubi Status non ut unum corpus, sed ut singuli considerantur, nec non in quibusvis causis, ubi Evangelici & Rom. Catholici in duas partes irent, in Religions- und denen Sachen, da die Stände ut singuli considerirt werden, auch in allen andern, NB. sie treffen an, was sie wollen, darinn die Evangelische eine, und die Catholische die andere Parthey constituiren, sed in his casibus sola amicabili compositione res sit terminanda, non attenta pluralitate votorum; Sed Status Rom. Catholici etiam tandem post multas disceptationes motasque difficultates iisdem id annuerunt & concesserunt, non debere in futurum in Comitiis attendi majora in causis exercitium religionis, bonaque Ecclesiastica concernentibus, aliisque negotiis, ubi Status non ut unum corpus considerari queant, denique & in iis propositis & obvenientibus quæstionibus ac causis, in quibus ex una parte Catholici, ex altera vero parte A. C. addicti Status in diversas abeunt sententias. vid. *supra pag.* 1140. Atque hinc etiam in ipso Instrumento Pacis Westph. Cæsareo Suec. *art. V.* §. 52. casus hic exceptus tertius generaliter, sine omni restrictione ad causas religionem concernentes expressus est, imò casus hic tertius à causis religionis discernitur & iis opponitur, in eo, quod alia quoque & secularia negotia pro objecto habere possit; Mirum ergo est, quod Rom. Catholici prius actorum ita obliti in causa moderationis matriculæ à Civitate Coloniensi petitæ mordicus sustinere voluerint, hoc jus eundi in diversas partes locum tantum sortiri in

causis

causis religionis, contra manifesta Acta publica, & contra claram Legem fundamentalem Imperii.

XV.

De Collectarum causâ.

Casus quartus inter Status maximè controversus *de Collectis Imperialibus*, num in harum impositione majora attendenda, & sufficiant, proindeque major suffragiorum numerus etiam dissentientes & invitos Status ad earum solutionem obligare possit, an omnium Statuum consensus requiratur? non tantum in Comitiis A. 1608. & A. 1613. sed & in ipso Conventu Osnabrugensi acerrime agitatus, in suspenso relictus, & plena illius decisio ad futura Imp. Comitia remissa est in §. nostro 52. art. V. In proximis igitur Comitiis post Pacem Westph. conclusam A. 1653. & 54. celebratis, Status de hoc articulo rursus summa animi contentione disceptarunt, & in tres diversas iverunt sententias. Electoribus & Principibus Catholicis pluralitatem votorum comprobantibus, his tamen sub hac conditione, ut ante matricula Collectarum revideretur, & nova quasi cuique Statui quanti sui matricularis solvendi determinatio secundum æquitatem fieret, ac prægravatorum census juxta proportionem convenienter minueretur, daß forderist Kayserl. Majestät allergnädigst dahin bedacht seyn möchte, daß ein billiger Anschlag und Fuß im Reich gerichtet, und keiner über Vermögen beschwehret, auch denen sich gravirt befindenden Ständen, durch gehörige Moderations- und andere Mittel denen Reichs-Constitutionibus gemäß succurrirt und geholffen würde; Principibus Protestantibus verò inter Collectas necessarias, quæ ad totius Reipubl. utilitatem & commune bonum ex necessitate publica indicuntur, v. g. quæ ad defensionem Imperii, improbasque hostium machinationes amoliendas tendunt, & voluntarias, quæ citra necessitatem, nec intuitu resultantis inde alicujus utilitatis publicæ ad omnes pertinentis conferuntur, quales sunt v. g. quæ honorarii aut donationis faciendæ causâ impenduntur, distinguentibus, & in illis tantùm, minime vero in his, pluralitati votorum locum dantibus, ex rationibus à Zieglero *de Jurib. Majest. lib. 2. c. 3. n. 6. seq.* deductis, benè in his, non in illis stringentibus. Civitatibus autem Imperialibus nullam votorum pluralitatem hîc admittentibus, ex rationibus octodecim ad dictaturam Ratisbonæ d. 20. Aug. 1653. propositis & relatis à Londorp. *Tom. VII. Act. Publ. lib. 6. c. 220. p. m. 164. & c. 266.*

pag. m. 227. *seq.* Lunig in der Grundveste Europ. Potenzen Gerechtsame/ im 2. Theil *cap.* 6. *p.* 572. In hodiernis Comitiis argumentum hoc in novam consultationem quidem venit, sed res hactenus indecisa mansit. Conf. Limn. *Tom. 2. addit. ad lib. 9. c.* 1. *n.* 182. *seqq.* Gerden Grundveste des H. Röm. Reichs *p.* 3. *cap.* 7.

Hisce, Benevole Lector, contentus sis, rogo. Urget profectio in exteras suscipienda terras Dissertationis finem. Eadem in causa est, quod propter temporis angustiam argumentum pro suâ dignitate tractari non potuit. Vale, Benevole Lector, atque nobis fave!

NOVA ADDITIO.

ITa quidem hæc tum, Speciminis Academici loco, conscripta fuere; quæ nunc correcta vellem, & emendassem, ni temporis angustia, alia negotia, aliæque curæ, me prohibuissent. Etenim jus majoris partis in Comitiis Imperii nostri Germanici, tantopere vulgo prædicatum, accuratiorem atque prolixiorem ex Actis Imperii meretur evolutionem, ut, attento probe Germaniæ nostræ statu, diversis temporibus subinde diverso, quid olim obtinuerit, atque hodie obtineat, eo melius cernere queas. Illi vero, ut paucis, quid sentiam, indicem, mihi haut errare videntur, qui rem eo hodie propemodum rediisse credunt, ut in causis Imperii in Comitiis tractari solitis amice transigatur potius, quam multitudini calculorum præfracte insistatur. Et inter ipsa quidem Collegia, Electorum, Principum atque Civitatum, cantatum istud jus nullum habere locum, penitus fere convictus sum. Vid. Titium *Specim. Jur. Publ. R. G. l.* 6. *c.* 4. §. 40. *seqq.* &, præter alios ab hoc allegatos, Illustrem Hennigesium *Meditat. ad Instr. Pac. Art. VIII.* §. 4. *lit. m. p.* 1305. *seq.* In singulis vero Collegiis quantum majora valeant, ut alia taceam, exceptiones in Instrumenti Pacis Westphalicæ Art. V. §. 52. firmatæ, quod argumentum est Dissertationis nostræ, docent. Ex quibus prima equidem, de causis religionem attinentibus, itidemque tertia, quæ generaliter de omnibus aliis negotiis, ubi Catholici & Augustanæ Confessionis Status in partes eunt, non attenta votorum pluralitate,

tate, sola amicabili compositione transigendum esse vult, explicatione prolixiori haut egent. Nec etiam circa secundam exceptionem, quæ vulgo statuitur, inque textu verbis: *omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus considerari nequeunt*: exprimitur, & a tertia verbis: *ut etiam:* distingui videtur, ego in verborum cortice tam anxius hærere scrupulosusve esse vellem, cum utique, quicquid etiam contra cavillari velis, sententia legis, Evangelicis in causis religionis, omnibusque aliis negotiis, Jus eundi in partes ex ea sane ratione, quod in ejusmodi disceptationibus Status tanquam unum corpus considerari nequeant, confirmantis, satis sit manifesta. Quod si vero laudatam istam secundam exceptionem a tertia omnino distinctam velis, ego quidem tibi haut refragabor, sed tum, monente haut male Titio *in Vindic. Vitriar. castigat. annotat.* 304. *junct. annot.* 302. vide, annon exceptio illa tam late pateat, ut per eam omnis votorum majoritas destrui queat. Cæterum, cum in Dissertatione nostra *Meditationes* Hennigesii hac de re exscriptæ fuerint, addo hic & ea, quæ Ille porro *lit. f.* ad verba Instrumenti: *Quod vero ad pluralitatem votorum in materia Collectarum attinet, cum hac res in præsenti congressu decidi non potuerit, ad proxima comitia remissa esto:* meditatus fuit, & eum in locum, quo ad verba: *omnibusque aliis negotiis &c.* ex professo commentatus fuit, transferri voluit. In tractatu Pacis Osnabrugensis, *inquit*, magnopere contendebant Status Protestantes; collectas Imperii jure majoris partis non posse imperari. Sed hanc omnem rem voluntariam esse debere, adeoque inter Status amice de ea conveniendum. Et sane ut hæc postularent, summa ratio fuit, postquam experientia edocti toties erant, Austriacos egisse plerumque clam cum Catholicis, ut summas fere immensas facile suis juvarent atque comprobarent suffragiis, recepta fide, aut nihil a se, aut modicum quid exactum iri, cum interea a Protestantibus solutio acerbe & rigorose petebatur, quamvis nihil, aut tolerabiliora concessissent, veluti ipsis necessitatem imponat insidiosa Catholicorum promtitudo & liberalitas. Hinc publicis scriptis leguntur gravissimæ querelæ, eam ob causam factæ, quod negarent Protestantes, ferendum sibi esse, ut fortunarum suarum omnium arbitrium in potestate Catholicorum sit, qui se mox hoc speciosa majoris partis jure bonis omnibus forent reversuri. Die Catholische könnten Sie solcher Gestalt mit Ihren majoribus von Land und Leuten hinaus votiren. Sed cum illo tempore conveniri hac

super

posset, res ad proxima Comitia rejecta fuit. At-
tractatum est hoc negotium inter utriusque religio-
magna accuratione summisque studiis, & dictæ gra-
de sententiæ, Catholicis inter Collectas volunta-
as distinguentibus, cum ex adverso Protestantes re-
inctione rem omnem singulorum Statuum libertati
i committendam esse censerent: Id quod forte cum
ecundo incidit, & inter exempla est, quando scili-
uam unum corpus considerari nequeunt, quia hic
lorum, qui tributa sibi ipsi imperant, non vero ju-
necessitatem sibi imponi patiuntur, obligationem
possint. Enim vero tum etiam ob sententiarum di-
erni nihil potuit, utrisque partes suas, obstinatissime
eque deinceps omni reliquo tempore usque huc de
relatum aut consultatum amplius fuit, cum spes nulla
voto Catholicorum successuram. Fuit igitur hic tan-
ut integra omnia parti utrique manerent, hoc tamen
m compendio, ut, donec certi quid in Comitiis statua-
Catholicorum interea his fraudi aut oneri esse neque-
vero dum res hæc ad proxima Comitia rejicitur, id non
um, ac si ibi de illa statui quid possit ex majoris partis
Sed ut secundum ea, quæ paragrapho 50. habentur, in-
e religionis Proceres *amicabili* saltem *ratione transigatur*,
ous illis causis fieri debet, quando *dubii quid hinc aut aliunde*
x causis pacem religiosam, aut hanc transactionem tangentibus,
erte enim ridiculum foret, & Protestantes manifestum
librium, si de quo concedere in tractanda pace nolue-
antia ad ultimum usque servata, id credere mox voluis-
holicorum arbitrio committere, in Comitiis suffragio-
o adeo superioribus, ut quamcunque legem vellent dice-
prærogativa possent. Atque hac sane ratione ego indu-
e affirmare ausim, omnia, de quibus inter actionem Pa-
alicæ conveniri non potuit, quæque adeo Pax illa ad
mittit, ipsis illis in Comitiis, cum opus est, sic esse tra-
libero consensu inter partes conficiantur, non vero ut
agiorum calculo paucioribus invitis etiam obtrudantur
es, quas sibi per pacem dici prorsus non sunt passi. Et
acit hæc consideratio, ut denuo mente revolvam casus il-
los,

los, quando Status *tanquam unum corpus* considerari nequeunt, & mihi magis magisque probetur hæc sententia, in omnibus, quæ pax ad futura Comitia eam ob causam remittit, quod de his convenire in ipsa pacis actione non integrum fuerit, huic exceptioni contra plurium suffragia locum esse, quia plane non est verisimile, paciscentes partem imbecilliorem, quam inter tractandum tutati sunt, & cujus jura eo ipso integra cupiebant servari, voluisse mox arbitratui partis adversæ validioris exponere, indubio perdendæ causæ eventu. Cogitent de his alii melius: mihi interea liceat petere, ut has meas cogitationes, veluti posteriores, æquus lector eum in locum transferat, quo supra hac de re ex professo ad verba: *Omnibusque aliis negotiis &c.* commentati sumus. Firmant certe hanc opinionem plura exempla, quæ superioribus proximis & his Comitiis obvia nos docent, nihil quicquam eorum quæ pax ad Comitia rejecit, absolvi & perfici potuisse alia ratione, quam libero utrinque consensu. Apparuit hoc imprimis in actione, quæ perpetuæ Capitulationis conscribendæ causa sub initium præsentium Comitiorum instituta, & per annos sat multos continuata fuit diversis partium studiis & artibus. Erant in Collegio Principum duo veluti factiones. Austriaci cum Ecclesiasticis fere omnibus Principibus, multisque ex ordine seculari ab Electorum stabant partibus, eorumque destinata haut occultis promovebant officiis, numero suffragiorum ubique superiores. Ex altera parte erant Principes nominum gentiumque antiquitate & splendore illustres, quos studium tuendæ communis dignitatis contra Electorum potentiam & prærogativas in societatem consiliorum collegerat, neque animi deerant conatusque perficiundæ rei. Sed paucitate premebantur, quoties de aliquo Capitulo relatum fuit, cum alteri conspirantium sententiarum multitudine decreta suo arbitratu cuderent. Hoc vero Illi indignum clamare, nec ferendum, ut quam sibi spem pax Westphalica de emendanda Capitulatione, propiusque ad formam reipublicæ refigenda fecerit, ea protinus excidendum sit propter modum tractandi in Comitiis & ambitum partis majoris, qui omnia suæ potestatis facere, atque pro lubitu de iis statuere animum inducant. Quamobrem singulis Decretis, quæ hac ratione facta sunt, contradictum ab his fuit, negatumque, illis se teneri posse. Esse enim vel cogitatu absurdum, negotium aliquod impeditum & difficile ideo dicere a Pacificatoribus ad Comitia remissum, ut legem accipiat jure

 majo-

quam autoritate paciscentium sibi imponi passi non ebus consuli placuit. Nam si de ratione & scopo causam aliquam vel controversiam ab pacificatione egari oportuerit, ut ibi finem accipiat, lex ipsa re- *congressu decidi non potuisse.* cta docent: Quia scilicet Cur vero decidi res non nt; Protestantes Status vero Catholici pro jure majo- aliquod Catholicorum recusarint ferre, ut hoc cum de cætero urgeret in se suasque facultates stabi- ertæsa summe fuerat, utrinque ratio belli, cujus poni quædam finem propere imponi negotio mmoditate transactioni alio tempore & loco ma- teri sane debent suscipiendæ, quæ sic dilata in aliud tem- etur, neque hoc pacto dilata, ut neque modus m inter dilatione ista conditio cujusquam dete- si de re quadam pacificationem fuerat. Neque enim necessa- m, ut in proximis Comitiis agendum placuit, mnia deliberatione desuper instituenda mos Comi- per id servetur. Quin probabilius est, locum saltem ione indicatum, modum vero tractandi ex proxima tere, continuari. Nam ex quo Status adeo duas in patet, ut inito etiam bello sibi invicem hostes sint facti, ipsos eum in statum inter se venisse, ut quoties , super quibus sumta sunt arma, deliberatio concilia- instituenda, illi sane tanquam unum corpus conside- nt, qui in duas factiones per certamina civilia divisi isque odiis pro sua quisque causa pugnant. Quicquid ne *gravaminum* in actionem pacis est deductum, & qua- compositio conditionibus præpositis tentata est, etsi in- ionem perfici non potuerit, in aliud tempus locumque tractatione, id, ubicunque etiam posthæc de integro retinet modum agendi priorem, neque de eo aliter quam ne amicabili transigi poterit, autoritate, vi & coactio- clusa. Donec autem hac ratione conventum erit, ma- tatu *gravaminis*, licetque de iis conqueri, qui impedimen- ur pax executione hactenus caruerit. Allegavimus supra nis perpetuæ negotium pro exemplo, de quo, ut adhuc am, non abs re fuerit. Conventa fere erant omnia inter Ele- rincipes hujus Legis regiæ capita, totaque res tantum

non

non pro abſoluta habita fuerat, cum in exordio ſuper jure adcapitulandi, uti vocabant, controverſia ex inſperato mota eſt, tantopere ab utraque parte exercitata, ut tandem negotio ad hunc ſcopulum alliso hærenteque partes a ſpe ſumma conficiendæ feliciter rei contra expectationem repente delapſæ, de conciliatione deſperare inceperint; Neque viſum ſuffeciſſe, quod major pars Collegii Principum cum Electoribus ſteterit, eamque in ſententiam plurima decreta fuerint facta adverſus reliquorum deſideria. Quoniam enim Hi iidem illi erant, qui inter pacificationem negotium iſtud urſere, & quorum gratia illud ipſum ad Comitia proxima remiſſum fuit, non potuit profecto illis numero ſuffragantium fraus fieri, qui jam ex pace quæſitum jus habuere, ut pati non teneantur obtrudi ſibi invitis conditiones ingratas minusque ſuis rationibus idoneas. De jure Majorum circa collectas idem eſto judicium. Catholicis cum Imperatore æquum eſſe viſum, ut quod in tributis imperandis majori parti viſum, eo pauciores tenerentur. Ex adverſo Proteſtantes deprecati ſunt hanc neceſſitatem ſequendi, quod animadverterent, Comitia hic de ſuis Capitibus agi, idque velle Catholicos, ut ex corio alieno lora in gratiam Auſtriacorum ſecentur. Multum diuque tractata hæc res in Conventu Osnabrugenſi; ſed irrito ſucceſſu. Oportuit igitur illam ad Comitia cum aliis remitti. Sciendum interea, quam diu in his de negotio ſtatui ex utriusque partis voto non licet, cuique integram quidem ſuam cauſam manere, ſed meliori Proteſtantium conditione, quibus Catholici Status jure majoris partis nihil quicquam oneris imponere poterunt, etiamſi centies ſuffragiorum calculo alteros viciſſent. Ratio eſt, quia Status in hoc genere conſultationis tanquam unum corpus conſiderari non poſſunt: Supereſſe enim videntur veluti reliquiæ partium aut factionum ex bello per pacem non omnino ſublatæ, ſed ad Comitia, ut ibi ſibi concilientur, remiſſæ. Atque hac conditione ſunt, quod quidem ad negotium illud imperfectum attinet, quamdiu inter eos transactum non fuerit. Hinc viderint, quibus penitior cogitatio, & ſubactius judicium, an valde a ſcopo aberraverit, ſi quis in univerſum dixerit, omnes controverſias, quas pacificatores a pace ad Comitia aliosve Conventus ablegavere, ut ibi definiantur, ita tractandas eſſe, quo pacto lex vult tractari ea, quæ ſic comparata ſunt, ut reſpectu eorum Status tanquam unum corpus non poſſint conſiderari.

APPEN-

INDEX
DISPVTATIONVM.

DISPVTATIO XXVI. De insignioribus Imperiorum & Regnorum Europæ revolutionibus & mutationibus, quæ per elapsum Seculum XVII. & paulo post in plerisque Europæ Regnis contigere. Johann Georgii Schmid, Biberac. hab. d. 14. Maji. MDCCX.

XXVII. De Electione Imperatoris; continens habilitatem personæ eligendæ. Dissertatio Politico-Juridica Johannis Bernhardi Gaupp, Esslingensis. hab. d. Jun. MDCCXII.

XXVIII. De Felonia Domini, inauguralis Pauli Burckhard Hofer, Stutg. hab. ad d. Maji. MDCCXIII.

XXIX. De Augustissimi Imperatoris Reservatis; hab. ad d. Augusti MDCCXIII. Respondente Nicolao Wilhelmo Klaute, Hasso-Casselano.

...O XXX. De pari nexu Civitatum Imperialium cum
...erio, von denen Freyen Reichs-Städten; inauguralis
...is Wilhelmi Rau, Ulmensis; hab. ad d. 5. Mart.
...XIV.

...e Voto decisivo Civitatum Imperialium in Sacri Roma-
...ermanici Imperii Comitiis universalibus; inauguralis
...lai Davidis Muller, Hallani ex Suevis. hab. Cal.
MDCCXV.

Ex Jure Publico Imp. Rom. Germanici Positiones Con-
...rsæ Johannis Jacobi Obrechti, Stuttgard. hab.
Septembris MDCCXV.

...I. De Autoritate publica ad Pignoris seu Hypothecæ
...cæ constitutionem necessariâ. Specimen Academicum
...rhardi Draing, Hamburgensis, Supr. Curiæ Wür.
... Advoc. hab. ad d. 10. Martii. MDCCXVI.

...V. De concursu & electione utiliori remediorum contra
...ntias in supremis Imperii Tribunalibus latas; inauguralis
...istiani Henrici Hiller, Bibraco-Suevi; hab. ad
... Septembr. MDCCXVII.

...V. De Confirmatione Jurium ac Privilegiorum ab Augustiss.
Imperatore Statibus aliisque membris Imperii facienda;
... ad d. 2. Jun. MDCCXIX. Respondente Christia-
Henrico à Gœlniz, Equite Suevo.

...VI. De fœminarum in feudis cum masculis concurrentium
...usione, horumque prærogativa; inauguralis Joannis
...astiani Deyl, Austriaci Perchtold. hab. ad d. 3. Jun.
...CCXX.

DIS-

DISPUTATIO XXXVII. Resolutio casus practici in puncto Successionis feudalis in feudo fœminino; inauguralis Jacobi Henrici Tafel, Tub. hab. ad d. Mart. MDCCXXI.

XXXVIII. De Serenissimæ Domus Austriacæ præeminentiis, prærogativis, juribus ac privilegiis præcipuis, & in specie de Augustiss. hujus Domus Judicio Provinciali Cæsareo Sueviæ; hab. ad d. 22. April. MDCCXXII. Respondente Josepho Anton. Maria Belli, Altorff. Suev.

XXXIX. De Statutorum alienationem bonorum immobilium in Ecclesias & Clericos prohibentium validitate; inauguralis Johannis Burckardti Schobinger de Kalchofen, Supr. Dicast. Würtemberg. Advoc. hab. d. 3. Jul. MDCCXXIII.

XL. De Advocatia ab Imperatore Protestantium Ecclesiis non minus ac Rom. Catholicis æquali jure præstanda. Dissertatio ex Jure Publico Frid. Ludov. Weißmanni. hab. ad d. Decembr. MDCCXXIII.

XLI. De Origine Juris Suffragiorum; Aut. & Resp. B. Hornig, Hirschberga-Siles. hab. d. mens. August. MDCCXXIV.

XLII. De Appropriatione feudi; hab. ad d. 20. Septembr. MDCCXXIV. Respondente Johann. Bernhard. Brodhag, Tubingensi.

XLIII. De Coëxercitio, sive simultaneo utriusque Romano-Catholicæ ac Evangelicæ Religionis Exercitio, licito ac illicito; inau-

)( )( )(

inauguralis Gabrielis Francisci Burgermeisteri de Deicisovv. hab. d. 4. April. MDCCXXVII.

XLIV. Positiones selectæ ex Institut. Justin. defensæ ad d. mens. Septembr. MDCXCVII. à Johanne Ludovico Lux, Bischoffs. Hannov.

XLV. Collatio Capitulationum Cæsarearum, post Westphalicam Pacem factarum, cum Projecto Capitulationis perpetuæ Comitiali; succincte olim d. 22. Septembr. MDCCXVI. Speciminis Academici loco exhibita; prolixius nunc & adcuratius instituta; studio Wolfgangi Pauli Burgermeisteri de Deicisovv.

XLVI. De Jure eundi in partes, sive, de casibus à Jure majoris partis in Comitiis S. Romano-Germanici Imp. exceptis, in Instrumento Pacis Westphal. Art. V. §. 52. firmatis; inauguralis Wolfg. Pauli Burgermeisteri de Deicisovv. hab. d. 23. Junii MDCCXVIII.

ACCEDVNT

APPENDIX, Scripta quædam, libertatem Decimarum Laicalium, à contributione ad refectionem Ecclesiarum Parochialium, asserentia, impugnantia, vindicantia, exhibens.

ATQVE

INDEX Rerum & Verborum.

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

Numeri majores, I. primum, II. ſecundum tomum, litera A. appendicem denotant. Ubi vero nullum tomi appendicisve ſignum expreſſum eſt, is ibi intelligitur tomus, qui in eodem indicis verſu ante jam notatus fuit, aut primus, ſi nulla tomi appendicisve nota in eodem verſu præceſſerit. Minores numeri paginas indicant.

ABBAS. ABBATES & Prælati ſorum ſortiuntur coram iis, a quibus bona poſſident. 8. ratione bonorum patrimonialium pro laicis habentur. II. 766. principali faſtigio eminentes I. 267. exiguos proventus olim in Germania habuerunt; 846. ſuſtentabantur oblationibus. *ibid.* mobilia eorum poſt mortem olim ad domanium regis pertinebant. 855.

Gallenſis ab Ottone III. Imperatore ad cauſam dicendam citatur. II. 126.

Iſni. monaſterii St. Gregorii in civitate imperiali *Isni* abbas, controverſiam de exemtione cum Truchſeſſiis de Waldpurg habet. II. 622.

legitimus, qui olim? A. 219.

Suevici, horum director & deputatus ordinarius eſt VVeingartenſis. II. 623.

Weingartenſis hodiernus, cujus anteceſſores referuntur, II. 623 *remiſſ.* eſt abbatum Suevicorum director, & imperii deputatus ordinarius. 623. *conf. Cœnobium Weingartenſe.*

ABBATIA. abbatiæ ad imperatores & reges ſub Carolingis pertinuerunt. 849. quædam abbatiæ in terris Auſtriacis quibus-

Pontificis secularisata. 766.
ABBATISSA *Thorunensis* querelas contra Papæ nuntium in comitiis exhibet. II. 159.
ABOLITIO. de abolitione judiciorum quorundam in imperio provincialium deliberatum; eaque à Statibus petita. II. 633.
ABRAHAM uxorem domo ejiciens præbuit exemplum judicis in propria causa. 33. duxit uxorem agnatam sororem, quod imitari non licet. 1247. *seq.* ejus matrimonium cum Kethura contractum matrimonio ad morganaticam comparatur. 123. redux ex prœlio decimas sacerdoti solvit. A. 121.
ABSENTIA. absentium reipublicæ caussa uxores privilegio dignæ sunt. 87. *seq. vide forum personarum miserabilium.* Imperatoris imperio noxia. II. 68. *seq.* contra absentem lata sententia, *vid.* SENTENTIA.
ABSTINENTIA. abstinendi beneficium hæredibus suis datum. 1032.
ABVSVS recte punitur privatione usus. II. 667.
ACADEMIA. academias confirmat Cæsar, 278. II. 143. iisque concedit facultatem dispensandi
cipiendi facultas pertinet ad jura territorialia. 279. quid ratione earum promittat imperator in capitulatione? II. 950.
ACCRESCERE. accrescendi jus an in donationibus illustrium obtineat? 310. illud habent legatarii ex facto testatoris, qui eos conjunxit; 610. hæres ex dispositione juris. 610.
ACQVIRENS FEVDVM, *vid. feudum.*
ACTA sunt ubicunque est judex, & apud acta geritur, quod fit apud eum, tametsi extra judicii locum, II. 346. *seq.* valent ex voluntate & decreto magistratus, qui officiales auctorisavit 316. si sint manca & mutila sive confusa, sententia ex iis lata est nulla; 402. si absque culpa partium sint amissa, quid statuendum ratione querelæ nullitatis & revisionis petitæ? 429. ex iis nullitas & gravamina sententiæ sunt deducenda. *vid. gravamen, nullitas.* in criminalibus ad juridicum collegium transmitti debent. I. 1093.
civitatum publica reservantur Spiræ & Ulmæ in archivis. II. 205. *seq.* in specie acta de earum voto decisivo & consilia ejus rei recen-
tur. *seqq. remiss.* 279.

judicii valent fine testibus. II. 336. hypothecæ apud illa constituta. *vid. hypotheca.* instrumentum apud acta judicii conscriptum. 338.

ACTIO. actionum concursus, quotuplex, quomodo & in quib' fiat. II. 369. 371. 406. electio. 371. utilior una est præ altera variis ex causis. 428. *seqq.* actionis genus, quale? ad divisionem reformandam? I. 540. *seq.* actio regulariter jure civili præscribitur triginta ann. 579. loco interdictorum instituta, *vid. interdictum.* actio passive & active transit in eum, in quem universum patrimonium transit. 585. ut detur hæredi an debeat necessario esse præparata? 619. actio ad immobilia. 248. qua actione Vasallus aut heres ejus melioramenta feudi repetat? controversum interDdres. 195. *seqq.* actio ex felonia veniens tantum est civilis. II. 102. *seq. conf. felonia.*

ad supplementum dotis, 589. *seq.* differt a condictione ex lege ad supplementum legit. & similibus. 589. *seq. conf. Condictio.* datur naturalibus & spuriis ratione matris, 605. susceptis ex sponso & sponsa, 607. modo aliquid in locum legitimæ sit relictum. 607. 614.

beneficiaria ab Oldendorpio quæ vocatur? 196.

bonæ fidei unicuique contrahentium æqualiter convenit. 543.

civilis. actiones civiles quando præscribantur? 579.

de dolo malo vid. dolus.

ex testamento non potest applicari ad supplendam legitimam, si testator ejus nullam fecerit mentionem; 585. si mentio facta, potest. 584.

hæreditaria. actiones hæreditariæ ipso jure, etiam passive sunt divisæ. 622. filiæ contra vitricum competentes, qui ante tempus illam induxit ad dividendum. 539.

in rem scripta datur contra feudi possessorem. 627. *seqq.*

legis. 1069.

personalis in rem scripta. ejus exempla. 587.

præscriptis verbis, an detur ad reformandam divisionem? 540.

quod metus, qualis? 587.

revocatoria ad alienatum feudum repetendum, 813. domino propter feloniam competens. 835.

ACTIONES HUM. voluntate & potestate absolvuntur. 1033.

ACTOR est persona principalis, sine qua judicium consistere nequit. II. 629. ejus deterior est conditio, 435. melior in ingressu litis, 564. regula: *actor sequitur forum rei*, an fallat in causis decimas respicientes? A. 33. actor in judicio austregarum, si reus primi ordinis est, immediatus necessario esse non debet; I. 14.

secus si r
14. conf. r
vehebant
in judiciu
cautioner
ratione a
ibid. ejus
cautio de
ibid. seq.
ACTUS
quibus
verbis
1022. qu
debet,
bet cen
naturan
agentiu
dus. 10
ac illu
tur, pr
521.
ADHÆ
lati;
clarari
sched
901.
pellar
ADITI
agnit
ADMI
nes
lant
gia
ben
in
ro
ADMINISTRATOR reditium ecclesiasticorum evangelicæ re-

...sa secundi ordinis sit;
...us, reum ægrotantem
jumento aut curru
...n. 248. mos exigendi
...ab actore, 246. qua
Justiniano probatus;
loco est in Saxonia
...expensis & reconventione.
...ujusdam validitas, a
...ependeat? 759. re &
...gesta significat. 884.
...a voluntatem declarare
...qualis? 904. seq. quilt-
...ctur factus secundum
suam. 973. non ultra
...n mentem extenden-
...4. quod agitur, itidem,
quod verbis exprimi-
expresso habetur. II.
...O appellationis est appel-
...8. intra decennium de-
...debet. 900. modus diversus
...a. 900. in appellatione ab ap-
...e facta. 897. differt ab
...hæreditatis
...æ ult. vol. 1041.
...ISTRATIO. ejus ratio-
...reddendæ non venti-
coram judicio privile-
113. seq. bonorum &
...eficiorum ecclesiasticorum
maximum trahitur abusum a
...tificia ecclesia. II. 698. seq.

ligionis sit, si ad evangelicos pertineant. 1184. seq. aliter sentiunt Catholici. ibid.
Adolescent. adolescentes regnis præfecti; II. 71. an iis præferendi senes? 70. seq.
ADOPTIO. adoptati non succedunt in feudis. 355. limit. ibid. adoptionis illustre in Friderico palatino adoptante Philippum exemplum. 930.
plena. plene adoptati habent legitimam, 603. & condict. ex lege ad supplem. ibid. impuberes adoptati injuste exhæredati, quartam Divi Pii. 603.
ADVENÆ & peregrini adscribuntur ordini personarum miserabilium. 94. ideoque gaudent foro Privilegiato. ibid. add. peregrinus. an legitimari possint ab imp. ad eum effectum, ut in regno patrio pro legitimis habeantur? 728.
ADULTERIUM est justa causa divortii 1237. odium ex adulterio inter conjuges ortum plus quam capitale est. 500. in adulterio deprehensam interimens maritus excusatur. II. 104. non committitur in meretricem. 106. adulterum inter & adulteram prohibitum est matrimonium. 1224.
ADVOCATIA in sensu vulgari quid significet? II. 685. remiss. quid vero in sensu excellentiori, quo competit Imperatori in ecclesias.

clesias, (de qua Artic. I. Capp. Cæſ. II. 861. 877.) ejus origo, quæ ab ipſis vitæ monaſticæ inſtitutis accerſitur. 685. *ſeq.* ad reges Francorum quando pervenerit, & quomodo? *ibid. ſeqq.* in ſpecie ad Carolum M. 689. conſiſtit (I. 1151.) in regendo & tuendo. 694. *ſeqq.* quomodo regimen ſive advocatiam eccleſiæ olim exercuerint Imperatores? 695. advocatia verſatur in Germania circa epiſcopatus aliaque beneficia eccleſiaſtica, eorum inveſtitura, jus primariarum precum. 696. in quantum conſiſtit in tuendo, quomodo exercenda? 699. *ſeqq.* contra turbatores eccleſiæ, 700. *ſeq.* hoſtes eccleſiæ exteros. 702. *ſeq.* eccleſiis proteſtantium æquali jure eſt præſtanda ab Imperatore. 703. *ſeqq.* advocatiæ jus hæreditarium factum. 847. eccleſiarum vindicavit Fridericus I.mus; I. 868. univerſæ eccleſiæ Chriſtianæ recenſetur inter reſervata imp. II. 122. *ſeq.* Diſp. XL. 679. *ſeqq.* Auſtriacis perpetuum in epiſcopatibus, abbatiis, &c. in ditionibus ſuis ſitis. 607.

ADVOCATUS eſt perſona judicii minus principalis & differt a procuratore. II. 631. *ſeq. remiſs.*

Auguſtanus. de hoc dubitatur. II. 260.

cænobiorum. quomodo alias dictus? 847. officium ejus & origo. *ibid.* II. 193.

eccleſiarum. 847.

